Universidad de Deusto
Biblioteca

RIVERA
IN
Apocali

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI RIBERAE VILLACASTI-nensis presbyteri Societatis Iesu, doctoríſq; Theologi in ſacram b. Iohannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ Apocalypſin Commentarij.

Cum quinq; indicibus, quorum primus continet quæſtiones Scripturæ, Secundus regulas, Tertius eiuſdem Scripturæ locos explicatos, Quartus eſt rerum atque verborum, Quintus Euangeliorum totius anni in vſum concionatorum.

His adiuncti ſunt quinq; libri de Templo, & de ijs quæ ad templum pertinēt, ad multorum locorum, tam Apocalypſis, quam reliquorum librorum intelligentiam cum primis vtiles.

Quorum primus eſt de Fabrica templi primi, & ſecundi, & eius quod ab Herode ædificatum eſt.
Secundus, de ijs quæ erant in templo.
Tertius, de Sacerdotibus, & veſtibus Sacerdotalibus.
Quartus, de Sacrificijs Hebræorum.
Quintus, de Diebus feſtis Hebræorum: in quibus omnia Hiſtorico, ac myſtico ſenſu explicantur.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Cum Priuilegio Philippi Regis Hiſpaniarum.

SALMANTICÆ,
Excudebat Petrus Laſſus. M. D. XCI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Suma del Priuilegio Real.

Concedio la Magestad del Rey don Philippe nuestro Señor al Padre Doctor Francisco de Ribera de la compañia de Iesus, que por espacio de diez años que se comiencan a cõtar desde la data de su cedula, ninguno pueda imprimir, ni vender estos Commentarios sobre el Apocalypsi, sino el mesmo, o quien su poder tuuiere, so pena que el que lo cõtrario hiziere pierda los libros y moldes y aparejos, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez, la tercera parte para quien dello denunciare, y la otra para el Iuez que lo sentenciare, y la otra tercera parte para la Camara de su Magestad. Dio se en S. Lorenço el Real, a 22. de Setiembre de mil y quinientos y nouenta años.

Tassa.

Tasose este libro por los Señores del Consejo a quatro marauedis el pliego, segun parece por el testimonio que dello dio Alonso de Vallejo escriuano de Camara del Rey nuestro Señor,. En Madrid a tres dias de Iulio de 1591. años.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LICENCIA DEL PADRE
Gil Gonçalez Visitador.

YO Gil Gonçalez Davila Visitador de la Compañia de Iesus en estas prouincias de Castilla, y Toledo, por particular commission que tengo de nuestro Padre General Claudio Aquauiua, doy licencia, que se impriman los Commentarios sobre el Apocalypsi de S. Iuan, y los tratados, o libros de la fabrica del templo, y de las cosas que auia dentro del, que son dos libros, y otro libro tercero de las vestiduras sacerdotales, y de las causas dellas, y el quarto de las fiestas de los Hebreos, y el quinto de los Sacrificios, los quales Commentarios y libros compuso el Padre Doctor Francisco de Ribera de nuestra Compañia, residente en nuestro Collegio de Salamanca, porque han sido vistos y examinados por muchas personas doctas, y graues de nuestra Compañia. En testimonio de lo qual, di esta firmada de mi mano, y sellada con el sello acostumbrado. En Burgos a cinco de Febrero de. 1590.

Gil Gonçalez.

Aprobacion del libro.

COmmentarios in D. Iohannis Apocalypsin Doctoris Francisci de Ribera è Societate Iesu, & apud Salmanticenses Sacrorum Bibliorum interpretis iussu supremæ curiæ regiæ attentè perlegi, & nihil in eis reperi, quod possit meo iudicio pias & Christianas aures offendere. Imo vero dignissimos censeo qui in communem Ecclesiæ Christianæ vtilitatem edantur: nam in eis, quod præcipuum iudico, & difficillimum est, sacræ reuelationes ita inter se seruata serie, qua factæ sunt, distinguntur, & sensui, quem Literalem vocant, aptantur: vt iam cuiuis vel mediocriter in sacris literis versato, peruium sit quid sacra Apocalypsis voluerit, quod hactenus, licèt multi interpretes in id desudauerint, fuerat obscurissimum. Salmaticæ, vigesimo die mensis Maij, anno. 1590.

Iohannes Alfonsus Curiel
Sacræ Theologiæ Doctor.

AD LECTOREM DE
horum Commentariorum editione.

DVM hanc Sacræ Apocalypsis explanationem adornarem, & quæ ante paucos annos auditoribus meis Salmaticæ dictaueram, non sine labore recognoscerem, atque expolirem: ecce tibi noui Commentarij prodeunt, in quibus Euangelicum prouerbium agnoui: *Ioh. 4.* Alius est qui seminat, & alius est qui metit. Inueni enim in eis maximã eorũ partem, quæ dictauerã, totidem verbis bona fide transcriptam, θαῦμα ἰδεσθαι. *Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset.* Sed quis crederet καιρὸν τέσσυ, ὅσσον ἐτύχθη? Videram quædam ab eodem scriptore dictata, in quibus, quia autores sequebatur eos, à quibus ego consultò dissentiebam, quòd eorum interpretationem mysticam potiùs, quam Historicam iudicarem: respondi amicis rem diuinantibus, & vt anteuerterem monentibus, nihil esse timẽdum: aut enim pauca admodum mutuanda esse, aut omnia. Pauca condonabam, omnia minimè metuebam. Exijt liber in lucem, vidi fere omnia, viderunt q; multi, qui ea vel ex ore meo exceperant, vel ab ijs excepta descripserant, & seruant apud se, ac videre possunt omnes, qui conferre vtraque volent. Hoc & me tacẽte liber ipse loquitur, in quo videas, quæ in diuersorum scriptorum libris semper inueniuntur, rerum, & expositionum inter se differentiam, styli dissimilitudinem, ordinis, & compositionis varietatem. Atque, vt alia præteream, Tyconij Homilias in Apocalypsin, quas ego ad finem vsque duodecim capitis Augustini nomine, inter cuius opera feruntur, citaueram, ac postea certis argumentis Tyconij esse deprehenderam, & à capite tertiodecimo autori restitueram suo: ipse similiter in primis duodecim capitibus Augustino tribuit, in reliquis Tyconio. Hæc cũ viderem, ac vehemẽter mirarer, non mediocriter ad hos Commentarios maturè in lucem edendos sum incitatus, quòd & amici monerent, & ipse viderem multùm id non è re mea solùm, sed è publica etiam futurum. Primùm videbã quædam ab eo prætermissa fuisse, quibus res obscurissimæ viderentur explicari, quæque nihilo essent peiora ijs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra ijs, quæ magni ille fecisset. Atq; ea quæ ponenda putauit, ita vt ego olim dictaueram posuit; itaq; & auditoris mei, qui scripsit, errores, & meos nonnullos, qui dictaueram, in eius libro agnoui, & quædam offendi, quæ credi possint nunquam ab eo lecta, sed alicui cum suis mendis describenda fuisse commissa. Quam ob rem cepi iterum in manus meos Commentarios non vt autor, sed vt censor; addidi permulta, quibus ea quæ dixeram exponerentur, & confirmarentur, potissimùm capite. 14. in ijs quæ dicta sunt de Babylone, quibus bona huius libri pars multò meliùs, atque exactiùs explicatur. Deinde quæ mihi inchoata, & rudia exciderant, excolui, multa mutaui, atque correxi, sæpe stylum vertì, vt correcta potiùs, quã incorrecta, aut etiam vitiata, legerentur. Vidi & illa ipsa mea cum alijs misceri: & parum consentientium, interdum etiam contrariarum expositionum interpositione, quæ luculentiùs à me explicata credebam, obscurari, & obrui, & quasi meis luminibus obstrui: quod non est mirum contigisse homini, qui sua primùm concinnarat, & edere parauerat, ad eaq; mox, quasi tumultariè, & aceruatim, adiecit mea. Et quoniam multum in eo operæ posueram, vt lucem quantam maximam possem, tenebris libri huius inferrem, accendendam censui, quam extinctam videbam. Quædam præterea meis adiuncta sunt, alia inter illa interiecta, quæ cognosci volui: atque idcirco verba etiam retinui, quæ dictaueram, vt melius quid meum, quid illius sit intelligatur. Librum illius præterea non attigi, neque enim id meum est, mea tantùm vendicare volui iure naturæ, & gentium. Illud moneo, atque obtestor, omnes vt sua edant & aliorum parcant laboribus: nam si aut ipse, aut quiuis alius, nostra extulerit, certum est nemini parcere, sed illa repetere, & rem mihi furto abesse queri. Ac ne vana quis putet esse quæ dixi, adiungam quasi indiculum, quo quid addiderim ijs, quæ ille de meis sumpsit, quid deleuerim, vbi sententiam mutauerim, mea vitiata inuenerim, lectori breuiter ostendam, quò rectè, atque vtiliter hos à me Commentarios editos esse non ignoret.

Addita.

Quæ addita sunt, serò id quidem, sed cùm primùm venit in mentem, maniculis, ac lineolis, aut simili aliqua nota in margine notanda curaui, idque à capite fere quarto. Sed in tribus primis capitibus nonnulla addidimus. In cap. 1. verba sequentia, Versiculo. 1. Apocalypsis Iesu Christi, & Palam facere seruis suis: Et significauit mittens per angelum suum. *Ver.* 4. Ab eo qui est, &c. *Ver.* 5: Et princeps regum terræ. *Vers.* 5. Qui dilexit nos, & lauit nos, &c. *Vers.* 7. Ecce venit cum nubibus. *Vers.* 10. In Dominica die. *In cap.* 2. *Vers.* 4. Et patientiam habes, & sustinuisti. *Vers.* 13: Et in diebus illis Antipas testis meus. *Vers.* 25: Et in calculo nomen nouum. *In cap.* 3. *Vers.* 16. Sed quia tepidus es, &c. *Vers.* 21. Dabo ei sedere mecum. *In capite.* 4. *Vers.* 1. Et vox prima, quam audiui. &c. *Vt quædam minutiora omittamus.*

Deleta.

IN *cap.* 3. *n.* 51. *in illud vers.* 15: Vtinam frigidus esses, aut calidus, *deleui nonnulla. In cap.* 4. *Vers.* 8. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas, *multa addita, multa deleta sunt. Et in cap.* 6. *Vers.* 9. Vidi subtus altare animas interfectorũ.

In calce cap. 5. *dixi in verbis citatis cap.* 10. *esse in Græco* βιβλιον, *cũ sit* βιβλαρίδιον. *In cap.* 8. *Vers.* 1. *& in cap.* 14. *Vers.* 8. *quædam mutaui, quæ dici non posse iudicaui. In cap.* 16. *Vers.* 16. *dixi congregandos esse reges mortuo Antichristo, ne nationes rebellarent Christianorum. Sed vidi postea apertè prædictum esse capite.* 19. *reges simul cum Antichristo occidendos, atque deleui. Vers.* 19. *dixeram ciuitatem illam magnam in tres partes diuidendam esse Romam, sed id fieri non potest, quia ante id tempus euertetur à decem regibus, vt suo loco videbitur, quare Ierusalem esse scripsi. Initio cap.* 17. *dictaueram multos futuros esse Babylone, qui adorarent Antichristum, quod deleui, quia ante quam regnet Antichristus euertetur Babylon. In eodem capite Vers.* 16. *vbi legimus:* Hi odient fornicariam, *hanc causam odij futuram dixi, Babylonem futuram per aliquod tempus sub potestate vnius ex decem regibus, & rebellaturam aduersus regem, cui parebat, vt se in libertatem asserat. Quod falsum esse intelligi potest ex ijs, quæ in eodem capite scripta sunt: sed præcipuè ex dictis à nobis in cap.* 14. *nu.* 51. *& sequentibus. In cap.* 18. *in vers.* 9. *quædam mutaui, & in initio cap.* 22. *Hæc omnia, quæ postea ego falsa esse deprehendi, & secundis curis adhibitis correxi: ipse, ita vt ego ante dictaueram, posuit.*

Vitiata.

EX *his nonnulla attingam, nec vitia ipsa referam ne illi molestus sim, sed locos indicabo. Lector, si volet, illa cum his nostris conferet, atque ita deprauata inueniet, vt vix ab eo lecta esse credat, sed plena erroribus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus, vt erant scribenda notario fuisse commissa. Videantur in eius libro illa verba cap. 4. Et de throno procedebant fulgura. *Et illa:* Et in cōspectu sedis tāquam mare vitreū: *& illa:* Et in medio sedis, & in circuitu sedis: *& illa:* Sanctus, Sāctus: *& illa:* Et cum darent *illa* animalia. *In cap. 5. illa:* Nec respicere illum. *In cap. 6. illa:* Bilibris tritici. &c. *In cap. 13:* Et vidi bestiā. *His alia sunt similia, vt in fine cap. 1. Hieronymus citatur in prima Epistola aduersus Rufinum, cum ego dixerim, In prima Apologia. In illud cap. 3:* Et vestimentis albis induaris, *citatur Alexander lib. 1. Generalium dierum, pro Genialium. Sed hæc satis erit hic adnotasse, vt lector intelligat iure queri me quædam ex nostris in illius Commentarijs legi vitiata. Cuius culpæ non dico, hoc dico, vitiata illa legi.*

FRANCISCI RIBERAE PRESBYteri Societatis Iesu in Commentarios in Apocalypsin beati Iohannis Apostoli, & Euangelistæ, Proœmium.

*BSCVRISSIMVM beati Apostoli, & Euangelistæ Iohannis librum Sancto Spiritu duce, & eiusdem Apostoli precibus confidentes aggredimur descendentes in mare magnum, & spatiosum, plenum procellis, & tempestatibus, facturi operationem in aquis multis, visuri opera Domini, & mirabilia eius in profundo, ascensuri vsq; ad cœlos, & descensuri vsque ad abyssos: in quo, nisi Christus ventos, & tumentes fluctus fileroiusserit, turbabimur, & mouebimur sicut ebrius, & omnis sapientia nostra deuorabitur. Hoc me tamen in tanto metu, ac periculo reficit, & recreat, quod nunquam hunc librum scribi, atque edi vellet Spiritus sanctus, nisi vellet etiam aliquando intelligi: Cum igitur vaticinia contineat præclara, & quorum cognitione, atque intelligentia instructam in primis esse oporteat Ecclesiam, ne extremis illis, calamitosis q; temporibus fluctuent eius filij, atque omni vento doctrinæ circumferantur, & hostis immanissimæ præda fiant: cur, vt olim beati martyres Christi Irenæus, Iustinus, Victorinus, atque alij sequentibus seculis fecerunt, non etiam nos supplices Diuinæ Sapientiæ fores pulsemus, & pia quadam, ac religiosa fidelia mentis audacia ad amicorum omnium optimum Christum eamus, qui dedit hanc Apocalypsin seruo suo Iohanni palàm facere seruis Luc. 11.
suis, & media nocte obscuræ huius, & sacratæ caliginis panes intelligentiæ petamus, quos vel nostro sæculo (si Deus ita voluerit) vel futuris apponamus? Etenim huius prophetiæ explanatione, ac perceptione, quasi quodam cœlesti pane, mirificè extremorum temporum homines confirmabuntur, vt ambulent in fortitudine cibi huius vsq; ad montem Dei Horeb, & inter venenatos, atque igneos serpentes, & crudelissimorum hostium gladios duce Iesu perueniant ad terram promissam, & introducantur in requiem Domini, in qua Sabbatismus paratus est populo Hebr. 4.
Dei. Namquæ tunc Antichristus, & eius serui, ac satellites, totusq; Diabolicus exercitus aduersus inuictos Christi milites tentabit, eorum potentiam, crudelitatem, bella, cædes sanctorum, momentaneam felicitatem impiorum, prodigia mirabilia cœli, terræ, maris, & quidquid perturbare hominum animos potest, enumerante tot annos prædicta fuisse in hac libro intellexerint, terreri desinent, & victimum Christi, suorumq; triumphum simul prænuntiari animaduertentes animos erigent, & gaudebunt in Domino, & exultabunt in Deo Iesu suo, & facient quod præcepit Dominus: His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Videte ficuneam, & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita & vos cū videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. Contra etiam manes timores abijcient, quibus patrum nostrorum memoria, & olim non multò post Apostolorū ætatem multi, magni q; viri sanctitate, Luc. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctrinæ, florentes laborarunt, Antichristi aduentum, & consummationem sæculi nõ tam imminere, quàm adesse existimantes. Nam cum Babylonis imperium in pristinam gloriam reflorescens, & purpuratam meretricem iterum latè dominantem induxit, cum decem reges vni potestatẽ suam tradentes, cũ pseudoprophetam præcursorem Antichristi, cum characterem bestiæ manibus, ac frontibus sectatorum eius impressum, cum numerum nominis bestiæ, aliaque id genus non panca minutè persequitur, quid aliud facit quàm inanes terrores eximere, quo tempore timendũ, quo maximè animã capiẽda, quo collatis signis pugnandum docere, Antichristum quasi digito indicare? Vtilem cum primis, & fructuosam esse Ecclesiæ harum rerum cognitionẽ quis nẽ videat? Cur igitur librũ negligamus, in quo vno Christus copiosissimè hæc Ecclesiæ suæ conscripta, consignataque reliquit? Cur illum refugiamus? Cur aditum ad eum nullum relictum putemus? Cur nullo modo explicari ab hominibus posse iudicemus? Si res ipsas prænoscere vile est, cur librum, quo illæ continentur, nunquam Deus intelligi volet? Si propter homines ille scriptus est, non dubium est quin sit ab hominibus Deo per seruos suos explanante cognoscendus, & intelligendus. Sed illis, inquis, temporibus intelligetur, quibus hæc futura sunt, hoc est, extremis. Illi igitur intelligere nolint, qui nouerint quando futurum sit tempus extremum, & quorum fuerit nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Frustra ergo, & temere in hoc opere desudarunt Irenæus, Iustinus, Victorinus, Andreas, & Arethas episcopi Cæsareæ Cappadociæ, Ambrosius, Beda, Anbertus, atq; alij doctissimi homines, quorum libri non sine magno fructu leguntur. Quid? cum calamitates & persecutiones ingruent, tunc liber intelligetur, an potius cognitum eum ante illas, perspectumq; esse oportet? Ita sanè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobi. &c. Apud Nicephorum verò lib.6.cap.22.& 23.hæc eadem, & plura eius verba referuntur, quibus aperrè negat esse Iohannis Euangelistæ, coniectura autem eò ducitur vt esse Iohānis presbyteri existimet. *Ex* his intelligimus nullius momenti esse ea patrum testimonia, quæ Iohannis esse dicunt, nō enim docent vtrius Iohannis. † Sed
4 neque ea sunt satis, quæ Iohanni discipulo Domini tribuunt, nam & Iohannes ille presbyter inter discipulos Domini numeratur à Papia Hierapolitano episcopo, & Iohannis Apostoli auditore, cuius verba refulit in eius vita Hieronymus. Considerabam, inquit, quid Andreas, quid Petrus dixissent, &c. vel alius quilibet discipulorum Domini: quid etiam Aristion, & Iohannes senior discipuli Domini loquebantur. Oportet ergo vt Iohannes Apostolus, aut Euangelista, aut quippiam tale nominetur. *Et* tamen sunt huiusmodi quam plurima apud veteres patres, vt cum Dionys. in libr. de Eccle. Hierar. cap. 3. in tertia eius parte de Apocalypsim: Arcanam illam, ac mysticam omninò visionem dilecti discipuli. & Irenæus lib.4.cap.37.&c.50.testatur esse Iohannis discipuli Domini, sed paulò plùs in eodem cap.37. Iohannem eū esse indicat, qui in sinu Domini in cœna recubuit. *Et* Tertullianus lib.4. contra Marcionem, propè principium, loquens de ecclesijs ab ipsis apostolis institutis, & de Romana institura à Petro, & Paulo, continuò subijcit: Habemus & Iohannis alumnas Ecclesias. Nā & si Apocalypsin eius respuit Marcion, ordò tamen episcoporum ad originem recensus in Iohannem stabit auctorem. Et in fine ferè Scorpiaci aduersus Gnosticos eumdem Iohannem autorem docet primæ epistolæ, & Apocalypsis. † Iustinus etiam martyr in
5 Dialogo cū Tryphone paulò post medium, Apocalypsis autorem dicit esse Iohannem vnum apostolorum. Nicephorus lib.2.cap.42.& lib.3.cap.9. scribit iuxta veteres historicos scriptum esse à Ioanne Euangelista. eidem tribuit Habdias episcop. Babylonis lib.5. Hist. Apostolicæ, & Origenes tomo.1. in Iohan. & lib.1. super Iohan (cuius lóci verba refert idem Nicephorus lib.5. c.16.) & lib.1. Comm. in Matthæ. vt refert Euseb. lib.6. Hist. c.18. In eadē sententia sunt Ambrosius. libr.3. de Spiritu sancto. c.21. Hiero. in catalogo scripturarum de Iohanne loquens, & in ca.18. Matthei, Epiphanius lib.2. hæresi.51, & 54, Augustinus in libello de hæresibus, cap.30, Damascenus lib.4. cap.18, & in lib. de Cœtum Hæresibus, hæresi.51. Sed nimis lōgum esset, si omnia de hac re patrum testimonia essent proferenda.

Autoritas Apocalypsis.

Probatur etiam Apocalypsis ab Ecclesia, & inter canonicos libros ponitur addito nomine Iohannis in Concilio.3. Carthag. c.47, & ab Innocen. III. *Epist.*3. cap. vltimo, à Gelasio. I. in Decreto de libris canonicis, à Concilio Florētino, in Catalogo librorum canonicorum, & à Trid. sess. 4. in Decreto de canonicis scripturis. Sed Tridētinū addidit, Iohannis apostoli. Denique in Cōcilio. 4. Toletano. c.16. extat huiusmodi decretū: Apocalypsin librū multorū conciliorū autoritas, & Synodica sanctorum præsulū Romanorū decreta Iohannis Euangelistæ esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendum cōstituerūt. Et quia plurimi sunt, qui eius autoritatē non recipiunt, eūq; in Ecclesia Dei prædicare contemnūt: si quis eum deinceps aut nō receperit, aut à Pascha vsq; ad Pentecosten Missarum tempore in Ecclesia nō prædicauerit, excōmunicationis sententiam habebit. † Nec verò quēquam mouere
6 debet hunc librū nonnumquam Iohanni Theologo tribui, vt videmus in Græca eius inscriptione, quod mouit magnopere Erasmū. Videmus enim passim in libris Dionysij canonicorum librorū scriptores Theologos dici, quod de Deo, & de Diuinis mysterijs loquātur: indeq; hoc nomen propriè datū est Iohanni Euangelistæ, quòd altiora scripsit mysteria; itaq; Iohānes Theolog*, & Euangelista idem est. Extat epistola Dionysij Areopagitæ, quæ est, decima cuius hęc inscriptio est: Iohāni Theologo, Apostolo, & Euāgelistæ exulāti in Patmo insula. Et sanctus Euodius in epistola, quā Lumen vocant, docet Iohannem Euangelistā dictū esse Theologū: eius verba refert Nicepho. lib.2.c.3. Ita eū vocat sæpè Origenes in Homilia.1. in diuersos, Athanasi* in Synopsi Diui-

Iohannes Theologus qui sit.

nx

næ Scripturæ, Damascenus lib.4. cap. 16. pro quod est in translatione Deiloquus, & sæpe in historia de Barlaam, & Iosaphat. Immo & in quibusdam Græcis codicibus, vt in Complutensi, & Regio, titulus est: Apocalypsis sancti Apostoli, & Euangelistæ Iohannis Theologi. † Argumenta, quæ Dionysium Alexandrinum in eam sententiam deduxerunt, vt Iohannem Euangelistam huius libri autorem negaret, quoniam quibusdam parum sanis in fide magni ponderis visa sunt, proferam libenter in medium ita vt Nicephorus retulit libr. 6. cap. 22. &c. 23. Primum est: Iohannes in Euangelio nunquam nomen suum posuit, neque in epistolis, in Apocalypsi verò sæpe illud inculcat. Secundum: Euangelium, & prima epistola, quæ semper sine controuersia Iohanni Euangelistæ tributa est, simile ferè habent initium, & in multis consentiunt, de vita, de luce, de tenebris, de sanguine Christi, de remissione peccatorum. &c. Apocalypsis autem nihil habet huiusmodi, quò ab eodem autore scripta credatur, nec syllabam quidem commune cum illis habet. Tertium: magna est styli & elocutionis diuersitas, quoniam Euangelium, & epistola exquisitis, & egregijs verbis Græcè scripta sunt, Apocalypsis autem sermonem habet incultum, & rusticis barbarismis, ac solœcismis alicubi vtitur.

Argumenta in Apocalypsin. 7

8 Duo priora argumenta facilo soluemus, si animaduertamus aliud esse historiam, aut epistolam scribere, aliud prophetiam. In historia nomen autoris in titulo ponitur, in opere ipso poni non solet. Ita Euangelistæ titulum suis libris præfixerunt: Euangelium secundum Matthæum, aut secundum Marcum, nomina postea racuerunt, quod est idem à Iohanne factum. In epistolis interdum certa aliqua de causa nomen non scribitur, vt in epist. ad Hebræos, & in prima Iohannis epistola, quod eam scriberet ad proximas Asiæ, quas regebat, Ecclesias, apud quas sæpè versabatur, & loquebatur, & quibus eius sermo esset notissimus, semper tamen ferè poni solet. Ideò in secunda & tertia Seniorem se vocat, quòd eo nomine ætatis, & honoris cau-

Solutio argumentorū

sa crebrò à discipulis, vt arbitror, appellaretur. At in prophetia, cuius tota autoritas pendet ex autore, necessariò ponendum fuit, alioqui contemnere
9 retur eo ignorato. † Ideò prophetæ semper nomen suum scribunt initio prophetiæ, vt in omnibus prophetis videmus, & sæpe illud inculcant. Quum igitur Apocalypsis prophetia sit, vt.c.1. legimus: Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ huius: & cum sit epistola, vt indicat titulus ille: Iohannes septem Ecclesijs, quæ sunt in Asia. Gratia vobis, & pax. &c. rectè nomen & ponitur, & repetitur sæpè, vt vera, atque Diuina prophetia credatur, vt quæ nō incerti hominis, sed Apostoli sit, & Euāgelistæ. Quod autem secundo loco de styli diuersitate obijcitur, quis non videt eum diuersum esse debere in historia, & in prophetia? Vt ergò in Euangelio similis ex parte fuit cæteris Euangelistis, ita in prophetia similis esse voluit prophetis. Quod non inculcat in Apocalypsi lucē & tenebras, & vitam, & remissionem. &c. causa est re
10 rum diuersitas, de quibus agit. † Et tamen non vna syllaba modò, vt Dionysius dicebat, sed nomina etiam, & sententiæ cōmunia sunt Apocalypsi cum cæteris libris Iohannis, vt Agnus, & Qui erat, & cap.11: *Et* videbit eū omnis oculus, & qui eum pupugerunt, conuenit cum illo cap.18: Videbunt in quem transfixerunt. *Et*: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, cum illo.1. Iohann.1: *Et* sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. *Et* cap.21: *Ego* sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis, conuenit cū eo, quod de fonte aquæ vitæ Dominus dixit Samaritanæ Iohan.4. *Et* illud Apoc. vlt. *Et* qui sitit, veniat, & qui vult, accipiat aquā vitæ gratis: cōuenit cum Euang.c.7: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Illud.c.19: Et vocabatur nomen eius Verbū Dei, cōuenit cū illo: In principio erat Verbum. &c. Et quod in eodē.c.&.21.& 22. dicit de nuptijs Agni, & sponsæ, cōuenit cum eo quod scripsit in Euang. c.3: Qui habet sponsam, sponsus est. Et alia huiusmodi postea videbimus multa. Quare multò
verisimile est quod initio Cōmentariorū scribit Arethas episcop. Cæsareæ Cap-

Universidad de Deusto
Biblioteca

padociæ: Quidã veterum librũ hũc alienũ esse dicũt à dictione, & lingua Iohãnis dilecti, ipsum ad aliũ referentes, sed non ita est. † Vltimũ erat, barbarismos & solœcismos alicubi esse in Apocalypsi; qui aut nõ sunt, aut vitio scriptorũ esse potuerũt. Sed quãuis nobis ostẽderentur, & ab ipso autore ita scriptũ esse constaret: nullo modo inde argumẽtari liceret, non esse eiusdem huius libri autorem, & Euãgelij. Vt si verbi causã, in vltimis capitibus Euangelij solœcismus inueniretur, qui nusquã ante fuisset in eodem opere visus, aut in fine alicuius epist. Pauli: quis esset qui propterea diceret non esse capita illa eiusdem autoris cuius erãt priora? Quemadmodum si in bono poeta vitium in syllabarũ quantitate aliquando occurrat, vitiũ agnoscitur, autor non alius putatur.

DE TEMPORE QVO scripta est Apocalypsis.

CAP. II.

1 *Apocalypsis quo tẽpore scripta.*

DE tempore, constat scriptã esse Apocalypsin decimo quarto anno imperij Domitiani, cuius secunda post Neronẽ excitata in Ecclesiã persecutione, Apostolus est in Patmon insulam relegatus; atq; ibi Apocalypsin scripsit. Ita Eusebius in Chronicis, & lib. 3. Hist. c. 18. Hiero. in vita Iohan. Niceph. iuxta veteres historicos id affirmat lib. 2. c. 24. & lib. 3. c. 9. & multi alij, sed præcipuè Habdias. lib. 5. Apostolicæ Hist. & Irenæus martyr libr. 5. prope finem, cuius hæc sunt verba: Per ipsum vtique editũ fuisset, qui & Apocalypsin viderat. Neq; enim ante multũ temporis visum est, sed pene sub nostro seculo ad finẽ Domitiani Imperij. Meritò autẽ hoc dicit Irenæus, quoniã Domitianus quindecim annis, & mẽsibus quinq; imperium tenuit, & 14. est Apostolus relegatus, q fuit ab ortu Seruatoris nonagesimus sexte primus, ex eodem Eusebio in Chronicis.

ARGVMENTVM Apocalypsis.

CAP. III.

1 *Argumẽt. Apoc.*

ARgumẽtũ huius prophetiæ est præsentiũ Ecclesiarum institutio, & exhortatio aduersus hereticos, & persecutores: sed maximè futuri Ecclesiæ status tẽpore Antichristi, & persecutionũ illi⁹ tẽporis prædictio, quę à capite quarto ad finẽ vsq; vigesimi protẽditur. Huius q summã videre volet paucis cõprehẽsam, & quasi filum habere Ariadnę, quod per parietibus textũ cæcis iter, & inextricabilẽ errorẽ viarũ sequatur cæca regẽs filo vestigia: legat signa extremi temporis à Dño in Euãgelio prædicta, ac certò sciat hæc capita Apocalypsis nihil esse aliud quã quosdã illorum verborũ Dñi commẽtarios, vt in eorũ explanatione dicemus. Sedente autem eo (inquit Matthæus) super montẽ Olieti accesserũt ad eum discipuli secretò dicẽtes: Dic nobis quãdo hæc erunt, & quod signũ aduẽtus tui, & cõsummationis sæculi. Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis vos seducat: multi enim venient in nomine meo dicẽtes: Ego sum Christus, & multos seducent. Audituri autẽ estis prœlia, & opiniones prœliorũ: videte ne turbemini; oportet enim hæc fieri; sed nõdũ est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnũ in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca: hæc autẽ omnia initia sunt dolorũ. Tunc tradẽt vos in tribulationem, & occident vos. & eritis odio omnibus gẽtibus propter nomen meũ. Et tunc scãdalizabuntur multi, & inuicem tradẽt, & odio habebunt inuicẽ. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Et quoniã abũdabit iniquitas, refrigescet caritas multorũ: qui autẽ perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. His addam⁹ illud Luc. 21. quod fini propius est: Et erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentiũ præ cõfusione sonitus maris & fluctuũ, arescẽtibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi, nam virtutes cælorũ mouebuntur: & tunc videbũt filiũm hominis venientem in nube. &c. Atque ita caput vigesimum huius libri prophetia extremi iudicij terminatur. Duo autem capita extrema beatitudinem sanctorum post iudicium continent. Cap. 24.

DE VTI-

DE VTILITATE, ET obscuritate Apocalypsis.

CAP. IIII.

1 DE eius vtilitate, & obscuritate Hiero. in epist. ad Paulinum hæc scripsit: Apocalypsis Iohannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi, pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Et libr. 9. in Isa. in vltimis verbis: Non intelligentes Apocalypsin Iohannis in superficie literæ medullata Ecclesiæ sacramenta cõtexere. Dionysius Alexãdrinus episcopus in libris de Repromissionib⁹ de hoc libro ita scripsit referente Eusebio. lib. 7. Hist. c. 25: Ego verò (quantum ad meam sententiam pertinet) spernere, aut abijcere scripturam libri huius nullatenus audeo, maximè cũ multi ex fra
2 tribus ita mecum sentiãt. † Sed hoc magis de eo iudico, quod excedant, atque emineant quæ in eo scripta sunt, humanæ auditionis modum, & sit in eo arcanus quidam, & reconditus, atq; admirandus omnibus sensus, quem & ego admiror, ac veneror, etiam si nõ intelligo. Et ea sentio, quod Diuina aliqua sacramenta sermonibus contegantur humanis, non tam iudicio meo discernes, quàm fide credens: & ideo non reprobo quæ non intelligo, sed tanto magis admiror, quanto minus assequor.

DE HVIVS LIBRI enarratoribus.

CAP. V.

1 POstremo in hunc librũ extant commentarij veterũ quorumdam; vt Primasij episcopi Vticæ, Bedæ, Ambrosij Ansberti, Anselmi etiam, sed magna ex parte Historico sensu relicto ad mysticos declinãt: quam obrem sæpe eorum interpretationem relinquere cogemur. Alij præferunt nomen beati Ambrosij episcopi, qui sine dubio Ambrosij episcopi Mediolanensis nõ sunt, eos nos nomine Ambrosij citabimus. Alij nomine S. Thomæ Aquinatis circumferuntur, quos multi eius esse negant, & in opera S. Thomæ iussu Pij. V. edita admissi non sunt, nostramen cuiuscumq; sint, nomine Thomæ breuitatis causã referemus. † Extãt & Homiliæ decẽ & octo in hunc librum in nono tomo operum Augustini, sed hactenus ei falsò tributæ, sunt enim Tyconij hæretici Donatistę, cuius idẽ Augustinus meminit in libris de Doctr. Christiana. Hoc autẽ cõperi ex Beda, qui & in Prologo cõm. in Apoc. eũ dicit hũc librum eũ & vinaciter intellexisse, & veridicè, satisfij; Catholicè disseruisse, præter pauca, in quibus Donatistis fauet, seque eius sensum in multis secutum. Deinde crebrò eius sententias refert in eodem opere, quas ijsdem verbis in his Homilijs inueni-
3 mus. † Ex quo intelligimus omnia esse Tyconij, seddeleta, & mutata fuisse quædam à Catholicis, quæ Donatistis maximè fauerent. Conferat vtrumque librum lector, vt verũ videat esse quòd dico, vbi Beda nomine citat Tyconium, vt ca. 8. in illud: Et facta est grando, & ignis, & in illud cap. 12: Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum, & in illud cap. 14: Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium, & in illud: Per stadia mille sexcenta, & in illud cap. 16: Et septimus effudit phialam suã, & in illud cap. 17: Bestia, quam vidisti, † & in illud cap. 19: Et omnes aues saturatæ sunt, & in illud cap. 20: Et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum, vt alia multa omittam, quæ sine nomine ex eodem opere Beda desumpsit. Multa etiam ex eo Primasius accepit, nec nomẽ interdum tacet, vt cum exponit illud cap. 9: Et numerus equestris exercitus, vbi quæ refert Tyconij verba, inuenimus in Homilia 7. Idem in Prologo suorum Commentariorum affirmat se à Tyconio Donatista quæ sano congruunt sensui delibasse, multaq; in eius opere reperisse superuacua, & inepta, & sanæ doctrinæ contraria. Ex quo intelligitur Tyconij Commentarios & breuiatos fuisse à Catholicis, & correctos, atq; ideò breues nunc legi eius Homilias, quæ sunt inter opera Augustini. *Homiliæ in Apoc. non Augustini, sed Tyconij. Lib. 3. ratio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARII IN APOCALYPSIN IOHANNIS.

Argumentum capitis. I.

Scribit Iohannes ad septem Ecclesias, quas prædicatione Euangelij erudierat, reuelationem, quam à Christo accepit vt ipsis traderet, docetq; quomodo acceperit: narrat etiam vocem, quam audiuit, & primam visionem hominis in medio septem candelabrorum aureorum habentis septem stellas in dextera. In homine Christum figuricari ait, in septem candelabris septem illas Ecclesias, in septem stellis episcopos earumdem Ecclesiarum.

Caput. I.

1 APOCALYPSIS Iesu Christi, quam dedit illi Deus, palàm facere seruis suis quæ oportet fieri cito: & significauit mittens per
2 angelum suũ seruo suo Iohanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcũque
3 vidit. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt; tempus enim propè
4 est. Iohannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in
5 conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, qui est testis fideiis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,
6 & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & impe-
7 riũ in secula seculorum. Amen. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerũt. Et plangent se super eum omnes tri-
8 bus terræ: etiam, Amen. Ego sum A & Ω, principium, & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens.
9 Ego Iohannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Patmos, propter verbum
10 Dei, & testimonium Iesu. Fui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam tamquam tubæ
11 dicentis, Quod vides scribe in libro: & mitte septem Ecclesijs, quæ sunt in Asia, Ephesо, & Smyrnæ, & Pergamo,

mo, & Thyatiræ, & Sardis, & Phi-
12 ladelphiæ, & Laodiciæ. Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus vidi sep-
13 tem candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum aureorũ similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mammillas zo-
14 na aurea. caput autem eius & capilli erant candidi, tamquã lana alba, & tamquam nix, & oculi eius tam-
15 quam flamma ignis, & pedes eius similes auricalco, sicut in camino ardenti, & vox illius tamquam vox
16 aquarum multarum: & habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius vtrãq; parte acutus exibat: & facies eius, sicut sol lucet in
17 virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens, Noli timere. Ego sum pri-
18 mus, & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in sæcula sæculorum, & habeo claues mor-
19 tis, & inferni. Scribe ergò quæ vidisti, & quæ sunt, et quæ oportet fieri
20 post hæc. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, et septem candelabra aurea. Septem stellæ, angeli sunt septem Ecclesiarũ, et candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.

Versic. 1. Apocalypsis.

1 Apocalypsis Iesu Christi. Apocalypsis idem est quod Reuelatio, quo nomine vtitur Paulus. 1. Corint. 14: Vnusquisq; vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsin habet. Et Gala. 1: Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. In cuius loci explicatione Hiero. hæc inquit: Verbum quoque ipsum ἀποκάλυψις, id est, Reuelationis, proprié Scripturarum est, & à nullo sapientium sæculi apud Græcos vsurpatum. Vnde mihi videntur, quemadmodum in alijs verbis, quæ de Hebræo in Græcum lxx interpretes transtulerunt, ita & in hoc, magnopere esse conatos vt proprietatem peregrini sermonis exprimerent noua nouis rebus verba fingentes, & sonare cum quid tectum, & velatum ablato desuper operimento ostenditur, & profertur in lucem. &c. Quod rectè, atque accuratè ab Hieronymo obseruatũ est, neq; enim de verbo ipso ἀποκαλύπτω, loquitur quod & in Ethnicorum libris, & in nostris sæpe reperitur, sed de nomine ab eo deducto, quod apud ethnicos in vsu non fuit: quemadmodum Beare omnes ante Ciceronem dicebant, & Beatus, ipse Beatitudo dicere ausus est, quod aut nemo ante dixerat, aut tunc primùm dici cœperat. More autem prophetarum incipit, qui initio, vt autoritatem verbis suis conciliet, & nomen suum indicant, & à quo prophetiam acceperint, & ad quos vaticinentur. Vt, Visio Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam, & Ierusalem. Cum dicit, Visio, reuelationem se accepisse docet à Deo. Vnde statim ait: Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Interdum etiam apertius: Verbum Domini, quod factum est ad Hosee filium Beeri, &c. † Ita Iohannes docet à quo hãc reuelationem, & prophetiam acceperit, nempe à Iesu Christo: & quamuis non ab ipso proximè, sed per angelum acceperit, vt priores prophetæ, tamen Iesu Christi dicitur, quoniã angelus non eius autor est, sed nuntius. Hanc autem Deũ patrem dedisse dicit Christo *Palàm facere seruis suis* per ministerium Iohannis, ad quem eam misit Christus per angelum. *Seruis suis*, idest, omnibus Christianis, & propriè septẽ Ecclesijs, de quibus mox locuturus est. Quo verbo indicat ad quos hæc prophetia dirigatur. Nec dicit: Hæc est Apocalypsis Iesu Christi, sed more prophetarum: Apocalypsis Iesu Christi, vt: Verbum Domini, quod factum est ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phrasis.

Hoſee. &c. Immò & more Euangeliſtarum: Liber generationis Ieſu Chriſti: Initium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei. Cæterum peruulgata illa Græcorum phraſis eſt, vt dicant Facere pro Ad faciendũ, ſiue vt faciat, vt Matth. 5. Nolite putare quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. Et Luc. 1. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Græcè ποιῆσαι ἔλεος. &c. Sed & Latini poetæ dicunt:

Virg. 1. Æne. *Non nos aut ferro Lybicos populare Penates*
Venimus, aut raptas ad litora vertere præ
das.

Ita nunc: *Palàm facere*, id eſt, Ad palàm faciendum. † Sed quæſtio ex his verbis oritur, quomodo dicat patrem dediſſe hanc reuelationem Chriſto Domino, perinde ac ſi de prophera aliquo, aut de angelo prophetiæ nuntio loqueretur. Poteſt ex Bedæ dictis reſponderi, qui ait: Cuius reuelationem myſterij Iohãnes more ſuo filij gloriam ad patrem referens, Ieſum Chriſtum à Deo percepiſſe teſtatur. &c. Scimus ſanè de homine Chriſto verba fieri, ei namque quatenus Deus eſt, reuelatio fieri non poteſt: quæ eſt omnium ferè expoſitorum reſponſio. Scimus etiam, ſicut ait Beda, Iohannem in Euangelio ſolere quæ filij ſunt patri accepta referre, vt cum ait. c. 7: Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius, qui miſit me. Et cap. 14: Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor. Pater autem in me manẽs ipſe facit opera. Verùm hoc nihil quidem hoc loco prodeſt, videtur enim aliquid Chriſto tribui, quod cõuenire nõ poſſit, vt ſcilicet, ei fiat reuelatio, cũ nemo ſit qui neſciat Chriſtum, vt hominem, etiam cum mortalis erat, omnia perſpicuè, plenèque cognouiſſe quæ in Eccleſia futura ſunt. Thomas ita reſpondet: non eſſe intelligendum ita illi tunc fuiſſe hæc reuelata, vt ante ignoraret, ſed ideo dictum eſſe; Dedit, vt oſtendat Chriſtum hominem non hæc ex natura habuiſſe, ſed ex gratia. † Sed melius reſpondebimus, dici datam eſſe reuelationem, non quòd tunc acceperit quod à cõceptione ſua cognouerat, ſed quòd tunc id hominibus notum fuit, Iohanni quidem per angelum, reliquis per Iohannem. Viſitatum enim eſt in Scriptura, vt res tunc fieri dicatur, cum hominibus innoteſcit, vt docuit S. Tho. 1. p. quæſt. 24. Art. 3. & 3. part. quæſt. 13. Art. 2. ad. 1. & quæſt. 24. Art. 1. ad. 3. probat ex Matth. vltimo: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Hanc enim poteſtatem etiam ante mortem habebat datam à patre, Ioh. 13: Sciens quod omnia dedit ei pater in manus. Verùm planior etiam erit reſponſio, & expeditior, ſi ita exponamus: patrem dediſſe Chriſto hanc reuelationem, non eo tempore, quo ipſi Iohanni per angelum ſignificauit, ſed cũ primum conceptus eſt, ei præcepit vt ſuo tempore per Iohannem hæc Eccleſijs prædiceret. Ita paſſim loquitur Dominus in Euang. Iohan. 3: Quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur. Iohan. 5: Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit. Et cap. 18: Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?

Regula.

Verſ. 1.

† *Quæ oportet fieri cito.* Dedit illi reuelationem vt ipſe palàm faceret ſeruis ſuis res non ambiguas, aut incertas, ſed citò faciendas. Quomodo autem citò fient, cum pleraque in Apocalypſi ad conſummationem ſæculi, & ad Antichriſti tempora pertineant? Communis ferè expoſitio eſt, citò fieri, quia breue eſt tempus præſentis ſæculi, nec diu differri poteſt quod in eo futurum eſt. Citò (inquit Haymo) id eſt in præſenti tẽpore. Omne enim tempus præſentis vitæ comparatum æternitati quaſi vnius horæ paruiſſimum eſt momentum. Vnde & idem Iohannes in epiſtola ſua dicit de hoc longiſſimo tempore: Filioli, nouiſſima hora eſt. &c. 1. Ioh. 2. Et eſt quidem hoc verum, ſed nunc hoc etiam dicere poſſumus, id quod incipitur, iam fit. Cum ergo illæ perſecutiones Eccleſiarum, & reliqua, quæ prioribus tribus capitibus commorantur, citò incipi deberent, rectè ait: *Quæ oportet fieri citò*, & ſi citò non eſſent timenda. † Ita probat communis conſuetudo ſermonis, & conſuetudo Scripturæ. Vt illud quod Pſal. 2. dictum eſt: Aſſiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius: fiebat cum Herodes, & Pilatus inſurrexerunt

Citò.

xerunt aduerſus Dominum Ieſum, vt apoſtoli docent Act. 4. quia tunc cœpit impleri illa prophetia, quæ tamen vſque ad hæc tempora, & vſque ad finem ſæculi extenditur. Notanda eſt etiã proprietas in ſcripturis verbi Oportet, quod ſæpe neceſſitatem quamdam affert, nec ſignificat expedire vt aliquid fiat, ſed neceſſe eſſe vt fiat, aut nõ poſſe nõ fieri. Matth. 26: Quomodo ergo implebũtur Scripturæ, quia ſic oportet fieri? Act. 1: Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda. Et cap. 4: Quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

Oportet.

Verſ. 1.

7 *Et ſignificauit mittens per angelum ſuũ.* Non placet quorũdam interpretatio, Significauit, ideſt ſignis, & obſcuritate figurarũ oſtẽdit: ſed ſimpliciter acceptur pro eo quod eſt, Manifeſtauit. Conſtat enim ita hæc tradita fuiſſe Iohanni, vt optimè omnia intellexerit. Ambroſius: Dominus Ieſus angelum ſuum miſit, & per eumdem angelum ſeruo ſuo Iohanni manifeſtauit quæ oporter fieri citò. Si quis autem ambiguum eſſe verbum, ἐσήμανε, quod hic legitur, dicat, atque idcircò duplicem eſſe ſenſum, id eſt, Sigillauit, & indicauit, & ſequi malit expoſitionẽ quam reſeci modo, quoniam Beda expoſuit in hunc modum: Et ſignificauit, myſticis eamdem Apocalypſin dictis innexuit, ne cunctis manifeſta vileſceret. &c. ſciat impoſuiſſe illi, & alijs verbũ Signo, quod apud Latinos ambiguũ eſt, vt vel indicare ſignificet, vel ſigillo obſignare, ſiue claudere. † At in Græco nulla eſt ambiguitas, nuſquam enim ponitur in Scriptura verbum σημαίνω, vt ſignificet obſignare ſigillo, ſed ſemper verbum σφραγίζω, etiam in eo loco, quem pro ſe adduxit ex Apoc. 22. Ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius. Et cap. 20: Et clauſit, & ſignauit ſuper illum. Et ca. 10: ſigna quæ locuta ſunt ſeptẽ tonitrua. Et c. 7: Quo ad vſque ſignemus ſeruos Dei nõſtri in frõtibus eorum; illo enim ſigno frontis, quaſi ſigillo quodam, obſignabãtur, vt ſerui Dei eſſe cognoſcerẽtur. Et quod ſæpe repetitur in eodem capite: Duodecim millia ſignati. Et cap. 7: Et vidi in dextera ſedentis in throno li-

Signo. *σημαίνω.*

brum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem. Denique vbicumque in nouo teſtamento legimus hoc verbũ Signo, ſemper eſt in Græco σημαίνω. Similiter eſt in Græco apud Danielem cap. 12. vbi ait: Claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum. Et poſtea: Vide Daniel, quia clauſi ſunt, ſignatique ſermones. Et cap. 8: Tu ergò viſionem ſigna; quia poſt multos dies erit. Contra vbi ponitur verbum Significo, quod eſt Indico, Declaro, ſolet ſæpe poni verbum σημαίνω, vt Iohan. 12. &. 18: Significans qua morte eſſet moriturus, & cap. 19: Hoc autem dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. Act. 11: Significabat per Spiritum ſanctum famem magnam. &c. Et cap. 25: Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & cauſas ejus non ſignificare. Ex quo manifeſtiſſimum eſt non aliter locũ intelligi debere quã à nobis expoſitus eſt: præſertim cum interpres ipſe palàm oſtenderit quomodo intellexerit verbũ ſignificare, cum pro eo quod eſt δηλῶσαι, id eſt manifeſtare, ſoleat vertere Significare. Vt. 1. Cor. 1: Significatum eſt enim mihi de vobis fratres mei ab iſsqui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt inter vos. Hebræ. 9: Hoc ſignificante Spiritu ſancto nondum propalatam eſſe ſanctorum

9 viã. &c. † Videmus autem hic, vt Arethas, & Haymo adnotauerunt, Chriſti diuinitatem indicari ab Euangeliſta. Et enim quamuis de eo, vt de homine locutus fuerat; Apocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit ei Deus: nunc alteram eius naturam oſtendit, cum ſeruos eum habere, & angelos dicit. Sic enim dictum eſt de Chriſto: Mittens per angelum ſuum, ſicut Deo dicitur Pſalm. 103: Qui facis angelos tuos ſpiritus.

Qui teſtimonium perhibuit verbo Dei. Teſtimonium alicui perhibere, aut dare, aut reddere, aut teſtem alicui eſſe, ſignificat pro eo teſtificari, & in fauorem eius teſtimonium dicere. Luc. 4: Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta eſt hæc Scriptura in auribus veſtris. Et omnes teſtimonium illi dabant, ideſt, ita eſſe confirmabant. Iohan. 1: † Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, id eſt, vt de Chriſto teſtificaretur quæ ve-

Verſic. 2. Teſtimonium perhibere, & teſtem eſſe alicui.

10 21

ra eſſe

Universidad de Deusto
BibliotecA

ra esse cognouerat. Ibidē Iohānes testi
monium perhibet de ipso, & clamat di
cens: Hic erat quem dixi: Qui post me
ventur⁹ est, ante me factus est. Et c. 5:
Vos misistis ad Iohannem, & testimo
nium perhibuit veritati. Ita etiam Do
minus dixit Actor. 1. Et eritis mihi tes
tes in Ierusalem, & omni Iudæa. &c.

Verbum Dei. Porrò Verbum Dei aut pro doctrina,
siue prædicatione Euangelij accipi po
test, aut pro ipso filio Dei: magisq; pro
filio Dei accipi debet, quod indicat in
Græco articulus præpositus. Iohannes
ergò testimonium perhibuit Verbo
Dei, siue, vt est in Græco, testificatus
est Verbum Dei, quoniam ipsius Diui
nitatem vbique prædicauit. † Deinde
11 vt magis explicet quod dicit, addit: *Te
stimonium Iesu Christi*: quasi dicat, Testi
monium, quod perhibuit Verbo Dei,
est testimonium Iesu Christi, idē enim
est Verbum Dei qui & Iesus Christus,
& quæcunque de Verbo Dei dixit, de
Iesu Christo & intellexit, & intelligi
voluit. At non est testificatus de eo
quæ ab alijs accepit, aut incerto rumo
re cognouerat, sed *quæcunque vidit*, id
est, ea, quæ vidit, docuit de eius operi
bus, & miraculis. Sed sciēdum est, tam
Verbum Dei, quam sequentia apud
Græcos Accusatiui casus esse, & cū con
iunctione legi in hunc modum: *Qui te
stificatus est Verbum Dei, & testimonium
Iesu Christi, & quæcunque vidit.* Sed sen
sus est idem in nostra translatione, vt
12 iam explicauimus. † In quibusdam co
dicibus Græcis additur, vt adnotat Aro
thas, *Et quæcunq; audiuit, & quæ oportet
fieri post hæc.* Sed redundare hæc videntur, Hoc conuenit cum illo cap. 19: Et
qui vidit, testimonij perhibuit. Iterum
initio primæ Epistolæ: Quod audiui
mus, quod vidimus oculis nostris, &c.
Hoc testimonium, de quo nunc Iohan
nes loquitur, Ambrosius refert ad il
lud, quod scripsit in Euangelio: In prin
cipio erat Verbum, &c. Beda ad illud:
Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi
vnigeniti a patre. At hoc referri debet
ad has sententias viua voce ab Aposto
lo traditas fidelibus, non ad eas, vt in
Euangelio scriptæ sunt: multò enim
certius est Euangelium scriptum esse
post Apocalypsin postquam de exilio
reuersus est, vt tradunt Eusebius lib. 3.
Hist. ca. 24, Hieronymus in Catalogo,
Augustinus, & Beda in Ioh. & multi
alij. Quare non tam firmiter probari vi
detur ex his quidē verbis (quod tamen
nos iam alijs rationibus abunde confir
mauimus) autorem Apocalypsis esse
Iohannem Euangelistam, quam Beda,
13 & Ambrosius putant. † Mihi tamē hoc
idem probabilissimè colligi videtur
alia ratione, nēpe quod Iohannes scri
ptor Apocalypsis testimonium perhi
buerit prædicatione sua de Verbo Dei
Iesu Christo, & docuerit quæcunque
vidit, quod Apostolo optimè cōuenit,
de Iohanne autem illo presbytero quis
dicere poterit? aut vnde docebit eum
spectatorem, & prædicatorem fuisse vi
tæ, & operū, ac miraculorum Christi.

Verſ.3. *Beatus qui legit, & audit.* Quasi dicat, Magnopere expedit legentibus, siue audientibus hanc prophetiam, seruare quæ in ea scripta sunt, quoniam qui eius monitis non paruerint, peribunt omninò, & æternis supplicijs punientur. Itaque vtrumque iungendum est: *Beatus qui legit, & audit, & seruat*: non enim dixit Audit pro Obedit, sed ita vt Luc. 11: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: & perinde est ac si diceret: Beatus qui legit, siue audit, &c.
14 seruat ea: † quoniam enim omnes lege
re non poterant, sed eruditiores, opor
tuit addere: *Et audit*. Et quoniam mul
to plures audiunt quam legunt, Græcè
scriptum est: *Beatus qui legit, & qui au
diunt verba prophetiæ, & seruant. &c.*

Verſ.3. *Tempus enim propè est.* Citò enim hæc fieri incipient, quod addidit vt attentio
res eos, & vigilantiores redderet prædi
ctione imminentium persecutionum,
& vt magis excitaret spe vicini præmij.
Verum hoc animaduertamus in Græco
non esse χρόνος, sed καιρός, quod propriè χρόνος, & καιρός.
occasione, siue opportunitatem tempo
ris significat, quo nomine tectè hanc
subindicare videtur sententiam: Perse
cutiones, & calamitates, quæ instant,
& impendent filijs Ecclesiæ, non tam
calamitates censendæ sunt, quàm occa
sio quædam optima magnorū præmio
rum, & æternarum coronarum, quam
si quis elabi sinat, magnis se bonis priua
bit, & in magna mala incidet. Vidit hoc
15 Arethas, qui exposuit: † Tempus siue
opportunitas propinqua est ad beatitu
dinem.

dinem. Inde Act. 1. vbi habemus: Non
est vestrum nosse tempora, vel momē
ta; in Græco est χρόνους, ἢ καιρούς. Quem
locum citans Augu. epist. 78. ad Hesy
chium, ita inquit: καιρούς appellant Grę
ci tempora quidem, non tamen quæ in
spatiorum voluminibus transeunt, sed
quæ in rebus ad aliquid opportunis, vel
importunis sentiuntur, sicut messis, vin
demia, calor, frigus, bellum, & si qua
similia: χρόνους autem ipsa spatia tempo
rum vocant.

Verſ.4. *Iohannes septē Ecclesijs, quæ sunt in Asia.*
Asiam minorem intelligit, in qua sunt
septē vrbes, de quibus hic loquitur, &
est pars maioris Asiæ, vt videmus apud
Ptole. lib. 5. Geogr. cap. 2. Sed quæritur
cur ad has potius scribat, quam ad alias?
16 † Ad hoc Beda ita respondet: Per has
septem Ecclesias omni Ecclesiæ scribit.
Solet enim vniuersitas septenario nu
mero designari, quòd sēpè diebus cum
ctū hoc seculi tempus euoluatur. &c.
Eadem est sententia Arethæ. Verūm
non est hoc ita intelligendum, quasi
non propriè scribat septem Ecclesijs,
quas nominat, qđ falsum est: sed signi
ficāt autores ea, quæ his dicuntur, cōue
nire in omnes Ecclesias, & ad omnes
posse accommodari, ideoq; Apostolū
in his septem, reliquas etiam compre
hendere voluisse, quas non nominauit.
Scripsit autem propriè ad has septem
Ecclesias, quarum maxima, & quasi me
tropolis erat Ephesus, quòd sibi in diui
sione terrarum obtigerat, & in illis diu
docuerat, vt rectè ait Haymo.

Verſ.4. 17 *Gratia vobis, & pax.* Vt in scriptione
prophetiæ prophetarum morem secu
tus est, ita nunc quasi epistolam scribēs
morem reliquorū Apostolorum in epi
stolarum initio imitatur, ita enim Pau
lus, & alij epistolas exordiuntur. Quod
autem verbū subaudiri hoc loco opor
teat, Petrus docet, qui in priori epistola
sua ait: Gratia vobis, & pax multiplice
tur in posteriore: Gratia vobis, & pax
adimpleatur, quod idē significat, vtro
que enim loco est πληθυσθείη: In gratia,
& pace omnia bona precatur, sed prius
gratiam, id est, remissionem peccato
rum, & amicitiam cum Deo, deinde
pacem, id est, tranquillitatem spiritus,
quia sine gratia pax vera esse nō potest,
sicut scriptum est Isai. 57: † Non est pax
impijs, dicit Dominus meus. Hinc psal.
71: Orietur in diebus eius iustitia, &
abundantia pacis, & Isai. 32: Et erit opus
iustitiæ pax.

Verſ.4. 18 *Ab eo qui est, & qui erat, & qui ventu
rus est.* † Nonnulli hæc omnia ad Chri
stum referunt; ipse enim est, & semper
erat, & venturus est ad iudicandum vi
uos, & mortuos. Et diceretur hoc pro
babilissimè, nisi statim legeremus: Et
à Iesu Christo, qui est testis fidelis.
Alij de patre accipiūt. Sed si rectè alios
huius libri locos consideremus, intelli
gemus sine dubio in eo, qui est, & erat,
& venturus est, totam Trinitatem intel
ligi, non tamen ita vt singulæ partes ad
singulas psonas pertineant, quod inane
est, sed omnes partes ad singulas perso
nas; pater enim est qui est, qui erat, &
qui venturus est, similiter filius, & Spi
ritus sanctus. Locus apertus est Apo. 4.
Et requiem non habebant die, ac nocte
dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Do
minus Deus omnipotens, qui erat, &
19 qui est, & qui venturus est. † Ex hoc si
miles loci sunt intelligendi, vt cap. 1:
Ego sum A, & Ω, principium, & finis,
dicit Dominus Deus, qui est, & qui
erat, & qui venturus est. Et cap. 11: Ce
ciderunt in facies suas, & adorauerunt
Deum dicētes: Gratias agimus tibi Do
mine Deus omnipotens, qui es, & qui
eras, & qui venturus es. Dicitur: Qui
est, eo modo quo dixit ipse Exod. 3: Ego
sum qui sum. Sic dices filijs Israel: Qui
est misit me ad vos. lxx. vtroq; loco ver
terūt ὁ ὤν, id est, Qui est, siue q est ens,
eo quod ipse solus habeat esse propriū,
& aliunde non dependens, & incircum
scriptum, & per eum omnia habeāt vt
sint, Rom. 11: Quoniam ex ipso, & per
ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria
20 in sæcula, Amen. † Eodem vocabulo
vtitur Euangelista in locis citatis, ὁ ὢν.
Qui erat, dicitur, quoniam semper fuit,
quomodo Ioh. 1. In principio erat Ver
bum, & Verbum erat apud Deum. Ven
turus dicitur, quia tota Trinitas iudica
tura est homines in fine sæculi per Ie
sum Christum. Iudicium enim verè,
& propriè sanctæ Trinitatis est, sed il
lud exercet per Christum, cui dedit
hanc potestatem, vt homo est. Ioh. 5:
Sicut enim pater habet vitam in se
metipso, sic dedit & filio vitam habere
in se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Hinc etiam Daniel cap. 7. loquens de iudicio patrē inducit sedentem: † Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Deinde eumdem inducit Christo potestatem iudicandi committentem: Et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum. &c. Et Beda, qui hæc verba, in quibus nunc versamur, de patre interpretatur, ait: Deus enim pater & venit, & venturus est in filio. Idem de filio & Spiritu sancto respectu Christi hominis dicendum est. Vide S. Thom. rectè hoc explicantem. 3. p. quæst. 59. Art. 1.
22 &. 2: † Quare illud Iohan. 5: Neq; enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: iam ex dictis intelligitur: nō iudicat per se ipsum iudicium exercens, iudicat tamen per filium, ratum habens quidquid ille iudicaverit. Quod autem Erasmus adnotauit Græca Euangelistæ verba nullum habere sensum, cùm inciuile est, & audax, tum etiam falsum: ita enim habent: ἀπὸ τοῦ ὢν, καὶ ὃν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, quod rectè, & sine vllo vitio dictum est. Subauditur enim in singulis ὅτι & vt sit: ἀπὸ τοῦ ὅτι ὢν & ὁ ὢν, &c. Hoc cum rectè ita explicetur, nescio cur etiā Gagneius, nullū sensum Græca verba habere dixerit. Apostolus enim ipsa Græca verba scripsit, quæ si nullū sensum habent, nihil ille dixit, nihil dixit Spiritus sanctus. Quod si turpe dictu est, dicamus potius Erasmum, & Gagneium nihil dixisse.

23 † *Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.* Septem spiritus multi interpretantur Spiritum sanctum septiformem, cuius septem dona numerantur; vt Primasius episcopus Vticensis, Amb. Beda, Ambrosius Ansbertus, Ruperт, Haymo, Thomas. Alij (quod idē est) septem spiritus dicunt vocari septem dona Spiritus sancti, vt Victorinus martyr, & Ioachim abbas. Anselmus vtroque modo. At non video quomodo de Spiritu sancto dici possit: Qui in conspectu throni eius sunt. Ipse enim potiùs est in throno, vt Dominus, & Deus, non in conspectu throni, quod more Scripturæ de ijs, qui Deo ministrant, dici solet, vt mox videbimus. Eadem ratione nec septem dona hoc loco septem spiritus intelligi possunt. † Multò melius sine dubio explicauit Arethas, qui dicit probabilius esse hos septem spiritus esse angelos, qui sunt in conspectu Dei, non vt æquales, sed vt ei ministrantes. At erat huic autori explicandum, cur septem angeli dicerentur, cum omnes angeli sint in conspectu throni Dei, aut qui essent hi septem angeli. Ideo Lyranus, qui similiter sensit, ita interpretatus est: A septem spiritibus, id est, ab vniuersitate angelorum, qui ministri sunt nostræ salutis. Videlicet sensit (quod vulgatum est in Scriptura, & quod iam ex Beda diximus nu. 13.) numero septenario vniuersitatē intelligi. Verum hoc probari posset, si semel, aut iterum in Scriptura legeremus septem spiritus, at cū sæpè legamus, semperque septem dicantur, non est dubium certum, definitumque numerum indicari. † Sunt ergò hi septem spiritus septem angeli magni, & inter ceteros dignitate excellentes, quibus humanæ salutis cura demandata est. Cui sententiæ suffragantur martyr Irenæus, & Alexandrinus Clemens, vt in caput huius libri quartum testatus est Arethas. Clemens quidem lib. 6. Stromatum ita inquit: Septem quidem sunt, quorum est maxima potentia, primogeniti angelorum principes, & per quos Deus omnibus hominibus prouidet. ideòq; oculi Dei, & Christi dicuntur. Apo. 5: *Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tamquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei missi in omnē terram.* De quibus etiam Zach. 4: Septem sunt isti oculi Domini, qui discurrunt in vniuersam terram. † Et cap. 8. Apoc. legimus: Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei, & datæ sunt illis septem tubæ. Et cap. 15. 16. 17. septē angeli memorantur quasi curam habentes vniuersæ terræ, vt suis locis videbimus. Atque vt res fiat quàm manifestissima, Tob. 12. habemus: Ego sum Raphael Angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Dominū. Ex quo iam videmus

Vers. 4.

Septem spiritus.

Astare, siue esse in cōspectu.

demus non dici eos astare ante Dominum, siue esse in conspectu Domini, quasi qui assistunt, & non mittuntur, quomodo illud Dan. 7. solet exponi: Millia millium ministrabant ei; & decies millies centena millia assistebant ei sed astare, & esse in conspectu throni dicuntur, quòd præstò sint, vt quocumque Deus voluerit mittere, eant, ideoque dicuntur mitti in vniuersam terram, & discurrere per vniuersam terram. † Videmus hoc in Raphaele, qui dicit se esse ex septem, qui astat coram Domino, & missus est ad Tobiam. *Et* Zacha. 6: Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, vt stent coram Domino omnis terræ. Intelliguntur autem in quatuor ventis quatuor monarchiæ, quæ suo quæque tempore missæ sunt à Deo, vt per eas supplicium sumeret de ijs, quos punire vellet. *Et.* c. 3. eiusdem propheræ: *Et* dabo tibi ambulantes de ijs, qui nunc hic assistunt, id est, dabo tibi ex hoc angelorum numero, qui ante me adstant, aliquos, quorum circumualleris auxilio, & ab omni hostium fraude securus sis, vt ibi exposuit Hieronymus. Eadem de causa Apoc. 8. septem angeli dicuntur esse in conspectu Dei, quibus datæ sunt septem tubę. Tale etiā est illud. 1. Reg. 16. Misitque Saul ad Isai dicens: Stet David in conspectu meo, inuenit enim gratiam in oculis meis, id est, Veniat vt mihi ministret. † Ex his intelligitur & ex multis alijs locis, Assistere, siue Astare in conspectu alicuius, siue Astare coram aliquo, esse ministrantium. Verum duo maximè aduersari videntur nostræ expositioni, & Arethę, & Lyram. Primum, verba ipsa: *Gratia vobis, & pax ab eo, qui erat, &c.* non enim gratia, & pax expectatur ab angelis, siue ab spiritibus creatis, sed ab Spiritu sancto creatore. Propterea Cœlius Pannonius dixit palàm à vero aberrare qui per septem spiritibus septem angelos intelligunt. Alterum est quod statim sequitur: *Et à Iesu Christo, qui est testis fidelis, &c.* nam si per septem spiritus intelligatur Spiritus sanctus septiformis, merito post eum Christus ponitur, qui, vt homo, minor eo est: at si angeli intelligantur, absurdum est Apostolum gratiam, & pacē septem Ecclesijs precari à septem angelis, & quidem prius quàm à Iesu Christo. † Primum facilè diluitur, gratia enim, & pax expectatur primum à Deo, qui autor est gratiæ, deinde à creaturis, quibus Deus vtitur instrumentis sanctificationis nostræ, vt à sacramentis, & à ministris sacramentorum. Et quoniam septem angeli omnium hominum salutem curant, eamque à Deo assiduè petunt, & eorū precibus Deus excitatur ad sanctificandum nos, meritò dicit: *Et à septem spiritibus, &c.* Hoc autem si alterius expositionis patronis absurdum forte videbitur, & ipsos talia quippiā dicere necesse est. Nam ipsam personam Spiritus sancti septem spiritus appellari neque probabunt vnquā, nec probari poterit, nemo enim ita loquitur: quare dona Spiritus sancti intelligere debent, quæ magis propriè possunt vocari septem spiritus. † Tunc ergò ab eis quæremus: quomodo gratia, & pax expectanda sit à donis creatis? respondebuntque quia donis huiusmodi sanctificamur. Ita & nos dicemus gratiam, & pacem expectari ab angelis, quòd per eorū preces nobis Deus gratiam largiatur. Est & altera responsio satis ad rem accommodata, vt in gratia, & pace veram amicitiam, siue reconciliationem intelligamus, quæ solemus fratribus nostris precari, vt. 2. Machabæorum. 1: Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis. Precatur igitur illis veram amicitiam, & pacem cum Deo per remissionem peccatorum, & sanctificationem; & amicitiam, & pacem cum septem angelis, vt semper ab eis diligātur, & adiuuentur. Indicat hoc communis sermo, redire in gratiam, & ponere in gratia, & nomen ipsum gratiæ, quæ ex eo dicitur, quod grati alicui simus. Hinc toties dicitur in Scriptura, Inuenire gratiam coram aliquo. † Ad alterum respōdendum est, Christi mentionem esse factam antequam angelorū, quatenus Deus est, in illis verbis: *Ab eo, qui est, & qui erat, &c.* nunc autem loquitur de eo secundùm humanam naturam, qua minor est angelis. Psalm. 8. Minuisti eum paulò minus ab angelis, quod ad Christum refert Paul. Hebr. 2. Altera etiam causa est, quòd plura de Christo dicere parabat: Qui est testis fidelis, & quæ se-

quun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quintur: ideò ne iterũ repeteret Christum, mallut angelorum mentionem facere, vt postea sine vlla interruptione de eo loqueretur. Ita Hieronym. in cap. 1. Matth. dixit, prius dictum esse ab Euangelista: Filij Dauid, quàm Filij Abraham, quoniam continuò locuturus erat de Abraham, & iterum eum repetere cogeretur si dixisset: Filij Abraham, Filij Dauid. † Ordo (inquit Hieronymus) præposterus, sed necessariò commutatus.

Qui est testis fidelis. Hoc iam intelligitur ex his quæ dicta sunt, nu. 8. &. 9. Testis fidelis dicitur; quoniam verum testimonium reddidit de patre, & fideliter hominibus aperuit patris dignitatem, & voluntatem, & desiderium salutis hominum, & viam salutis, sicut ab ipso patre accepit. Ioh. 17: Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Et postea: Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Sed cum multa de Christo dici possent, cur hoc potiùs dixit, quàm aliquid aliud? † Non ab re, sed ut maiorem huic prophetiæ fidem habeant, & vtilem futuram esse intelligant suæ saluti, quandoquidem accepit illam à Iesu Christo, qui semper verum de patre testimonium reddidit, & fideliter homines docuit quidquid à patre accepit vt doceret ad eorum salutem. Præterea vt bono animo sint ad labores persecutionũ sustinendos spe futuræ retributionis, Christus enim dixit: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c. Et ipse est testis fidelis patris, quare non potest non vera esse eius promissio. † Verum in Græco cum duplici articulo ponitur ὁ μάρτυς ὁ πιστός, id est, qui est testis ille, fidelis ille; quod non semper de alijs testibus dicitur cum articulo, vt Actor. 1: Sed eritis mihi testes in Ierusalem. &c. Nunc autem de Christo dicitur, vt intelligatur eum esse testem illum egregium, de quo dictum est Isa. 55: Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus. Et ipse ait Ioh. 18: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. † Fidelis ille dicitur, quia plenissimè veritatem docuit, & nemo fidelis Dei testis esse potest, nisi ex ipso didicerit. sicut ait Ioh. c. 1: Deũ nemo vidit vnquã, vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Imo etiam Matth. 23: Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est, Christus. Et de eodem Christo Apoc. 3. similiter cum duplici articulo: Hæc dicit, amen, testis fidelis, & verus. Dicitur etiam interdum de alijs testibus cum articulo, sed propter insigne testimoniũ, quod de Deo reddiderunt multa propter veritatem patientes, vt Apoc. 2: Anti pas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos. &c. de quo suo loco dicemus: qui cum duplici etiam articulo dicitur testis fidelis. Et Act. 22: Et cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam.

Verſ. 5.

Verſ. 5a

† *Primogenitus mortuorum.* Communis expositorum sententia est, primogenitum mortuorum dici Christum, quoniam primus omnium mortuorũ resurrexit non morituus. Itaque ceteri qui resurrexerũt, iterũ mortui sunt, aut si qui non sunt mortui, post eum resurrexerunt. Sed cur ita hoc Iohannes dixerit explicemus. Primogenitus inter fratres dicitur is, qui primus omniũ nascitur, atque ideò Christus, qui primus inter mortuos resurrexit, & de quo eadem de causa scripsit Paulus. 1. Corinth. 15: Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, meritò appellatur primogenitus mortuorum.

Resurrectio natiuitas, & regeneratio dicitur.

† Primus autem resurrectione dicitur Primogenitus, aut Primò natus, quia resurrectio natiuitas quædam est, & idcirco regeneratio dici solet, Matth. 19: Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. &c. Vbi hoc etiam notandum, Hebræos nõ habere huiusmodi compositiones verborum, & Euangelistam (quoniam Hebraicè scripsit) probabile est scripsisse: In generatione, sed Græcus interpres, & Latinus, quoniam non de prima generatione sermonerat, sed de resurrectione, quæ est iterata generatio, ac natiuitas rectè vertit: In regeneratione. Ex quo multi putant Paulum Act. 13. de resurrectione interpretatum esse quod est in Psal. 2: Ego hodie genui te, quia resurrectio est natiuitas quædam. † Et nos (inquit) vobis annuntiamus eam, quæ ad patres nostros

stros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum, sicut & in psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. De quo (neque enim id satis mihi probatur) alio in loco commodiùs dicemus. Verùm hæc Christi appellatio Primogenitus mortuorum, quid pertiner ad id, quod nunc agit Euangelista? Vt qui multa passuri erant, & occidendi à persecutoribus, mortem contemnerent scientes se Christi exemplo fore resurrecturos.

Verſ. 5.

Et princeps regum terræ. Non ita nũc dicitur Christus princeps regum terræ, quasi maximus omnium regum tantum, sed quasi imperans illis, ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων. Sicut apud Aristotelem in libro de Mundo, qui exercitui, aut ciuitati, aut domui imperat ἄρχων dicitur ἐφ' ἵππων, siue πόλεως, aut οἴκου apud Thucydidem magister equitum, id est, equitibus imperans, ἄρχων τῶν ἱππέων. † Ac si diceret Apostolus: Ne timeatis reges, & tyrannos, Christus enim illis imperat, & eorum opera, vt rex ministris, vtitur ad puniendum quos velit, & ad probandum electos suos. Quantumuis sæuiant, & nocere cupiant, non tamen vobis nocere poterunt, nisi quantum Christus eorum princeps, & Dominus permiserit. Hinc de eo dictum est Apoc. 19: Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. Et de exercitu Romanorum Christi voluntate missio ad euertendam Ierusalem legimus Matth. 22: Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. † Hoc etiam est quod de imperijs terræ scripsit Zacha. cap. 6: Ibi sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur vt stent coram Dominatore omnis terræ, vt suo loco explicauimus. Dicitur & apud Græcos ἄρχων, qui rei principium, & autor est: quare rectè intelligi potest Christus principium, & autor regum, qui de se ait apud Salomonem: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.

Prouer. 8.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Si ita legatur vt nos habemus, satis intelligitur cur hoc de Christo hoc loco dicat, nempe vt eiusdem Christi exemplo fideles ad mortem perferendam excitentur, & accendantur. Si enim Christus ita dilexit nos, vt sanguinem etiam funderet, quò nos à peccatis nostris ablueret, & à perpetua damnatione liberaret; æquum etiam est vt nos pro eius amore vsque ad sanguinẽ certemus, & nullam suppliciorum acerbitatem pertimescamus. Simile est illud. 1. Iohan. 4: Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. † Et. c. 3: In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. At non videntur hanc expositionem ferre verba Græca, quæ ita habẽt: Τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λύσαντι ἡμᾶς, id est (vt vertit Erasmus) Ei qui dilexit nos, & lauit nos. &c. Quod non hæret rectè cum ijs, quæ præcesserãt. Propterea Erasmus ita exposuit: Qui est testis fidelis ei, qui dilexit nos, & qui lauit nos à peccatis nostris per sanguinem ipsius, vt hæc verba non de Christo dicantur, sed de patre, q nos lauit à peccatis per sanguinem filij sui. Probabilis hæc expositio videretur, si cum dicit: *Qui est testis fidelis*, continuò subijceret: *Ei qui dilexit nos. &c.* At cum potius subijcerat: *Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ*, nimis dura est; & violenta.

Verſ. 5.

† Hoc loco apud omnes Latinos expositores magnũ de hac diuersitate Græci exemplaris silentium est, & codices nostri omnes tam typis excusi, quàm manuscripti magno consensu habent: Qui dilexit nos, &c. Atque hanc lectionem & recentiores enarratores, & vetereres probant, ac sequuntur: adeò vt Victorinus etiam, qui Valeriano, & Galieno Imperatoribus floruit anno Domini. 270. eodem modo sine dubio legerit, non enim de patre interpretatur, *Dilexit nos, & lauit nos*, sed de Christo. Ex quo constat Latinos Codices sine dubio Græcis, qui nũc extãt, esse longè emendatiores,

Universidad de Deusto
Biblioteca

datiores, & ita olim habuisse Græcos vetustiores. Etenim etiam si cum Aretha affirmarem* verba hæc referri ad ea quæ sequuntur: *Ipsi gloria, & imperium, &c.* vt sit sensus: Ipsi gloria, & imperiū qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, durissimè id etiam dicere tur cū inter hæc, & illa: Ipsi gloria, &c. hæc interiecta sint: Et fecit nos regnū, & sacerdotes Deo, & patri suo. Vitiata sunt ergo Græca exemplaria, & vera, atque castigata noster interpres, vt semper solet, secutus est: semper enim vertit vt in Græco inuenit, nec potuit quisquam in re tam aperta errare. Sed neq; Apostolus scribere potuit quod nihil ad cetera verba pertineret.

Vers. 5. *In sanguine suo.* Vulgatum est apud Hebræos, vt instrumento addatur præ positio In, quæ Latinè redundat, vt Luc. 22: Domine, si percutimus in gladio? 1. Reg. 17: Et nouerit vniuersa Ecclesia hęc, quia non in gladio, neque in hasta saluat Dominus. Et paulò post: Prævaluitque Dauid aduersum Philistæum in funda, & lapide.

Vers. 6. *Et fecit nos regnum, & sacerdotes.*

43 † Græci Codices quidam habent: Reges, & sacerdotes, quidam vt nos, Regnum, & sacerdotes, atq; ita legit Aretha. Fecit autem nos regnum Deo, quia ablutis pretioso sanguine peccatis, & Diabolo expulso Deus regnat in nobis. Ambrosius: Regnum ergo Dei ex hominibus Christus fecit, quando eos tales constituit, in quibus ipse cum Patre, & Spiritu sancto inhabitare, & regnare dignaretur. &c. Si autem Reges legendum esset; diceremus feciſſe nos reges, vt videlicet nulli pareremus (quod regum est) sed soli Deo seruiremus, & propter eum hominibus, ijs imperatum, quibus nos ipse parere voluisset, quod ex eo fit quod ipse regnat in nobis. Et fere idem sensus est, confirmaturq; ex eo, quod ait. c. 5: Et fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, &

44 regnabimus super terrā. † Quomodo autem sacerdotes Deo facti simus eleni, de quo Psalmista loquitur dicens: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec. Possunt & aliter electi Dei sacerdotes Dei dici eoquòd semetipsos quotidie per compunctionem cordis, & orationes, ceteraq; bona offerant Deo, sicut dicit Psalmista: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Est & sacrificiū laudis, quod quotidie offerre Deo sancta Ecclesia consueuit, de quo idem Propheta loquitur dicens: Immola Deo sacrificium laudis. Et iterum: Sacrificium laudis honorificabit me. &c. Ita etiā exponit Haymo, & Beda hic, & in locum Petri continuò indicandum. De hoc eodem sacerdotio Petrus scribit. 1. Ep. 2: Vos autem genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis. &c.

Christiani quomodo sint sacerdotij.

Psal. 50.

Psal. 49.

Psal. 49.

Insania Lutheranorū omnes Christianos verè sacerdotes esse contēdentium.

45 † His duobus locis Lutherani abuntur, vt confirment omnes Christianos verè esse sacerdotes, & conficere posse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi: quod à suo principe Luthero in lib. de Instituēdis ministris ad Pragenses, acceperunt. Nec nunc de veritate catholica agimus, quam egregiè aduersus hæreticos tuentur scriptores huius ætatis, & inter alios noster Robertus Bellarminus in secundo Tomo suarū Controuersiarū lib. 1. de Sacramentis in genere. c. 25. & Alfonsus Castrus lib. 3. Contrà hæreses, V. Sacerdotium, Hæresi prima. Sed quærimus an possit ex hoc loco refutari hæresis hęc Lutheranorum. Et quidem omnes Catholici expositores hunc locum de sacerdotio Metaphoricè dicto interpretantur; quomodo Ambrosium interpretatum esse diximus: sed eorum expositionem contemnunt hæretici, nec negant sacrificium dici cor contritum, & humiliatum, & reliqua, quæ retulimus, sed contendunt Iohannem non de Metaphorico, sed de vero agere

46 sacerdotio. † Errāt tamē nescientes Scripturas, neq; virtutem Dei: nam Iohannes, quemadmodum & Petrus, planè ad verba illa alludit Exod. 19: Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis; mea est enim omnis terra: & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Petrum quidem hue allusisse dubitari non potest, eadem enim verba

verba sunt apud illum, & in translatione. lxx. Sed nec de Iohanne dubitare licet, siquidem enim loquūtur de regno, & sacerdotio, & vterque ad populum Christianum transferr quod olim erat promissum populo Iudæorum. Dicant ergo hæretici verūm regnum, & reges propriè hic sumantur, an Metaphoricè? Cumque negare non possint Metaphoricè dici, cogentur etiam confiteri & sacerdotium, & sacerdotes dici Metaphoricè, totamque sententiam

47 esse figuratam. † Atque eodem modo vtrumque accipiēdum esse; vel ex hoc intelligitur, quòd vbi nos habemus iuxta Hebræum, Regnum sacerdotale, lxx, interpretes verterunt: Sacerdotium regale, quod idem significat: nam & Petrus translationem. lxx. secutus est, quam non sequeretur, nisi videret esse illud idem, quod Spiritus sanctus Hebraicè dixerat per Mosem. Præterea similia verba, aut eadem potiùs dicta sunt olim filijs Israel: & tamen non erant in illis omnes sacerdotes, sed tantum qui erant ex semine Aharon: ergo nec in populo Christiano Iohannes intellexit omnes esse sacerdotes. Verūm ego non verebor hoc illis dare, sacerdotes, & sacerdotiū his locis propriè accipi, quod fortasse non minus propriè, & Scripturæ cōuenienter dicemus. † Sed sciendum est

48 hanc esse scripturæ consuetudinem, vt sæpe quod omnibus dicere videtur, nō omnibus dicat, sed quibusdam ex illo numero, quibus illud conuenit, vt docet Augustinus. Ep. 48. ad Vincētium, & in lib. de Vnitate Ecclesiæ, cap. 12. & in lib. contra Donatistas post collationem, cap. 20. Hinc in epistolis Apostolorum videmus eumdem populum nunc laudari, nunc reprehendi, sicut & Hieronymus docet Isai. 62. in illud: Quare errare nos fecisti. In epistola (inquit) quam scribit Paulus ad Corinthios, cum ad vnius scribatur populum ciuitatis, pro varietate habitantium, id est sanctorum, & peccatorum, nunc laudat eos, nunc corripit, nunc docet, nunc reprehendit. &c. Vt. 1. Corin. 3: Cum enim sint inter vos zelus, & con-

49 tentio, nonne carnales estis? † Et tamen non omnibus hoc dicitur, multi enim erant in illo populo, qui carnales non erant, quibus cap. 1. dixit: Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & scientia. &c. Hinc intelligitur illud Iac. 5: Confitemini alterutrū peccata vestra: neq; enim dicit vt cuius peccata confiteantur, sed qui busdam, quibus ex officio conuenit, id est, sacerdotibus potestatem habentibus. Cum igitur ait Iohannes: Et fecit nos regnum, & sacerdotes, hoc significat: Desijt regnare in incredulis Iudæis, & transtulit ad nos regnum, & sacerdotium, neque enim regnat in alijs, nisi in nobis, neque habet in alio populo sacerdotes, nisi in populo Christiano, quem verè fecit peculium suum.

50 † Ex hoc autē inprè colligitur omnes esse sacerdotes, sicut si diceremus: In populo Salmanticensi sunt nobiles, & docti, ridiculum esset ex eo colligere, omnes, qui sunt Salmanticæ, nobiles esse, atque doctos. Denique etiam si dicat fecisse nos regnum Deo, non ideò dixit, omnes esse regnū Dei, quia Deus nō in omnibus Christianis regnat, sed tantum in iustis: dixit id tamen quia nō regnat nisi in populo Christiano: ita sacerdotes esse dixit, non omnes, sed eos qui peculiariter consecrati sunt iuxta Euangelicam, & Apostolicam traditionem, & per consecrationem potestatem acceperunt conficiendi sacram Eucharistiam. Atque hoc scripturam significasse intelligimus ex Exo. 19. vbi ita habetur ad verbum: Et vos eritis migi regnum sacerdotum, id est gens, in qua ego regnem, & sacerdotes habeā.

51 † Confirmat hoc etiam optimè quod Hosee. 4. Synagoge eidem dictum est: Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego.

Regula.

Deo, & patri suo. Frequenter Apostoli de patre loquētes postquam eum Deum dixerunt, nomen patris addunt, quod videtur expositionis causa fieri, sed magis fit vt ardentius ametur, & sanctius honoretur eo quòd pater est eius, à quo tanta bona accepimus, & ad hæc nobis beneficia cōferenda ab ipso

Vers. 6. *Regula.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

patre minus est. 2. Corinth. 1: Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. 1. Cor. 15: Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & patri. Significat autem nunc apud Iohannē: *Deo & patri*, In obsequium, & in honorem Dei, & patris:

52 *Ipsi gloria, & imperium.* † Hæc ei optare debemus, vt omnes eum adorent, & colant, & ipse omnibus imperet. Ex quo tacitè ostēdit omnia esse æquo animo perferenda à fidelibus, vt Christus vbique glorificetur, & regnet:

Vers. 6.

Ecce venit cum nubibus. Hactenus quasi proœmium posuit, nunc iam prophetiam ipsam exorditur. Cum autem dicit: *Cum nubibus*, facilè ostendit se de extremo Christi aduentu ad iudicium verba facere. Legimus enim Matth. 24: Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate. Et Acto. 1: Et nubes suscepit eū ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem

53 in cœlum. † Optimum verò, & accommodatissimum prophetiæ initiū, vt cum sit multa dicturus de persecutionibus fidelium, Christum citò venturum esse dicat ad iudicium, vt & impij terreantur, & iusti spe tantæ mercedis, & vicinæ libertatis ad pietatem excitentur. *Ecce venit*, perinde est ac si diceret: citò aderit, putate eum iam venire: non enim solet dici Ecce, præsertim cum verbo præsentis temporis, nisi cum res propinqua est, & quasi oculis spectatur. Vt Gen. 24: Nec dum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur. Et Matth. 2: Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis: ecce magi ab Oriente venerunt Ierosolymam. Tale etiam est illud:

Ecce.

Virg. Ecl. 3 *Audiat hæc tantum, vel qui venit ecce, Palæmon.*

54 † Sed cur dicit citò venturum fuisse diem iudicij, cum tot anni inter prophetiam, & iudiciū lapsuri erant? Hæc quæstio soluitur verbis Petri. 2. Ep. c. 3: Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio, aut aduētus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. &c. Fortè iam ij venerant, quos prædixit Petrus, qui venturum esse diem iudicij negabant, quò & impij licentia fierent deteriores, & iusti in supplicijs, & persecutionibus deficerent. At quomodò verè dici potuit tunc citò venturum esse diē iudicij? hæc enim quæstio nondum soluta est. Respondeo paulò post solui ab eodem Apostolo. Vnum verò (inquit) hoc non lateat vos carissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimāt. &c. Quibus verbis significat spatiū temporis inter prophetiam hāc, & diem iudicij, quamuis nobis lōgum videatur, Deo tamen breue esse, & æternitati comparatum, quę post illum diem nos manet, nullius esse momēti. Itaq; Deus est qui loquitur per Iohannem, & quamuis hominibus loquatur, magis more suo, quam more hominū loquitur: hoc est, non hominum mēsura metitur durationem, quibus quæ breuia sunt longissima interdum videntur: sed sua, quæ vera, & sempер eadem est. Nam & nos ita loqui solemus: pollicemur nos citò aliquid facturos, non vt ille intelligit cui loquimur, sed vt nos intelligimus, qui loquimur. Quod enim mihi citò videtur fieri, illi serò factum videtur. Verùm nec nunc quidem nodus dissolui videtur, cum possit impius respondere: Si citò venturus est dies iudicij, Deo veniet citò, mihi post multos annos venturus

55 est, atq; ita nihil mouebitur. † Vt si quis nūc diceret, Post mille annos erit dies iudicij, nihil eos terreret, qui nūc sunt, nihil à vitijs suis auocaret, & tamē mille anni ante oculos Dei sicut dies vnus sunt, vt ait Petrus. Vrget quidem obiectio, sed negandum quidem non est Iohannem significasse citò venturum esse Dominum. Nam, vt vetares prophetas omittamus, qui de die iudicij, vt de

Cur dies in

dicij citò futurus dicatur.

vt de re proxima locuti sunt, in fine huius prophetiæ nos legimus: Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. Ad hoc ita respondendum videtur, tempus, quod vsque ad diem iudicij superest, quantumcumque sit, re vera breuissimum esse, breue est enim quod transit, & finitur, licet nobis non considerantibus immensam illam durationem, quæ illud consequitur,

56 longum videatur. † Vt si quis in Indiam proficisceretur, breue spatium indicaret, & verè breue est, quod ab vrbe Salmantica est vsque ad Vlyssiponem, quod tamen longissimum vi debitur nihil de India cogitanti. Quare rectè, & propriè prophetæ loquuntur. Nec tamen propterea non terrebit impios hæc de iudicio prophetia; docet enim sine dubio venturum esse diem iudicij, quo seuerè pro peccatis suis puniantur. Deinde si intelligant citò esse venturum, non possunt non moueri: si autem multo tempore differendum putant, & tunc terreri poterunt videntes longum illud tepus breue vocari ab Scriptura. Nam quod longum iudicatur, & tamen breue dicitur, non potest breue dici, nisi comparatione multò longioris durationis. Haud obscurè ergo hæc propheria docet impios longissima futura esse eorum supplicia, nec vnquam finienda. Ceterum in nubibus ascendit, & in nubibus veniet, vt verus Deus, & patri æqualis appareat: nam cum Deus hominibus apparet, nube tegi solet, vt significetur incomprehensibilem eius esse maiestatē. Exo. 16: Et ecce gloria Domini apparuit in nube. Locutus est autem Dominus ad Moysem. Et cap. 19: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis. &. 34: Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo.

57 *Et videbit eum omnis oculus.* † In corpore venturum esse iudicem docet, quandoquidem oculis videndus est, talemque vt non solum beatorum oculis videri possit, sed etiam damnandorum. Quod dicit vt magis terreat impios, qui nullo modo effugere eius conspectum poterunt.

Vers. 7.

Atque ideò statim ait.

Et qui eum pupugerunt. Ipsi etiam, qui illum crucifixerunt, & lancea militis latus eius aperuerunt, cogentur tunc illum videre in gloria venientem, quantumuis fugere laborent, & aspectu illo terreantur, atque tabescant dolore. Alludit autem sine dubio, vt aiunt Ambrosius, & Thomas, & alij, ad prophetiam Zach. 12: Et aspicient ad me, quem confixerunt: quam cum retulisset idem Iohannes in Euang. ca. 19. ait: Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, quo verbo hic etiam vtus est, vbi interpres vertit: Pupugerunt. De quo multa diximus in cap. 12. Zachariæ.

Vers. 7.

58 *Et plangent se super eum omnes tribus terræ.* † Non solum Iudæi increduli, sed ceteri omnes, qui vel credere noluerunt, vel credentes opera fide sua digna non fecerunt. Et quidem de Iudæis aperte prædixit Zacharias: Et aspicient ad me quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt dolori solet in morte primogeniti. De omnibus autem ipse Dominus dixit Matth. 24: Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ. *Plangent se*, pulsabunt se, percutient se, *super eum*, id est, propter eum, siue eius causa, nam Super idem est quod Propter, vt videmus in verbis modò ex Zacharia adductis, & alibi sæpe. vt. 2. Regum. 1: Et planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionacham filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel, eo quòd corruissent gladio. Et ibidem: Planxit autem Dauid planctum huiusmodi super Saul, & super Ionatham. *Plangent* autem *se super eum*, id est, eo quòd illi non crediderunt, aut non obedierunt eius legi, & fera (vt ait Beda) semetipsos pœnitentia lamentabuntur. Hoc facient omnes tribus, quia ex omni tribu erunt aliqui, qui damnentur.

Super pro Propter.

Vers. 7.

59 *Etiam, Amen.* † Pro Etiā est *Nai*, quòd est aduerbium affirmantis, & significat, Ita est, aut verè, aut certè. Ex quo *etiam*,

Nai. Ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligimus illud Matth. 11: Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitum est ante te. Pro Ita, est ναί. Quare Ita non est optantis, ac si diceret: Ita fiat pater, sed affirmantis, ac si diceret: Verè pater ita est. Vnde noster interpres Luc. 10. vbi eadem verba sunt, vertit: Etiam pater, quoniam sic placuit ante te. in Græco similiter est ναί. Quod apud Græcos valet ναί, valet apud Hebræos Amen, vt toties in Euangelio videmus: Amen dico vobis. Videmus hoc etiam Luc. 21: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus omnibus misit. Pro quo Mar. cap. 12. ait: Amen dico vobis quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit? Et locutus: Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Pro Ita, est ναί pro quo tamen Matthæus caput. 23. dixit: Amen dico vobis venient hæc omnia super generationem istam. Est etiam Amen confirmantis quod ab altero dictum est, vt. 1. Corint. 14. Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? † Quare hæc geminatio, *Etiam Amen*, magis auget affirmationem; est enim perinde ac si diceretur: Amen amen, quod sæpè Dominus repetit in Euangelio cum rem valde vtilem, & difficilem creditu serio confirmare vult: geminationes enim huiusmodi semper augent apud Hebræos, vt latè ostendimus Sopho. 1. num. 5. 6. 7. Haymo: Dicit ergo *Etiam*, amen, ac si diceret ingeminando: verum est, verum est, & mutari nō potest, &c. Tantùm quærendum videtur cur nunc vocabula duarum linguarum commiscuerit, cum dicere posset ναί, ναί, aut, Amen, amen, quod iamex Euangelio vbiq; notum erat in Ecclesia. Causa est quod id quod dicebat, in omnium linguarum hominibus confirmandum erat, videlicet omnes nationes, & omnium linguarum homines venturos esse ad iudicium, & visuros Christum venientem, & ex omnibus tribubus futuros qui plangerent se super eum. Nam vt titulus crucis tribus linguis celebrioribus in terra, & omnibus ferè hominibus cōmunibus scriptus est, vt ab omnibus intelligeretur, & omnibus crucifixum fuisse Christum cōstaret: ita nunc eadem ratione vtitur affirmatione Hebraica Amen, & ναί, quæ Græcis, & Latinis communis est, vt apud Cicer. in. 4. Academ: Quod si Geometricis rationibus nō est credituros, quæ vim afferunt in docendo, vos ipsi vt dicitis, næ ille longùm aberit vt argumentis credat Philosophorum. Et alibi sæpe. Est ergo ac si diceret Iohannes: omnes nationes, & omnes linguæ, hoc quod dixi, verum esse ipsa videbunt.

Amen. *Reg.*

61 *Ego sum* A, & Ω. Quid hæc significent ipse continuò docet: *Principium, & finis.* Est enim A in Græco Alphabeto prima litera, & Ω, vltima. Et quoniam Græco sermone scribebat, non solùm Græci Alphabeti literis vsus est, sed etiam more Græcorum, qui literis numerant, & quod primum est A vocant, quod vltimum, Ω, vt in libris Iliadis, & Odysseæ videmus. Vnde etiam Alpha vocari solet qui in re quaque præcipuus & primus est. Vt apud Martialem:

Lib. 2. Epigram. 57.

Nonipse Codrus Alpha pennulatorum.

Qua de re, & cur A, primum locum obtinuerit, vide Erasmum in Prouerbio: Alpha pennulatorum, vbi id ex Plutarcho, & ex Ammonio docet. Quorsum autē hæc dicantur, non rectè intelligetur, nisi intelligatur quis dicat.

62 † Atq; hoc nobis non videbitur facile explicatu, cum nunc filius loqui videatur, vt plerique sentiunt; nos autem num. 14. &. 15. dixerimus hæc verba, Qui est, & qui erat. &c. nō de filio, aut de patre, sed de tota Trinitate dicta esse. Sed nunc idem dicimus, satis enim loco indicato confirmatum est. Loquitur igitur (vt etiam abbati Ioachim visum est) tota Trinitas, quæ Iohanni inspirabat illa verba. *Ecce* venit cum nubibus. &c. & quoniam id valde affirmauerat, nunc causam docet. *Ego sum* A, Ω. id est Quemadmodum ego primus omnium sum, & omnes homines creaui, ita etiam sum finis, ad quem omnes tandem venturi sunt, vt iudicentur, & digna suis factis recipiant; quod tunc fiet, cum in fine sæculi Iesus Christus appa-

Verſ. 8.

apparuerit, cui potestatem commisi iudicandi. 1. Corinth. 15: Deinde finis cum tradiderit regnum Deo, & patri. Nec mirum est hęc eadem filium dicere Apoc. 22. cum rectè etiam in eum conueniant, quia ipse est, qui iudicaturus est. Meritò verò addit in fine: *Omnipotens*, vt sine dubio intelligatur, atque credatur futurum quod prædicit, quandoquidem omnipotens est, & nulla est tanta vis in vllo homine, vt possit creatoris resistere potentiæ, sed velit, nolit, id facturus sit, quod omnipotens volet. Omnia ex eo confirmantur, quod Iohannes ita loqui solet, & prophetæ ita loquuntur cum de tota Trinitate loquuntur, vt Isai. 6: Sanctus, Sāctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: & pro Dominus Deus exercituum, lxx. vertere solent sæpe Dominus Deus παντοκράτωρ, id est, omnipotens, quos in hoc loco, & cap. 4. imitatus est Iohannes, & cap. 11. Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es.

63 *Verſ. 9.* † *Frater vester.* In fide eadem.

66 *Verſ. 9.* *Et particeps in tribulatione.* Hoc dicit quoniam ipse etiam sæuitiam Domitiani Christianos persequentis expertus est, & in Patmon insulam fuit relegatus.

Verſ. 9. *Et regno.* Idem regnum cœlorum spero, quod vos. Tacitè eos exhortatur ad perfectiones sustinendas, cum ipse, qui dilectus Domini discipulus erat, hæc patereturr, & cū eos eiusdem regni participes futuros esse dicit, quod ipse sperabat.

Verſ. 9. *Et patientia.* Etiam ipse laboro, & sustineo inulta grauia, atque aspera spe Diuinæ consolationis, & retributionis.

64 *Verſ. 9.* † *In Christo Iesu.* Id est, Propter Christum Iesum, quem ardenter amo, & vos amare debetis. In pro. Propter iuxta cōsuetudinem Hebræorum vsitatum est in Scriptura. Hos. 12: Et seruiuit Israel in vxore, & in vxore seruauit. Genes. 29: Seruiam tibi pro Rachel filia tua. Heb. In Rachel. Et statim similiter: Seruuit ergo Iacob pro Rachel septem annis, Mich. 3: Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, prophetæ eius in pecunia diuinabant. Rectè

In pro Propter.

etiam exponere possumus: *Frater vester* in Christo Iesu, *& particeps* in Christo Iesu, id est, per Christum Iesum, & per eius gratiam.

Verſ. 9. Patmos.

65 † *In insula, quæ appellatur Patmos.* Patmos insula est in mari Icario, quam quidam Posidium vocatam putant à Ptolemæo lib. 5. cap. 2. In eo videlicet mari, quod illis verbis Asiæ minoris, in quibus Iohannes docebat, proximum est, ideoque in hanc fuit relegatus. Eius meminit Plinius lib. 5. cap. 12. & in circuitu habere dixit XXX. M. passuū. Beda: Cui tunc congruè datum est secreta cœli penetrare, cum certa terrarum spatia negabatur excedere.

Verſ. 9. *Propter Verbum Dei.* Possumus verbum intelligere, quod erat in principio apud Deum, quoniam cum articulo ponitur, aut etiam ipsum Euangelium, quod prædicabat. Et idem sensus est, siue hoc modo Verbum Dei accipiamus, siue illo, erat enim in insula, quasi in carcere, quia filium Dei hominibus prædicabat, & testimonium de Iesu Christo reddebat. † Si autem posteriori modo intelligamus, coniunctio, Et, idem significat quod Præsertim, vt Mar. vltimo: Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro. Et Apoc. 1: Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Iere. 4: Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & habitatori Ierusalem. Quod fieri solet quando post genus coniunctio hæc additur speciei, vt in exemplis videmus. Est igitur ac si dicat: Quoniam de præmijs cœlestibus, & de morum emendatione loquebar, sed præsertim quoniam Iesu Christi Diuinitatem, vitam, & mortem, & resurrectionem prædicabam.

Et pro Præsertim.

67 † *Fui in spiritu.* Haymo: Hinc ita aperte demonstratur beatum Iohannem hanc visionem non corporaliter, sed in spiritu vidisse. Non tamē in somnis, sed in ecstasi raptus est, sicut & Ezechiel, qui cum sederet in domo sua, & senes Iuda sederent coram illo, ductus est mente in Ierusalem. &c. Ita etiam Ambrosius & reliqui. Sed cur ita dictum sit quærimus. Omninò arbitror dici esse in spiritu, quatenus aduersatur ei, quod est esse in corpore. Esse autem in corpore est corporaliter viuere, & membris vti corporis, ac sensibus.

Verſ. 10.

Ezec. 8.

Esse in spiritu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esse verò in spiritu Iohannes dicitur, non quòd extra corpus fuerit, sed quòd cum in corpore esset, nec corpore tùc vtebatur, nec sensibus, sed raptus erat, 68 & eleuatus supra corpus. † Rectè ergo Haymo dixit: Nihil per corpus vidit, vel audiuit, vel sensit, vel intellexit, vel ipsam carnè funditus deseruit quãdo hanc reuelationem vidit: sed docè dus eius spiritus à spiritu docẽte assum ptus est, vt alta, & mystica posset intuers.

Vers.10. Dominica dies. *In Dominica die.* Videmus hic etiam tempore Apostolorum Sabbati sollen nitatem mutatam esse in Dominicam diem resurrectione Domini {conse erataṁ: cuius meminit Paulus. 1.Corinth.16.iubens vt in ea collectæ fiant, quoniam tunc omnes ad Ecclesiã conueniebant sollennitatis diei causa. Per vnam Sabbati (inquit) vnusquisque ve strum apud se seponat, recõdens quod ei benè placuerit. Et Lucas Act.20. Vna autem Sabbati, cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat eum eis. Vna autem Sabbati Domi nica dies est, vt exposuit Hieronymus in libro Aduersus Vigilantium. Hinc in antiquissimis patribus, & in veteribus concilijs Dominicæ diei frequens mentio, & sancta religio est, vt in epistola.1.Innocentij Primi.cap.4.in epistola.3. Fabiani Papæ, in sexto Cõcilio Constantinopolitano, cap.8. in secundo Concilio Matisconensi.ca.1.in Laodicensi, cap.29. &.50. in Cabilonensi, cap.40. in Turonensi, cap. 16. Atque (vt omittam Origenem Homi.6.in Exodum, Tertullianum in Apologetico aduersus gentes, cap. 16, Hieronymum Aduersus Vigilantiũ, & in illud Gal. 4: Dies obseruatis, &c. alioſq; innumeros) Iustinus martyr in secunda Apologia ad Antoninum Imperatorem Apostolos docet à Christo huius diei celebritatem accepisse. Sed & ipsi Apostoli eam Ecclesiæ tradunt, atq; commendant apud sanctum Clemẽtem in Constitutionum Apostolicarum lib.2.c.59. & lib.5.cap.9. & cap. vltimo. lib.7.cap. 31. &.37. Meritò autem hac die vidit quod narraturus est, dies enim octaua dies resurrectionis Domini est, & per eam dies resurrectionis vniuersorum, & beatitudo sanctorũ significatur, qua post huius sæculi labores donantur, quod per septem dies intelligitur, quibus tempus vniuersum voluitur. † Vnde nonnulli psalmi, qui ad resurrectionem, & ad beatitudinem pertinent, vt sextus, & vndecimus, inscribuntur Pro octaua, vt docent Hieronymus, & Augustinus initio psal. 6. & Gregorius in Procemio eiusdem psalmi, qui primus est in ijs, qui Pœnitentiales vulgò nominantur, sed latiùs Hom.16. &.20.in Ezec. Omnia quæ dicta sunt, confirmat eleganter martyr Ignatius epist.3. quæ est ad Magnesianos, his verbis: Ac post Sabbatizationem Dominicũ diẽ omnis amans Christi festum celebret, diem resurrectionis regalem, omnium dierum supremum, quem expectans Propheta dicebat: In finem pro octaua: in quo & vita nostra exorta est, & mortis in Christo victoria facta est. &c. Apta ergo visioni dies fuit, vt in ea resurrectionis, & iudicij, & beatitudinis recordarentur, & alacriores ad difficil lima quæque perferenda eorum recordatione redderentur.

Psalmi pro Octaua.

70 *Et audiui post me vocem magnam, tamquam tubæ.* Haymo: Sicut in spiritu positus spiritualia vidit, sic ea, quam audiuit, vox spiritualis fuit. &c. sed vox est magna, quia magna hic mysteria erant audienda. Per tubam significatur velle Christum, vt ea, quę visurus erat Iohannes, longè, latèq; in omnium auribus insonarent. Mos enim Hebræorum erat, vt cum populus erat conuocandus, vt rem magni momenti, & omnibus vtilem audiret, tuba ex edito loco personaret, aut buccina. Hos.5: Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama. Et.c.8: In gutture tuo sit tuba. Isai.58: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuã. Hinc dictũ est Matth. 6: Cũ ergo facis eleemosynã, noli tubacanere ante te, sicut hypocritę faciũt, id est, noli cõuocare multitudinẽ hominũ testẽ tuæ eleemosynæ futuram. † In sollennitatibus etiam tuba vtebantur, vt ciuitas in templum cõueniret. Psalm.80: Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollennitatis vestrę. Præterea tuba milites ad bellandum excitantur, & hac reuelatione Christiani excitandi erant ad pugnandum cum Diabolo, & persecutoribus. Ambrosius: Tuba ad pugnandum

Vers.10.

Tubæ vsus apud Hebræos.

gnandum milites prouocare solet. Similiter & nos sermo Dei ad pugnandum contra Diabolum, atque vincendum incitare non desinit. &c. Sed cur post se vocem audiuit, & visionem vidit, cum potiùs coram eo apparere deberet? Ambrosius: Quasi post nos est quod ignoramus. Post se ergo Iohãnes vocẽ audiuit, qa mysteria quę tũc ei reuelata sunt, nõdum perfectè cognoscerat. &c. † Hoc apertiùs dicendum est, arbitrorque & ad Iohannem, & ad Ecclesias pertinere quod dicitur. Quod post nos audimus, prope nos est, nec illud videbamus, sed securi eramus, & voce ipsa admonemur oculis, atque animo ad id, quod audimus, reuertere. Ita Ecclesiæ securæ erant ante persecutionem Domitiani, & tunc fortasse cum Iohannes hæc scribebat, existimabant pacem iam affuturam, & quietem. Forte & Apostolus ipse credebat. Vox ergo, quæ auditur, significat magnas persecutiones, & afflictiones instare Christianis, opusque esse vt eas respiciant, & ad toleranda omnia se præparent. Monetur etiam Apostolus (vt Haymo, & Anselmus aiunt) vt ipse, qui in anteriora tendebat, ad posteriora sese conuertat, id est, ad Ecclesiarum salutem, & exhortationem, & laboraturos fratres confirmet, & idcircò etiam iubetur hæc mittere ad septem Ecclesias.

73 † *Epheso, & Smyrnæ. &c.* Diximus iam septem vrbes esse Asiæ minoris, quarum maxima, & nobilissima erat Ephesus templo illo Dianæ celebrata, quod inter septem mundi miracula numerabatur. De quo legimus Act.19. Est autem vrbs Ioniæ Ptolemæo lib.5. cap.2. & emporium Asiæ celeberrimũ. Plinius lib. 5. cap. 29: In ora Ephesus Amazonum opus, multis ante expetita nominibus: Alopes cum pugnarum apud Troiam est, mox Ortygia, & Morges vocata est.

Vers.11. Ephesus.

Smyrna. Smyrna etiam vrbs Ioniæ est, Ptolemæo ibidem, vulgò Lamires, Homeri, vt multi putarunt, patria. Plinius lib. 5. cap. 29: Regredientibus inde (id est, à Sipylo; quod caput est Mæoniæ) abest XII. M. pass. ab Amazone condita, restituta ab Alexandro in ora Smyrna, amne Melete gaudens non procul orto. &c. Vnde & Homerus Melesigenes puer vocatus est, vt in eius vita scripsit Herodotus. † Hanc Plinius ibidem Tracheã cognominatam esse testatur. In his duabus vrbibus quòd celeberrimæ essent, magni conuentus fiebant vicinarum ciuitatum, quæ sub earum iurisdictione erant. Plinius ibidẽ: Smyrnæum conuẽtum magna pars Æoliæ, quæ mox dicetur, frequentat. &c. Et continuò: Ephesum verò alterum lumen Asiæ remotiores conueniunt, Cæsarienses, Metropolitæ. &c.

Pergamũ, siue Pergamus, vrbs Troadis insignis Ptolemæo ibidem, Galeni Medici patria, & chartis nobilis, quas inde Pergamenas vocant. Plinius lib.5. cap.30: Longèque clarissimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Selinus, præfluit Cetius profusus Pindaso monte. &c. Fiebant etiam in hac vrbe magni conuentus. Plinius ibidem: Pergamena vocatur eius tractus iurisdictio. Ad eã conueniunt Thyatireni, Migdones. &c.

Pergamũ.

75 † Thyatira plurali numero apud Iohannem, apud Plinium singulari, vrbs Mæoniæ, siue Lydiæ, Ptolemæo ibidem, non longè ab Epheso. Plinius libro.5.cap.29: Intus & Thyatira alluitur Lyco, Pelopia, & Euhippa aliquando cognominata. &c. Est autem iurisdictionis Pergami, vt nunc ex eodem autore diximus. Ex hac vrbe erat Lydia purpuraria, cuius meminit Lucas Actorum.16.

Thyatira.

Sardis noster interpres indeclinabile nomen fecit, nam hic dixit: Et Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & cap. 3: Et angelo Ecclesiæ Sardis scribe. Græcè autem declinatur, & plurali numero dicitur Σάρδεις, ita hic ponitur, etiam in quarto casu, καὶ τῷ ἐν Σάρδεσι: capite verò 3: καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας. Latini quoque Sardes eodem numero dicunt. Vrbs est Lydiæ Ptolemæo ibidẽ, quæ olim Mæonia dicta est autore Plinio lib. 5. cap. 39. de qua prouincia hæc scripsit: Celebratur maximè Sardibus 76 in latere Tmoli mõtis. &c. † Magnam autem vrbem, & celebrem fuisse docet etiam quod continuò subijcit: Sardiana nunc appellatur ea iurisdictio, cõueniuntq; in eam extra prædictos, Macedones, Cadueni, Loreni, Philadelpheni. &c.

Sardis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philadelphia. Philadelphiæ tres celebriores numerantur, prima est in AEgypto, altera in Syria insignis vrbs, quæ dicitur Hebræis Rabbath, & Rabba filiorum Ammon, deinde Ammana, & Astarte dicta, postremò Philadelphia à rege Ptolemæo Philadelpho, vt autor est Hieronymus in Ezec. 25: initio. Tertia est, cuius nunc mentio fit: in Mysia, siue in AEolide, proxima Lydiæ Strabone, lib. 12: Ptolemæo verò loco citato, & Stephano in libro de Vrbibus, est in Lydia, ab Attalo Philadelpho condito re nomen habens. *Erat autem iurisdictionis Sardianæ, vt modò ex Plinio diximus.*

77 *Laodicea.* †Laodicia, siue Laodicea, (hoc enim modo potiùs Latini proferunt, cum sit ἀπόβλητος) celeberrima vrbs Plinio dicitur lib. 5. cap. 29: Imposita est (inquit) Lyco flumini, latera alluentibus Asopo, & Capro, appellata primo Diospolis, deinde Rhoas. Sunt autem aliæ Laodiceæ in Syria, in Lydia, in Lycaonia, in Media, vt autor est Stephanus in libro de Vrbibus. Sed Iohannes de prima loquitur, quę est in Caria, vt eodem in loco docet Ptolemæus.

Vers. 12. *Et conuersus sum vt videre vocem, quæ loquebatur mihi.* Fortasse more Hebræorum Vocem potuit pro vocante, siue emittente vocem, vt etiam intellexit Ioachim. †Verùm simplicius est verbum, *Videre*, positum pro Cognoscerem, quod ad omnes sensus refurri solet. Vt Exo. 20: Cunctus autem populus 81
78 *Videre.* videbat voces, & lampades. Et Ezec. 3. vbi nos habemus: Et vocem alarum animalium, lxx. verterunt (vt adnotauit ibi Hieronymus) Et vidi vocem alarum animalium. Arethas, & Haymo existimant dictum esse. *Vt viderem vocem*, vt intelligatur visio fuisse in spiritu, & vox sine sono in visione imaginaria, vbi idem est audire, & videre. Atque hoc quidem probabiliter, sed probabilibus esse quod dixi, indicat verba Exodi.

79 *Vers. 12.* †*Et conuersus vidi septem candelabra aurea.* Septem candelabra aurea, vt ipse paulò post exponit, septem Ecclesię sunt, ad quas scribebat Iohannes. Candelabrum dicitur vnaquæque Ecclesiarum, quia quantumuis lumini apta videatur, vt candelabrum, non potest habere, nisi aliunde asseratur. Aureum verò propter firmitatem, & perpetuitatem, & propter præstantiam caritatis, & doctrinæ cœlestis, quæ non habet admistionem falsæ doctrinę, vt doctrinę Philosophorum. Et quoniam hęc candelabra septem lucernas habuisse probabile est septem calamis impositas, qui ex hastili procedebant, quemadmodum candelabrum, quod erat in templo, & Ecclesiam significabat, & sicut candelabrum aureū, quod vidit Zacharias. c. 4. quod etiam significabat Ecclesiam ex sententia Hieronymi, & Cyrilli, & veterū doctorum: † Septem lucernę vniuersitatem iustorum designant, qui 80 erant in illa Ecclesia, & bonis operibus lucebant iuxta quod Dominus ait: Vos *Matth. 5.* estis lux mundi. Et postea: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum, qui in cœlis est. Ita etiā de Iohanne dictum est Ioh. 5: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Quod si septem lucernę non fuissent, certè sine lucernis esse non potuit candelabrum, & in eis iusti, vt diximus, indicātur. Haymo: Habet enim Ecclesia aureum colorē, quia refulget Diuina sapientia. Habet lucernam, quia lucet verbo, & exemplo. Et paulò post: Quia enim candelabrum tundendo producitur, satis conuenit Ecclesiæ, quæ diuersis afflicitur in hoc sęculo pressuris, inter quas consolationes adhibet illi Dominus dicens: Cum *Isa. 43.* ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. † Beda: Pulchrè hic forma describitur Ecclesię lumen amoris Dnini in pectoris casti fulgore præferentis, iuxta hoc, quod *Luc. 12.* Dominus ait: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardentes.

Vers. 13. *Et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis. Aureorum*, non est in Græco, neq; apud Arethā, aut Bedam, neque in emendatioribus codicibus. Porrò filium hominis enarratores huius loci Christum interpretantur. Atque Haymo putat non dictum esse, filium hominis, sed similem filio hominis, quoniam angelus erat qui Iohanni loquebatur, & non Christus, sed Christi personam sustinens. Sed multò prò babilius, & multò verius est filium hominis non hic pro Christo accipi, sed pro homine, id est, pro aliquo ex homi-

nibus.

82 nibus. †Etenim cū iuxta linguæ Hebraicæ proprietatē, Filius Adam, aut Filius hominis, hominem significet, vt Psal. 4: Filij hominum vsque quò graui corde, & cum Ezeciel filius hominis appellatur: cū etiam consuetudine Dominicæ locutionis filius hominis propriè Christus dicatur, vt sæpe videmus apud Euangelistas: ne semel quidem in Euāgelio Christum significet, quin articulum habeat præpositum, & quidem duplicem, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. At cum in definitè hominem significat, sine vllo articulo scribitur, vt Num. 5: Non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Iob. 25: Quānò magis homo putredo, & filius hominis vermis? Psal. 8: Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniā visitas eum? Dan. 10: † Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea. Quod paulò post explicat: Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis. Ita etiam Ioh. 5. Et potestatē dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, id est, quia humanitatē habet, qa homo est. Quare cum hic sine articulo ponatur, pro homine indefinitè accipitur. Eodem modo intelligēdum est illud cap. 14: Et super nubem sedentem similem filio hominis. Verùm hic angelus vt Christum referret, similis homini visus est. In medio autem candelabrorum est, quia Christus est in medio fideliū, Matth. 28: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Haymo: *Et bene in medio septem cādelabrorum aureorū vidit Iohānes simile filio hominis, quia Christus, qui Ecclesiæ suæ præsidet, & præsidēdo eā protegit, in medio electorum suorum est secundùm illud: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et alibi: Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.*

Filius hominis. *Matth. 18.* *Isai. 12.*

84 *Vers. 13. Poderis.* *Vestitum podere*, †Idest, veste talari, siue ad pedes vsque demissa, à Pedibus enim nomen habet Poderis. ποδήρης. Est etiam Poderis vestis sacerdotalis linea, quam Hiero. in epist. 128. ad Fabiolam, De Veste sacerdotali, docet à Iosepho vocari tunicam byssinam, Hebraice כְּתֹנֶת, vnde nomē Græcum χιτὼν emanauit idem significans, & Latino sermone Linea dicitur. Hæc, inquit, adhæret corpori, & tam arta est, & strictis manicis, vt nulla in veste sit ruga, & vsque ad crura descendat. Et mox: Ergo & sacerdotes parati in ministerium Dei veniuntur hac tunica, vt habentes pulchritudinem vestimentorum, nudorū celeritate discurrāt. &c. Podore igitur vestitur, vt Christum referat sacerdotem, & pontificem nostrum, qui se pro peccatis nostris in ara crucis patri obtulit in odorem suauitatis. † Beda: Poderis, quæ Latinè Tunica talaris dicitur, & est vestis sacerdotalis, Christi sacerdotium ostēdit, quòd se pro nobis in altari crucis obtulit hostiā patri. Conuenit autē optimè visio cum eo, ad quod significandum videtur: nā forma humana magnum in nobis Christi amorem commouet, vt pro eo nullum aut periculū, aut laborem, recusemus. Commouet etiam amorē quòd in medio electorum sit ad protegendum, quòd vestem habeat sacerdotalem, qua electos passionis suæ admoneat, & sacrificij in cruce oblati, vt eos non pigeat imitari quod ipse fecit, & pro ipso pati.

85

86 *Et præcinctum ad mammillas Zona aurea.* †Aurum caritatem significat, sicut legimus cap. 3: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias. Zona corpus constringit. Significatur ergo in zona aurea caritas quæ Christum constringebat, & vrgebat vt salutem hominum quæreret, sicut de se Paulus ait: Caritas enim Christi vrget nos. Ad mammillas præcingitur, inter quas sedes cordis est, quia eius cor plenum erat caritate, & constringebatur amore hominum. Vt ergo indicet se non abiecisse curam, aut amorem hominum, quo vrgebatur in vita mortali, sed semper eos amare, & salutem eorum optare, atque ideo pœnas esse sumpturum de ijs, qui seruos suos læserint, rectè zona aurea ad māmillas præcinctus apparet. † Et quidem sacerdotes, & ceteri homines renes, lumbosq; cingebāt, in quibus sedes libidinis est, quia de castitatis custodia soliciti esse debebant, Christi autem cura vna fuit gloria Dei, & salus generis humani.

Vers. 13. Aurum. *2. Cor. 5.*

Caput autē eius, & capilli erant candidi. Caput significat id, quod summum est in Chri- *Vers. 14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Christo, id est, Diuinitatem, Et quoniam Dan. 7. de patre scriptum est: Et antiquus dierum sedit, vestimentū eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda, quo significata est patris æternitas: nunc de filio id ipsum dicit, vt patri coæternus & cōsubstantialis ostendatur secundùm quod Deus est. Eò autem hoc pertinet, vt fideles gaudeant se ab eo protegi, qui æqualis est patri, & præmia pro laboribus expectent æterna: malis autem, & persecutores iustorū terreātur, sciātq; cum Christianos læserint, infensum sibi reddere eum, qui æternus est, & quem æterna supplicia pertimescāt. † At cum satis esset dicere, caput eius candidū erat, aut capilli capitis eius candidi erant, vt Daniel dixit: quid necesse fuit vtrumq; commungere? Deinde satis erat dicere: *Et capilli erāt candidi tamquam lana alba*, abunde enim ita significabat quod volebat: cur additum est: *Et tamquam nix?* In capite præter capillos barba est, & multi præterea pili. Solent autem interdum canis capillis barba, & alij pili nigrorem retinere, aut omnino, aut ex parte, quod certum indicium est non integræ senectutis. Vt ergo filius Dei, etiam si ex patre, vt ex principio, procedat, indicetur perfectam ex omni parte habere æternitatem, & eius durationis nullum fuisse principium, meritò non partem capitis, sed totum caput candidū habere dicitur. † Quod autem additur: *Et tamquam nix*, amplificationis causa additur, vt valde candidi capilli intelligantur. Solet enim scriptura rem eamdem non solùm vna, aut altera, sed pluribus etiam similitudinibus illustrare, & amplificare. Duabus, vt Prou. 6: Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. Et sæpe in eodem libro. Pluribus, vt Sap. 5: Transierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuntius præcurrens, & tamquam nauis, quæ pertransit fluctuantē aquam, &c. Eccli. 24: Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in mōte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades. &c. Et cap. 50: Quasi stella matutina in medio nebulæ, &c. Ita in hoc loco fecit amplificationis causa. Eodē modo Isaias. c. 1: Si fuerint (inquit) peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

Regula. Scripturam eamdē multis similitudinibus solet illustrare.

89

88

90 † *Et oculi eius velut flamma ignis.* Ignis in oculis iram ardentem, & vltionē significat, ex oculis enim irati quasi ignis videtur prodire, vt sæpe apud Homerum videmus. Vnde & Larmorum Homerus scripsit:

Verſ. 14.

12. Æne.

His agitur furijs, toruoq; ardentis ab ore
Scintillæ abijsiunt, oculis micat acribus ignis.

Et infra cap. 19. vbi iratus Christus inducitur, & ad vltionem procedens: Oculi autem eius sicut flamma ignis. Arethas: Aut lucis speciem præse ferentes in modum flammæ, aut ardorem, & vltionem comminantes aduersus Ecclesias, ad quas verba reuelationis transmittuntur, tamquam non integrè suis legibus respondentes. &c.

91 † Ego multò magis iram indicari puto aduersus impios, & persecutores sanctorum ad bonorum consolationem, quàm aduersus Ecclesias, nam & reliqua, quæ hic videmus, persecutoribus minatur. Sed nihil vetat ad Ecclesias etiam ex parte referre, & maximè ad eos, qui cum in Ecclesia esse viderētur, doctrinæ hæreticorum acquiescebant.

Verſ. 15.

Et pedes eius similes aurichalco. χαλκολιβάνῳ, In cuius vocabuli interpretatione laborant nonnulli Latini interpretes. Antonius Nebrissensis in tertia Quinquagena, cap. 4. de hoc loco Apoc. disputat, & Chalcolibanum significare dicit æreum, siue masculum thus, æreū autem dici quasi forte, quomodò ab Horatio dictum est:

Chalcolibanus.

Lib. 1. Epistol. Ep. 1.

---Hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

92 † Probatque thus hoc loco debere intelligi, non metallum aliquod, ex eo, quod subditur: *Sicut in camino ardenti*, Ac si dicat: Quasi thus in igne, atque ita testatur exponi in Græcorum commentarijs. Hinc etiam, inquit, apud Orpheum in hymnis frequens est titulus: Chalcolibanus in Apollinem, in Latonā, alios q; deos, id est, masculum thus, siue masculi thuris sacrificium, quemadmodum apud Virg. in Bucolicis legimus:

Ecloga. 8.

Verbenasque adole pingues, & mascula thura.

Deinde ad Translationem nostram venit,

nit, seque legisse dicit in vetustissimis sine nomine Commentarijs in Apoc: Et pedes eius similes aurichalco Libani; quare ex eo intelligi nostrum interpretem vertisse: Et pedes eius similes calcholibano, id est masculo thuri; postea ignorātia librariorum additū esse, Auri, & detractū, Libani, vel Libano.

93 † Quod qui neget, imperitiæ arguere interprete, qui cū Libanus Græcis & nomē motis sit, & thus, hic Libanū pro mōte acceperit, cum pro thure deberet accipere, & Chalcolibanum putasse esse æs Libani, pro quo verterit ipse Orichalcum, quod æs montanum significat. Nos Calcholibanum Græcis etiam masculum thus significare negare nō possumus, quoniam Arethas Græcus autor ita quoque interpretatus est. Sed cōmunior, & vsitatior huius nominis notio est, vt genus metalli significet. Quare Suidas illius prioris significationis nō meminit, sed ait: Chalcolibanū species est electri auro pretiosior. Quod autem putat electrum compositū fuisse ex vitro, & lapide, longè fallitur, metallū enim est. Plinius lib. 33. ca. 4: † Omni auro inest argentū vario pōdere, alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte, vbicūque quinta argenti portio est, electrum vocatur. Fit & cura electrum argento addito, &c. Hinc illud Virg:

Electrum.

94

Æneï. 8.

Quod fieri ferro, liquidoue potest electro.

Quod autem adnotauit Erasmus, & eū secuti Cœlius Panonius, & Claudius Carmelita in hūc locum, Plinium lib. 34. cap. 2. numerare Chalcolibanum inter æris species, falsum est, nusquā enim eius meminit. Arethas metallum quoque esse dixit, tametsi secundo loco alteram interpretationem probare etiā visus est. Hanc autem multò esse ad id, quod agitur, accommodatiorem paulò post ostendemus, si prius Translationem nostram à calumnia vindicauerimus.

95 † Mihi (quamuis in Cypriano li. 2. contra Iudæos, cap. 26. legatur: Similes aurichalco, sicut de fornace ignis) valde verosimile videtur nostrum interpretem vertisse ita vt erat in Græco, Chalcolibano, ac postea librarios vocabulum insolitum ignorantes mendum putasse, & scripsisse: Aurichalco Libani. Deinde indicarunt redundare Libani, & reliquerunt, Aurichalco. Licet hoc conijcere ex eo, quod Beda, & Haymo, & Anselmus affirmant, aliam translationem habere: Aurichalco Libani, cui consonat quod in vetustissimo cōmentario vidisse se dicit Nebrissensis. † Inde etiāeadem lectio corruptior facta est, apud Tyconium enim Homil. 1. in Apoc, legitur: Similes auri chalco Clibani. Verum rectè etiam legitur Aurichalco, siue Orichalco. Chalcolibanum enim dicitur æs illud optimum, quod in Libano mōte effoditur, Orichalcum vero, quod in montibus nascitur, aut in locis montosis, vt ait Sextus Pompeius de verborum significatione lib. 1. & nomen ipsum abunde indicat, quod ab ὄρος, quod est mons, & χαλκὸς id est æs, sumptum est. Quod pretiosum olim fuisse indicat Plin. lib. 34. cap. 2. his verbis: Mox vilitas præcipua (scilicet æris) reperto in alijs terris præstātiore, maximè aurichalco, quod præcipuam bonitatem, admirationem que diu obtinuit. Nec reperitur longo iam tempore effeta Tellure. Et Seruius in. 12. Æne. ait: Apud maiores Orichalcum pretiosius metallis omnibus fuit.

Orichalcū.

97 † Namque, (sicut Lucretius dicit) cum primùm homines siluas incendissent nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium ex incendij calore defudauit metalla, inter quę Orichalcū pretiosius visum est, quod & splendorē auri, & æris duritiem possideret. &c. Lucretij locus est lib. 5. de rerum natura, quamuis nihil de Orichalco dicit, sed de alijs metallis. In hoc autem loco Orichalco ne legamus an Aurichalco, non multùm refert: plures codices habent, Aurichalco, Beda tamen legit Orichalco, & aliam translationem habere testatur: Orichalco Libani. constat autem Orichalcum à quibusdam etiam vocari Aurichalcum, quod aurū colore referat. Quamuis Nebrissensis Aurichalcum Latinū vocabulum esse negat, sed illud reperio bis apud Plinium lib. 34. cap. 2. & lib. 37. cap. 9. ait: Fundā includuntur perspicuæ, ceteris subijcitur aurichalcū. † Ac ne quis mendosum causetur esse codicem, Sextus Pōpeius inter vocabula, quę ab A incipiūt ponit, nec barbarum esse dixit. Eius verba sunt: Aurichalcum, vel Orichalcū, quidam putant compositum ex ære, & auro,

Vtrum Aurichalco, an Orichalco legēdū sit.

98

Universidad de Deusto
Biblioteca

auro, siue quod colorem habeat aureũ. Orichalcum sanè dicitur, quòd in montosis locis inuenitur, mõs etenim Græcè ὄρος appellatur. Hæc Põpeius, quæ à Nebrissensi adducta esse miror vt probet Pompeio Aurichalcum nõ esse Latinam dictionem, cum sit manifestum vtrumque nomen ab eo poni, & vtriusque etymologiam indicari, quod alterum ab auro, alterum à monte dicatur. Mihi quidem multò magis placet Orichalcum, quo Ciceronem, Virgilium, Horatium, aliosque huius notæ autores vsos esse scio: tamen Aurichalcum inter barbara ponendum non vi- 99 detur. † Sed vt iam sensum loci exponamus, sciamus in Græco haberi: Sicut in camino ardentes, vt ad pedes referatur πεπυρωμένοι, nec constat ex Aretha quid legerit. Ego magis credo vetustioribus exemplaribus, quæ noster interpres secutus est, in quibus, vt ex eius trãslatione perspicuũ fit, erat, πεπυρωμένοις: sed facile fuit ex ο facere ει. Certè sensum aliquantò commodiorè habet nostra Translatio vt non pedes ipsi ardentes visi sint, sed similes aurichalco ardenti in camino, ideſt, purissimi, & lucidissimi, tametsi apud Tyconium, Homil. 1. in Apoc. legitur: Et pedes ei 101 similes aurichalco Libani igniti vt in fornace ignis. Quæ lectio satis etiam tolerabilis est. Ceterùm nobiliores expositores pedes vocari putant vltimi temporis fideles, qui Antichristo persequẽte variis calamitatibus probabũtur quasi Orichalcum, vt Haymo, Beda, Amsi Orichalcum, vt Haymo, Beda, Ambrosius, Anselmus. † Contra Aretham 100 non vltimos, sed primos interpretatur, ideſt, Apostolos, & reliquos, qui Ecclesiæ fundaméta fuerunt, & Victorinus & Tyconius Homil. 1. in Apoc. Ego neutrum admodum probo, quoniam si pedes Christi hos, vel illos fideles dicamus esse, & reliqua eius membra similiter ad fideles accommodanda erunt, si sibi nominati scriptores constare volent. At non id faciunt, sed singula, quasi seiuncta essent, & per se posita, exponunt. Nos, vt cœpimus, ita exponemus vt omnia cohæreant, & eodẽ spectẽt, id est ad id, quod nũc agitur, de terrore impiorum, & consolatione, atque exhortatione iustorum. Pedes in Christo humanitatem eius significant, quod sæpe in scriptura fieri testatur Damascenus lib. 1. cap. 16. & vulgatum est apud patres: causa manifesta est, & cum ijs, quæ diximus congruens. † Vt enim caput significat id, quod summũ est in Christo, ideſt, Diuinitatẽ, ita pedes id, quod imum est, indicant, hoc est humanam naturam. Pedes ergo eius (vt eleganter docet hic Rupertus abbas) dicuntur similes aurichalco, quia sicut aurichalcũ multis ignium impendijs ex ære perducitur ad colorem auri: ita & illa humanitas (inquit) per multas tribulationes passionis, & mortis perducta est ad gloriam Diuinitatis. Atque hac re tacite facit animos Christianis, vt non timeant quidquid euenierit acerbi pati, scientes se exemplo sui capitis per passionem purissimos, & lucidissimos reddi, & in gloriam magnam apud Deũ prouehi. Eadẽ persecutores quasi irridet, quòd suis pœnis id rãdem efficiant, vt ij, quos persequuntur, illustriores sint, & honoratiores. 102 † At cur non auro potius similes esse dixit, qd pretiosius est orichalco, & igne purius, atque lucidius redditur? Causa est quòd aurum pretiosissimum metallorũ est, quare æquius erat vt Diuinitatis simbolum esset, humanitas autem metallo compararetur alti qua ex parte simili auro, sed quòd pretiosissimo esset inferius. Adde quod, (vt dixit Rupertus) æs igne perducitur ad colorem auri, quod melius ad humanitatem accommodatur. Probo equidẽ Ruperti sententiam, sed fortasse adhuc probabilius dicemus pedes eius, (siue ardentes, siue igniti, vt est apud Tyconium, intelligantur, siue similes aurichalco ardenti) significare inimicos Domini, & persecutores sanctorum Christi pedibus esse cõculcãdos. † Promissum est ei omnes esse pedibus eius 103 subijciendos: Donec ponam inimicos *Psal. 109.* tuos scabellum pedum tuorum: nunc discimus ita esse ponẽdos, vt ab eo cõculcentur, quomodò victi conculcari solent à victoribus, quale est illud Isai. 63: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. Præterea ita esse conculcandos, vt igne non defecturo concrementur, & ideò

Pedes Christi.

pedes

pedes apparent similes orichalco candenti. Atque hoc meritò probabilius videri, ex verbis ca. 2. intelligetur: Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco.

Vers. 15. *Et vox illius tamquam vox aquarũ multarum.* Vocem aquarum multarum vocem, atque strepitum magni exercitus intelligit, aut magnæ multitudinis hominum clamantis, & venientis, aut irruentis, quæ voci, ac sono aquarum multarum cõparari solet: Isai. 17: Væ multitudo populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum. Sonabũt populi sicut sonitus aqua- 104 rum inundantium. Ezec. 1: † Et audiebã sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei, cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum. Apoc. 19: Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum. Vox ergo quæ vnius Christi cum esset, maxima tamen quasi magnę multitudinis, & terribilis videtur, significat magnã eius virtutem, cum qua venturus est ad puniendum aduersarios, quæ illis magnum pauorem incutiet, quomodò incutere solet vox magni exercitus. In eo vno fortitudo apparebit multorum, & magis inimicos suos terrebit quàm castrorum acies ordinata. Adde etiam quod magni cum eo vẽturi sunt exercitus angelorum, iuxta illud, quod refertur in epistola Iudę Apostoli: Ecce veniet Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios: &c.

Vers. 16. *Et habebat in dextera sua stellas septem.* 105 † Septem stellas ipse postea interpretatur: *Septem stellæ angeli sunt septem Ecclesiarum*, in angelis autem episcopos intelligit, vt posteà explicabimus. Stellæ sunt, quia doctrina, & exemplo præluere suis debent. In dextera Christi sunt secundùm Aretham, & Anselmũ, quia in potiori, & digniori ordine, ac gradu constituti sunt. Puto etiam esse in dextera, quoniam à Deo protegũtur præ ceteris, & conseruantur, & fouentur. Quomodo dictum est Sap. 3: Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Et Eccles. 9: Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei. Sap. 5. Quoniam dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos. † Dextera ponitur ad maiorem virtutem, & fortitudinem indicandã in hac protectione, semper enim fortitudo dexteræ tribuitur. Vt Psal. 20: Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. Et Psal. 43: Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum nõ saluauit eos: sed dextera tua, & brachiũ tuum. Et. 117: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me.

Dextera.

Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Gladius vtraque parte acutus magis secat, & interiùs penetrat. Eccle siastis. 21: Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius nõ est sanitas. Heb. 4: Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et quoniam sententia quã Christus in aduersarios suos proferet, siue hoc tempore, siue in die iudicij, accutissimè eos feriet, & intimè penetrabit, neque poterit eius virtuti, quasi aciei, resisti, eleganter gladius appellatur ex ore eius exies. † De hoc gladio dictum est. Deut. 32: Si acuero, vt fulgur, gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis, & ijs, qui oderunt me, retribuam. Et Psal. 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit. nunc enim eũ vibrat cũ minatur se dicturum impijs: Ite maledicti, &c. Sed posteà percutiet. Denique de eodem dicitur infra. cap. 19: Et de ore eius procedit gladius acutus, vt in ipso percutiat gẽtes, ideſt, vt seuerissimè iudicet, & puniat. Et c. 2. Et pugnabo cum illis in gladio oris mei.

Vers. 16.

Sententia Christi in malos gladius est.

Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Ideſt cum maximè potens est, & fortis ad lucendum, cum lucet quantum maximè potest. Quæ in hac Christi figura scribũntur, partim ad terrorem impiorum pertinent, partim ad consolationẽ iustorum, partim ad vtrumque, vt ex dictis intelligi potest. † Ita quod nũc ait, 108 ad consolationem sanctorum spectat,

Vers. 16.

quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos post persecutiones, & mortem magna gloria manet, non solum animarum, sed etiam corporum, vt non dubitent mortem pro Christo oppetere. Atque hæc de gloria corporis dici, facile erat Christianis intelligere, si verbi Domini recordarentur Matth. 13: Tunc iusti fulgebũt sicut sol, in regno patris eorum: & transfigurationis eius, in qua specimen quoddam datum est futuræ claritatis in corporibus sanctorum. Et vt hæc etiam sibi post mortem sperarent electi, quibus loquitur, ait paulò post: Ego sum primus, & nouissimus, & viuus, & fui mortuus. Hoc autem ipsum timorem, & tristitiam affert malis. At quoniam continuò dicturus erat de hac resurrectione, meritò vltimo loco dicit de eius facie lucente.

Vers. 17. *Et cum vidissem eũ, cecidi ad pedes eius.*
109 † Arethas: Moris est sanctis prophetis, vt cum visionem intuentur, obstupescant ob vehementem abiectionẽ conditionis humanæ, videntes quantũ Diuina humanis sint meliora, eaque præcellant, ac excedant: Quod Iesu illi Naue contigit, ac Danieli viro desideriorum: illi quidem ad summum exercitus Dominici visum ducem, huic autẽ ad ostensas sibi visiones. Itaque his affine quiddam etiam nunc contigit Euangelistæ, &c.

Iosue. 5. Dan. 8.

Vers. 17. *Et posuit dexteram suam,* Erexit me vt possem audire, & videre. Ita Dan. 8: Cũ
112 posset ego loquererur ad me, collapsus sum pronus in terram, & tetigit me, & stare fecit me in gradu meo. Et cap. 10: Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis, & confortauit me.

Vers. 17.
110 *Primus, & nouissimus.* † Qui, vt Deus, omnes creauit, &, vt homo etiã omnes iudicaturus sum, vt diximus nu. 47. Ac si dicat: Omnes, qui vos persequuntur, à me creati sunt, mihi subditi sunt, & à me sunt iudicandi. Ceterum angelum hunc, cum Christi & imaginem gerat, & personam sustineat, non est mirum verba Christi vsurpare. Sæpe enim fit in scriptura, vt imagines earum rerum nominibus appellentur, quarum sunt imagines, vt latissimè confirmat Augustinus lib. 2. ad Simplicianum, q. 3. vnde etiam fit, vt vocibus eorum vtantur, quos referunt, aut quorum personas induerunt. Ita Exo. 20: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxite de terra Ægypti, & tamen angelus est qui loquitur, vt Paulus docet. Heb. 2: Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus. Exo. 3: Ego sum Deus patris tui, Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob. De quo Act. 7: Apparuit illi in deserto montis Sina angelus in igne flãmæ rubi. Et huiusmodi sunt in scriptura permulta.

Regula. Imagines nomẽ habẽt rerum, quarũ sunt imagines.

Et viuus, & fui mortuus. † Ita & vos, licet moriamini, resurgetis gloriosi, nihil vobis nocere poterunt aduersarij. Viuetis in sæcula sæculorum, sicut ego victurus sum. *Vers. 18.*

Et habeo claues mortis, & inferni. Non solum ego resurrexi, sed etiam alijs resurrectionis autor sum. Possum morti eripere quos voluero, & vitæ reddere, possum inferos aperire, & inde meos educere, vt perpetuò mecum lętentur in cœlo. Quasi dicat: Quantumuis mors claudat, ac tenere meos cupiat, ego possum aperire, &c. *Vers. 18.*

Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt. Scribe quæ tibi ostendi, & quæ nunc fiunt in Ecclesijs, vt electi corrigantur, & ad meliorem mentem redeant, & mali timeant; quod facit cap. 2. & 3. Scribe etiam quæ futuris temporibus fient, vt à me accipies. Non enim iubet tantum scribere quæ hactenus vidit, sed etiam ea, quæ postea visurus erat. *Vers. 19.*

Sacramentum septem stellarum. Scribe hoc mysterium stellarum, quod tibi ostendi, & interpretare. Sacramẽtum dicitur arcanum, quod Græce μυστήριον, & vbicumque Sacramentum ponitur in nostra Translatione, in Græco est Mysterium. Tob. 12: Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, idest secretum. Dan. 2. Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me, plus quam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est. Et hoc idem vocat ibi mysterium: Mysterium, quod rex interrogat, sapientes, magi, & aruspices nequeunt indicare regi, sed est Deus in cœlo reuelans mysteria. Eph. 3: Quo modo secundum reuelationem notum mihi factum est sacramẽtum. Et ibidẽ: Et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo. Inde factum est vt per Antonomasiam sacramenta dicantur septem illa, *Vers. 20.* *Sacramẽtũ Mysterũ.*

Sacramenta septem cur Sacramenta dicãtur.

illa, quæ Christus instituit, quoniam in illis sub tegumẽto rerum sensibilũ Diuina virtus secretiùs operatur salutem: & eadem ratione dicta sunt ab Apostolis Mysteria. † Ex quo intelligim⁹ illud
113 Eph. 5: Sacramẽtum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Sensus est: Hoc quod Adam dixit Heuæ, & matrimonium eorum, quod in illis apertum est, magnum mysterium, & abiconditam habet intelligentiam, si ad Christum referatur, & Ecclesiam: typus enim fuit coniunctionis spiritualis Christi, & Ecclesiæ. Sed matrimonium Adam typus tantùm fuit, at matri
monium in noua lege institutum est, 116
vt significaretur matrimonium Christi, & Ecclesiæ, & gratia, qua anima sanctificatur, sicut Ecclesia Christo adhærens sanctificata est. Ac propterea matrimonium nouæ legis non est sacramẽtum eo tantum modo, quo figuræ dicũtur sacramenta, & sicut matrimonium Adam dicitur sacramentum, sed multò magis propriè, quia in eo etiam sub sensibilibus rebus Deus gratiã operatur, quam ipsum continet, & suo modo efficit.

Vers. 20. *Septem stellæ angeli sunt septem Ecclesiarum.* † Magna ex his verbis, & vetus ori
114 tur quæstio, qui nam hi angeli Ecclesiarum sint, qui in septem stellis signãtur. Etenim ex veteribus quidam non episcopos esse interpretantur, vt hactenus diximus, sed veros, & incorporeos angelos. In primis Origenes Hom. 20. in Num. ait: Et iterum secundum ea, quæ Iohannes in Apocalypsi scribit, vnicuique Ecclesiæ generaliter angelus præest, qui vel collaudatur pro bene gestis populi, vel etiam pro delictis eius culpatur. Et posteà in illud: Assume principes populi, & ostenta illos Domino cõtra solem, principes dicit esse angelos custodes nostros, qui venturi sunt nobiscum ad iudicium ante Dominum, & si nos eorum negligentiæ causa deliquimus, culpabuntur, sin autem nihil
115 omiserunt, mercedem accipient. † Ni si enim, (inquit) esset etiam aliquid in ipsis, quod in causa nostri culpandum videretur, nunquã diceret sermo Scripturę ad angelum illius, vel illius Ecclesiæ: Quia habes (verbi gratia) quosdã te

Angeli Ecclesiarũ qui dicuntur.

nentes doctrinã Balaã, vel: Quia dereliquisti caritatẽ tuã pristinam, vel patiẽtiam tuam, vel alia huiusmodi, pro quibus in Apocalypsi angeli vniuscuiusq; Ecclesiæ culpantur. Idem sæpe se dixisse ait Homi. 24. in eumdẽ librũ, & Homi. 4. in Ezec. & latiùs Hom. 12. &. 13. in Luc. & Hom. 35. vbi ait in periculo versari angelos custodes, quoniam, nisi nos benè seruauerint, nõ videbunt faciẽ patris. Ambrosius etiã lib. 2. in Luc. ait: Pastores sunt sacerdotes. Aut fortasse etiã ille sit pastor, cui dicitur: Esto vigilans, & confirmare: quia nõ solũ Episcopos ad tuendũ gregẽ Dominus ordinauit, sed etiã angelos destinauit. † Verba hæc, quæ citat Ambrosius, dicuntur Apoc. 3. angelo Ecclesiæ Sardianæ, & id ipse desumpsit ex Origene Hom. 12. &. 13. in Luc. Et epistola. 21. ad Horõtiã nũ, prope finẽ, manifestè angelos, de quibus nunc agitur, spiritus esse docet. Idẽ planè legimus apud Hieronymũ initio fere. c. 6. Michææ, vbi ait: Et iudicio cõtende aduersum mõtes, quos nõ alios significari puto, quã angelos, quibus rerũ humanarũ cõmissa est procuratio. Et posteà: Legamus Apocalypsin Iohãnis Apostoli, in qua laudatur, accusanturq; angeli Ecclesiarũ pro virtutibus, vitijsq; eorũ, quibus præesse dicuntur. &c. Et manifestũ est ex præcedẽtibus, & sequentibus nõ episcopos angelos dicere, sed spiritus. Idẽ in illud Matth. 18: Angeli enim eorum semper vident faciem patris mei: Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelũ delegatũ. † Vnde legimus in Apocalypsi Iohãnis: Angelo Ephesi, Thyatirę, & angelo Philadelphiæ, & angelo quatuor reliquarũ Ecclesiarũ, scribe hæc. Nec dubito quin sint alia his similia apud veteres patres. Sed pro certo haberi, nec vlla ratione in dubiũ vocari debet, angelos septẽ Ecclesiarũ, de quibus loquitur Iohãnes, nõ esse angelicos spiritus: quod ita ex verbis ipsis intelligitur, vt nequeã satis mirari fuisse quemquã, qui angelos esse diceret. Vt quod angelo Ephesi dicitur. c. 2: Sed habeo aduersum te, ϕ caritatẽ tuã primã reliquisti. Memoresto itaq; vnde excideris, & ge apœnitẽtiam, & prima opera fac.

Angeli Ecclesiarum sunt episcopi.

Quoma-

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo hæc angelo dici possunt, qui pœnitētiæ capax non est? Beati autē angeli quomodo caritatem relinquere, aut ea excidere possunt? † Quid habent cuius eos oporteat pœnitere? Angelos autem, qui in cœlo remanserunt, beatos esse quis fidelium dubitare potest, cum Dominus (vt alia omittamus) dicat Matth. 18: Angeli enim eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Idem de reliquis dicendum. Angelo Sardianæ Ecclesiæ ait: Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es. Sed pudet in re apertissima morari. Certum igitur est septem angelos esse episcopos illarum Ecclesiarum, vt communis expositorum sententia docet. Quamquam & illis tacentibus verba ipsa clamant Euangelistæ, quæ, vt in angelos cōuenire nullo modo possunt, ita in episcopos, quibus dicta sunt, quadrant optimē. Vt quod legimus cap. 2: Scio opera tua, & laborē, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & nō sunt. &c. † Dicūtur autem episcopi angeli, quoniam nuntij Dei sunt ad populum, & Diuinam voluntatem exponunt, & eum custodiunt, ac Deo reconciliant, vt manifestissimē docuit Malachias c. 2. Labia sacerdotis custodient scientiā, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Illud etiam Apostoli. 1. Cor. 11: Ideò debet mulier velamen habere supra caput suum propter angelos, propter episcopos nonnulli exposuerunt, in quibus est is, qui nomine Ambrosij circumfertur in epistolas Pauli. Origenē excusare non est necesse, qui multa cōtra fidem catholicam dixit. Ambrosiū diceremus sententiam recantasse in locum citatum epistolæ ad Corinthios, & in expositione huius loci, nisi certū esset neutrum opus ab eo conscriptum fuisse. † In Commentarijs autem in Lucam plurima mutuatur ex Origene, & sæpe vsu venit autores non satis probatos sequētibus, vt dum bona imitari cupiunt, mala etiam nonnulla, quæ quasi furtim irrepunt, in libros suos transferant. Quanuis hoc ipsum Ambrosius non asserat, sed dubitādo dixit, vt eius verba indicant. Dicet fortasse quispiā pro Ambrosio, & pro alijs patribus, si quando hæc de angelis interpretantur, eos non fuisse imitatos Origenē in eo, quòd culpas angelis tribuit, sed in eo, quòd hos angelos Apocalypsis verè angelos esse existimauit: ea verò, in quibus culpantur angeli, non de ipsis dici, qui peccare non poterant, sed de Ecclesijs. Ita exponit Arethas initio cap. 2. quoniā cū prius dicat: Et angelo huius Ecclesiæ, aut illi⁹, scribe: post eā ait: Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs. † Hæc Arethæ interpretatio vera non est, quoniam & multi ita exponunt, & verba ipsa indicant hæc episcopis verè dici, non Ecclesijs. Atq; id apertè perspicitur ex cap. 2. vbi legim⁹: Et angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe. Et post ea, quæ dicuntur angelo, sequitur: Vobis autem dico ceteris, qui Thyatiræ estis. Illa verba: Qui habet aurem, &c. statim suo loco explicabimus, & videbimus nihil Arethæ fauere. Non igitur huius interpretationē retuli quòd vera esset, sed vt ex eius sensu & alios ita sensisse probabilius appareat. Hieronymum vellem eodem modo interpretari, sed apertius in Michæam loquitur, quàm vt hanc interpretationem patiatur. Quare hoc potius dicem⁹ eius morem esse in Commentarijs, vt alienas ponat sententias quasi suas, interdum etiam si parum cū fide catholica conueniant, diligenti lectori iudicium relinquens, vt quod probandū est eligat, vt ipse de se indicat in. 1. Apologia aduersus Rufinū: quod etiā in his locis fecit.

Argumen-

Argumentum. Cap. II.

Collaudat episcopum Ephesi, atque etiam reprehendit in eo pauca. Episcopum Smyrnæ sponte currentem incitat ad maiora, & imminentes Ecclesiæ calamitates illi prædicit. Similiter episcopum Pergami prius laudatum reprehendit, quòd quosdam Nicolaitarum sectam tenentes sustineat, & ad pœnitentiam exhortatur, malis eiusdem Ecclesiæ minatur, bonis magna pollicetur. Episcopum Thyatiræ multis ornat laudibus, sed eūdem mox accusat quòd impiam prophetidem, & mores ciuitatis corrumpentem toleret, cui etiam, nisi resipiscat, & eam sequentibus, multa comminatur. Deinde Thyatirenos monet vt seriò pietatem colant, colentibusque gloriam promittit, & honorem.

Caput. II.

1 *ET angelo Ephesi Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio*
septem candelabrorum aureorum.
2 *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam: & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse & non sunt, &*
3 *inuenisti eos mendaces, & patientiā habes, & sustinuisti propter nomen*
4 *meum, & non defecisti. Sed habeo aduersum te pauca, quòd caritatem*
5 *tuam primā reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac, sin autem [illegible] tibi, & mouebo candelabrum [illegible] de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.*
6 *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego*
7 *odi. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. Et angelo Smyrnæ*
8 *Ecclesiæ scribe, Hæc dicit prim⁹, & nouissimus, qui fuit mortuus, & vi-*
9 *uit. Scio tribulationē tuā, & paupertatē tuā, sed diues es: & blasphemaris*
10 *ab his qui se dicūt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ. Nihil horū timeas quæ passurus es. Ecce missurus est Diabol⁹ aliquos ex vobis in carcerē vt tentemini: & habebitis tribulationē diebus decē. Esto fidelis vsq; ad mortē: & dabo tibi coronā vi-*
11 *tæ. Qui habet aurē, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs, Qui vicerit, non*
12 *lædetur à morte secūda. Et angelo Pergami Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet rōphæā vtraq; parte acutā.*
13 *Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ: & tenes nomē meū, & nō negasti fidē meā. Et in dieb⁹ illis Antipas testis me⁹ fidelis, qui occis⁹ est apud vos, vbi Satanas habitat. Sed habeo aduer-*
14 *sus te pauca: quia habes illic tenētes doctrinā Balaā, qui docebat Balac mittere scandalū corā filijs Israel, edere, & fornicari, ita habes & tu tenētes*
15 *doctrinā Nicolaitarū. Similiter pœni-*
16 *tētiā age, si quo minus, veniā tibi citò, & pugnabo cū illis in gladio oris mei.*
17 *Qui habet aurē, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs. Vincēti dabo manna absconditū, & dabo illi calculū candidum, & in calculo, nomen nouum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Et angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco.

19 Noui opera tua, & fidem, & caritatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetem docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis:

21 Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret: & non vult pœnitere à fornicatione sua. Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint: &

23 filios eius interficiam in mortem, & scient omnes Ecclesiæ quia ego sum scrutans renes, & corda, & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua.

24 Vobis autem dico ceteris qui Thyatiræ estis, Quicumque non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt altitudinem Satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud

25 pondus. tamen id quod habetis, tenete

26 donec veniam. Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea: dabo illi potestatem super Gentes,

27 & reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur, sicut

28 & ego accepi à patre meo: & dabo illi

29 stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

CAP. II.

1 HÆc dicit qui tenet septẽ stellas. † Singula quæ vidit in visione, repetit verbis Christi in singulis episcopis Ecclesiarum, ex quo plenius intelligentur quæ dicta sunt, tametsi valde difficile sit dicere cur hoc repetat ad hunc episcopum loquens, illud ad illũ: hoc est: cur huic episcopo dicat: Qui tenet septem stellas, illi verò: Hęc dicit primus, & nouissimus, &c. Sed poterunt intelligi si rectè considerentur quæ dicuntur singulis. Nunc autem dicit: *Qui tenet septem stellas*, ideſt, qui peculiari protectione prosequitur episcopos Ecclesiarum, & conseruat, ac fouet, vt quoniã episcopi Ephesij multa bona opera memorantur: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, &c. et deinde reprehenditur quòd caritatem suam primam reliquerit, & ad pœnitentiam vocatur: intelligat Diuini fauoris esse quod fecit, & quod grauiora non commiserit, quare oportere vt eum maximè amet, à quo protectus, & seruatus est, speretque se eiusdẽ benignitate, & gratia in posterũ esse seruandũ, si pœnitentiam agere, caritatemque quasi sopitam, & mortuã in se resuscitare velit.

2 † Sed addit: *Et ambulat in medio septẽ candelabrorũ aureorum*, vt doceat se curare salutem fidelium, & quia eorum saluti expedit vt bonum, & feruentem episcopum habeant, consideret episcopus se non passurũ eius ignauiã, & peccata, sed motuũ candelabrum eius de loco suo, nisi pœnitentiã egerit. Qui sint episcopi, ad quos hæc scribit Apostolus, neq; ex Scriptura cõstat, neq; ex historijs. Lyranus ait expositores dicere cõmuniter hũc episcopũ Ephesi esse Timotheum comitem, & discipulum Pauli. Sanè præter quam quod indignum videtur eam negligentiæ, & peccati notam inurere tanto martyri, & dilecto Pauli discipulo, tempora non conueniunt; nam eum quidam sub Nerone martyrio coronatũ fuisse tradunt, multò antequam Apostolus relegaretur in Patmum, aut certè, si verum est quod Simeon Metaphrastes scribit in eius

Vers. 1.

vita, dum Apostolus erat in exilio, Timotheus egregiè pro pietate certans martyrij coronam accepit. Quomodò ergo in eum dici poterat: Habeo aduersum te, quod caritatem tuam primam reliquisti, & quæ sequuntur? Denique Lyranus ipse postea in illud: Mouebo candelabrum tuum, &c. Negat hunc fuisse sanctum Timotheum.

Vers. 2. *Scio opera tua.* † Ambrosius: Ea videlicet, quæ faciebas prius quam refrigesceret in te caritas.

3

Vers. 2 *Et laborem, & patientiam tuam.* Laborem dicit τὸν κόπον, ideſt scio quantum molestiæ tolerauerit, & tædij, & patiẽtiam tuam, ὑπομονὴν, quæ ab expectando, & sustinendo dicitur: ideſt, scio te non fuisse victum, sed viriliter in ferendo perseuerasse. Quare rectè exposuit Arethas: Laborasti, & toleraſti nulla fatigatione animum deijciens, ob ea, quæ propter nomẽ meũ irruerũt. Veri simile enim est quod à pseudoapostolis fuerint ipsis illatæ contumeliæ, &c.

Vers. 2. *Non potes sustinere malos.* Publicos peccatores sustinere non potes, quin aut emendes, aut expellas ex Ecclesia.

Vers. 2. *Et tentasti eos.* Pseudoapostolorum sæpe meminit Paulus, vt 2. Cor. 10. & vitari præcipit. Hos ergo, qui se Apostolos Christi esse iactabant, episcopus Ephesius tentauit, ideſt, experimentũ cepit de eorum doctrina, & sanctitate, & à fructibus eorum cognouit eos, vidit que Apostolos non esse, sed pseudoapostolos.

Vers. 3. *Et patientiã habes, & sustinuisti. &c.* † In Græco permutatur ordo verborum καὶ ὑπομονὴν ἔχεις, καὶ ἐβάστασας, ideſt, Et sustinuisti, & patientiam habes. Et post hæc additur: Et sustinuisti, (siue laborasti) propter nomen meum. Sed Latini & codices, & expositores ita legunt: Et patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum. Et siue hoc modo, siue illo legas, nihil de sensu mutatur. Sed & nõnulli Græci codices ita omnino habent vt legit noster Interpres. Est autẽ sensus: Cum multa à pseudoapostolis, & ab inimicis fidei sustinueris, adhuc permanes inuictus, & ad plura toleranda paratus. Explicat quod breuiùs dixerat: Scio opera tua, & laborem, & patientiam. Ceterum, *Propter nomen meum*, significat, Propter me, ita enim loqui solet scriptura, vt Ioh. 1: Iis, qui credunt in nomine eius, Ioh. 3: Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Psal. 30: Propter nomen tuum deduces me, & enutries me, ideſt, Propter te. Capitur enim nomen more Hebræorum pro re nominata, ideſt, pro re cuius est nomen. Inde etiam est illud Isa. 30: Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius. &c. *Nomen.*

Vers. 4. *Sed habeo aduersum te pauca, quòd caritatem tuam primam reliquisti.* In Græco nõ est Pauca, neque in codicibus correctioribus, neque apud Bedam, Ambrosium, Haymonem, Anselmum, quamuis Victorinus id legerit. Ambrosius: Multi enim sunt, qui in initio conuersionis suæ in seruitio Dei feruentes existunt, sed in processu temporis tepescũt. Quod huic præsuli Ecclesiæ Ephesi contigisse manifestum est. &c. Arethas hoc refert ad largitionem eleemosynarum, sed quia id incertum est, melius cum Ambros. de tepore in bonis operibus intelligemus.

18 *Memor esto itaque vnde exciderit, & age pœnitentiam.* Ex verbis his eum penitus amisisse caritatem Ambrosius, & Haymo intelligunt, sed verisimilius est non omnino amisisse, qui tanta pro Christo etiam tum perferebat, sed multum de illius feruore remisisse. *Vers. 4.*

Sin autem, venio tibi. Citò veniam, præsenti tempore vtitur, vt celeritate significet, quasi iam fiat. Venire dicitur Deus modò, vt auxilietur, modò vt puniat, vtro autem modo sit intelligendum, ex præcedentibus, & sequentibus cognoscetur. Hoc quidem loco manifestum est eum venire ad supplicium sumendum, quoniam ait: Et mouebo candelabrum tuum de loco suo. Sic etiam Zach. 14: Et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo. Et erit in die illa, non erit lux, sed frigus, & gelu. Isai. 30: Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. *Vers. 5.* *Venire.*

Et mouebo candelabrum tuũ de loco suo. Locus est valde difficilis, nam cum candelabra dixerit esse Ecclesias, cur Ecclesia Ephesina de loco suo moueatur *Vers. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccante episcopo, & pœnitẽtiam nõ agẽte? Propterea Arethas, Ansbertus, Anselmus, & quidam, hæc ad Ecclesiã ipsam Ephesi referunt, vt quod episcopo dicitur, Ecclesiæ dici intelligatur.

6 † Hoc tamen falsum esse ostendimus numero. 84. cap. 1. Alij autem putãt cãdelabrum moueri de loco suo, cum Ecclesiæ cura, & gubernatio episcopo illi aufertur, & alteri datur, vt Rupertus, & Thomas. Verùm hæc expositio non videtur cum verbis congruere, quia Ecclesia tunc non mouetur, sed episcopus, atque ideo potius dicendum erat: Mouebo te de candelabro tuo. Aliquã tò probabiliùs Victorin*, qui exposuit, Mouere candelabrũ, Spargere plebẽ. Sed quis credat fugandos tunc, aut spargendos fuisse Ephesios? Mihi non videtur candelabrũ ita nunc accipi vt prius, cum septem candelabra septem Ecclesias esse dicebamus. Sed vt infra accipit, cap. 11. cum de duobus prophetis ait: Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes: & vt Dominus accepit Matth. 5: Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Candelabrum ergo dicitur hoc loco officium episcopale, siue dignitas, aut locus eminens, in quo episcopus, tamquam lucerna, positus erat, vt luceret omnibus, qui erant in Ecclesia. Aut etiam (quod in idem redit) episcopus cum dignitate sua dicitur candelabrũ, quod positum erat in Ecclesia, vt lucẽ

7 alijs præberet. † Mouere autẽ candelabrum de loco suo est episcopo dignitatem adimere episcopalem, & ea, per quæ lucere solebat, vt verbum doctrinæ, exempla virtutum, dona, quibus illustrari à Deo solebat. Dignitas adimi poterat per mortem, aut per populi voluntatem, & per inimicorum persecutionem. Ea, quibus lucebat, adimi poterant manente etiam vita, & episcopatu. Itaque *Mouebo candelabrum tuum de loco suo*, nihil est aliud, quam, Mouebo te, vt exposuit Haymo.

Cãdelabrũ.

Verſ. 6. *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum.* Diuinus sermo ita terret, vt simul alliciat, & cum Deus nobis irascitur, ita irascitur, vt patrem de esse non obliuiscatur, sed illud fiat: Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Rẽ dixerat grauem, atque asperam auditu: Mouebo candelabrum tuum de loco suo; sed continuò acerbitatem temperauit: *Nisi pœnitentiam egeris*. Deinde ne abundantiori tristitia absorberetur episcopus, commemorat etiam eius factum, quod sibi gratissimum fuisse significat, vt non se penitus Deo displicere existimet. Hoc, inquit, habes, quo mihi placeas, quòd odisti facta Nicolaitarum. Epiphanius lib. 1. Contra hære. Hæresi. 25. legit: Habes autem quid boni; in Græco autem, & apud Aretham, ita legitur, vt nostra

8 habet Transalatio. † Nicolaus vnus fuit de septem diaconis electis ab Apostolis Act. 6. Antiochenus erat origine, & proselytus. Qui cum ad vxorem rediisset formosam, à qua se religionis causa continuerat, erubescens se victum fuisse libidine, affirmare cœpit, nisi quis Veneri se singulis diebus daret, participem vitæ æternæ fieri non posse. Atque ex eo orti sunt hæretici turpissimarum libidinum autores, vt Gnostici, Ebionitæ, & Epiphanis sectatores, de quibus Apostolus ait Eph. 5: Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, sed magis redarguite. Quæ enim in occulto fiũt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia ex *Epiphanio* loco citato, cui & Philastrius assentitur in eo, quod illum hæresis facit autorem. Eusebius verò lib. 3. Histo. Eccle. cap. 29. & Niceph. lib. 3. cap. 15. ex Clemente Alexandrino in 3. lib. Stromatum hoc de eo scribunt: Cum ei ab Apostolis obiecta fuisset zelotypia, vxorem in medium produxisse, ac siquis vellet eam habere, permisisse. Vnde vxores communes

9 esse debere docebant Nicolaitæ. † At Clemens Alexandrinus quem ipsi citant, in lib. 3. Stromatum, non longè à principio, nequaquam autorem hæresis, aut fautorẽ libidinis facit Nicolaũ, sed eos, qui eius factum, dictumque in consideratè sequentes impudenter, effusèque fornicabantur, idest, Nicolaitas. Et subdit: Ego autẽ audio Nicolaũ quidem nulla vnquam alia, quã ea, quæ ei nupserat, vxore vsum esse, & ex illius liberis filias quidem consenuisse virgines; filium autem permansisse incorruptum. Quæ cum ita se habeant, vitij erat detractio, atque expurgatio in medium Apostolorum ẽt cum actio vxoris, cuius dicebatur laborare zelotypia. Deinde quo manifestiùs hæretici dicebãt eum dixisse, vti opõrtere loquitur; ita id Clemens interpretatur: Ita continentiam à voluptatibus, quæ magno studio parantur, docebat illud, Vti carne, hoc est exercere carnem. Neque enim, vt existimo, volebat Dominus præcepto conuenienter, duobus dominis seruire, voluptati, & Deo. Augustinus etiã in lib. de Hæresibus cap. 5. videtur eum excusare: Iste, (inquit) cum de zelo pulcherrimæ coniugis culparetur, velut purgandi se causa permisisse fertur, vt ea, qui vellet, vteretur. Quod eius factum in sectam turpissimam versum est, qua placet vsus indifferens seminarum. Hi, neque ab his, quæ idolis immolantur, cibos suos separant, & alios ritus gentilium superstitionũ non auersantur, &c.

Nicolaus, & Nicolaitæ.

Verſ. 7. *Qui habet aurem, audiat.* † Non hoc refertur ad ea, quæ episcopo scripta

10 sunt, vt putauit Arethas, sed ad ea, quæ mox omnibus Ecclesijs ait: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, &c. Atque idem post ea videbimus in quibusdam alijs, prius enim angelo loquitur, deinde aliquid addit, quod ab omnibus Ecclesijs audiri velit, vel ab omnibus alienus Ecclesiæ. Aurem autem intelligit Spiritualem, paratam ad intelligendum, & ad obediendum sicut Matth. 13: Qui habet aures audiendi, audiat. Vbi Hieronymus ait: Prouocamur ad dictorum intelligentiam, quoties his sermonibus commonemur. Et Beda in cap. 4. Marci: Aures audiendi aures sunt cordis, & sensus interiores, aures obediendi, & faciendi quæ iussa sunt.

Verſ. 7. *Quid spiritus dicat. Τὰ πνεῦμα*, Spiritus sanctus, qui per prophetas loquitur.

Verſ. 7. *Vincenti dabo edere.* Aperit quò tendant omnia, quæ dicit, eò nempe, vt Christiani fortiter omnia pro Christi nomine perferant. Vincẽtem vocat eũ, qui periculis, & laboribus, & cruciatibus minimè cedit, nec fieri potest vt à Christo recedat, & Diaboli tentatio-

nes superat, & Nicolaitas execratur.

De ligno vitæ. † Lignum vitæ posuit Deus in medio paradisi Genes. 2, vt ex eo qui ederent semper viuerent. Inde quidquid nobis vitam præbet immortalem, lignum vitæ vocari solet apud Salomonem. De Sapientia ait Prouer. 3: Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam, beatus. Et ca. 11: Fructus iusti lignum vitæ, quia iustus verbis & factis suis alios ad virtutem excitat, & vitam eis præbet. Et cap. 15: Lingua placabilis lignum vitæ, quia tollit rixas, & dissentiones, & sedat iratos animos. De vita etiam mortali dicitur, vt cap. 13: Spes, quæ differtur, affligit animam, lignum vitæ desiderium veniens. Nunc ergo lignum vitæ dicitur Deus, qui clarè visus vitam præbet immortalem. Et sicut paradisus terrestris figura fuit cœli, ita lignum vitæ figura fuit Dei, ex quo qui edunt, id est, qui eum clarè vident, semper viuunt. Dicitur autem esse in medio paradisi, idest, in paradiso, quia non vescimur hac arbore in terra, sed in cœlis. Hinc Apoc. 22. scriptum est: Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, idest, Beati qui peccata pœnitentia, & bonis operibus delent, vt possint Dei visione frui. Et paulò ante: Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, quia nunquam tedium diuinæ visionis beatos capere potest, sed quouis tempore ita illis iucunda est, ac si tunc ea frui inciperent, semper videntur noui fructus.

Verſ. 7. *Lignum vitæ.*

12 *Hæc dicit primus, & nouissimus.* † Cur hæc, dicat, ex sequentibus, vt iam monuimus, intelligitur? Ait enim: Ecce missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem, &c. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, qui vicerit non lædetur à morte secunda. Vt igitur tam episcopus Smyrnæ, quam eius populus læti certarent, & ipse resurrectionis accenderentur, rectè ait se esse primum, & nouissimum, qui omnes sit iudicaturus, & redditur[a] præmia pro meritis, vitamque perennem ijs daturus, qui corporis vitã amiserint. Atque id exemplo suo manifestum

Verſ. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

festū facit, qui fuit aliquādo mortuus, sed breui tempore, & paulò post resurrexit nunquam moriturus.

Verſ. 9. *Scio tribulationem tuam.* Christianos, qui erant Smyrnæ persequebantur Iudæi, & affligebant, & spolia bant, sicut & ad Thessalonicenses scribit Apostolus; de ijs qui ex Iudaismo crediderant: Vos enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu, quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & Dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur &c. Propterea nunc ait Apostolus: Scio quam grauiter afflictus fueris, scio *paupertatem tuā*, ideſt, scio te bonis tuis spoliatum fuisse à Iudæis. Quod autem sequitur, *Sed dines es*, per parenthesin legendum est, ideſt, Quauis te bonis spoliauerint, & ad paupertatem redegerint, non pauper es, sed dines, quoniam pro temporalibus bonis spiritualibus diuitijs auctus es.

2. Tessal. 2.

Verſ. 9. 13 *Et blasphemaris, &c.* † Multa aduersum te maledicta, & conuicia iactant. In Græco, & apud Arethā ita legimus: Scio tribulationem tuam, & paupertatem (sed dines es) & blasphemiam eorum, qui dicunt se Iudæos, &c. Sed sensus est idem.

Verſ. 9. *Qui se dicunt Iudæos.* Qui solo nomine sunt Iudæi, re enim vera non sunt, cum Deum Christum non confiteantur, quem prædicauerunt, & coluerunt veteres patriarchæ, & prophetæ. Ita etiam Paulus Rom. 2: Non enim qui in manifesto Iudæus est, nec quæ in manifesto est in carne circūcisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non litera.

Verſ. 9. Synagoga. *Sed sunt Synagoga Satanæ.* Synagoga collectio, vel congregatio dicitur, hoc nomen habebat populus Iudæorum, quia ex omnibus populis ipse vnus collectus, & congregatus erat, vt esset populus Dei. Atque olim quidem Synagoga Dei dicebatur, sed postquā Christum repulit dicens: Non habemus regem, nisi Cæsarem, & Dei populus esse desijt, à Diabolo que possessus est, Synagoga Satanæ dicitur: vt etiam legimus Apoc. 3: Ecce dabo de Synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. † Hoc autē quod Euangelista prædicit de persecutione Iudæorum in Smyrnæos, & gentilium, beato Polycarpo martyre episcopo Smyrnæ contigit (vt manifestē videmus apud Eusebium lib. 4. Hist. Eccl. ca. 15.) sub Marco Aurelio Vero, & Antonino eius filio, & Lucio Aurelio Cōmodo. Quo tempore (vt ait Eusebius) maximis persecutionibus Asiam quatientibus Polycarpus vitam martyrio finiuit. Ex quo existimo episcopū Smyrnæ, quem hic Iohannes collaudat, & ad quem scribit, fuisse sanctum Polycarpum, quoniam Hieronymus in eius vita, & Nicephorus lib. 3. cap. 2. referunt eum ab Apostolo Iohanne ordinatum fuisse episcopum Smyrnæ. Scimus etiā in persecutione Traiani iam tum eum episcopatum eiusdē vrbis administrasse, vt ex Epist. 8. Ignatij martyris cōstat, qui in persecutione Traiani passus est, vt autor est Eusebius in Chronicis, & Hieronymus in Catalogo eodem scriptorum. Nicephorus etiam ait loco citato tertio anno Traiani passum fuisse Ignatium.

Iohan. 19.

Verſ. 10. *Ecce missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem.* Ita videmus apud Eusebium li. 4. Hist. Eccl. cap. 15. & apud Nicephorum lib. 3. cap. 36.

Verſ 10. *Vt tentemini.* Vt varijs cruciatibus pro hemini. Ambrosius: Vt tentemini vtrū timore pœnarum à fide cedere, an pro amore Christi mori deliberetis.

Verſ. 10. *Et habebitis tribulationem diebus decem.* 15 † Hic plerique expositorum ad mysticos sensus cōfugiunt. Ambrosij sensus satis literæ conuenit, si certū esse quod tradit, doceret ex historia. Tempus, (inquit) quo hæc persecutio crudelius sæuitura esset, demonstrat. Sed cū mos scripturę sit, vt quibusdam certis numeris vtatur pro incertis (vt habemus ex quinta regula Tyconij apud Augustinū li. 3. de Doct. Christ. cap. 35.) vt tria, septem; cū sciam⁹ etiā ex his esse numerum denarium, qui pro multitudine ponitur, & Decies pro Sæpe, vt Gene. 31: Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: et ibidem: Immutalli quoque mercedem meam decem vicibus: 2. Regum. 19: Decem partibus maior ego sum

Decem pro multis.

sum apud regem: Iob. 19: Endecies cōfunditis me; Diebus decem nihil est aliud, quam Diebus multis.

Verſ. 10. Corona vitæ. *Et dabo tibi coronam vitæ.* Pro præmio tui laboris, & pro corona tui certaminis accipies vitam æternam. Metaphora enim sumitur à certātibus. 1. Cor. 9: Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Et 2. Tim. 2: Nam & qui certat in agone, non coronatur, nisi legitimè certauerit. † Possumus etiam interpretari coronam vitæ, coronam viuentem, quæ semper manet, nec tempore corrumpitur, sicut dixit Paulus: Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ita intelligendum videtur illud. 1. Iohan. 2: Omne quod est in mūdo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, id est, superbia manens semper, & nunquam deficiens. Verūm, etiam si ita intelligamus, semper eadem Metaphora certantium manet in corona. Quod de hoc loco diximus, & de illo Iaco. 1. dictum est: Quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

16

Verſ. 11. *Non lædetur à morte secunda.* Prima mors est corporis, secūda animæ, cum æternæ damnationi traditur. Apoc. 20: Et infernum, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et cap. 21: Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda:

Verſ. 12. *Qui habet romphæam,* Id est gladium, ita enim vertit noster interpres cap. 1: Et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat. Græcè vtroque in loco est: Romphæa. Cur autem nunc dicat: *Qui habet romphæam. &c.* intelligitur ex eo, quod ait posteà: Si quominùs, veniam tibi citò, & pugnabo cum eis in gladio oris mei: vbi etiam est in Græco: Romphæa.

Verſ. 13. *Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ.* † Pergamum sedem Satanæ vocat, quoniam multi erant in illa ciuitate, qui Christum oderant, & Christianis aduersabantur; nam ab odio, & ab aduersando (id enim Hæbræis significat שטן) dictus est Satanas (vt latius ex

17 *Satanas.*

Verſ. 13. posuimus in cap. 3. Zachariæ. num. 6. in illud: Et Satan stabat à dextris eius) & ideò hic Diabolus Satanas dictus est ab eo, quod in illis efficiebat, vt cum dixit: Sed sunt Synagoga Satanæ. Hos autem Iudæos fuisse arbitror, quos suprà vocauit Synagogam Satanæ, & fortè cum illis gentiles etiam iungebantur. Collaudat igitur episcopum, quòd inter impios, & Christi nomini aduersantes positus, nequaquam fidem deseruerit, aut minis cesserit, sed tenuerit fortiter nomen Christi, nulla ratione vel ad Iudaismum, vel ad Gentilitatem transferri se finens. Pro *Tenes nomen meum*, est κρατεῖς, quo verbo vtitur infra in hoc capite: Tamen id, quod habetis, tenere donec veniam: & cap. 3: Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

Verſ. 13. *Et in diebus illis Antipas testis meus.* Oratio videtur imperfecta; & pendens, nō enim dicit quid illis diebus fecerit Antipas, q occisus est. In Græco integrior est, ita enim habet: Et in diebus, in quibus Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos. † Ex his sensum tenemus, si tamen intelligamus non incipi hinc nouam sententiam, sed pertinere hæc verba ad præcedentia, ac si diceret: Et non negasti fidem meam, etiam illis diebus, in quibus magis sæuiebant minæ, & cruciatus inimicorum, quibus Antipas testis meus fuit, qui occisus est à persecutoribus. Nostra autem translatio, etiam si nihil in ea immutemus, eumdem sensum reddit in hunc modum: Et in diebus illis Antipas testis meus, scilicet fuit, qui occisus est apud vos, & tamen cum tūc crudelius grassaretur persecutio, ita vt Antipas etiam occideretur, tu fidem meā non deseruisti. De Antipa nihil in Ecclesiasticis historijs reperio: Arethas hæc de eo scripsit: Antipas testis Pergami tulit testimoniū, cuius in hūc vsq; dieni seruatur martyrium: cùm multa liberè locutus fuisset aduersus insidiatores, & quātū in ipso fuit, vsq; ad mortē processisset. &c. Pergami episcopū hūc fuisse tradit, & eius martyrium Metaphrastes Simeon scripsit, qui ad extremam eum senectutem peruenisse dicit, & cum res Christianorum propter Domitiani persecutionem magno in discrimine versaren-

Antipas martyr illustris.

Antipæ martyr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, nullo timore captũ sæpius in publi cum prodisse, & inter crudelissimorũ tortorum minas intrepidè finceram fidei doctrinam, ac Christi laudes prædi casse. Ita Christianis præsidio, dæmoni bus terrori erat, qui ab ipso se fugari, & sacrificijs suis privari fatebantur. Quare à præfecto vrbis captus, & in Christi cõfessione generosè persistens ad Dia næ templũ tractus, & in bouem æneũ, quem multo ante igne inflammauerant, conjectus, vitam in gratiarum actione, precibusq; finiuit. Et tanta (inquit Simeon) præstitit virtute, vt totus hic, vbi martyrium pertulit, in hodiernum vsque diem miraculis excellat, & magnæ in eo fiant curationes. &c. Eus ebius meminit Romanum Martyrolo gium, idemque de martyrio eius scribit, quod ab Ecclesia tertio Idus Aprilis celebratur. Constat certè eum illustrem admodum martyrem extitisse in Pergamenos, quandoquidem eius nunc meminit Euangelista, & martyrem fidelem vocat, & quidem cum du plici articulo, vt adnotauimus. cap. 1. num. 25. & 26.

Vers. 13. *Vbi Satanas habitat.* Instigantibus etiã Iudæis occisus fuisse videtur, quos voca uit Synagogam Satanæ, id est, congregationem Satanæ, videlicet quia in eis habitabat Satanas.

Vers. 14. *Sed habeo aduersum te pauca.* † Hic in 19 Græco est, Pauca, quemadmodum & paulò post, vbi ait: Sed habeo aduersum te pauca, quia permittis Iezabel. &c. intelligit autem Pauca dicenda.

Vers. 14. *Quia habes illic tenentes doctrinam.* Inter tibi creditos fideles sunt quidã sequentes doctrinam Nicolaitarum, quos tu pateris, nec studium adhibes, quod debebas, vt ex Ecclesia pellantur, ne noceant ceteris.

Vers. 14. *Tenentes doctrinam Balaam.* Cum Balaam in gratiam Balac regis Moab cuperet maledicere populo Dei, & Deo prohibente non posset, consilium regi dedit, vt elegantis formæ mulieres exire iuberet ad Hebræos, quarum amore illecti comederunt de animalibus immolatis dijs earum, & fornicati sunt.

Gentiles de ijs, quæ immolabãtur dolis edebant. Mos enim erat gentilium edere de ijs, quæ dijs suis immolarent, vt passim apud Homerũ videmus, & in sacrificio Euandri apud Virgil. 8. AEneid. Ex quo illud Deut. 32: De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Historia est in lib. Num. c. 24. &. 25. De quo Psal. 105: Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Hoc autem consilio Balaam factum esse apertè docet hic Iohannes, quod ille cognouerat ex traditione Hebræorum; ita enim docebant, vt videmus apud Iosephum lib. 4. Antiquit. cap. 6. cognouerat etiam ex scriptura, quod subindicat. Nam. Num. 24: dixit Balaam: Verumtamen pergens ad populum meum dabo consilium, quod populus tuus populo huic faciat extremo tempore: Et Micheas cap. 6. ait: Populo meus, memento quæso quid cogitauerit Balac rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor. † Meritò autem eos, qui tenebant doctrinam Nicolaitarum, appellat tenentes doctrinam Balaam, quoniam sicut Balaam auror fuit vt Hebræi ederent de immolatis Beelphegor, & fornicarentur cum alienigenis mulieribus: ita Nicolaitæ liberè fornicari cũ omnibus permittebant, & vxores volebant esse communes, atque idolothyta comedere iubebant, quod Apostoli prohibuerant Act. 15. 20

Vers. 14. *Mittere scandalum.* Id est, vt mulieres mitterent, quæ forma sua scandalo essent Hebræis, & in peccatum inducerent.

Vers. 14. *Edere, & fornicari.* Id est, vt ederent, & fornicarentur. In Græco est φαγεῖν εἰδωλόθυτα, hoc est, edere idolothyta, quod apertius est.

Vers. 16. *Similiter age pœnitentiam.* Age pœnitentiam, quemadmodum & episcopo Ephesi agere præcepi, vt interpretatur Ambrosius. In Græco nunc legimus: *Tenentes doctrinam Nicolaitarum, quod odi, ó μισῶ.* Et statim: μετανόησον, id est age pœnitentiam, noster autem interpres legit sine dubio pro ὁ μισῶ ὁμοίως, id est similiter, vt etiam hodie habent nonnulli Græci codices. Et aduerbium *Similiter*, potest adiungi præcedentibus: ita habes & tu tenentes doctrinã Nicolaitarũ similiter. Deinde noua sententia incipit. *Pœnitentiam age.* Probabilior tamen lectio est: Similiter age pœnitentiam, quam sequuntur Ambrosius, Haymo, Primasius, Rupertus, Anselmus. Arethas non indicat quid legerit, in eius tamen codice Latino ponitur Aduerbium, *Similiter*, & adiungitur præcedentibus. Sed siue hoc, siue illo modo legamus, nihil fere refert ad sensum.

Vers. 16. *Si quo minùs. ἢ δ' μὰ.* † Si autem non 21 agis. Superiùs vertit: Sin autem, venio tibi, &c. Ex quo intelligitur illud Iohan. 14: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minùs, dixissem vobis, id est, si ita non esset, ego vobis dicerem. Vbi Erasmus vertit: Quod si secus esset, dixissem vobis.

Vers. 16. *Veniam tibi citò.* Veniam vt te ob negligentiam puniam, quod iam intelligitur ex eo, quod supra dixit: Sin autẽ veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo.

Et pugnabo cum illis. Tuos, qui doctrinam sequuntur Nicolaitarum, sententia mea feriam, & supplicio afficiam. Rectè gladium hic vsurpauit, siue ad Balaam respiciat, siue ad filios Israel, quibus ille scãdalum posuit. Nam Balaam angelus apparens, & strictum gladium tenens comminatus est mortẽ Num. 22. nisi à maledicendo abstineret. At quoniam, & si non maledixit, consilium tamen dedit regi Balac, quo illos perderet, postea ab Israelitis gladio interfectus est: nam in vltione de Madianitis sumpta scriptum est Num. 31: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio, vt benè à Ruperto adnotatum est. Israelitæ quoque qui comederunt, & fornicati sunt cũ mulieribus Madian, gladio perierint. Num. 25.

Vers. 17. *Vincenti.* Castum se, & immaculatum seruanti ab impudicitijs Nicolaitarum. 22

Vers. 17. Manna. *Dabo Manna absconditum.* Manna cibus est de cœlo datus filijs Israel omnium ciborum sapores continens, quo ante illud tempus vsi non fuerant, & videntes admirati sunt, atque dixerunt: Manhu, id est, Quid hoc? Exo. 16. Significat autem internã dulcedinem, qua Deus mirabiliter pascit electos, & omni suauitate replet, ita vt ipsi mirentur, & dicant, Quid est hoc? Quod etsi in hac vita ex parte incipiat, & de ea quoque quadam tenus intelligatur, plenè tamẽ, & integrè datur in futura vita, & de ea potissimum Iohãnes loquitur. Abscon- 24

ditum autem vocat Mannã, quoniam non omnibus datur, sed reseruatur electis, sicut legimus Psal. 30: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscõdisti timentibus te? Meritò autem spernentibus impuras carnis voluptates cœlestem promittit dulcedinem: & idolothyta comedere nolenti meliorem cibum pollicetur.

Vers. 17. Calculorũ vsus. *Et dabo ei calculum candidum.* Qui Latinè ab interprete calculus dicitur, Græcè ab Euangelista dicitur ψῆφος. Calculorum autẽ, siue ψήφων, duplex erat vsus apud veteres, eis enim vtebantur ad computandum, & ad suffragia ferenda. Iudices albis calculis vtebantur ad absoluendum, nigris ad condemnandum. Prior calculus dicebatur ψῆφος σώζουσα, id est, calculus seruans, posterior, ψῆφος καθαιροῦσα, id est, auferens, siue cõdemnans. Inde apud Græcos calculum album mittere pro Absoluere, nigrum calculum mittere pro Damnare. Quæ adnotant, & confirmant Budæus in Commentarijs linguæ Græcæ, & Erasmus in Prouerbio: Album calculum addere. Ouidius lib. 15. Metam. fere initio:

Mos erat antiquus, niueis, atrisq; lapillis
His damnare reos, illis absoluere culpa.
Tunc quoq; sic lata est sententia tristis, & omnis,
Calculus immitem demittitur ater in vrnam.

A cõputatione, quæ calculis fiebat, orta est prouerbialis locutio, Ad calculos vocare, siue reuocare, id est exiliter, & exactè subducere rationẽ. Mos etiam veterum fuit felices dies albis lapillis numerare, nigris infelices, vt Persius docet cum ait:

Hunc Macrine diẽ numera meliore lapillo, *Satyr. 2.*
Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Hunc morem à Thracibus fuisse desumptum scribit Plinius lib. 7. ca. 4. fuisse etiam Cretensium docet Acro, & Porphyrio in Horatij Oden. 36. lib. 1. Carminum, atque id esse volunt, quod ibi dixit Horatius:

Cressa ne careat pulchra dies nota.

Romani certè creta notabant, ad quod Lambin* pertinere mauult quod retulimus ex Horatio. Vide Erasmum in Prouerbio: Creta notare. † Quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam igitur Iohannes Christianis scribebat è Gentilitate conuersis, & mores Græcorum scientibus, more Græcorū loquitur, & *Calculum candidum* vocat diem felicem. *Dabo calculum candidum*, id est, vitam felicem, & plenam veris voluptatibus, quę albo lapillo signetur, & in hac vita incipiat, sed plene in futura possideatur, vel (quod melius, & germanius arbitror) vincenti, & nequaquam cedenti Nicolaitarum turpitudini, ego calculum candidum apponam, id est, dignus à me vitæ æternæ iudicabitur, reliquos damnabo, qui eis parue rint. Aretas aliter exponit: Posuit, inquit, hoc loco calculū candidum, quod is notus esset ab ijs, qui in theatris, ac stadijs certabant, & vincentibus tradebatur. Cuius ego sententiam, si verum sit quod dicit, calculum candidum tradi solitum victoribus, valde probādam censeo. Idem dico de eo, quod Sixtus scribit lib. 2. Bibliothecæ sanctæ. V. Calculus, apud ethnicos victoriarum dies publicis fastorum tabulis inscriptos, consueuisse candido lapillo prænotari, quò clariùs à ceteris diebus discernerentur. Sed neutrum, vt opinor, probari poterit. Ex Græci, ac Latini nominis significatione planū fit errare eos, qui calculum candidum carbunculum, aut gemmam interpretantur, alioqui non ignobiles autores.

Vers.17. *Et in calculo nomen nouum scriptum.*

25 Inde hoc dictum videtur, quod fortè nomina absoluendorū, aut damnandorum scribebantur olim in calculis, aut certè (vt Erasmus inquit) nomen eius, cui in comitiorum suffragijs fauebatur, in calculo scribebant. Nomen hoc, quod se daturum promittit, est, vt ego existimo, Filius (id est, heres) Dei, quo nomine beati omnes appellantur. Et nouum dicitur, quia ante tempus quo beatitudinem consequuntur, illud non habebant; licet enim antea ob spem, & quia cœlesti lauacro regenerati erant, filij Dei dicerentur, nunquam tamen dicti sunt filij, eo modo, quo perfectissimè nomen filij dicitur in ijs qui adoptantur, cum ijs datur, qui iam paterna hereditate potiuntur: quomodo Iohannes dixit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credūt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Si enim ex Deo nati sunt, iam filij sunt, secundùm spem heredes. Quomodo autem ijs, qui iam filij sunt Dei, potestatē dedit vt filij Dei fierent: nisi quia dedit eis vt possent per fectissimè filij fieri, sicut illi filij sunt, qui iam nō spe, sed re ipsa paternorum bonorum heredes fiunt? id est, Dedit illis potestatem consequendi æternam hereditatem. Ita filij dicti sunt Luc. 20: Neque nubent, neque ducent vxores, neq; vltra mori poterūt, æquales enim angelis sunt, & filij sunt Dei. Et Rom. 8: Nam expectatio creaturæ reuelationē filiorum Dei expectat: quod in eumdē locum Iohānis adnotabimus. Hoc nomen nemo scit quid valeat, quantum boni comprehendat, quātæ dignitatis, & felicitatis sit, nisi qui accipit. 1. Ioh. 3: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, id est, Non potest ab homine cognosci quātum boni lateat in hac appellatione filiorum Dei. Res nomen habēt ab eo quod sunt, & à bono, quod quisque habet, nominatur. Cum ergo nouo modo erimus filij Dei adeuntes promissam hereditatem, tūc nouum nomē habebimus ab eo, quod

26 tunc esse incipimus. † Nouum enim dicitur quod innouatur, & quod nouo modo incipit. Iohan. 13: Mandatum nouū do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. &c. Vetus quidem erat mandatum dilectionis, sed secundùm illum modum, sicut dilexi vos, &c. nouum est, vt Cyrillus docet, & communis expositio. Ita Ioha. 1. 1. Ep. c. 2. idem mandatum, & vetus esse dicit, & nouum: Ita etiam Isai. 65: Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora. Omnia, quæ dicta sunt, confirmantur ex Isai. 62. vbi Ecclesiæ dicitur: Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit. Hoc autem nomen est Ecclesia, vt ibi Hieronymus, & alij tradūt, quod tamen sæpe in veteri testamento inuenimus: sed nouo modo haberi cœpit post Christi aduentum, quoniam populus fidelis habuit quod ante non habebat. Et hoc præmium satis aptum ipernenti fœdas Nicolaitarum voluptates,

Filius Dei dupliciter dicitur.

Nouum.

vt ei Christus tamquam impolluto, & sibi simili calculum seruatorem apponat, & filium Dei eum appellet, & coheredē suum, atque inter ceteros suum libenter agnoscat.

Vers.18. *Et angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe.* Ex hoc loco hæretici contendunt reijcien dam esse Apocalypsin, nec esse Iohannis Apostoli, quoniam quo tempore ipse scribebat, nulla erat Ecclesia Thyatiræ. Cui obiectioni ita respondet Epiphanius lib. 2. Hæresi. 51, prope finem, vt non affirmet tē pore Iohannis fuisse Ecclesiā Thyatiræ, sed dicat eum prophetice prædicere statū futurum illius Ecclesiæ grassante in eam hæresi Phrygastarum. Quare quod statim dicit Iohannes de muliere Iezabel, dictum esse vult Epiphanius de Priscilla, & Maximilla, & Quintilla, quę dicebant se esse prophetides, & Thyatirenos decepe-

27 runt. † Ego breuius, ac faciliùs respondebo mentiri impudenter hæreticos, nec enim argumēto vllo probant quod dicunt. Nos autem argumēta habemus satis idonea. Primùm, in ceteris ciuitatibus, ad quas scribit Iohannes, nemo dubitat Ecclesias fuisse cum ipse scribebat, cur ergo Thyatiræ fuisse negabimus? Et cū in ceteris scribat ad episcopos, qui tunc erant, eodemq; stylo scribat ad episcopum Thyatiræ, cur alio modo interpretabimur quod similiter scribitur? Secundò, Multò ante quam Iohannes scriberet hæc, crediderat mulier Thyatirena Lydia purpuraria prædicante Paulo Philippis, vt legimus Act. 16. Et postea Iohannes in Asia minore prædicauit, & ciuitates illas vicinas Thyatiræ conuerrit ad Euāgelium: cur ergo idem non dicamus de Thyatira? præsertim cum Iohannes vsque ad tempora Traiani manserit in Asia, & omnes Asiæ fundauerit, & rexerit Ecclesias, vt Eusebius lib. 3. Histo. Eccl. cap. 23. probat ex Irenæo, & Clemente Alexandrino. & Hieronymus docet in Catalogo. Præterea Tertullianus lib. 4. contra Marcionem propè principium, has septem Ecclesias Apocalypsis appellat alumnas Iohannis, quòd in ipsis docuerit, & eas conuerterit, atque instituerit.

An tempore Iohānis fuerit Ecclesia Thyatiræ.

Vers.18. *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tam*

28 *quam flammam ignis:* Quæ nunc dicit ex ijs, quæ posteà scribit, intelliguntur. Minax est prophetia: Ecce ego mitto eam in lectum, & qui fornicantur cum ea, in tribulatione maxima erūt nisi pœnitētiam egerint ab operibus suis, & filios eius interficiā in morte. &c. Et posteà: Et dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à patre meo. Quoniam igitur hæc dicturus erat, & se scrutari corda, & renes, quod proprium Dei est, meritò se filium Dei appellat, vt scientiam, & potestatem patris habere intelligatur. Oculos habet vt flammam ignis, vt iram ostendat in mulierē fornicariam, & in filios eius, & amicos. Pedes habet similes aurichalco, siue Chalcolibano, de quo iam diximus, vt episcopū Thyatiræ consoletur in afflictionibus, quas propter Christum ferebat, doceatque illis puriorem eum fieri, & maiori gloria dignum: deinde quoniā hostes suos conculcaturus est, & confracturus tam quam vas figuli.

29 *Noui opera tua.* † Scio te multum pro fide laborasse contra impios, fidemq; & caritatem in omnibus ostendisse, & in ministerio episcopalis curæ strenuè te gessisse, & multa pro me pertulisse, nec defatigatum te fuisse in bonis operibus, sed cum multa prius feceris initio tui episcopatus, plura etiam posteà adiecisse. *Vers.19.*

Quia permittis mulierem Iezebel. Id est, Non veteris in eam seueritate disciplinæ, non eijcis eam ex Ecclesia, vt ceteris non noceat. Quænam hæc fuerit, non constat. Quod enim Epiphanius lib. 2. Hæresi. 51. dixit fuisse Priscillam, & Maximillam, & Quintillam: non videtur probabile, tres enim illæ sunt, & Iohannes de vna loquitur. Atque illæ quidem fuerunt post aliquot annos à morte Iohānis, ille autem de rebus sui temporis agit. Intelligimus ergo mulierē fuisse in illa ciuitate, quæ prophetis videri volebat, vt eo nomine plures decideret, cū re vera prophetis non esset, sed impura mulier, & libidinosa, & Nicolaitarū sectatrix: docebat enim fornicari, & edere de idolothyris. † Hanc autem nobilem, & potentem fuisse, & *Vers.20.*

30

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctorum persecutricem ex nomine Iezabel intelligimus, de quo 3. Reg. 19. & 4. Reg. 9. Beda: Et specialiter fuisse coijcitur mulier in supradicta Ecclesia docens memorata facinora. &c. Multi hanc mulierem hæresin esse dicunt, at hæc mystica explanatio est: nam neq; Iohannes nunc ita rectè cũ Ecclesijs loquitur, sed apertiùs: neq; hæresi conuenire possunt quæ sequuntur: Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua, ecce ego mittam eam in lectum: &c.

Vers. 21. *Et non vult pœnitere à fornicatione sua.* Fornicabatur hæc mulier, vt paulò ante dixit, & comedebat idolothyta, atq; hæc eadem alios docebat, quod ipsum erat et iam fornicatio quædam spiritualis, iuxta quod psal. 72. scriptum est: Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te: De vtraque igitur fornicatione intelligi potest, sed præsertim de corporis fornicatione, per quam multos corruperat, & qua, vt sibi liberè frui liceret, errores impios docebat.

Vers. 22. *Ecce ego mitto eam in lectum.* † Non
31 de inferorum supplicio hoc intelligo, vt Beda, & nonnulli, sed de diuturno quopiam, & grauissimo morbo, quo mulier afflicta est, ita enim docet scripturæ locutio lectum ad morbos referens, vt. 2. Reg. 13: Cuba super lectum tuum, & languorem simula. Et mox: Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit. 4. Reg. 1. De lectulo, super quẽ ascendisti, non descendes, sed morte morieris. 1. Mach. 6: Et commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia.

Lectus.

Vers. 22. *Et qui mœchantur cum ea.* Consortes intelligit vtriusque fornicationis.

Vers. 23. *Et filios eius interficiam in mortem.* Eius liberos ac domesticos, qui eius sceleribus præ ceteris fauent, morte dira feriam. Legendum est autem, *In morte*, ἐν θανάτῳ, quod perinde est, ac si diceret, Interfectione interficiã, quæ geminatio more Hebræorũ ad amplificationẽ ponitur, & multùm auget, vt latiùs diximus in. c. 1. Sophoniæ, nu. 5. & sequentibus, id est, omninò interficiã, & perdam, nec vllus ex eis reliquus erit.

Vers. 23. *Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum*
32 *scrutans renes, & corda.* † Haymo: In renibus delectatio signatur concupiscentiæ carnalis, quia humanæ conceptionis semen de lumbis egreditur. In corde verò cogitationes exprimũtur, quæ de corde prodeunt, iuxta quod Dominus dicit: De corde exeunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes. &c. *Matth. 5.*
Ita etiam Beda. In cordis interpretatione conueniunt Ambrosius, & Anselmus. Sed renes Ambrosius abscondita peccata, Anselmus carnalia opera, interpretatur. Verùm quoniam sunt alij loci similes, quibus hæc interpretatio rectè conuenire non potest, vt statim indicabimus, alia quærenda est quæ omnibus apta, & germana sit. Intimas cogitationes, & intimos cordis affectus Cordis nomine intelligi in Scriptura notum est, eo quòd cor lateat, & in medio corpore sit, vt. 1. Regum. 16: Homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. 1. Paral. 28: Omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit: Acto. 1: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem
33 elegeris ex his duobus vnum. † Idem *Renes.*
sæpe in renibus significatur, ita vt non quasi sedes libidinis accipiãtur, sed pro internis cogitationibus, & affectibus, quia renes valde abstrusi, & in medio corpore positi sunt. Prou. 23: Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum: & exultábunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua, Sap. 1: Quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus. Iere. 12: Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Ex quo intelligimus illud psal. 15: Insuper & vsque ad *Locus psal.* 15.
noctem increpuerunt me renes mei, quod de Christo dicitur, vt patres exponunt, & verba sequentia indicant citata ab Apostolo Petro Act. 2. & à Paulo, Acto. 13. Hoc est: interiores animi mei cogitationes, & affectus semper mihi sancta, & laudabilia suggesserunt. Cum verò simul hæc duo ponũtur, amplificationis causa ponuntur more Hebræorum, vt idem significantia, ac si dicat Scriptura, nihil esse ita intimum, vt latere Deum possit, vt Psal. 7: Scrutans corda, & renes Deus, ad quem locum nunc allusit Iohannes. Iere. 11: Tu autem

rem Domine sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda, videam vltionem tuam ex eis. Et cap. 20: Et tu Domine exercituum probator iusti, qui vides renes, & cor, videam quæso vltio-
34 nem tuam ex eis. † Quare rectè Chry- 36
sostomus in verba Psal. 7. citata, exposuit renes vocari arcana mẽtis intima, quia renes sunt in intimo corpore, & abditissimi. Quoniam ergo mulier illa, & eius comites vt magis errores suos reliquis persuaderẽt, sanctitatem simulabant, & scelera tegebant, & de aliorum pernicie cogitabãt; alij autem non se prodebãt, sed animo tamen assentiebantur illis, nunc Dominus ait: Cum ego supplicium de his omnibus sumpsero, & occultissimè etiam peccantes puniero, omnes Ecclesiæ re ipsa cognoscent nihil esse tam occultum, quod mihi manifestum non sit.

Vers. 23. *Et dabo vnicuique vestrum secundum*
Personæ cõmutatio. *opera sua.* A tertia persona transit ad secundam, sæpe enim in prophetis personæ commutantur, vt Isai. 1: Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt. Hebr. Quibus sacrificastis. Sopho. 2: Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis. Heb: Interfecti gladio meo ipsi. Soph. 3: Timebis me, & suscipies disciplinam, & non peribit habitaculum eius, pro Habitaculum tuum.

Vers. 24. *Vobis autem dico, & ceteris, qui Thyati-*
35 *ræ estis.* † Locus est satis implicatus. In 37
primis exemplaria tam Græca, quàm Latina, variantur in quibusdam enim legitur: Vobis autem dico, & ceteris, qui Thyatiræ estis. Sine coniunctione inueni in Græco codice Complutensi, & in Regio, & in nouo quodam excuso à Christophoro Plantino, & in manu scripto codice antiquo. Quæ lectio mihi verior, & germanior videtur. Ita legũt Arethas, Ambrosius, Beda, & Anselmus, si eorum expositionem diligenter attendamus, magis quam verba Euãgelistæ in eis posita. Ita planè legũt Primasius, & Rupertus, & Anselmus. Et enim si ita legatur, sermonem conuertit tantum ad eos, qui erroribus impiæ mulieris non assentiebantur, quos nuper nihil recipere præter id, quod traditum eis erat ab Apostolis, & optimè omnia quæ sequuntur, cohærent. Si autem legamus: Vobis, & ceteris, alioquin primùm discipulos mulieris fornicariæ, quibus iam fuerat supplicium comminatus. † Hoc autem nec cogruit cum expositorum interpretatione, nec cum sequentibus, quoniam hi iam pondus susceperãt, quod non imposuerat Christus, sed mulier fornicaria, vt planius fiet ex his, quæ dicemus. Nisi fortè ita explicandum dicamus, ac si diceret: Dico & vobis ceteris, qui Thyatiræ estis, quomodo accepisse videtur Haymo. Est ergo sensus: Dixi iam sectatoribus Iezabelis, nunc vobis, qui puram fidem tenetis, & alieni estis ab eius impietate, dicam. Et quoniam dixerat: *Dico autem vobis ceteris, qui Thyatiræ estis*, aperit quibus loquatur, ijs, inquam, dico, *qui non habent doctrinam hanc* impiæ Iezabelis, *nec cognouerũt altitudinem Satanæ*, aut potiùs altitudines, vt est in Græco, τὰ βάθη. Vtitur autem vocabulo ipso sectatorum Iezabelis, qui doctrinam suam magnam altitudinem habere iactabant, id est; mirè profundã esse, atq; subtilem: ita enim de suis erroribus loqui solent hæretici, & irridere Euangelicæ doctrinæ simplicitatem. Ita illud Iob. 5: Porrò ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè susceptum auris mea venas susurri eius, Gregorius. 5. Mor. cap. 18. verba hæreticorum esse interpretatur, quorum Eliphaz ille Thomanites typum gerebat. † Verùm autem esse quod dicimus, indicat quod statim sequitur: *Quemadmodum dicunt*, ac si diceret, Ita enim illi appellant errores suos, & commenta. Sed Iohannes altitudines illas hæreticorum non altitudines censet nominandas, sed altitudines Satanæ, hoc est profunda cõsilia, & callida, quæ humani generis hostis excogitauit, & inspirauit membris suis ad perditionem multorum. Dicendum autem videbatur: Qui non habetis hanc doctrinam. &c. quia dixerat: Qui Thyatiræ estis. In Græco mollior est oratio, non enim legitur verbum Estis, sed in hunc modum potest intelligi: Vobis autem dico, ceteris, inquam, qui sunt Thyatiræ, qui non habent doctrinam hanc. &c. At nihil ad sensum refert, præsertim cum familiare sit prophetis

Universidad de Deusto
Biblioteca

phetis mutare personas, vt paulò ante dicebamus.

Vers.24. *Non mittam super vos aliud pondus.* Plerique putant pondus vocari veterem legem; quam quidam seruari oportere docebant à Thyatirenis, & contra illos Iudaizantes nunc loqui Dominum. At non habent vnde id colligãt, nec enim quidquam dictum est ab Euãgelista de Iudaicis ceremonijs, nec subitò in rem ignotam, & de qua nihil dixerat, nos rapere debebat. † Ex dictis potiùs hæc intelligenda sunt. Apostoli, vt ex Act.15. accepimus, præceperant ijs, qui ex Gentilitate conuerterentur, abstinere à fornicatione, & ab idolothytis, edebant enim ethnici, vt ostendimus, semper ex ijs, quæ idolis suis immolabant. Contrà Iezabel, & eius sectatores fornicari, & edere iubebãt, Verisimile est autem eos in inuidiam vocasse Apostolos, q̃ idolothyta etiã prohibuissent quæ prohibita à Domino non fuerant, & hoc onere grauare voluissent fideles, quasi aliquid ex onere veteris legis eis imponentes. Quibus idcircò nũc Dominus ait: *Non mittam super vos, &c.* Non grauabo vos vlla veteris legis ceremonia, tamẽ id oneris, quod imposui per Apostolos meos, tenete donec veniam. Abstinete à fornicatione, & ab idolothytis, vt in vnum populum coalescatis cũ ijs, qui cõuersi sunt ex Iudaismo. Cum autẽ *Pondus* dicit, alludit ad verba Apostolorũ Act.15: Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, vbi etiam βάρος vocant, quod ibi interpres Onus, hic Pondus vertit.

Vers.25. *Donec veniam.* † Hæc de extremo
39 Domini aduẽtu interpretãtur, tametsi Arethas de morte vniuscuiusque similiter intelligat. Sed si de aduẽtu ad iudicium id dictum sit, vt expositores fere volunt, & vt verba ipsa indicant, quæ magis ad extremum aduentum, quàm ad mortem vniuscuiusq; pertinent, vt Scripturæ cõsuetudo docet, quomodo iubet teneri donec veniat, quod non in omne tẽpus præceptum est ab Apostolis, sed donec Iudæi, & Gentiles in vnum populum conuenirent? Etenim procedente tẽpore, cessante causa cessauit effectus manifestata Euangelicæ doctrinæ veritate, vt ait S. Thom. 1.2.q. 103. Artic.4.ad.3. & quod tunc comedi non licebat, postea licuit. Ad hoc ita vi detur esse respondendum. Aliud est de suffocato, & sanguine agere, quæ certũ est sine peccato nunc comedi, aliud de idolothytis, quod ita nunc illicitum est vt tempore Apostolorum. Negant hoc quidã, & negare planè videtur S. Thomas loco paulò ante indicato. Sed affirmat Hieronymus in fine fermè. c. 44. Ezec. & in illud ad Tit. 1: Omnia munda mundis. & Augustinus lib. 32. cõtra Faustum, cap. 13. & in calce Epist. 154. ad Publicolam, & in lib. de Bono coniugali, cap. 16: quod refertur. 32. q: 4. cap. Sicut satius: Satius (inquit) est fame mori, quã idolothytis vesci. † Et in
40 concilio Gangrensi, cap. 2. præceptum est, quod habetur in ca. Si quis, Dist. 30. Vbi Glossa idem confirmat. Diu etiam post Augustini tempora id seruatũ est, vt videre licet in concilio. 3. Aurelianensi, cap. 19. & 20. & in cõcilio 4. Aurelianensi, cap. 15. Sed idem fortasse omnes sentiemus, si ita, vt paulò ante dixi, intelligatur: videlicet non esse simpliciter illicitum, sed eo modo, quo tẽpore Apostolorum illicitum erat. Tũc autem illicitum erat propter scandalũ infirmorum, cum enim gentiles dæmoniis immolarent, & in sacrificijs ipsis vescerentur idolothytis, planè qui ea comederet, ad gentilium idololatriam reuerti videretur, aut dæmones venerari, quibus ea immolabantur. Quod si id homo probatæ virtutis, & religionis faceret, de quo nulla posset esse suspicio, nullumq; inde oriretur scãdalum: aut quasi ignorans comederet, ne vidẽtibus offendiculo esset, quamuis idolothytum esse suspicaretur, nihil tũc peccaret, vt apertè Paulus docet. 1. Cor. 8. vbi de hac re disputat. Scimus (inquit)
41 quia nihil est idolũ in mundo. † Et statim: Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothytum manducant, & conscientia eorũ, cum sit infirma, polluitur. Esca autem non nos commendat Deo: neque enim si manducauerimus abundabimus, nec si non manducauerimus deficiemus. Videte

Idolothytũ an vesci liceat.

Sotus lib. 2. de Iust. & iure. q. 5. artic. vlt.

dete autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Et cap. 10: Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire; omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter eum, qui indicauit, & propter conscientiã. Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Hoc quod diximus apertè in hos duos locos Paulr explicauit S. Thomas. Et Augustinus de eadem re loquens. 32. contra Faustum, cap. 13. ait: Nam si natura ipsa immolatitia & carnis esset immunda, vtique & nescientem contaminaret. Neque enim eò minus ipsa esset, quò minus ab sciente acciperetur: sed propter cõscientiã, ne dæmo
42 nibus cõmunicasse videatur. &c. † Ita nunc quoties huiusmodi scandalũ oriretur, peccatum esset, & vix vnquã fieri posset sine scandalo, præsertim inter recens ad fidẽ conuersos. Quoniam ergo Iezabel iubebat idolothytis vesci, & Apostolos calumniabatur quòd id oneris fidelibus imposuissent, de ea tantum re loquitur nunc Dominus, & onus illud vsq; ad aduentum suum teneri præcipit eo modo, quo ab Apostolis impositum est. Breuiùs etiam respõdere licet. *Non mittam super vos aliud pondus. &c.* Hoc est: Ego iugum veteris legis vobis non imposui, tantum præcepi vt mãdata mea seruaretis, & Ecclesiæ principi-
Lucæ. 10. bus parereris, de quibus dixi: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me 44 spernit. Non imponã vobis aliud onus, hoc tamen tenete vsq; in finem sæculi, atque ita tãdiu ab huiusmodi cibis abstinete, quãdiu illi abstinere præceperint.

Vers. 26. *Et qui vicerit, & custodierit opera mea vsque in finem.* Qui non cesserit terroribus, aut blanditijs impiæ Iezabelis, & eius comitum, sed semper custodierit mandata mea. Opera enim sua vocat,
Opus Dei. quæ ipse præcipit, vt Ioh. 6. Hoc est opus Dei vt credatis in eum, quẽ misit ille. Et cap. 4: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiã opus eius, idest, quod ille mihi præcepit. Et cap. 9: Me oportet operari opera
Vers. 26. eius, qui misit me.

43 *Dabo illi potestatẽ super gentes.* † Variæ sunt de huius loci expositione sententiæ, & plerique iustis in hac vita hæc promitti putant, quod quomodò intelligi possit nũ video, cũ dicat: *Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem, &c. Vsque in finem,* sine dubio vitæ, idest, vsq; ad mortem. Quod ergo hic promittitur, post mortem dandũ est. Quare omnino loquitur de potestate, quam sancti exercebunt in die iudicij in omnes gentes, quæ Christo non paruerunt, iudicantes eas cũ Christo, & æternæ mortis supplicio tradentes, iuxta illud Sap. 3: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Et quoniam hæc vltima sententia, atque damnatio omni supplicio, & omni corporum læsione grauior est, vt eius acerbitas à nobis aliquo modo intelligatur, solet verbis exprimi acerbissimas corporis læsiones significantibus, Vt Psal. 109: Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum. Mala. 4: Calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. Et Psal. 149: (Vnde hæc verba optimè explicantur) Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendã vindictam in nationibus, increpationis in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius. † Hanc igitur potestatem, quam Christus, vt homo, à patre accepit, promittit se daturum vincentibus, vt eos iudicent, à quibus tentati sunt vt corrũperẽtur, & ipsi obedire Deo maluerunt, quam cedere voluptatibus. Nunc vt verba intelligamus, sciamus quod ferreũ est in Scriptura in malã partẽ accipi solere, idest, pœnã, & afflictionẽ durã significare, vt Psal. 149: Et nobiles eorũ in manicis ferreis. Deut. 28: Seruies inimico tuo, quẽ emittet tibi Dñs, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugũ ferreũ super cervicẽ tuã, donec te conterat. Et. c. 4. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea AEgypti. Quare virga (licet per se in bonũ accipi

Ferrea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

posſit, cum pastoris ſit, vt Mich. 7: Pasce populum tuum (in virga tua) tamen virga ferrea ſcripta in malum accipitur, ideſt, pro grauiſſimo ſupplicio, quo nimirum virga ferrea omnia conterit, & confringit, & grauiſſimum ictum habet. Ita dictum eſt Pſal. 2 (ad quem nihil hominis alludit) Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos: quod de Chriſti extremo iudicio ſcriptum eſt. Et Apo. 12: Et peperit filiũ maſculũ, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. † Similiter c. 19. de Chriſto iudicaturo inquit: De ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipſo percutiat gentes, & ipſe reget eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis: quo nihil potuit dici apertius. Præterea: ſciendum eſt, vbi nos habemus: *Et reget illas in virga ferrea*, in Græco eſſe, Paſcet illas, ποιμανεῖ quare de virga paſtoris ſermo eſt: Paſcere autẽ, ſiue Regere poni ſolet pro eo, quod eſt Dominari, quia qui paſcit, & regit, dominatur. Vnde Matthæus cap. 2, referens verba ex Mich. c. 5. ait: *Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael*, pro quo in ipſo prophetæ legimus: Ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael: quomodo eſt etiam in Hebræo, & in Lxx. Et in eodem cap: Et paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius. Idem videre licet in locis citatis ex Pſal. 2. & Apo. 12. & 19. in quibus pro Regere eſt in Græco Paſcere. Sumitur igitur à paſtore ſimilitudo, qui ferrea virga oues ſuas irato percutit, & perdit, ſignificaturque dominatus ſanctorum in malos, iuxta illud: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & mortis æternæ ſententia, qua eos percuſſuri ſunt. † Idcirco addidit. *Et tamquam vas figuli cõfringentur.* Nam, vt vas fictile ſemel contritum reparari non poteſt, ita impij in æternam mortem, & in perpetuam carcerem mittentur, vnde nulla ſit vlla ſpes exeundi. Ex quo hæreſis cõuincitur Origenis, qui non ſolum hominibus damnatis, ſed dæmonibus etiam ſalutem, & libertatem pollicebatur.

Virga ferrea.

Paſcere, regere.

Sap. 3.

Verſ. 27.

Verſ. 28. *Et dabo illi ſtellam matutinam.* Diſſicile dictu eſt, etiam ſi ſciatur quæ ſit hæc ſtella matutina, quomodo hæc eum præcedentibus hæreant. Stella matutina Chriſtus eſt, ipſe enim ait Apoc. 22: Ego Ieſus miſi angelum meum teſtificari vobis hæc in Eccleſijs. Ego ſum radix, & genus Dauid, ſtella ſplendida, & matutina. Promittitur ergo vincentibus viſio Chriſti, & regnum cum eo. At id reſtat explicandum, cur hoc in loco vocetur ſtella matutina, ideſt, quid hæc appellatio pertineat ad id, quod nunc agitur. Stella matutina dicitur Chriſtus, quoniam mundi tenebras fugauit inter homines natus. Propter reſurrectionem etiam ita dicitur, quoniam tenebras mortalitatis luce ſuæ reſurrectionis diſcuſſit. Et vtriuſque rei cauſa poteſt in eum conuenire illud Iob. 38: Numquid producis luciferum in tempore ſuo? quia pater fecit vt Chriſtus tempore ſuo, ideſt, tempore maximè conſentaneo, naſceretur, & reſurgeret. † Ita poſſemus nunc interpretari, Dabo illi gloriam, & claritatem reſurrectionis, efficiam illum participem reſurrectionis meæ. Sed alia cauſa eſt cur Chriſtus ſtella matutina dicatur, & qua multò melius loci huius obſcuritas illuſtrabitur, quam mihi videor intelligere ex verbis Apo. 22. citatis: Ego Ieſus miſi angelum meum teſtificari, &c. Quod perinde eſſe videtur, ac ſi diceret: Meum eſt quidquid in hac Apocalypſi ſcriptum eſt, mihi credere debetis, & eam viam ſalutis ſequi, quam vobis in hac reuelatione demõſtrauit, ſum enim filius Dauid, ideſt, verus Meſsias, qui promiſſus erat, vt homines doceret, & in beatam vitam perduceret. Sum etiam ſtella matutina vobis data, vt luce mea diſpellerem tenebras infidelitatis, & errorum omnium in nocte huius ſæculi, ne ambuletis in tenebris, & in vmbris figurarum, vt qui erant in veteri lege, ſed plenum lumen habeatis. Ita hoc ſignificatur in ſtella matutina, quod eſt in Iſa. 49: Dedi te in lucem gentium, & in Ioh. cap. 9: Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi, & cap. 8: Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, non ambulat in

Stella matutina.

48 in tenebris, ſed habebit lumẽ vitæ. † Et omnia rectè explicantur ex. 2. Pe. 1: Et habemus firmiorem propheticum ſermonẽ, cui benefacitis attendentes, qua ſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Itaq; in nocte huius ſæculi prophetæ fuerunt vt lucerna, Chriſtus vt lucifer, ſiue ſtella matutina, quod idem eſt, quia tenebras propheturum illuſtrauit. Quod ergo nunc ait: *Dabo illi ſtellam matutinam*, hoc ſignificat: Dabo ei me ipſum, dabo ei ſtellã, quam in nocte huius vitæ ſequebatur, vt plenè iam eius luce fruatur, antea oſtendebam procul, nunc poſsidendã, & tenendã dabo, vt videat ſe non erraſſe cũ eam ſequebatur. Tunc illud omnino implebitur: Sed habebit lumẽ vitæ. Atq; hæc ſtella matutina rectiſsimè illis promittitur, qui vt Chriſti doctrinã, & lucẽ ſequerentur, reſpuerunt carnis voluptates, & nõ ſunt paſsi ſe tenebris errorũ Iezabelis, & blanditijs excæcari. Poſſumus quoq; haud abſurdè ita ex

Iohan. 8.

49 ponere. † Stella matutina fulget in caligine, terminus noctis eſt, & initium Diei & maiorem promittit claritatẽ, quã ſol ſtatim allaturus eſt. Vincenti ergo datur ſtella matutina, quoniã Chriſtus in mortis caligine inuiſibiliter ſanctis adeſt, & lucẽ eis præbet in morte & lætitiam, & venietis iã beatitudinis quaſi maioris claritatis, nuntius eſt. Immo verò (vt Gregorius ſcribit. 4. Dialogi. c. 16.) nonnũquam in conſolationẽ egredientis animæ ipſe apparere ſolet autor, ac retributor vitæ. Et. c. 14: Sæpe, (inquit,) animabus exeuntibus electorum dulces ſolent laudes cœleſtes erũpere, vt dum illas libenter audiunt, diſſolutionẽ carnis ab anima ſentire minimè permittantur. Et cap. 47. Nonnũquam verò omnipotens Deus trepidãtium mentes quibuſdam prius reuelationibus roborat, vt in morte minimè pertimeſcant. Quæ omnia multis in eiſdem locis confirmat exemplis. Omnia hæc pertinent adid, quod nunc ait: *Dabo illi ſtellam matutinam.*

Argumentum. Cap. III.

Sardianum epiſcopum negligentiæ vehementer accuſat, iuſtoſq; paucos in eius Eccleſia relictos laudat, & ſpe magnorum præmiorũ excitat. Epiſcopo Philadelphiæ ampliſsimis verbis collaudato perſecutionẽ uerſionem prædicit, eumque ad perſeuerantiam præmijs propoſitis exhortatur. Epiſcopum Laodiceæ ſeuerè reprehendit quòd tepidus ſit, & pauper, & cæcus, monetque, vt ſeriò caritatem, & virtutes reliquas comparet, & pœnitẽtiam agat, ac ei, ſi paruerit, amicitiam ſuam, & beatitudinem pollicetur.

Caput III.

1 ET angelo Eccleſiæ Sardis, ſcribe, *Hæc dicit qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptẽ ſtellas, Scio opera*
2 *tua, quia nomẽ habes quòd viuas, & mortuus es. Eſto vigilans, & confirma cetera quæ moritura erant. Nõ*
3 *enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris: & ſerua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tãquam fur,*
4 *& neſcies qua hora veniã ad te. Sed habes pauca nomina in Sardis: qui nõ inquinauerũt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni*
5 *ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomẽ eius de libro vitæ, & confitebor nomen*

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurē, audiat quid
7 Spiritus dicat Ecclesijs. Et angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Sanctus, & Verus, qui habet clavem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Scio opera tua: Ecce dedi corā te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & nō negasti nomen
9 meum. Ecce dabo de Synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & scient quia ego dilexi te.
10 Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra.
11 Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.
12 Qui vicerit, faciam illum columnā in templo Dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomē meum
13 nouum. Qui habet aurem, audiat
14 quid Spiritus dicat Ecclesijs. Et angelo Laodiciæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Amen, testis fidelis & verus,
15 qui est principiū creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus, vtinam frigidus esses, aut ca-
16 lidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.
17 Quia dicis, Quod dines sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nu-
18 dus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias: & vestimentis albis induaris, vt non appareat cōfusio nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos vt videas.
19 Ego quos amo, arguo & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age.
20 Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo
21 cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius.
22 Qui habet aurē, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

Verſ. 1. HÆC dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas. † Quoniā hic episcopus negligētior erat tā in sua, quā in subditorum salute, vt ex ijs, quæ sequuntur intelligimus, adeò vt non nisi paucos haberet in Ecclesia sua, qui non coinquinassent vestimenta sua, & ipse mortuus esse diceatur, quāuis viuus putaretur: meritò dicitur ei Christū, cuius nomine Iohannes loquitur, habere septem spiritus Dei, & habere septē stellas. In septem spiritibus, quibus humanæ salutis procuratio demandata est, ostendit sibi gratissimam esse salutem hominum, cuius tantos angelos curam habere voluit, vt si in ea negligens fuerit, intelligat sibi grauissimum exitium imminere. De his spiritibus diximus c. 1. n. 17. & seq. In septem stellis docet sibi curæ esse episcopos, & à se conseruari, ac foueri, vt scilicet alacrior sit ad pœnitētiam agendā, & ad Deo placendū: & si id contempserit, supplicium eius timeat, qui episcopos elegit, & seruat, & integerrimos esse cupit.

Scio

Verſ. 1.
Verſ. 2.
Verſ. 2.

2 *Scio opera tua.* † Quæ talia sunt, vt cū viuere te homines putent, & gratiam habere, mortuus tamen propter peccata sis.

Esto vigilans. Expergiscere, qui negligentia, & socordia, quasi alto somno, teneris.

Et confirma cetera, quæ moritura erant. Ambrosius: Vigilat qui semper bona opera exercet. Præcipitur ergo huic vt vigilet, ideſt, vt in caritatis operibus semetipsum exerceat, ne paruā bona, quę adhuc videbatur habere, deperirent. &c. Hoc ergo dicit quod passim experimur. Si quis peccato se teneri, & negligentia diu sinat, paulatim virtutes lāguescunt, & opera earum pereunt. Vigila ergo, & ne patiaris perire bona opera, quæ supersunt, sed confirma illa, quæ mortua erant, ideſt, quæ iam ad interitum festinabant, & citò morientur, nisi confirmes. Gregorius in 3. parte Pastoralis curæ, Admonitione. 35: In hoc quippe mundo humana anima quasi more nauis est contra ictum fluminis condescendentis, vno in loco nequaquam stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem nō subleuat, ipsa operandi remissio contra hoc, quod operatum est, pugnat. Hinc est quod
Prouer. 18. per Salomonem dicitur: Qui mollis, & dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis. Hinc etiā Sardis Ecclesiæ angelo dicitur: *Esto vigilans*, & confirma cetera, quæ moritura erant. Si enim quod mortuum in nobis est, ad vitam non accenditur, hoc etiam extinguitur, quod quasi adhuc vivum tenetur. Pro Confirma, est, στήριξον, quod ita exposuit Arethas: Non vtcumque dictum est, Confirma, sed quasi dixisset: Solida sacito, ac robora quæ & mollia sunt, & ad casum paratissima.

Verſ. 2. *Non enim inuenio opera tua plena.* Non plenè viuis vt debes, non respondent opera personæ, ac dignitati tuæ. Quod intelligitur ex sequentibus: In mente ergo habe qualiter acceperis, &c.

Verſ. 2. *Coram Deo meo.* † Loquitur, vt solet, Christus vt homo, vt cum ait: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrū,
3 Deum meū, & Deum vestrum. Ioh. 20.

Verſ. 3. *In mente ergo habe qualiter acceperis.* Memento quaiter sis institutus, & qualem te vitam agere docuerint qui te baptizauerunt, & Ecclesiæ illi præfecerunt, & ita viue. Hoc quia non seruabat, dictum est: Non enim inuenio opera tua plena.

Verſ. 3. *Veniam ad te tamquam fur.* Cur hoc dixerit continuò explicat: *Et nescies qua hora veniam ad te*, ideſt, cum minimè opinaberis, morieris, & ad iudicium vocaberis. Metaphora est sæpe à Domino vsurpata in Euangelio. Illam explicat Matth. 24: Illud autem scitote, quoniā si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. Et Paulus. 1. Thess. 5: Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Eadem Metaphora vtitur Ioh. infra cap. 16: Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambuler. 0

Verſ. 4. *Sed habes pauca nomina in Sardis.* † Post reprehensionem addit aliquid more suo, quo episcopum cōsoletur, vt melioris animo sit, nec prorsus opera sua Deo displicere existimet. Ac si dicat: Quamuis negligens fueris, & multi negligentia tua perierint, non perierunt tamen omnes, adhuc reliqui sunt nonnulli, qui viuunt apud me, & mihi gratissimi sunt. Sed cur hunc sensum his verbis expresserit: *Habes pauca nomina*, quod insolens videtur in Scriptura, nō facilem videtur habere explicatum. Arethas quidem alienū hoc esse dicit à Græca phrasi, vt *Pauca nomina* ponatur pro Paucos homines, sed nihil præterea explicat. Beda hanc causam putat, quòd nomina sanctorum scripta sint in cœlo, & proprias oues vocat nominatim. Ambrosius. Quoniam ad excellentiā sanctorū pertinet, vt De⁹ eos nominatim sciat, sicut ait Mosi Exo. 33: Noui te ex nomine, & Ioh. 10: Et proprias oues vocat nominatim. Ita etiam Haymo, & plerique. Nos veram huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei causam tenebimus, si meminerimus dictum esse cap. 2. nu. 4. secundùm vulgatam Hebræorum consuetudinè, qui abstractis nominibus pro suis concretis vruntur modò actiuè, modò passiuè sumptis (liceat ita loqui perspicuitatis, & doctrinæ causa) nomen poni pro re nominata, siue pro eo, cuius nomen est. † Quare Iohannes non dixit, *Pauca nomina, quæ non inquinauerunt vestimenta sua*, Sed, *Qui non inquinauerunt*, Spectauit enim magis rem significatam, quam nomen. Simile est quod infrà legimus cap. 11: Et occisa sunt in terræ motu nomina hominum septem millia. Exquo intelligitur illud Act. 1: Exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominum simul fere centum viginti) vbi in Græco est, ὄχλος ὀνομάτων, ideſt, Turba nominum: & ita omnino legendum videtur in nostra Translatione, nec enim desunt nonnulli manu scripti, & typis excusi codices, qui ita legant. Nisi dicamus nostrum interpretem, cui consuetudo Hebræorum non erat ignota, sensum quam verba reddere maluisse perspicuitatis causa, & vertisse: Turba hominum. Sed quod ante dixi, probabilius, & verius est.

Nomẽ pro homine.

Loc⁹ Act. 1

Vers. 4. *Qui non inquinauerunt vestimenta sua.* Ad vestem candidam mihi alludere videtur hic, & cum dicit sanctos lauisse stolas, vt cap. 7. & 22. quam in signum innocentiæ, & sanctitatis ex Ecclesiæ traditione accepimus in Baptismo, quę peccatis inquinatur, & pœnitètia abluitur. Sed nunc negat vestimenta horum fuisse inquinata, quoniam procellis, quas eo tempore Diabolus in Ecclesias Asiæ concitabat, obruti non sunt, nec à fide, aut à caritate dimoueri potuerunt.

Vers. 4. *Et ambulabunt mecum in albis.* † Mecum semper erunt in perpetuis voluptatibus. Vestis enim candida lætitiæ index est. Eccles. 9: Vade ergo, & comede in lætitia panem tuũ, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Hinc Apoc. 7. de sanctis dicitur: Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.

6 *Alba vestis lætitiam indicat.*

Qui vicerit sic vestietur vestimẽtis albis. *Vers. 5.* In Græco est, Hic vestietur, &c. οὗτος, & sensus conuenientior est. Ita habent multi codices, & ita legit Arethas, & fortè noster interpres ita vertit, facilè enim pro Hic scribi potuit Sic. Sed quoniam in Græco facilè etiam errari potuit, quoniam eadem dictio, si O parvum habeat, significat Hic, si verò habeat O magnum, significat Sic, non est reijcienda lectio, quæ est in pluribus exemplaribus vulgatæ Translationis, præsertim cum nihil mutetur in sensu. Atque in hac lectione connectio, *Sic*, etsi referri possit etiam ad verbum, *Vicerit*, melius refertur ad verbum, *Vestietur*, vt retulit Haymo, Ambrosius, Beda, Anselmus. Ita autem interpretantur: Qui vicerit, vestietur veste immortalitatis, & gloriæ, ita vt illi, qui non inquinauerunt vestimenta sua, ideſt, qui innocentiam in Baptismo acceptam seruauerunt. † At nescio cur de his tantum sit intelligendum, cum valde propriè illi dicantur non inquinasse vestimenta sua, qui postquam per pœnitentiam ea abluerunt, nò sordidarunt. Nec enim nunc agitur de illis, qui innocentiam Baptismi tota vita sine vllo peccato mortali conseruarunt, sed de ijs, qui non cesserunt hæreticis, & persecutoribus, qui tunc in Asia grassabantur, atque illos dicit non inquinasse vestimenta sua, qui tamen antea potuerunt aliquando peccasse. Nec video cur in eo, quod ait: *Qui vicerit*, illi intelligantur, qui post peccatum egerunt pœnitentiam, cum vocabulum ad omnes æquè pertineat, qui hæreticorum dolis, & persecutionibus Diaboli, & membrorum eius fortiter restiterunt, siue Baptismi innocentiam seruauerint, siue aliquando amiserint. Iis igitur, qui vestimenta sua non inquinarunt, meritò vestimenta alba tribuuntur.

7

Et non delebo nomen eius de libro vitæ. *Vers. 5.* Huius loci intelligentia ex S. Tho. petenda est, qui 1. p. q. 24. copiosè explicat quid sit Liber vitæ, quid sit scribi in eo, aut deleri. Docet Art. 1. librum vitæ in Deo Metaphoricè dici, quòd in libro scribi soleant qui ad aliquid eliguntur, vt milites, aut consiliarij; Librum vitæ

Liber vitæ

vitæ dici ipsam Dei notitiam, qua firmiter retinet se aliquos prædestinasse ad vitam æternam; siue conscriptionem eorum, qui electi sunt ad vitam æternam: conscriptum enim dicitur in intellectu alicuius, quod firmiter memoria tenetur, vt Prou. 3: Describe illa in tabulis cordis tui. Artic. 2. tradit in hoc libro propriè eos dumtaxat scribi, qui electi sunt ad vitam æternam, non enim eligitur quis nisi ad id, quod habet rationem finis, vt miles non eligitur, aut scribitur, vt armetur, sed vt pugnet. Quare qui gratiam habent, sed beatitudinem tandem non assequuntur, non dicuntur simpliciter electi, nec simpliciter scripti in libro vitę. † Ex his sequitur quod est in Arti. 2. nunquã de libro vitæ deleri eos, qui simpliciter scripti sunt, ideſt, prædestinatos, sed eos, qui quodammodo scripti erant, ideſt, qui propter præsentem iustitiam ius ad vitam æternam habebant. Itaque secundùm S. Thomam, duplex hominum genus scribitur in libro vitæ, licet non eodem modo, ideſt, prædestinati, qui verè electi sunt vt habeant vitam æternam, & qui gratiam habent, sed prædestinati non sunt, sunt enim scripti vt habituri vitam æternam, non in se ipsa, sed in sua causa. Atque ideo hi & deleri possunt, & re vera delentur, illi deleri non possunt. Ita etiam Anselmus, & Lyranus. Iuxta hanc sententiam, *Non delebo nomen eius de libro vitæ*, nihil aliud est, quam si diceret: Sine dubio vitam æternam consequentur, in quam minimè peruenient qui victi fuerint. Satis hoc quidem probabiliter. Sed probabilius est, & cum Scriptura, sanctorumque patrum dictis magis congruit, in libro vitæ nullo modo scribi nisi prædestinatos ad vitam æternam. † Ita etenim semper loquitur Scriptura, vt Danie. 12: *Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro.* Philip. 4: Cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. Apoc. 13. *Et adorauerunt eam (bestiam) omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ, ideſt, omnes qui non erant prædestinati.* Et cap. 17: Et mirabuntur omnes inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi. Et cap. 20: Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. cap. 21: Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni. Respondebit fortasse quispiam: Scripti erant & alij præter prædestinatos, sed in die iudicij non inuenientur scripti, quia deleri 10 sunt cum à gratia exciderunt. † Hanc responsionem verba ipsa Euangelistæ refutant, cap. enim decimoterrio dixit: Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est, ab origine mundi, quæ non possunt nisi de prædestinatis intelligi. Nam illud: *Ab origine mundi* (vt suo loco dicemus) non coniungitur cum Agno, qui occisus est, sed cum illo: Quorum non sunt scripta nomina, ac si diceret: Quorum non sunt scripta nomina ab origine mundi in libro vitæ Agni, qui occisus est, vt manifestissimum est ex verbis cap. 17: Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi. Soli enim prædestinati dicuntur scripti, siue electi, à constitutione mundi, vt Matth. 25: Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, ideſt, ab æterno. Solet enim Scriptura interdum ita loqui, vt per longissimam durationem, quæ est ab initio mundi, significet æternitatem, vt intelligentiæ nostræ se se attemperet, qui vix aliquid cogitare possumus ante mundi creationem: Ita dictum est Psal. 89: A sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus: & Psal. 92: A sæculo tu es, cum soleat etiam dicere: Ante sæcula. Mich. 5: Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. 1. Iohan. 1: Quod fuit ab initio, quod audiuimus. † Hoc ipsum, ideſt, in libro vitæ nullo modo scribi nisi prædestinatos, aperte docet Augustinus lib. 20. de Ciuitate, ca. 15. his verbis: Non Deũ liber iste commemorat, ne obliuione fallatur, sed prædestinationẽ significat

Qui scribantur in libro vitæ.

9

11

A constitutione mundi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum, quibus æterna dabitur vita, nec enim nescit eos Deus, & in hoc libro legit, vt sciat: Sed potiùs ipsa eius præscientia de illis, quæ falli non potest, liber est vitæ, in quo sunt scripti, id est, præcogniti. Idem aut vel apertiùs, in illud Psal. 68: Deleantur de libro viuẽtium; eadem est sententia Haymonis, hic, & in illud cap. 17: Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ: & denique omnium, qui aliter quam S. Thomas exponunt quid sit deleri de libro vitæ, quos statim nominabimus. Nunc superest ea dubitatio: quomodo aliqui deleri dicantur de libro vitæ, si non scribuntur in eo nisi prædestinati, quos constat deleri non posse. Ait siquidem Moses Exo. 32: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti: Et Psal. 68. legimus: Deleantur de libro viuentium: & nunc ait Dominus: *Non delebo nomen*
12 *eius de libro vitæ.* † Hãc proponit, & dissoluit Augustinus in Psal. 68. Isti ergo inquit, quomodò inde delentur, vbi nunquam scripti sunt? Hoc dictum est secundùm spem ipsorum, quia ibi se scriptos putabant. Quid est, Deleantur de libro vitæ? *Et* ipsis constet non illos ibi esse. Et paulò post: Sic ergo & hic illi, qui se sperabant tamquam merito iustitiæ suæ in libro scriptos Dei, cum perducta fuerit damnatio eorum etiam ad cognitionem eorum, delebuntur de libro viuentium, id est, nõ ibi se esse cognoscent. Nam versus, qui sequitur, exponit quod dictum est: Et cum iustis non scribantur. Dixi ergo, Deleantur, secundùm spem eorum, secundùm æquitatem autem tuam quid dico? Non scribantur, &c. Eodem modo exponit Rupertus in verba citata Exo. 32. id est lib. 4. in Exod. c. 29. Ambrosius paulò aliter; illos deleri dicit, qui hominum opinione iusti, & scripti putabantur, cum iam eorum damnatio omnibus innotescit. Ansbertus, & Haymo dicunt deleri de libro vitæ nihil aliud esse, quam in eo non scribi.
13 † Probãt primùm ex vsitata Scripturæ locutione, qua affirmationes pro negationibus poni solent, vt cum dicitur Exod. 7: Ego indurabo cor Pharaonis, idem est ac si diceret: Non emolliam

Deleri de libro vitæ.

graria mea. Sic delere de libro vitæ est non scribere. Confirmant etiam ex Psal. 68. vbi cum dictum esset: Deleantur de libro viuentium, continuò additur: Et cum iustis non scribantur. Mihi Augustini responsio, & Ambrosij magis probatur, atque adeò illæ inter se non pugnant, vt vna, eademq; plenior ex eis fiat, atque ita illos deleri dicamus de libro vitæ, qui vel se ipsi putabant in eo esse scriptos, vel homines ex operibus, quæ videbant, ita iudicabant, sed posteà Dei iudicio damnati, quia in libro non inueniuntur scripti, dicuntur deleri. Nam sæpe scriptura loquitur nõ vt res ipsæ sunt, sed vt ab hominibus iudicantur, vt Luc. 2: Et non cognouerũt parentes eius. Et iterũ: Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Matth. 11: Quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ioh. 5: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum, scilicet, iuxta opinionẽ vestram, ita enim quidam interpretantur. Quare meritò quasi scripti dicuntur, qui se scriptos putabant, aut scripti
14 ab hominibus putabantur. † Hanc responsionem tacito Augustini nomine reprehendit S. Thomas Arti. 3: quoniã quod sanctis repromittitur, non est solùm in hominum opinione; & non deleri de libro vitæ ponitur inter præmia iustorum, iuxta id, quod hic legimus: *Et non delebo nomẽ eius de libro vitæ.* Hoc est eius argumentum, quod facilè soluetur si dicamus, cum ait: *Et non delebo, &c.* hoc significari, Non videbunt eum deletum homines in die iudicij, nõ cernent eius damnationem, vt aliorum, qui victi sunt, & inquinauerunt vestimẽta, sed cernent eius glorificationẽ, & coronam, plus enim intelligit quam loquitur. In quo hoc etiam latet: Dabo illi perseuerantiæ donum. Hæc autem magna præmia iustorum non sunt solum in opinione hominum, sed in re ipsa.

Reg. Scriptura sæpe loquitur iuxtà vulgare hominum iudicium.

Et confitebor nomẽ eius. Palàm coram patre meo, & sanctis angelis agnoscam illũ, & inter meos numerabo, & gloriabor me talem seruum habere. Heb. 11: Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorũ, parauit enim illis ciuitatẽ. Allu-

Versi. 5.

Alludit aũtem ad illud verbũ Domini, quod retulit Matthæus. c. 10: Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. † Præmia rectè conueniunt, tam qui inter summa scelera, & magnas peccãdi occasiones sanctitatem, & puritatem retinuerunt, & vestimenta sua non inquinarũt, sed Christum verbis, & operibus imitando confessi sunt, æquum est vt albis vestibus induantur, & cum eo ambulent, semperq; viuant, & honorificè ab eo in die iudicij agnoscãtur coram patre, & angelis sanctis.

Versi. 6. *Qui habet aurem, audiat.* Quoniam nihil subijcit, quod dicatur Ecclesijs, vt solet, intelligimus verba præcedentia: Qui vicerit, sic vestietur. &c. Ecclesijs dicta esse; nam cum ad Ecclesias loquitur, solet à quibusdam ad omnes transferre sermonem, & generaliter loqui, vt cap. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ: Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. &c. Et eodem modo hic locutus est: Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis.

Versi. 7. *Hæc dicit sanctus, & verus.* ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινός, id est, qui sanctus est, & autor, atque amator sanctitatis, & verus, id est verax, & constans in promissis suis. Alludit ad illud Psal. 144: Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Meritò his nominibus vtitur, quoniã sanctitas huius epistolæ opi in sequentibus laudatur, & eius causa magna ei promittuntur.

16 *Qui habet clauem Dauid.* † Locus est perobscurus. Multi clauem Dauid intelligentiam veteris legis, aut propriè libri Psalmorum, interpretantur; alij regiam potestatem, alij incarnationem Domini, alij ipsum Dominũ. Sed neq; id ex scripturis confirmant, nec cur ita dicatur, aut quomodò cum sequẽtibus hæreat, satis explicant. Vera ergo huius loci intelligentia desumitur ex verbis Isaiæ. c. 22. vnde verba ipsa sumpta sunt, quod mirum est non animaduertisse ferè expositores. Ea sunt huiusmodi: Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat. Loquitur de Eliakim filio Elkiæ, cui se daturum pontificatum pollicetur, vt exponit Hieronymus. Quare cum dicit: Dabo clauem domus Dauid, in domo Dauid sine dubio templum intelligit, quod licet à Salomone sit ædificatũ, rectè tamen domus Dauid dicitur, quia ipse primus omnium de templo Deo ædificando cogitauit, ædificasset q;, nisi à Deo fuisset prohibitus; sed formam totius ædificij Salomoni reliquit, & materiam ad ædificandum: lignorum, & argenti, & auri, vt videmus. 1. Paral. 28.
17 &. 29. † Et quamuis Adamus, & Forerius dubitare videantur, magisque in eam sententiam propẽdere, vt domus Dauid, Sit regia ipsius Dauid, cui præpositus prius fuerit Sobna; deinde verò Eliakim: tamen sine causa dubitant, & contra veteres exponunt; ita enim vt diximus interpretantur Hieronymus, Cyrillus, Procopius, Haymo, S. Thomas, & Lyranus, & Dionysius. Idem etiam sentiũt Hebræi. Quod ex Lxx. translatione manifestissimum est, nam vbi nos habemus: Vade, ingredere ad eũ, qui habitat in tabernaculo, Lxx. verterũt: Vade in pastophorium, quod locũ esse in tẽplo, in quo præpositus tẽpli habitabat, docet Hieronymus, Cyrillus, cõstatq; exhedras tẽpli vbiq; vocari Pastophoria in Græco, vt. 1. Par. 9. &. 28. &. 1. Mach. 4. & alibi sæpe. De quo multa diximus lib. 1. de Templo. c. 17: Apertè hoc etiam indicant verba illa: Vocabo seruum meum Eliakim filium Elkiæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum. Pro Tunica est in Heb. כתנת, quæ est vestis
18 sacerdotalis, vt diximus cap. 1. num. 61. † Porro sicut Eliakim figura erat Christi, vt docent Hieronymus, Cyrillus, & Procopius: ita templum figura est Ecclesiæ. Eliakim habet clauẽ templi, quia princeps templi est. Aperit, & nemo claudit, & claudit, & nemo aperit; id est, si ipse aperuerit vt populus ingrediatur, nemo illi repugnare poterit, aut contradicere, nemo poterit claudere: si autem claudere voluerit, nemo eo inuito poterit aperire. Ita Christus habet clauem Ecclesiæ, quæ dicitur Clauis Dauid, id est, domus ipsius Dauid, & in eam introeunt quibus ipse aperit, id est, quos ipse adducit per gratiã suã,

Clauit Dauid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quibus ipse propter incredulitatem fores occlusit, introire non poterunt. Ideo Christus ait Iohan. 10: Ego sum ostium. Permé si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Immo & iuxta Augustinum tract. 46. in Iohan. ostiarius etiã dicitur, cum in eodem loco legimus: Huic ostiarius aperit. Si quis autem quærat, cur hæc nunc de Christo dicantur, legat quod statim sequitur: Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quòd continuò explicabimus.

Vers. 8. *Scio opera tua.* † Noui quàm strenuè
19 pro me laboraueris.

Vers. 8. *Ecce dedi coram te ostium apertum.* Docet unus episcopi meritus, & prædicatione multos ingressuros esse in Ecclesiã, adeoq; eum non amissurum ex suis, vt multos etiam ex infidelibus Christo lucrifacturus sit. Hic locus ex præcedentibus intelligitur, ac si dicat: Ego qui habeo clauem Dauid, id est, Ecclesiæ, & quo aperiente nemo potest claudere, aperui ostium illius coram te, vt te homines per prædicationem vocante, multi ingrediantur in Ecclesiam, nec valeant Diabolus, aut eius ministri ingressum impedire. Intelligitur etiam ex Pauli verbis. 1. Cor. 16: Permanebo autem Epheſi vsque ad Pentecosten: ostium enim mihi apertum est magnũ, & euidens. Videlicet per quod multi me prædicante in Ecclesiam intrabũt. Theophylactus: Hoc est, multi accessuri sunt ad fidem. Et. 2. Cor. 2: Cum veniſſem autem Troadem propter Euangelium Christi, & ostiũ mihi apertum esset in Domino, &c.

Vers. 8. *Quia modicã habes virtutẽ.* † Virtus hęc
20 Græcè δύναμις dicitur, quod facultatẽ, & potestatem, & robur significat. Est autem sensus: Dedi coram te ostium apertum, propterea quòd cum *modicam* habeas *virtutem*, id est, non sis potens in sæculo, nec auxilium habeas potentium amicorum, qui te tueantur, & iniurias aduersariorum à te repellant, sed iussti verbum meum nihil vnquam à præceptis meis declinans, & magnis persecutionibus vrgentibus non negasti nomen meum.

Vers. 9. *Ecce dabo de Synagoga Satanæ. &c.* Hæc iam exposuimus cap. 2. num. 13. & 17. Cũ autem dicit: *Dabo*, subaudiendum est: Tibi, id est, conquerentur, & parebunt tibi. Hic iam, & in verbis continuò sequentibus apertè explicat quod priùs obscurè dixerat: Ecce dedi coram te ostium apertum.

Et adorent ante pedes tuos. Ad pedes *Vers. 9.*
tuos procident parati facere quidquid iusseris.

Et scient quia ego dilexi te. Tunc intelligent, & confitebuntur te veracem, *Vers. 9.*
& pium fuisse, & Deo carum.

Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ. *Vers. 10.*
21 † Hæc tibi eueniẽt quoniam fecisti id, quod ego præcepi de patientia vbique seruanda, & tenenda. Siue, Scient te dilectum fuisse à me, quoniam æquo animo omnia incommoda pro me pertulisti. Patientiam suam vocat quam ipse præcepit, & commendauit, sicut & legem suam dicere solet, quam ipse tulit. Ita dictum est in cap. 2: Et non negasti fidem meam: & ita cap. 2. num. 42. exposuimus illud: Et custodierit opera mea. Vel planiùs, *Patientiæ meæ*, quam ego habui, id est, passus es ad exemplũ meum, vt exponunt Beda, & Haymo. Sed melius interpretabimur: *Verbum patientiæ meæ*, vt sit sensus: Expectasti me, sustinuisti me, & credens me esse veracem, & mercedem tibi redditurũ, pertulisti omnia. Sic loquitur sæpè Scriptura, vt Psal. 21. Spes mea ab vberibus matris meæ, id est, quem ego spero adiutorem, & remuneratorem meum futurũ. Et Psal. 70: Eripe me de manu peccatoris, & de manu cõtra legem agem agentis, & iniqui. Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea, id est, Te expecto, & sustineo, scio te mihi præmia pro ijs, quæ patior, redditurum. Quod clariùs dicere solet idem Propheta, vt Psal. 26: Expecta Dominum, viriliter age, & cõfortetur cor tuũ, & sustinẽ Dominum. Hunc sensum subindicat quod est in Græco, τὴν ὑπομονήν μου, id est, patientiæ mei, quod me videlicet sustinuisti.

Et ego seruabo te ab hora tẽtationis. † Tu *Vers. 10.*
22 seruasti verbum patientiæ meæ, ego etiam pro hac patientia seruabo te ab hora tentationis, ita enim dictum est, vt illud Matth. 16: Et ego dico tibi quod tu es Petrus. &c. id est, Tu mihi dixisti: Tu, es Christus filius Dei viui: & ego dico tibi vicissim: Tu es Petrus. &c. Horam tentationis multi interpretantur de afflictione, quam passura est Ecclesia temporibus Antichristi, vt Beda, Haymo: aut de die iudicij, vt Ambrosius. Quod & mihi videretur, si nunc vniuersæ Ecclesiæ loqueretur; at non Ecclesiæ, sed episcopo vni loquitur; quare necesse est vt de persecutione loquatur illius temporis. Arethas aut de persecutione Antichristi verba fieri censet, aut de persecutione Domitiani. Sed quoniam persecutio Domitiani iam diu tũc fœuiebat, & in ea Apostolus ipse relegatus fuerat in Patmum insulam, verisimilius est dici hæc de tertia Ecclesiæ persecutione, quam paulò post excitauit Traianus, cuius imperatoris tempore mortuus est Apostolus. In hac persecutione plurimi quidẽ martyrio coronati sunt, sed præcipuè Simõ filius Cleophæ, secundus episcopus Ierusalem, & Ignatius episcopus Antiochiæ, vt Eusebius autor est in Chronicis; & maxima, atq; crudelissima fuit, vt statim dicemus. † Ceterum horam non proprie accipit, sed breue tempus horam vocat, quomodo Iohann. 1. Ep. cap. 2. dixit: Filioli, nouissima hora est. Et in Euangelio cap. 5: Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Et in Epist. ad Philem: Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes. Quod autem ait: *Seruabo te*, hoc significat: Efficiam vt non pereas.

Vers. 10. *Quanta fuerit persecutio, quam Traianus excitauit.* *Quæ uentura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra.* Habitantes in terra nõ in malã partẽ accipit, vt sæpe solet Scriptura, sed Christianos intelligit vbique terrarum habitantes, quos Traianus inquiri, & occidi iussit. Scribit enim Eusebius lib. 3. Hist. Eccl. c. 33. eo tempore per singulas ciuitates motam esse persecutionem in nostros. Et posteà ait: Persecutionum verò extrinsecus põdus vrgebat Ecclesiã, & tam immensæ cæteræ martyrum quotidie iugulabantur, vt Plinius Secundus, qui tunc prouinciam administrabat, multitudine interemptorum permotus re-

ferret ad imperatorem, quod innumera hominum millia quotidie obtruncarentur. &c. † Eadem legimus apud Nicephorum lib. 3. cap. 16. &. 17. Et quod de Epistola Plinij dicunt ad Traianum, mutuati sunt, vt ipsi quoq; indicant, ex Tertulliano in Apologetico aduersus Gentes cap. 2. Epistola nerò ipsa extat inter reliquas eiusdẽ autoris lib. 10. Epist. prope finem. Venit igitur hæc afflictio tẽtare habitantes in terra, id est, vt Christiani per totum orbem dispersi probarentur, & eorum fides, quasi aurum in igne, spectaretur.

Ecce venio citò. Redditurus tibi mer- *Vers. 11.*
cedem vitæ æternæ pro tam honestis laboribus, & pro patientia tua.

Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. κράτει, fortiter apprehẽsum *Vers. 11.*
seruа, quod eleganter vno verbo dicitur Latinè, *Tene*, vnde & tenaces, & pertinaces dicti sunt, Hoc est: Conserua fortitudinem, & patientiam tuam, perge vt cœpisti, & nullis cede terroribus persecutionum, ne si ijs succubueris, alius pro te substituatur, qui mercedem, & coronam vitæ æternæ referat, quam tibi paraueram. † Videmus hic
25 neminem esse tam prouectæ virtutis, tamq; palmæ propinquum, ut ea priuari non possit, vt meritò dicat Apostolus: Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Deinde ira tenendas esse Dei promissiones, vt nos desides non reddant, sed semper quantum erit in nobis, laboremus. Etenim huic episcopo promiserat: Et ego seruabo te ab hora tentationis, quæ uentura est in orbem vniuersum, & tamen continuò ait, *Tene quod habes, &c.* Aduertendum etiam hunc esse morem, atque ordinem Diuinæ prouidentiæ, vt cum aliquis cadit, alter pro eo erigatur. Vt est apud Iob. cap. 34: Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Sic in locum angelorum, qui ceciderũt, substituti sunt homines, & in locũ Iudæorum, Gentiles, in locum hæreticorum, & schismaticorũ nostri temporis, nationes, quæ in India, & in insulis, & in nouo orbe veniũt ad Ecclesiam. Et ijs, qui eriguntur, donat Deus ea, quæ donare illis solebat, qui ceciderunt. Et ita accipiunt coronam vitæ æternæ; ad

1. Cor. 10.

Cũ aliquis cadit, alter pro eo erigitur.

Horæ pro breui tempore.
23

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam illi per gratiam olim erant vocati. Hoc rectè explicat S. Thomas. 1. par. q. 23. Art. 6. ad. 1. & Hieronymus ex parte attingit in locum citatum Iob, & Beda, & Haymo hic, & Glossa: sed copiosè, & eleganter Gregorius. 25. Mor. c. 9.

26 &. 10. † Rupertus: Et quidem hoc fieri non potest, vt eorum quisquam perdat coronam suam, quos Deus præscivit, & ad coronam prædestinauit. Verumtamen & fieri potest, & factum est, vt ille coronam perderet, quem Deus ad coronam vocauit vocatione visibili, siue quæ ab hominibus potuit audiri. Nam, exempli gratia, Iudam Dominus ad coronam vocauit Apostolicam, què tamen ad coronam non prædestinauit, quia corona indignum fore præsciuit. Vnde & coronam eius, scilicet, Apostolatus honorem, alius accepit, sicut

Psal.108. scriptum est: Fiant dies eius pauci, & episcoparum eius accipiat alter.

Vers. 12. *Qui vicerit.* Hoc iam non soli episcopo, sed etiam Ecclesijs dicitur, ideoq; vniuersalè proponit sententiã. Ad hoc ergo referendũ est, quod paulò post ait: Qui habet aurem. &c. quemadmodum in verbis similibus adnotauimus num. 15. Aut itaque: *Qui vicerit*, id est, qui persecutionibus non cesserit, sed semper fidem, pietatemq; tenuerit.

Vers. 12. *Faciam illum columnam in templo Dei mei.* Quum dicit: *Dei mei*, secundum assumpram naturam loquitur, vt iam adnotauimus. Si autem hæc verba ad mercedem vitæ huius referamus, facilè exponentur. † Columna in domo

27 & ipsa firma est, & immobilis, & per eam cetera sustinentur, & manent in sua firmitate. Qui igitur vicerit, erit in Ecclesia tamquam columna, ipse enim confirmabitur, & verbo, atque exemplo suo ceteros fideles sustinebit, & cõseruabit in firmitate. Ita hunc locum intelligit Gregorius. 17. Mor. cap. 14. Nam quisquis (inquit) in Dei opere recta intentione firmatur, colũna in structura fabricæ spiritualis erigitur, vt in hoc templo, quod est Ecclesia, positus, & vtilitati sit, & decori. De hac etiam vita intellexisse videntur Arethas, Beda, Haymo, Anselmus. Verùm, si omnia, quæ sequuntur, consideremus, poterimus etiam, & quidem magis pro priè, de mercede æternæ vitæ interpretari. Quare Ambrosius cum priorem sensum explicasset: Sed videtur (inquit) propter hoc, quod sequitur: Et foras non egredietur amplius, nõ ad præsentem Ecclesiã, sed ad cœlestem pertinere hanc sententiam. Nam multi fuerunt, qui columnæ Ecclesiæ dicebantur: sed propter prauam doctrinam eorũ ab ea exierũt, sicut fuit Origenes, &

28 multi alij. Hæc Ambrosius. † Pretereà si loquitur de vincente in hoc certamine, aut in illo, & posteà viuente; multi ex his postea egressi sunt foras, & in alijs certaminibus negauerunt, vt Origenes, qui sæpe se in media pericula ingessit, vt tradit Eusebius lib. 6. Hist. Eccle. cap. 2. & posteà senex, cum multa tormenta pertulisset, & victor vbique perseueraret, tandem aliquando negauit, vt est apud Nicephorum lib. 5. c. 32. Tale aliquid de nonnullis narrare videtur Plinius lib. 10. in Epist. illa citata ad Traianum, & in historijs Ecclesiasticis nonnulla sunt huiusmodi. Si autem, vt verum est, de ijs agit, qui in omni certamine vicerunt, necesse est & de mercede agere, quæ post finita certamina redditur, id est, post mortem. At quomodò in cœlo columnæ esse poterunt qui vicerint, cum in eo nemo sit infirmus, qui indigeat ab alio sustineri, aut confirmari? Ad hoc breuiter, & satis ad rem accommodatè respondere possumus, hũc esse sensum: Faciam vt in cœlo, quasi columna Ecclesiæ, ab omnibus honoretur, re enim vera columna fuit dum vixit, qui labantes confirmauit, &

Quam grati Deo sint qui fratres iuuant

29 lapsuros sustinuit, atque ideò in cœlo vt multarum animarum conseruator, & multorum triumphorum autor honorabitur. † Mihi etiam videtur planè alludere ad duas illas celeberrimas columnas templi Salomonis, ac propterea vt hoc indicet dixisse: In templo Dei mei. Columnæ autem illæ, vt legimus 3. Reg. 7. proceræ, & pulcherrimę erãt, & epistylijs, atque capitellis operosissimis ornatæ, ita vt multum templo afferrent dignitatis, & decoris, & inter ea, quæ videbantur in illo, pulchritudine, atque elegantia eminerent. Meritò ergo inquit: *Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei*, id est, maximus in cœlo

in cœlo erit, & miro inter alios splendore fulgebit, multis ac magnis donis ornatus conspicietur, & tantæ pulchritudinis erit, vt cœlo ipsi, ac cœlitibus multũ ornamenti asserre videatur.

Vers. 12. *Et foras non egredietur amplius.* Si vim ipsam, & proprietatem verborum spectemus, videbitur is, de quo nũc loquitur, aliquãdo foras exisse, sed ita vt nõ sit iam exiturus, ita enim loquitur, vt:

9. Æneid. *Tunc verò exterritus, amens*
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.

30 † Et Scriptura passim ita loquitur, vt Matth. 22: Neq; ausus fuit quisquam ex illa die eũ amplius interrogare. Act. 20: Et nunc ecce ego scio, quia amplius nõ videbitis faciem meam vos omnes per quos transiui. At hic victor nunquam de cœlo egressus est. Sed neque de Ecclesia intelligi potest: non est enim necesse aliquãdo exisse ex Ecclesia, cum semper in ea esse potuerit. Est ergo adnotandum Aduerbium Amplius, cum

Amplius interdum nõ nisi futurũ tempus excludit.

negatione ita sæpe poni, vt tantum futurum tempus respiciat, nõ præteritũ, id est, vt excludat deinceps futurum, non vt aliquid quod fuerit, includat. Vt Tob. 3: Amplius ex te non videamus filiũ, aut filiã super terrã interfectrix virorũ tuorũ. Et tamẽ virgo erat Sara, cui id dicitur. Act. 13: Quod autem suscitauit eum à mortuis amplius iam non reuersurum in corruptionem. &c. Et loquitur de Christo, cuius corpus nunquam corruptum est. Iere. 22: Quia hęc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ, qui egressus est de loco isto. Non reuertetur huc amplius, sed in loco, ad quẽ transtuli eum, ibi morietur. Et tamen nunquam priùs captiuus ductus fuerat Sellum, neq; è Iudæa exierat. Ita etiam omnes loquimur de eo, qui semel exijt, & iterum non redijt: Non est reuersus amplius. Dicimus etiam: Qui ingressus fuerit in infernum, non egredietur am

31 plius. † Quamuis, si ad viuum resecare velimus, Aduerbium Amplius, semper quodammodo respicit præteritum in his locutionibus, vel quod esse ante potuit. Vt: Amplius ex te non videamus filium: Amplius iam non reuersurum in corruptionẽ; potuit enim ante filios peperisse, potuit corpus Christi, si Deus nõ seruaret, corrumpi. Aut certè respicit statum, quem res illa habuit antequam fieret id, quod tunc dicitur. Vt is, qui semel exijt, dicitur non reuersurus, id est non futurus amplius in loco, in quo ante fuit. Ingressus in cœlum dicitur non exiturus amplius, quia non est rediturus ad statũ, quem habebat, cum nõdum erat beatus. Dicemus ergo valde propriè, Aduerbium Amplius quando cum negatione ponitur, ad futurũ tempus extendi, ex præterito autem tollere aut quod fuit, aut quod ante esse potuit, aut statum rei, quem ante habebat.

Et scribam super eum nomen Dei mei. In rebus pretiosis, quas possidere semper volumus, nomen nostrum inscribere solemus. Inscribimus etiam in illis, in quibus maximè gloriamur, vt semper nostræ dicantur, vt, *Vers. 12.*

Æneas hæc de Danais victoribus arma. *3. Æneid.*

Ita etiam legimus. 2. Reg. 18: Porrò Absalom erexerat sibi cum adhuc viueret, titulum, qui est in valle Regis: dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimẽtum nominis mei. Vocauitq; titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalon vsque in hanc diem. Huc etiam pertinet illud Psal. 48: Tabernacula eorum in progenie, & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis, id est, Terras suas suo nomine insignierunt. † Nomen ergo Dei scribetur in

32 vincente, quia semper Dei futurus, & ab eo totus possidendus est, & in eo Deus peculiariter gloriabitur, tamquã in seruo, ac milite forti, & fideli, quem semper suum agnosci, & dici volet.

Et nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem. Ierusalẽ vocat cœlestem patriã, cuius figura fuit Ierusalem in terra, sicut & vulgata nominis eius interpretatio docet, Visio pacis. Sed illa, quæ erat in terra, vetus est: hæc cœlestis nouа, quã Deus electis suis parauit in cœlo. Heb. 11: Ideò non confunditur Deus vocari Deus eorum, parauit enim illis ciuitatem. Sed vetus dicitur illa, quia prius hominibus cognita est, quamuis cœlestis sit multò antiquior, quæ noua dicitur, non in se, sed nobis, qui eam nõ vidimus. Nomen ergo huius nouæ ciuitatis *Vers. 12.*

Ierusalem nouа.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitatis scribetur in vincẽte, quia verus, & germanus, perpetuusque eius cultus semper dicetur. Hæc autem, & si reliquis etiam beatis conueniant, sicut & illud: Et foras non egredietur amplius, tamen peculiariter ad huiusmodi victores, de quibus nunc sermo est, accommodatur, quoniam peculiari amore eos prosequitur Deus, atque ita peculiariter gaudebit eos à se electos, & præmijs cœlestibus honoratos fuisse.

33 † Causa est quòd non solùm ipsi ardenter Deum coluerint, sed etiam quasi columnæ sustinuerint aliorum infirmitatem, & exemplo suo validè confirmauerint. Hoc etiam non omittendũ, hæc præmia verè, & plenè in cœlo esse reddenda, victoribus, sed & in terra ex parte incipere propter spem, quæ in dies bonis operibus fit certior.

Vers. 12. *Quæ descendit de cœlo à Deo meo.* Verba sunt valde obscura, ideoq; varie exponuntur. Sciamus primùm præsentis temporis esse verbum *Descendit*, non præteriti, vt multi videntur existimasse, ὁ καταβαίνουσα. Noua Ierusalẽ, id est, patria cœlestis, & beatorum domicilium, ac requies, de cœlo descendere dicitur à Deo, quoniam cum ante aduentum Christi in cœlo lateret, nec ab hominibus videretur, sed in lege, & in prophetis temporalia bona ægna ex parte promitterentur, nec audiretur vnquam regnum cœlorum in aduentu Christi quodammodò descendit in terras, quasi à Deo missa, & videri cœpit, atque cognosci Christo ita Euangelicam prædicationem exordiente: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim

Matth. 4. 34 regnum cœlorũ. † Ex eo tempore cœpit in terris versari, quia eius gaudia, & spes, & copia bonorum, & æternitas hominibus innotescere cœperunt, & ipsi ad eã vocati sunt. Et quoniam hæc magis ac magis in dies cum hominibus omniũ nationũ cõmunicabãtur per prædicationem Apostolorum, quos misit Deus, recte non descẽdisse dicitur, sed adhuc descendere. Hæc explicatio quã germana sit ex eodem Euangelista cognosci potest, qui infrà cap. 21. ait: Et ego Iohannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descẽdentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Quo in loco nequaquam congregationem sanctorũ Ierusalem dici arbitror, vt plerisq; visum est, sed vt dixi, cœlestem patriam, & beatorum domicilium, ac requiẽ, in qua recipiendi sunt. Nam beatorum congregatio è terra in cœlum ascendit, non de cœlo descendit in terram. Animæ quidem beatorum, quæ tunc erũt in cœlo cum Dominus in iudicium venerit, descendent cum eo: sed nunc nullus de iudicio sermo est, longè aliud agitur, quod multi autores nõ videntur animaduertisse. † Indicãt etiam hoc ipsum, quod dico, verba sequentia: Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Quibus verbis (vt fieri solet in prophetis) visio præcedens explicatur, ac si diceret: Quod vidisti nouam Ierusalem de cœlo descendere, in qua scilicet Deus inhabitat, qui summè beatus est, & autor omnis beatitudinis, significat Deum velle vt homines cognoscãt se participes esse posse cœlestis patriæ, & ad eam vocari, eamque, si dignè vocatione sua vixerint, assecuturos esse, & cum ipso Deo habitaturos, quasi populum cum humanissimo, & amantissimo principe, in qua immunes erunt à tristitia, & à reliquis incõmodis huius vitæ. Præterea vt in toto capite videre licet, tamquam vrbs, & multorum domicilium describitur cũ muris, & portis, & fundamentis, vt ostendatur præstantia gaudiorum illius vitæ, idcircò etiam ibi scriptũ est: Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus. Non ergo de ciuibus, sed de vrbe ipsa, idest, de bo

36 nis, & gaudijs illius agit. † Non est tamen silentio prætereundum quiddam, quod in eodem capite plurimùm videtur nostræ sententiæ repugnare: Et venit vnus de septem angelis. &c. Et locutus est mecum dicẽs: veni, & Ostendã tibi sponsam vxorem Agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descẽdentem de cœlo à Deo. &c. Ergo vrbs, quæ descendit de cœlo, est ipsa cõgregatio beatorum, quæ dicitur vxor, & sponsa, nam patria ipsa,

Regula. ipsa; & requies illorum nõ dicitur vxor Agni. Respõdeo similitudines, & imagines, ac figuras nomina habere solere earum rerum, quarum similitudines sunt, vt cap. 1. num. 77. diximus. Cum igitur vrbis illiu visioni imaginariæ Euangelistæ obiecta, vt similitudo quædam ostendatur futuræ sanctorum beatitudinis, siue sanctorum iam Deo fruentium, vt ex eius partibus, atq; ornatu facilè intelligitur, iure nomen obtinet

37 ipsius cõgregationis beatorũ. † Quare, Veni, & ostendam tibi sponsam vxorẽ Agni, perinde dictum est, ac si diceretur: Ostendam tibi gloriam, & splendorem admirabilẽ sponsæ Agni: Ostendam tibi vrbem, ex cuius diuitijs, & decore vtcumque intelligas qualis futura sit beatitudo sanctorum. Nam in vrbe illa nõ ciues significari, sed domicilium, planè ex fine eiusdem capitis intelligimus: Et ambulabunt gentes in lumine eius, & reges terræ afferet gloriã suam, & honorem in illam. Et mox: Non introibit in eam aliquid coinquinatũ, aut abominationem faciens, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni, id est, prædestinati. Aliud ergo sunt prædestinati, aliud vrbs ipsa, in quam prædestinati recipiuntur. Hæc placuit paulò fusiùs explicare, quonia nec res ipsa satis sine his explanari videbatur, & eisdem magna ex parte caput. 21. iam explicatum habebimus.

Vers. 12. *Et nomen meum nouum.* Etiam scribã super eum nomen meum nouum. Nomen eius nouũ est sine dubio *IESVS*, nã cetera eius nomina, quæ illi, vt Deo, conueniunt, vetera sunt, & ab æterno conueniunt, siue ab initio creaturæ quę creaturas respiciunt, vt Dominus, creator. &c. Nomina ergo, quæ filio Dei dãtur vt homo est, noua sunt, quia neque ab æterno, neq; ab initio creaturæ, sed à tempore, quo homo factus est; ei conueniũt. † Inter hæc autem nomen eius

38 proprium, & maximè significans, ac cetera omnia complectens est hoc nomẽ *IESVS*, vt ostendit S. Thomas. 3. p. q. 37. Art. 2. Quare meritò illud per excellẽtiam intelligitur, cum nomen nouum dicitur, & nihil præterea additur. Scribetur autem hoc nomen in illo, quomodo num. 31. diximus scribi nomen Dei, quia ille peculiari quadam ratione Iesu dicetur, & salutis eius eximiè particeps erit, & ab eo totus possidebitur, eumque Dominus Iesus tãquam suum agnoscet, & confitebitur coram patre suo, & angelis sanctis. Si quæras cur priùs meminerit nominis Ierusalem, quàm nominis sui: causã videtur quòd solet de se, quasi de homine loqui, & primum locum patri vbique tribuere. Pertinebat autem ad patrem illud de inscriptione nominis nouæ Ierusalem, quod nihil aliud significat quã eum, in quo id nomen scriberetur, semper ciuem fore Ierusalem cœlestis, id est, semper patris aspectu fruiturum.

Hæc dicit, Amen. Amen Aduerbium, *Vers.* 14. quod significat Verè, Iuã, Certè, vt diximus cap. 1. num. 44. &. 45. hic vice nominis proprij ponitur, ac si diceretur: Hæc dicit ille, qui semper eli *Amen*, id est qui immutabilis est, nec modò ait, & modò negat, sed semper idem est. Hic locus optimè explicatur ex verbis Pauli. 2. Cor. 1: Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis prædicatus est per me, & Siluanum, & Timotheum, non fuit Est, & Non, sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei, sunt in illo Est. Ideo & per ipsum Amẽ *Locus Pauli. 2. Cor. 1.*

39 Deo, ad gloriam nostram. † In his verbis semper pro Est, legitur in Græco ναί, quod cap. 1. num. 44. diximus idem esse quod Amen. Præterea in Græco apertior est oratio, ita enim legimus: Quotquot enim promissiones Dei, in ipso ναί, aut Amen, scilicet sunt. Et in ipso Amen, scilicet sunt, Deo ad gloriam per nos. Quorum hic est sensus: Prædicatio mea de Christo nõ fuit incõstãs, & varia, vt modò dicerem, Etiam, modò dicerem, Non: sed est apud illũ, Fuit, id est, constans, & vera, & immutabilis est apud Deum, sicut res præteritæ, quæ mutari non possunt. Omnes enim promissiones Dei nobis factæ, sunt in Christo Est, vel Amen, id est, fideles, & veræ, & per illum nobis præstantur. Quod iuxtà Græcum duplicatur, vt certius esse intelligatur quod dicitur, omnes promissiones sunt in ipso Etiã, & omnes sunt in ipso Amen apud Deum ad gloriam eius per nos, id est, dum per nos, & in nobis implẽtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Et iuxta nostram Translationem idem sensus est: Per ipsum Christum sunt Amen, id est, fideles, & veræ apud Deum, ad gloriam nostrã, id est, vt nos per hæc Diuina beneficia meliores, & laudabiliores efficiamur.

Vers.14. *Testis fidelis, & verus.* Hoc iam explicatum est cap.1.num.24. &.25. Tantũ superest dicere quorsum nunc dicatur. Arbitror hunc episcopum Laodiceæ, cum videret Ecclesias persecutionibus agitari, se etiam vrgeri, qui aliquando pignora Diuini amoris habuisset, cœpisse apud se de Christi promissionib⁹ dubitare, & multùm inde de studio caritatis, & ceterarum virtutum remisisse, quod fieri semper solet cum fides, & spes languescunt, aut vacillant. Hæc mihi videor intelligere ex eo, quod ait: Vtinam frigidus esses, aut calidus: & ex eo, quod paulò post sequitur: Ego quos amo, arguo, & castigo, vt mox dicem⁹. Meritò ergo huic scribit: *Hæc dicit Amẽ, testis fidelis, & verus*, qui nõ tradidit nobis, nisi quæ à patre accepit, & omnia verissima sunt, quæ tradidit & immutabilia.

Vers.14. *Principium creaturæ Dei.* Hæc verba multis modis possunt haud ineptè explicari. Nam pro Principium est ἀ ἀρχή quæ κοιν æquè principium, & principatum significat, & ideo potest etiam verti: Principatus creaturæ Dei, id est, omnibus Dei creaturis dominãs, vt creator, quomodo Arethas primùm interpretatus est. Sed iuxta nostram Translationem potest dici principium creaturæ Dei, quoniam causa est omnium creaturarum, & exemplar, per quod factæ sunt, qui etiam Arethæ sensus est.

41 † Verùm ego reconditiorem sensum in his verbis latere arbitror, qui rectè intelligetur, si animaduertamus in creatura Dei nonnunquam in Scriptura, præsertimque in nouo testamento, hominem solum significari, nõ qualis esset natura sua, si ita esset creatus, nec qualis per peccatum factus est, sed qualis renouatus est per gratiam Christi. Hic dicitur noua creatura, & nouus homo, & creatura Dei. Aut, si ppriè loquẽdũ est, ipsa reparatio, & renouatio dicitur noua creatura, aut creatura Dei. Deinde more Hebræorum creatura ponitur pro re creata, id est, pro homine reparato, & renouato per gratiã Christi. 2. Cor. 5: Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Gal. 6: In Christo enim Iesu neq; circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Iac. 1: Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Eph. 2: Et induite nouũ hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Colo. 3: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitionẽ Dei, secũdùm imaginem eius, qui creauit illum, id est, ad similitudinem Christi. † Ita nunc accipitur creatura Dei, & Christus dicitur *Principium creaturæ Dei*, quasi autor totius sanctitatis & reparationis nostræ, per quem, & ad cuius similitudinem omnes renouantur. Propter hoc vocatur Isai. 9: Pater futuri sæculi, quia quasi noua gens ab eo incipit. Ideo etiam dictum est Coloss. 3: Et induentes nouum, qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius, qui creauit illum. Et. 1. Corin. 15. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Sed quorsum nunc dicitur *Principium creaturæ Dei?* Propter illud: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum, vt locuples fias, vt discat in Christo sperare, & ad eum confugere vt per eum renouetur, & fiat noua creatura Dei. Propter illud etiam: Ego quos amo, arguo. &c. vt videlicet cum à Christo affligetur, ne desperet, aut de eius promissis dubitet, sed intelligat id facere autorem renouationis, vt per illas afflictiones ipse renouetur.

Creatura Dei.

Noua creatura.

Nouus homo.

Christum cur dicitus Principiũ creaturæ Dei.

43 *Vtinam frigidus esses, aut calidus.* Locus est celebris, & sæpe citatus à patribus, nec ita facilis, vt primo aspectu apparet. Plerique eorum frigidum dici putant, qui infidelis est, calidum, qui di lectione feruet: est enim ζεστὸς à ζέω, quod est ferueo, & Tyconius Homil. 9. legit: Vtinam frigidus esses, aut ferues. Ambrosius sermone. 2. in Psal. 118. in illud: Ne repellas me à mandatis tuis; ita hæc exponit: Frigidus est qui fidem nescit, calidus est qui Spiritus sancti feruore

Vers.15.

uore succensus est. Ita etiam Gregorius in 3. parte Pastoralis, Admonitione. 35. Victorinus, Beda, Arethas, Ansbertus, Haymo. Ita ergo interpretatur sanctus Ambrosius loco citato: Qui calorem fidei non habet, tolerabilius illi fuerat fidem non accepisse, quam neglexisse. Est enim tepidus peior frigido, vt Iudæus, qui sibi videtur fidem habere, quam non habet. Quanto tolerabiliorem causam Gentilis habet, qui potest dicere: Non cognoui legem, nec audiui prophetas? Neuter quidem excusatur, sed plus delinquit qui negauit quod legerat, quam qui opera non fecit quæ facienda non nouerat.

44 Eadem est Gregorij expositio. † Admonendi sunt, inquit, vt perpendant, quod tolerabilius esse potuisset, rectam viã non arripere, quam post arreptam post tergum redire. Citat illud. 2. Pet. 2: Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti. Alij omnia de fidelibus interpretantur, vt Ambrosius, Rupertus, Cassianus Collatione. 4. cap. 19. Atque huic etiam expositioni plurimùm fauet Gregorius loco indicato. Quare vtramque amplecti videtur; & vtramq; est amplexus Anselmus. Infidelis ergo qui frigidus in priori expositione dicitur, minus malus cẽsetur tepido, id est, fideli tepido, & remisse viuente, fidem que mortuam habente, quoniam, vt Arethas ait: Is qui nondum Spiritus gratiam accepit per Baptismum, in spe versatur quod aliquando ea, quæ sibi salutaria sunt, accipiet; at tepidus, & feruore caret, & eo bono priuatus est, qđ

45 quandoque baptizandus sit. † Eodem fere modo explicabimus, si frigidum esse dicamus hominem Christianum peccatis plenum. Gregorius: Calidus quippe est qui bona studia & arripit, & consummat. Frigidus verò est qui cõsummanda nec inchoat. Et sicut à frigore per teporem transitur ad calorem, ita à calore quoque per teporem reditur ad frigus. Sed sicut ante teporẽ frigus sub spe est, ita post frigus tepor in desperatione. Hoc est, de eo qui friget, & nunquam tepuit, sperari potest calor feruoris caritatis, id est, de eo, qui nec dum conuersus est. Sed qui iam frigore abiecto peccatorum conuersus est, & postea tepet, difficile est de illo sperare cõuersionem; ita enim ait Gregorius: Qui verò post conuersionem tepuit, & spem, quæ esse potuit de peccatore, subtraxit. Sed non videtur satis adhuc locus explicari. Nam si frigidum infidelem intelligamus, quis dubitat meliorem esse Christiani peccatoris conditionem, & viciniorem saluti, quã infidelis? Christianus enim fidem habet, qua æterna præmia, & supplicia cognoscit, habet sacramenta, habet Ecclesiæ sacrificia, consilia, & multa huiusmodi adiumenta, quibus careat infide-

46 lis. † Et inter fideles optabili⁹ multò videtur tepidum esse, id est, nõnullis peccatis teneri, quam multis, & magnis, quod in frigido significatur. Nam sicut tepidum vicinius est calori quam frigidum, ita qui tepidus est, citius, & facilius conuertetur quam frigidus, quia citiùs caloremconcipit quod tepidum est, quã quod frigidum. Deinde optare vt hic episcopus esset frigidus, quid est aliud, quam optare vt plura peccata fecisset? Peccata autem, etsi maxima indebona consequerentur, optanda non sunt. Nec videtur satis intelligi qui sit tepidus. Nam si tepidus ille sit, qui gratiam quidem habet, sed ignauus est in opere virtutũ, & quasi dissolutus, quomodo optari potest vt hic frigescat, id est, gratiam amittat? Si autẽ tepidus dicitur qui iam eam amisit, non potest, vt iam diximus, frigescere sine nouis, grauibusque peccatis. Postremò eum ait: *Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo*: satis indicat frigidum, aut calidum nõ esse euomendum, sed in ventriculo man-

47 surum. † Est ergo frigidus in ventriculo Dei (Metaphoram enim à comedentibus ducit) & non euomitur. Ergo frigidus nõ vocatur hic qui infidelis est, ille enim extra corpus Christi est. Immo nec peccator videtur, nam cibus nõ est vtcumque in corpore, sed prius in ore huc & illuc versatus, & præmansus, & deniq; in comedẽtis substantiã conuertendus, quod videtur ei, qui sine gratia sit, cõuenire nõ posse. His argumẽtis videtur refutari cõmunis expositio, dici, *Vtinã frigidus esses, aut calidus*, quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnus peccator citiùs cõuertitur quã tepidus, quoniam videt euidens periculum suum, & certam damnationem, quam tepidus non metuit, nec videt. In quo hoc etiam dictis addi potest, non esse certum frigidos protinus esse conuertendos, quamplurimi enim ex eis pereunt, quia tot peccatis implicati difficillimè se se explicant, & fortasse multò plures ex ijs damnantur, quam ex tepidis. Quærendum etiam cur cum votum suum exprimeret, non primo loco posuit quod magis optabat, vt fieri solet, sed quod minùs, id est, cur non dixit: Vtinam calidus esses, aut frigidus.

48 † Vt obiecta soluamus, ita locus videtur explicandus, vt propriè de ijs tepidis verba fieri intelligamus, qui tepidos se esse nesciunt, ideſt, iustos se esse credunt, cum sine gratia sunt, vt rectè exposuit Ambrosius. Nam hi, & à peccatis grauioribus plerumque absti nent, & actiones virtutum non omninò abiecerunt, sed aut ieiunant, aut eleemosynas largiuntur, aut quædam alia huiusmodi faciunt. Qui status, etsi minùs malus sit quam frigidorum, ideſt, eorum, qui multò grauiora committunt, multò tamen est periculosior, quia frigidus frigidum se esse cognoscit, & damnationem suam, nisi conuertatur, non ignorat: tepidus iustum se esse putat, & nihil metuit, & ideo de vitæ mutatione non cogitat. De his tepidis loqui Dominum satis indicat quod sequitur: Quia dicis, quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo; & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Quare rectè exposuit Hieronymus in illud Isai. 51: Filij tui proiecti sunt, &c. ad eum loqui Dominum, qui inter vitia, atque virtutes medius fluctuat, & duplici corde accedit ad seruitutem Dei, ideſt, nunc actiones virtutum quarumdam exequitur,

49 nunc ad vitia declinat. † Quare propriè hoc in peccatorem fidelem conuenit, vt ille nunc frigidus dicatur; potest enim cognoscere damnationem suã, & conuerti. In peccatorẽ etiã infidelem conuenit, qui conscientiæ stimulis admoneri potest vt conuertatur. Sed non ita propriè in hunc. Aliquantò magis propriè conuenit in infidelem, qui fidelis aliquando fuit, & recordari potest eorum, quæ priùs credidit, & firmissima habuit, & hac recordatione commoueri ad pœnitentiam. Tepidus etiam hoc in loco is dicitur, qui gratiam amisit, vt intelligimus ex verbis citatis: Et nescis quia tu es miser, & miserabilis, &c. Sed suo modo ad eum etiam referri potest, qui cum Dei gratiam habeat, segnis est, & remissus, nam hic etiam in periculo est amittendi quod habet, & vt euomi incipiat. Huius comparatione frigidus dici poterit qui peccato mortali tenetur, aut ille etiam qui à peccato mortali immunis, liberè peccat in leuibus, & ab studijs pietatis abscedit, & animo suo obsequitur, vbi sine peccato mortali id potest. † Nõ igitur dicitur: *Vtinam frigidus esses, aut calidus*; quòd semper tepidus peior frigido sit, aut grauiùs peccet, sed quod in periculo maiore versatur, & longiùs abest à salute, dum se sanum, saluumque existimat, non enim Medicinæ opem quærit, nisi qui ægrum se esse cognoscit. Iudæi, vt exempli causa dicamus, ante Christi aduẽtum sæpe Deos alienigenarum coluerunt, post Christi aduentum idola non colunt, sed Deum legis autorem. Cum idola adorabant, frigidi erant, nunc tepidi, sed nunc multò maius est eorum periculum, multò certior damnatio; tunc enim peccare se videbant, & citò conuertebantur, nunc laborant grauissimo peccato infidelitatis, & odio nominis Christiani, nec putant se Deo displicere, & post annos plures mille quingentis pertinaciter in incredulitate sua permanent. Rectè ergo de his dicemus: Vtinam frigidi essetis, aut

51 calidi. † His omnia ferè, quæ initio obiecta sunt haud magno negotio diluũtur præter tria, quorum illud est primum; an liceat optare vt qui tepidus est, in maiora peccata labatur, & frigidus fiat, vt ita tandem aliquando cõuertatur. Ad hoc respõdendũ est, [Deũ esse qui per Iohannẽ loquitur, qui quod permittit velle potest permittere: itaq; nihil incommodi est in Deo, quod in nobis

Qui dicantur hic tepidi.

Frigidi.

Tepidi.

nobis incõmodum fortasse videretur.] Alterum est, eos qui frigidi sunt, manere in corpore Christi, quod commodiùs mox explicabitur in verbis sequentibus. Tertium est, cur non prius dixerit quod magis optabat, ideſt, Vtinam calidus esses, aut frigidus. Hoc ita dictum puto, quoniam is, de quo sermo est, multò vicinior erat frigori, quam calori, ideſt, talis erat, vt ad calorem transire caritatis sine magno labore non posset, ad frigus autem peccatorum citiùs transire poterat, & faciliùs. Primo igitur loco posuit quod & facilius erat, & ad eius, citi loquebatur, voluntatem, & ingenium accommodatius. Deinde licet finis magis optetur quam ea, quæ ad finis consecutionẽ prosunt, priùs hæc poni solent, quam ille. Vt Deut. 32: Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Isai. 64: Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. Sic ergo nunc quoniam frigidus futurus erat, vt postea calidus esset, priùs dixit: *Vtinam frigidus esses.*

Vers. 16. *Sed quia tepidus es, & nec frigidus, &c.*

53 † Metaphora sumpta est à cibis, qui si frigidi sunt, aut calidi, retinentur, si tepidi sunt, vomitum prouocant. Et enim ventriculus, vt bene retineat, & coquat cibos, constringitur, & quasi clauditur. [Frigida ventriculum mordent, & contrahendo exasperant, calida exiccant, & pungunt, atque ideirco ad vtrorumque tactum partes ventriculi contrahuntur, ad tactum verò tepidorum blandum, ac suauem laxantur, & extenduntur. Rursus, bene constrictus ventriculus, & circum cibum rugatus, valentior fit, cibumque sine molestia continet. Laxatus demittit cibum, atque is dentibus grauat eum vt pondus, & molestia afficit, naturaq; in id, quod molestum est insurgente, ac quo expellere laborãte euomitur]. Frigidus ergo cibus, cum dentibus teritur, & in ventriculum demittitur, calescit paulatim, & aptus ad alendum efficitur, manet enim & non euomitur. Ita, vbi verbis prædicatorum, (qui dentes Ecclesiæ sunt, de quibus dictum est Cant. 4: Dentes tui sicut greges tonsarum, vt exponit Augustinus. 2. de Doct. Christ. cap. 6. & Gregorius in eundem locum) qui prius infidelis erat, emollitur, & in corpus Christi ingreditur, quod est Ecclesia, iustus, & calidus fit, atque

54 ita non euomitur. † Quamuis mihi non videtur duci Metaphora à natura ipsa ciborum, cum extra corpus sunt, quoniam, & si sint cibi natura sua frigidi, nullus tamen est natura sua calidus, vt nunc de calore loquimur, quia nemo natura iustus est, & caritatis particeps: Sed de calore, aut frigore extrinsecus aduenient, & de cibis iam in ventriculum iniectis sermo est. Nam etiam quæ natura calida sunt, aut frigida, si tepida sint, cum in stomachum veniunt, vomitum prouocant, at si frigida tunc sint, aut calida, non prouocant: vt aqua tepida malè in stomacho retinetur, bene autem, cum frigida est; aut calida. Quare melius, vt ante dixi, intelligitur frigidum appellari fidelem, quam infidelem, Cibi enim, qui sunt in ventriculo, iam ore præmansi sunt, & qui sunt in ore, iam intra corpus

55 sunt. † Ita eorum, qui dentibus manducant Ecclesiæ, siue Christi, ideſt, per prædicatores corpus Christi effecti sunt, quos Christus sibi adiungit, & quasi in substantiam suam conuertere parat, triplex genus est: quidam sunt calidi, id est, caritate feruẽtes, quidã frigidi, quia per peccata longè à caritate absunt, quidam tepidi, quia nec calidi sunt, nec longissimè à calore distant. Hoc etiam addendum. Ea, quæ euomuntur, primùm multùm vexant vomentem, deinde euomita nauseam mouent, & detestabiliora sunt omnibus cibis. Quod optimè ad verba Iohannis accommodauit Cassianus Collatione. 4. cap. 19. his verbis: Nec immeritò eos Dominus, quos iam in visceribus receperat caritatis, noxiè tepefactos cum quadam conuulsione pectoris sui euomendos esse pronuntiat; qui cum salutarem quodammodo ei potuissent præbere sustantiam; auelli ab eius visceribus maluerunt; tantò deteriores effecti illis; qui nunquam ori Domi-

De quo frigore, & calore loquatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nauſea compellente proijcimus, odi-
56 bilius deteſtamur. † Quidquid enim fri-
gidum eſt, etiam ore noſtro ſuſceptũ
vertitur in calorem, & ſalutifera ſuauitate percipitur: quod autem ſemel
vitio pernicioſi teporis abiectum eſt,
non dicam labijs admouere, ſed etiam
eminus intueri ſine ingenti horrore
non poſſumus. Hæc Caſsianus. Ve-
rũm an homini, qui ex ore Chriſti
euomitur, idem conueniat quod ci-
bo, vt nunquam iterum in corpus re-
cipiatur, ex vomitus interpretatione
intelligetur. Atque id vt exponamus,
vbi nos habemus: *Incipiam te euomere ex ore meo*, in Græco eſt, *μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου*. ideſt, futurum eſt vt euo
mam te ex ore meo. Ac ſi diceret: Nõ
ſtatim euomam, ſed poſteà, iam mihi nauſeam moues, & vomitum pro-
uocas, citò, niſi calidus fias, euome-
ris. Nam cibi nauſeam facientes nõ-
nunquam calore concoquuntur, quod
niſi fiat, retineri non poſſunt. Ita tu,
57 niſi caritate caleſcas, euomeris. † Et
quoniam quod citò euomendum eſt,
non ſolùm nauſeam, ſed etiam conuul
ſionem pectoris efficit, vt dixit Caſsia-
nus, quod eſt incipere euomi, rectè
noſter interpres vt apertiùs nobis ex-
plicaret quod eſt in Græco: Futurum
eſt vt te euomam, aut, Debeo te euo
mere, vertit: *Incipiam te euomere*, ideſt,
iam nauſeam ſentio, continuò pectoris conuulſio conſequetur, quæ initiũ
vomitus eſt. Notandum etiam in hoc
verbo μέλλω (quod Infinitiuus conſe-
qui ſolet, valetque idem, quod Debeo,
aut Futurus ſum) rem quidem futuram
ſignificari, ſed interdum ita effectũ
propinquam, vt iam effici incipiat.
Quo tempore noſter interpres rem
optimè intelligens ſolet pro μέλλω ver
tere Incipio, vt Ioh. 4. de filio regu-
li: Incipiebat enim mori, ἤμελλε γὰρ ἀπο
θνήσκειν, pro quo Eraſmus vertit: Siqui-
dem is agebat animam. Act. 3: Is cum
vidiſſet Petrum, & Iohannem inci-
pientes introire in templum, μέλλοντας
εἰσιέναι. Et cap. 27: Quum miſiſſent
ſcapham in mare, ſub obtentu quaſi
inciperent à prora ancoras extende-
re, μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν. Et paulò
58 poſt: † Et cum lux inciperet fieri, vbi

An qui euomitur, iterum in corpus recipiatur.

Μέλλω pro Incipio.

& Eraſmus, qui hoc in noſtro interprete reprehendere ſolet, ſimiliter vertit, Inciperet. ἤμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι. Iac. 2: Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari, μέλλοντες κρίνεσθαι. Cùm enim opera fiunt, iam iudicium quodammodo incipit, quia qua menſura menſi fueri
tis, remetietur vobis Matth. 7. id
eſt, ſi miſericordiam fecerimus nunc,
& Deum miſericordem inueniemus.
Quod quia non vidit Eraſmus, dixit
intolerabilem eſſe hanc translationẽ.
Sed, vt ad id redeamus vnde digreſſi
ſumus, tunc aliquis propriè euomitur,
cum è corpore Chriſti ejicitur, ideſt,
cum in Eccleſia eſſe definit, quod in
hac vita fit per infidelitatem, ſi ſique re
cipi in corpus poteſt: ſed maximè pro
priè, & de quo magis Dominus loqui
videtur] in futura per extremam da-
mnationem: Tunc enim ita extra cor-
pus eſt, vt ſit Deo deteſtabilis, neque
iterum corpori adiungi queat, vt cibus
euomitus. Incipit autem euomi, cum
permanens in tepore ſuo, nec miſe-
riam ſuam cognoſcens, quam facilè
poſſet cognoſcere, Deo diſplicere,
& quaſi nauſeam mouere incipit, &
paulatim magis ab eo per ſocordiam,
& contemptum ſpiritualium bonorũ
recedit, [donec tandem omnino in
morte ſuâ euomatur, & à Chriſto æter
nùm ſeparetur.] † Quod ſi hæc, quæ
59 de peccatore ſine dubio dicuntur, ad
iuſtum tepentem transferamus: & ille
ſuo modo euomitur, cum in pecca-
tũ mortale incidere permittitur, quia
in eo ſtatu nequaquam adhæret Deo,
nec vnum cùm eo fieri poteſt. Sed
non ſunt in calce huius explanatio-
nis omittenda verba Ambroſij in Ser-
mone ſecundo in Pſal. 118: Quanta au-
tem fidei, & iuſtitiæ gratia eſt, vt in
ore Dei ſit qui fidem tenet, & ope-
ra exercet iuſtitiæ: & quantum amittit
quem euomuerit ex ore ſuo Dominus
Ieſus, & ex ſuis viſceribus ejecerit?
Quam piustamen qui & iuſtos in ore
ſuo tenet, & iniuſtos non ante euo-
mit, quam denuntiet euomendos, vt
vel huiuſmodi admonitione conuerſi,
dignum aliquid efficiant quo non vo-
mantur?

Verſ. 17. *Et ditcis, quòd diues ſum, & locupleta*
60 *tus.* † Explicat quod de eius tepore dixi
mus, qui iuſtum ſe putabat, cum eſſet
iniuſtus. Quare non de terrenis diui-
tijs dictum hoc putandum eſt, vt ſenſit
Areuhas, ſed de ſpiritualibus, vt Am-
broſius, & alij ſentiunt. Et eſt idem ac
ſi diceret: Diues ſum, & diues factus
ſum. πλούσιος εἰμι, καὶ πεπλούτηκα. Nec ita
intelligendum eſt quaſi ab alijs ſe locu-
pletatum dicat, ſed ſua induſtria ſe di-
tatum dicit, πεπλούτηκα. Atque ita
quod prius dicit, *Diues ſum*, de natura-
libus diuitijs videtur intelligendum,
ideſt, de ingenio, & iudicio, & reliquis
naturæ dotibus: poſterius autẽ, ideſt,
locupletatus, de virtutibus, & bonis
ſpiritualibus. Quamuis & de ſpiritua-
libus diuitijs vtrumque dictum accipi
poteſt, ſed per geminationem enuncia
tum ad amplificationem diuitiarum.
61 † Sed libet Ambroſij verba cõtra noſtri
temporis hæreticos ſubſcribere: *Diues*,
inquit, *& locupletatus* rectè dicitur qui
omnibus virtutibus plenus vſq; ad cul-
men perfectionis excreuit. Iſte autem
præſul Eccleſiæ Laodiceæ propter ſo-
lam fidem omnibus virtutibus diuitem
ſe, & locupletem æſtimabat, & nihil
ſe ad ſalutem æternam adquirendam
aliud egere, non recogitans illud,
quod dicit Apoſtolus: Quia fides ſi-
ne operibus mortua eſt. Beda: Sola
fide contentus iuſtitiæ tibi fruſtra diui
tias vſurpas, &c. Cetertim dictio *Quod*
redundat more Hebræorum, cum alt-
quid dici incipit, vt Quia, & Quoniam,
& ſimiles dictiones.

Qui fidem habet ſine operibus, pauper eſt.

Iac. 2.

Verſ. 17. *Et nullius egeo. Nullius*, vel virtutis in-
telligi poteſt, vel alterius, cuius conſi-
lio, aut opera adiuuetur.

Verſ. 17. *Et neſcis quia tu es miſer & miſerabilis.*
Miſer ταλαίπωρος, infelix, ærumnoſus,
laboribus vexatus à ταλαιπωρῶ, quod
eſt affligi, & vexari ærumnis. Ait er-
go: Non es diues, & locupletatus, *ſed mi
ſer, & miſerabilis*, quia vitia tibi domitã
tur, & te vexant, adeò vt omnibus com
miſeratione mouere poſsis.

Verſ. 17. *Et pauper, & cæcus, & nudus.* † *Pauper*
62 bonorum operum, *cæcus*, quòd bona
tẽporalia ita amaret, ac ſi ſolida bona,
ac ſempiterna eſſent, eorumque affe-
ctu excæcatus contemneret cœleſtia.
Nudus virtutibus, & donis cœleſtibus.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, *Verſ. 18.*
probatum. Quoniam diuitem te eſſe cre
debas, & pauper es, dicam quomodò
diues fieri poſsis. Eme à me *aurum igni
tum probatum*, ideſt Caritatem, quæ
vt aurum omnibus metallis, ita omni-
bus ipſa virtutibus præſtat, qua homi-
nes, quamuis pauperes, diuiſsimi
fiunt. At talis debet eſſe hæc caritas,
vt ſit valde pura, & nihil habeat ad-
miſtum terrenæ cupiditatis, ſed qua
Deum ardenter ames, & omnia præ
ipſo contemnas. Perſtat in Meta-
phora auri, quod, vt puriſsimum ſit,
& nihil habeat aut terræ, aut infe-
rioris metalli admiſtum, multo igne
63 probatur, atque purgatur. † Poſſu-
mus etiam cum Beda caritatem intel-
ligere preſſurarum, & afflictionum
flammæ probatam, & examinatam,
aut talem, quæ nullo igne afflictio-
num conſumatur, ſed purior ſem-
per euadat. Sed germanius eſt quod
prius dixi. In Græco habetur: Suа-
deo tibi emere à me aurum πυρωμένον ἐκ πυρός, ideſt, ignitum exigne,
quod fortaſſe ita dictum eſt, *Ignitum*,
igne probatum, *ex igne*, ideſt, nunc
ex igne extractum, vt puriſsimum
eſſe intelligatur: aut certè ita ac ſi di-
ceretur, Ignitum ignitum, id eſt,
valde purgatum, & purum. Pro quo
noſter dixit, *Ignitum, probatum*, ideſt,
examinatum, ſcilicet igne, quod idem
eſt, & eum ſenſum habet, quem
diximus. Verbum *Eme*, eleganter *Emere.*
poſitum eſt, ac ſi diceret: Etiam cum
voluptatem diſpendio habere eam cu
ra, etiam ſi dolores pœnitentiæ per-
ferendi ſint, & abſtinendum tibi ſit
ab ijs, quæ iucunda ſunt: quòd enim
emitur, non gratis poſsidetur, ſed
pretio. † Ita dictum eſt Eph. 5: Redi- *Locus E-*
64 mentes tempus, quoniam dies ma- *pheſ. 5.*
li ſunt, ideſt, tempus, etiam cum
rerum temporalium iactura, habere
quærentes ad benefaciẽdum. Et Prou.
23: Veritatem eme, & noli vendere ſa
pientiam.

Vt locuples fias. Ἵνα πλουτήσῃς, reſpõ- *Verſ. 18.*
det hoc ei, qd ipſe dixerat, πεπλούτηκα,
ac ſi dicatitune verè diteſcis, cum hoc
aurum habueris.

Et vestimentis albis induaris. Vestimẽta alba [λαμπρὰ, ideſt, ſplendida dicuntur, quod hic color plus ſplendoris, & lucis habeat quam reliqui.] Vnde Luc. 23. vbi noſtra translatio habet: Et illuſit indutum veſte alba, in Græco eſt, Veſte ſplẽdida, ἐσθῆτα λαμπράν. Et Iac. 2: Etenim ſi introierit in conſpectum veſtrum vir aureum anulum habens in veſte candida, vbi ſimiliter eſt, ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ. Pulcher hic color cenſetur, & lætus, quoniam (vt dixi) plus lucis habet quam reliqui, & ideò à lucendo, & ſplendendo dictus eſt. Inde etiam lætitiæ index eſt, vt diximus in hoc cap. num. 6. Meritò ergo virtutes & dona ſpiritualia, quæ comitantur caritatem † veſtimenta alba dicta ſunt, quia pulchra ſunt, & animam illuſtrãt, ac lætificant, & futuræ in cœlis lætitiæ ſigna ſunt. *Veſtimenta alba.*

65 † Fortè etiam, quoniam eo tempore vbique Romanis dominantibus nemo eorum cõſuetudines ignorabat, alludere nunc Iohannes voluit ad morem Romanorum, quo qui publicos honores, & magiſtratus ambiebãt, in veſte candida ſine toga in campum Martium deſcendebant, vbi comitia fiebant, indeque candidati dicebantur (de quo Alexander lib. 4. Genialium dierum cap. 3.) vt virtutes, & dona ſint quaſi veſtis candida, qua induti ſupremum beatitudinis honorem petimus, & ſine qua obtinere nullo modo poſſumus.

Vt non appareat confuſio nuditatis tuæ. Ideſt, ſine his veſtimentis albis nudus eris, vt hactenus fuiſti, & confuſione, ac pudore plenus, ideſt, omnium irriſioni expoſitus. Propterea etiam Paulus monet nos vt his veſtib' induamur. Coloſſ. 3: Induite ergo vos, ſicut electi Dei ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam. &c. *Verſ. 18.*

Et collyrio inunge oculos tuos, vt videas. † Quoniam cæcum illum eſſe dixerat, rectè monet vt collyrio, quod medicamentum oculorum eſt, oculos inungat, ac ſi diceret: Abijce nimium tui, & terrenarum rerum amorem, qui te excæcabat, vt videas quanta futura ſint gaudia bonorum, quanta ſupplicia malorum. *Verſ. 18.* 66

Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Hoc dicit quoniam, vt diximus n. 40, epiſcopus hic perſecutiones Eccleſiarum, ac ſuas videns dubitare nonnihil cœpit de Chriſti promiſſis, & ſegnis, ac remiſſus effectus eſt. Quem vt ad pœnitentiã, & ad ſolita opera virtutũ erigat, do cet perſecutiones, & calamitates pignora eſſe amoris ſui, quibus exercet electos, & eos quos amat, vt puriores, ac meliores euadant. Sed ſunt ſingula verba cõſideranda, nã cum dicit: *Ego quos amo, arguo*, idẽ eſt ac ſi diceret: Omnes quos amo, arguo. Græcè τοσοῦτοι, ideſt, Quoſcũq; amo, arguo. Sicut legimus Heb. 12: Quẽ enim diligit Dominus, caſtigat, flagellat autem omnem filiũ, quẽ recipit. † Pro *Arguo* eſt ἐλέγχω, qđ pro prie ſignificat convincere, Vt Tit. 1: Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere: Inde ἔλεγχος convictio, quod interpres vertit Argumentum. Heb. 11: Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentũ non apparentium. Inde ſignificat reprehendere, ita vt qui reprehenditur, convincatur, & negare non poſſit ſe pœna dignũ eſſe. Vt Ioh. 3: Omnis, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. 1. Tim. 5: Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. Pro *Caſtigo* eſt παιδεύω, quod eſt erudire, caſtigare, prudentem reddere, ſiue id obiurgatione, ſiue pœna aliqua fiat, & proprie ad pueros pertinet, qui παῖδες dicuntur. Quoniam ergo qui à Deo amantur, infirmitate naturæ noſtræ interdum labuntur, & peccant, nunc interna reprehenſione, nunc externis afflictionibus à Deo arguuntur, & caſtigantur, vt quam puriſſimi fiant. *Verſ. 19.* 67 *Arguo.*

Æmulare ergo, & pœnitẽtiã age. † Quoniam non dixit quid æmulari debeat, Arethas expoſuit, *Æmulare* potiora ſtudia, ideſt, Sectare, alij, *Æmulare*, ſiue imitare viros bonos, qui in ciuitate tua ſunt, vt Beda, & Ambroſius. Verùm hoc verbum ζηλῶ, pro quo noſter interpres vertit Æmulor, aut Zelo, ſiue Zelor, interdum Accuſatiuum habet rei, quam æmulamur, aut zelamur, & ſignificat ſequi- 68 *ζηλῶ, Æmulor, Zelor. Cum caſu poſt ſe, & ſine caſu.*

ſequi ardenter, & cum zelo amare. Vt 1. Cor. 12: Æmulamini autem chariſmata meliora, ideſt, ſequimini. Et cap. 14: Sectamini caritatem, æmulamini ſpiritualia, magis autem vt prophetis, ζηλᾶτε, id eſt, ſimul cum caritate ſectamini & cetera dona ſpiritualia, præſertim prophetiam. Gal. 4: Æmulantur vos non bene, ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini, ideſt, videntur zelum habere ſalutis veſtræ, ſed non eſt bonus zelus, excludere enim vos volunt ab Euangelio, & à bonis Chriſti, vt eos imitemini. † At cum ſine Accuſatiuo ponitur, & (vt Grammatici loquuntur) intranſitiuum eſt, ſignificat zelum aſſumere, ſiue zelo commoueri, ſicut in ſimilibus verbis vſu venit. Vt Num. 11: Quid æmularis pro me? 3. Reg. 19: Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael. 1. Cor. 13: Caritas non æmulatur, ideſt, non zelo commouetur eo quòd alter rem habeat, qua ipſe cupiebat potiri, ideſt, non inuidet, vt interpretatus eſt Theophylactus. Ita ergo nunc exponendum eſt: *Æmulare ergò ζῆλωσον δεῶ*, ideſt, Age, zelo commouere, vt ſalutem tuam quæras, & impendentia mala declines, & hoc zelo permotus age pœnitentiam. Idcirco ſtatim addidit: *Et pœnitentiam age.* Et quoniã zelus non ſolùm mouet, ſed incendit etiam, & vrit, meritò homini repido, & deſidi dicitur: *Æmulare ergo, & pœnitentiam age.* 69 71 *Verſ. 20.*

Ecce ſto ad oſtium & pulſo. † Ne forte deſperaret epiſcopus Chriſtum ſibi propitium futurum, aut ſe ad priorem ſtatum redire poſſe, quoniam dixerat: Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: miſericordiam, & benignitatem ſiſam pollicetur: *Ecce ſto ad oſtiũ*, ac ſi diceret: Etiam ſi à te excluſus, ad te iterum ſalutis tuæ ſtudio redeo, & quaſi hoſpes oſtium tuum pulſo, vt mihi aperias, & me in animam tuam recipias. Pullare autem eſt internarũ inſpirationum vocibus petere vt admittatur. 70 *Verſ. 20.*

Introibo ad illum, & cœnabo cum illo. Perſtat in eadem Metaphora hoſpitis noctu venientis, & ſignificat ſe iniuriarum, & repulſæ oblitum amicè, & familiariter cum eo victurum, & obſequia eius acceptarum.

Et ipſe mecum. Loquitur quidẽ vt hoſpes, ſed vt maior, & locupletior hoſpes, qui veniens in domum alterius beneficium potiùs det quam accipiat. Nõ dedignabor cum illo cœnare, & obſequium eius gratum mihi erit, & ego illi magno honore afficiã, quòd ẽ mea mensa dignabor, & mecũ ſedere ſinã. *Verſ. 20.*

Qui vicerit. † Qui aduerſus Diabolũ dimicauerit, & ſtrigus, ſeporemq; eius excuſſerit, & ſtrenuè laborauerit, vt calore Spiritus ſancti concepto ferueat: *Verſ. 21.*

Dabo ei ſedere mecum in throno meo. Digna, & conueniens merces, vt qui laborauit, & pugnauit, poſtea victis, fuſiſq; hoſtibus, ſecurus ſedeat, & lætus, & regnet cum Chriſto. Sedere in throno Chriſti eſt participem eſſe regni eius, & coheredem cœleſtis beatitudinis. Itaque quamuis dicat: *In throno meo*, nõ ità intelligit, ac ſi in eodẽ throno æquali honore ſeſſurus eſſet, ſed, ſedebit in regno meo, vbi & ego ſedeo; [hoc eſt in cœlo, quæ ſedes mea eſt. Iſa. vltimo: Hæc dicit Dominus: Cœlũ ſedes mea. Matth. 5: Neque per cœlum, quia thronus Dei eſt.] Sedebit tamẽ in ſede ſibi parata, ſicut & Matth. 19. dixit: Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim. Hæc verba exponuntur ex eo, quod ait Paulus Eph. 2: Et cum eſſemus mortui peccatis: conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu. 71

Sicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. His verbis præcedentia meis explanãtur. *Ego vici*, ideſt, plurima pro Dei gloria, & pro hominum ſaluti toleraui: propter quod & pater exaltauit me, & participẽ me fecit regni ſui, & ſedere fecũ voluit, ideſt, ad dexteram ſuam. Ex his cognoſcitur cũ ait: Dabo ei ſedere mecũ in throno meo, non intelligi de ſeſſione ad iudicandum, de qua dictum eſt Matth. 19: Sedebitis & vos ſuper duodecim ſedes, vt Ambroſius, & Haymo putauerunt, ſed *Verſ. 21.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de participatione regni, quoniam nūc inquit: *Sicut & ego vici, & sedi cum patre meo*, verè enim cum patre sedebat ex eo die, quo in cœlum ascendit, & ideò ait: *Sedi*, non sedebo.

Qui habet aurem. Hoc refert ad *Vers. 22.* verba præcedentia: Qui vicerit, &c. vt iam nonnullis exemplis demonstratum est, & vt adnotauimus. nume. 15.

Argumentum. Cap. IIII.

Vi det ostium apertum in cœlo, & vocem se vocantem audit vt maiora videat. Continuò in spiritu videt Deum in throno lucidissimo sedentem, in cuius circuitu sedebant viginti quatuor seniores, & quatuor animalia plena oculis Deum indefessa collaudabant: atque in eorum laudibus vigintiquatuor seniores procidebant ante thronum, & mittebant ante eumdem thronum coronas suas, & Dei laudes prædicabant.

Caput. IIII.

1 *POst hæc vidi: & ecce ostium apertū in cœlo, & vox prima quam audiui, tamquam tubæ loquentis mecum, dicens, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.* 2 *Statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens.* 3 *Et qui sedebat, similis erat aspectu, lapidis iaspidis, & sardini: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ.* 4 *Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* 5 *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septē* 6 *Spiritus Dei.* *Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante, & retrò.* 7 *Et animal primū, simile leoni: & secundum animal, simile vitulo: & tertium animal, habens faciem quasi hominis: & quartum animal, simile aquilæ volanti.* 8 *Et quatuor animalia, singula eorū, habebant alas senas in circuitu, & in tus plena sunt oculis, & requiem non habebāt die ac nocte, dicētia, Sanctus, sanctus, sanctus Dñs Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.* 9 *Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronū, viuenti in* 10 *sæcula sæculorum: procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes,* 11 *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.*

Post

Vers. 1. *POst hæc vidi.* In tribus præcedētibus capitibus septē Ecclesijs sibi cōmissis seri psit, vt á peccatis emundatę, & spe bonorum cœlestium armatæ, atque munitæ cum persecutoribus dimicarent, & omnia vitæ huius incommoda æquo animo ferrēt. Nunc ea vaticinari incipit, quæ ad vniuersam Ecclesiam, ac præsertim ad extrema eius tempora, pertinent. Quum autem dicit: *Post hæc vidi*, iam alteram visionem esse docet, quam vidit post primam illam, quam hactenus recensuit.

Vers. 1. *Et ecce ostium apertū in cœlo.* Hac ostij apertione significabatur velle Deum admittere illum ad cognitionem rerū magnarum, & tantum in cœlo cognitarū, quas illi ostendere parabat. Quod vox continuò declarauit: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.

Vers. 1. *Et vox prima, quam audiui.* Diximus de hoc cap. 1. nu. 52. in illud: Et audiui post me vocem magnā. ¶ Ceterū *Vox prima*, aut potest intelligi prima omniū quas posteà auditurus erat: aut etiam vox eadē, quam capite 1. se audisse dixit, ac si diceret: Ecce ostium apertum in cœlo, & ecce vox eadem, quam primùm audierā: est enim in Græco, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη, quod rectè verti potest: Et vox illa, illa prima. Ita martyr Victorinus intellexit, & ad Allegoriā refert; priorem vocem ab eo esse auditā, quia idem prius in Prophetis, & posteà in Euangelio locutus est. Immò & verba reliqua possunt ad hunc sensum posteriorem aptissimè referri, vt dicat: Ecce vox illa prima, quam audieram, quę fuerat tamquam tubæ loquentis mecum: ecce, inquam, vox illa dicens, Ascende huc. Non igitur nunc audiui illam quasi tubam, sed erat eadem, quæ paulò ante instar tubæ sonuerat. Cur enim nūc sonaret vt tuba, cū nihil magnum, aut terribile dictura esset, sed tantùm Apostolum ad audiendum excitatura?

Vers. 1. *Et ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.* Idest, Decursum Ecclesiæ ab hoc tempore vsque ad finem sæculi. Aperit argumentum sequentis propheriæ. Non est autem legendum: *Quæ oportet fieri citò post hæc*, Sed, *Quæ oportet fieri post hæc*, vt est in Græco, & in castigatioribus exemplaribus.

2 *Statim fui in spiritu.* † Docet se abstractum fuisse à sensibus, vt hoc mysterium videret, vt diximus cap. 1. nu. 67. in illud: Fui in spiritu in Dominica die. *Vers. 2.*

Et ecce sedes posita erat in cœlo. Patrem videt sedentem, vt docet Hieronymus in illud Dan. 7: Aspiciebam donec throni positi sunt. Quare falsum est omninò quod hic multi affirmant, hunc esse Christum, quod facilè conuincitur ex verbis cap. 5: Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem, &c. qui sedere dicitur tamquā regnans, & quæ fiunt prospiciens, & omnia gubernās, quemadmodum & filius dicitur nunc sedere ad dexteram patris. *Vers. 2.*

Et qui sedebat similis erat, aspectu lapidis iaspidis. Non dicit quis sit, nec eius vultum delineat, quia fortè non ita clarè, atque distinctè eum vidit, refert tamen quod videre potuit, eum videlicet qui sedebat, aspectu, & visu similem fuisse lapidi iaspidi, & lapidi sardino. Quamuis mihi verior lectio videtur quæ est in antiquioribus libris, vt legatur *Aspectus*, idest, facies, siue color iaspidis, vt dicemus mox nu. 5. Non vidit palā eius vultum, atque distinctè, vt doceat Deū in hac vita clarè videri non posse etiam à sanctissimis viris, & prophetico spiritu illustratis. Ita Daniel cap. 7. videt eūdem patrem, sed nihil de eius facie dixit, colorem tantùm expressit: vestimētum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda, &c. Sed vt eo in loco, ita etiam in hoc, ex colore, & ex rebus, quibus assimulatur, intelligitur quod pertinet ad rē, de qua agitur. † De iaspide gemma hæc scribit Plinius lib. 37. cap. 8: Varet, & sæpe trāsl. lucet iaspis, etiam si victa à multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes, Smaragdo similem Indi, Cypros duram, glaucoque pingui: Persæ aeri similem, ob id vocatur aerizusa. Talis & Caspia est, cærula circa Thermodoontem amnē, in Phrygia purpurea, in Cappadocia ex purpura cærulea, atque non refulgens. Optima ergo quæ purpuræ quicquā habet, 3 *Iaspis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

secunda, quæ rosæ, tertia, quæ smaragdi. Singulis autem Græci nomina ex argumento dedere. Quarta apud eos vocatur Borea, cœlo autumnali matutino similis, & hæc erit illa, quæ vocatur Aerizusa. Similis est & Sardæ, imitata & violas. Hæc ille: Quem secutus est Hieronymus in illud Isai. 54: Ecce ego sternam per ordinē lapides tuos. [Epiphanius episcopus in libello de Duodecim lapidibus ad Diodorum episcopū Tyri, iaspidem colore, & forma similē esse smaragdo docet, eiusque varia genera ponit.] Isidorus lib. 16. Etymolog. cap. 7. viridem gemmā esse dicit, smaragdo subsimilem, & crasiū coloris. Species eius decem & septem esse. Idem in eodem libro cap. 8. Sardius, inquit, gemma dicta eo quòd primùm reperta sit à Sardis. Hæc rubrum habet colorē, marmoribus præstans, sed inter gemmas vilissima. † Genera eius quinque, *Sardius.*
4 Onyx appellata, quod habeat in se permixtum cādorem in similitudinem vnguis humani. &c. Hanc gemmam Plinius lib. 37. cap. 7. Sardam vocat, quòd primùm sit Sardibus reperta. Nullam gemmā dicit apud antiquos fuisse vsu frequentiorem, laudatissimam circa Babyloniam inueniri, Indicam tria genera habere, rubrum, & quod Demiū vocant à pinguedine, tertium, quod argenteis bracteis sublimitur. Eam quoque inter translucentes gemmas numerat. Hæc igitur est quæ nunc lapis Sardinus dicitur, siue Sardius, cuius etiam meminit liber Exodi cap. 28. & 39: In primò versu erit lapis Sardius, & Topazius, & Smaragdus. Et in vtroque loco dicitur à Lxx. σάρδιον. [Ita etiā vocatur à Theophrasto in libello de Lapidibus. Epiphanius verò in altero de Duodecim lapidibus libello, hæc scripsit. Sardius, quem & Babylonium vocant, rufus lapis est, & qui sanguinis propemodum colorem referat, Sardio pisci salecondito similis, vnde & nomen habet, à colore nimirum nomine sumpto. Nascitur apud Babylonem Assyriorum. Pellucidus est, & rumoribus, & vulneribus ferro inflictis medetur. &c. Ioseplus autem, v. Antiquitat. cap. 8. Sardonychem esse dixit, quę species est lapidis Sardij, vt diximus ex Isidoro. † Di-
5 uina ergo natura similis dicitur Iaspidi propter immensam pulchritudinem, & sicut in variarum regionum Iaspidibus varij colores, ita in Deo sunt variæ perfectiones, quarum vnaquęque cum consideratur, pulcherrima apparet. Iaspis translucet, quia Deus lux est, & natura sua maximè visibilis. Sardio similis dicitur propter terrorem, vt ait Arethas, quoniam Sardius ignis habet speciem, & hanc gemmam terribilem esse tradit Ieris. Ita Diuina natura, cum sit propter pulchritudinem suam valde amabilis, est etiam propter iustitiā, & zelum sanctitatis admodum terribilis. Et vt pulchritudo eius translucet, & omnibus conspicua est, ita etiā eius terror omnibus cognitus est ex operibus, & pœnis, quibus affecit impios, & ex eius puritate. [Victorinus aliter hæc interpretatur. Solium positum (inquit) est sedes iudicij, & regis, super quod solium vidisse ait similitudinem Iaspidis, & Sardij. Iaspidis aquæ color est, Sardij, ignis. Hæc duo iudicia posita esse vsque ad consummationem orbis super tribunal Dei exinde manifestātur, quoniam iudiciorum duum vnum iam consummatum in Cataclysmo per aquam, aliud autem consummabitur perignē. &c. Et Iridem positam esse dicit, quia data est in signum Noe, & filijs, vt iam non timerent aquam, sed ignem. Probabilis videtur mihi hęc interpretatio, si probetur hoc solium iudicij esse, & ea quæ hic visa sunt, ad extremum iudicium pertinere: & si quæ sequuntur possint bene ad idem iudicium accommodari.]

Et Iris erat in circuitu sedis similis visioni Smaragdinæ. † Tam Græca, quam Latina verba duplicem habere sensum possunt, vel vt ipse qui sedebat, similis dicatur visioni Smaragdinæ, vel ipsa Iris, quæ erat in circuitu sedis, quoniā in Græco est ὅμοιος, quod masculini generis est, & iuxta Atticorum consuetudinem, vt & cetera nomina finita in os purum, ad nomen femineum referri potest. Si igitur referatur ad sedentē, quod mihi magis placet, quoniam & sententiæ melius conuenit, & Iris nō est coloris smaragdini, sed multorum colorum: illa verba: *Et Iris erat in circuitu* 6 *Vers. 3.*

thronis, parenthesis quædam sunt, ac si diceret: Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis Iaspidis, & sardini, similis erat visioni Smaragdinæ, & Iris erat in circuitu sedis. Rursus illud: *Similis erat visioni Smaragdinæ*, multò apertius est in Græco, ὅμοιος ὁράσει σμαραγδίνῳ, id est, Similis aspectu, siue specie, Smaragdino, scilicet, lapidi. Nam lapis primo loco positus: *Similis erat aspectu lapidis iaspidis*, subauditur in duobus sequentibus nominibus *Sardini*, & *Smaragdino*. Ita Hieronymus in illud Danie. 7: Aspiciebam donec throni positi sunt, legit: Similis aspectu Smaragdino. † Noster autem interpres ὁράσει, 7 quod verterat *Aspectu*, aut potius *Aspectus*, in verbis præcedentibus, nunc vertit *Visioni*, quod proprie nomen ipsum Græcum significat, sed idem tamen valet quod *Aspectui*. Sumitur autem visus, siue aspectus pro facie, quę videtur, aut aspicitur, atq; ita sensus est: Similis faciei, siue speciei Smaragdinæ, id est, colorem habebat & speciem Smaragdi. Nisi quis dicat in nomine Smaragdinæ, subaudiri Gemmæ, sicut apud Græcos subauditur, Lapidi, & idem sensus est, sed verius videtur quod prius dictū est. In Iride significari existimo vniuersitatē creaturarum, quoniā vt in Iride pulcherrima colorum varietas cernitur ex sole aduerso, sicut ait summus Poeta: *Iris.*

Mille trahens varios aduerso sole colores: *4. Æne.*

ita in vniuersitate creaturarum resplendet iucundissima quædam, & admirabilis varietas perfectionum Dei. 8 † Placet etiam quod ait Ambrosius, in Iride significari Dei misericordiam, quoniam signum fœderis, & pacis ponitur Gen. 9. Eritq; (inquit) & arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum, & omnem animam viuentem vniuersæ carnis, quæ est super terram. Quod rectè hęret præcedentibus, vt cum iustitia significata sit in lapide Sardino, nunc misericordia, & fœdus cum creaturis ad earum conseruationem significetur in Iride. Sed iustitia in ipso Deo ponitur, misericordia circa sedem, quoniam omnia circumit, & multò plus se exerit quam iustitia, & ad plura extenditur. Inde cap. 10. infrà: Et vidi alium angelum fortem descendentem de cœlo amictum nube, & Iris in capite eius. In quo (si multorum expositionem recipimus, nam quid nos sentiamus suo loco dicemus) Christus significatur, & in eius capite est Iris, quia venit vt fœdus, &: pax esset inter
9 Deum, & homines. † Ita igitur hoc dictum est, vt illud Psal. 88: Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo: Quibus verbis Euthymius indicari dicit Deum semper esse veracem. Ita nunc indicatur Deum semper esse misericordem, ac si diceretur: Quacumq; eum adeas, misericordiam inuenies. Sed animaduertamus Iridē arcum esse, & quasi semicirculum (nunquam enim integrum circulū in nostro hemisphærio videmus) quia misericordia Dei in hac vita apparet, & hic quærenda est. Si nunc ea non vtamur, & eam in altero hemisphærio quæramus, id est, in altero sæculo, non inuenietur. Sicut Iridem putabunt ignari Philosophiæ non terminari in nostro hemisphærio, quia vsque ad horizontem nostrum descendit, cum re vera ibi terminetur: ita cum videant multi Deum in hac vita nunquā non misereri hominum, putant & post eam inueniri misericordiam, cum post misericordiā sequatur iudicium, sicut est in Psal. 100: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Misericordiam, in hac vita, iudicium, in futura, vt in eadem verba scripsit Augustinus. 10 † Cur autē Deus similis dicatur visioni smaragdinæ, intelligi poterit ex ijs, quæ de Smaragdo Plinius scripsit lib. 37. c. 5. Nullius, inquit, coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoq; virentes, frondesque auidè spectamus: Smaragdos verò tantò libentiùs, quoniam nihil omnino viridius comparatū illis viret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant, Quin & ab intentione alia obscurata, aspectu Smaragdi recreatur acies. Scalpentibusque gemmas non alia gratior oculorum refectio est, ita viridi lenitate lassitudinem mulcent. &c. Et mox: Quorum verò corpus extensum est, eadem, qua specula, ratione supini imagines rerum reddunt. Nero princeps gladia-

Misericordia Dei in hac vita quærenda.

Smaragd.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gladiatorum pugnas spectabat Smaragdo. &c. Eadem fere ex hoc loco desumpta sunt apud Isidorum lib. 16. Etymolog. ca. 7. [Ex his fortasse intelligetur quod de Smaragdo scripsit Epiphanius in libello de Duodecim lapidibus: Smaragdorum, quæ etiam Pratini vocantur, & viridi colore sunt, alias Neronianas, alias Domitianas vocari: Neronianas esse gustatu amaras, colore admodum viridi, pellucidas, atque splendentes, quibus similes omnino esse quæ nascuntur in Iudæa: hāc vim esse Smaragdo; vt imagines speculi instar reddat.

† Aut etiam: Neronianas, siue Domitianas hanc ob causam appellatas ferunt: Neronem, siue Domitianum, oleum in multa ærea vasa ad id comparata infudisse; & interuallo temporis oleum viridem colorem contraxisse; tum petram eodem oleo copiosiùs irrigatam floridioris coloris euasisse. &c. Probabilius est Neronianas fuisse dictas, quòd illis Nero delectaretur, adeò vt, ticut ait Plinius, gladiatorum pugnas spectaret Smaragdo. Erant autē optimæ, quæ ad illum afferebantur, maximēque virides, ac pellucidæ. Similis fortè causa appellationis fuit Domitianis. Theophrastus in libello de Lapidibus videri ait Smaragdum ex Iaspide fieri. Aiunt enim (inquit) inuentum esse olim in Cypro lapidē, cuius dimidia pars esset Smaragdus, dimidia Iaspis.] Quæ omnia mirabiliter in Diuinam naturam conueniunt, vt intelligatur rectissimè Deus dictus esse similis colori Smaragdi: Viror eius perpetuus significat immortalitatē Dei nunquā deficientē, sed semper in eadem quasi nouitate, & viriditate manentem, vt est in Psal. 101. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes, sicut vestimentum, veterascēt, &, sicut operiorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficient. Nullius naturæ spiritualis aspectus vita nec fidus est, & omnia, quæ viridia sunt, id est, immortalia, Diuinæ naturæ comparata mortalia videntur. Sola hæc ex omni natura oculos videntium sēimplet, nec vnquam satiat, id est tædio afficit. Qui aliarum rerum cōsideratione, & laboribus alijs lassati sunt, in huius contemplatione requiescunt. † Et vt scalpentibus gemmas nō alia gratior oculorum refectio est, ita considerantibus, & cognoscere cupientibus rerum naturas in hac vita, nihil occurrit vnquam, in quo ita oculi reficiantur, vt in consideratione naturæ Diuinæ. Eadem clarè videntibus est speculum pulcherrimum, quod omniū creaturarū imagines reddit multò perfectius quam si eadem in se ipsis intueamur. Quod si Iris iuxta communem interpretationem dicatur similis visioni Smaragdinæ, factum id esse dicemus, vt Diuina misericordia semper viuere significetur, nec vnquam deficere.

Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor. Vbicunq; in hoc capite interpretum Sedes, aut Thronus, aut Sedile, in Græco semper est Thronus, ne quis putet in diuersitate vocabulorū Latino rū aliquid latere mysterij. Sedilia hæc posita sunt, vt in eis sedeant viginti quatuor seniores: quare tunc rectè hoc intelligetur; cum explanatum fuerit qui sint ipsi seniores. *Vers. 4.*

† Et super thronos, viginti quatuor seniores sedentes. De viginti quatuor senioribus tam varia patrum, & expositorum sententia est, vt quò magis legatur, eò lector reddatur incertior. Quidā enim viginti quatuor libros veteris testamenti esse dicunt, vt Hieronymus in Prologo libri Regum, & Ambrosius, & alij. Alij prædicatores, vt Gregorius in librum primum Reg. lib. 4. c. 3: qui maturi sensu, moribus graues thronum Dei iuxta positis sedibus audisse, quia qui præ cæteris conditorē diligunt, per altissimam cōuersationem ei vicinius requiescunt. Alij totam Ecclesiam, in qua sunt præpositi, qui in duodecim Apostolis significantur, & subditi, qui intelliguntur in reliquis duodecim, vt Tyconius Hom. 3. & Primasius. Alij Ecclesiam per geminum testamentum de patriarchis, & Apostolis generatā: aut eos, qui perfectionem operis in Senario significatā clara Euangelij (quod quatuor libris continetur) prædicatione consummant; nam quater seni viginti quatuor faciunt, vt Beda. Alij aliter, atque aliter. † Verùm si scripturæ vestigijs insistamus, poterimus nonnulla

nulla cognoscere, quæ tenebras ex varietate opinionum obortas ex parte depellant. Primùm ipse Iohannes satis docet hos neque angelos esse, neq; libros Scripturæ, sed homines Christi sanguine redemptos, & vitam æternam consecutos. Legimus enim cap. 5: Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum. Et cap. 7: Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum. Et in eodem cap. 5: Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderūt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, & cantabant canticum nouum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Beatitudine eos frui intelligimus ex eo, quòd ait: Habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, quas videlicet ipsi offerunt Deo, vt postea suo loco dicemus. † Non esse totā Ecclesiam constat, quoniam quatuor animalia non numerātur in illis. Deinde ipsi offerūt orationes sanctorū, haud dubiū quin eorum, qui sunt in terra. Et, cap. 7: Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Et dixi illi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerūt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Multi ergo sancti sunt in cœlo præter viginti quatuor seniores. Similiter cap. 19: Et vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, &c. Et cantabant quasi canticum nouū ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.

† Quare quod Hieronymus dixit hos esse libros veteris testamenti, non Historico sensu intellexit, sed Allegorico: quoniam sicut seniores demissis capitibus Christum collaudant, ita libri legis, & propheratum Christum venturum quasi procul adorabant, & eius laudibus, atque præconijs pleni sunt. Historico enim sensu multò aliter Hieronymus intellexit, vt paulò post docemus. Rursus hos seniores multò plures esse viginti quatuor, & non vnius nationis, aut linguæ esse, sed multarum, abunde perspicitur ex verbis capitis. 5. vbi ipsi aiunt: Et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Quare existimo non omnes sanctos, sed præstantissimos quosque, & selectissimos ex omnibus seculis, id est, tam ex lege naturali, & scripta, quam ex lege gratiæ, nomine viginti quatuor seniorum comprehendi. *Qui sint 24 Seniores.*

† Hoc planè ex dictis sequi videtur: nā si sunt homines sancti, & beati, nec sunt omnes sancti, sed quidam, ijdemq; ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, atq; ideo multò plures quam viginti quatuor: necesse est dicere præstantiores sanctitate, & meritis intelligi debere. Hoc indicat nomen Seniorum, quo illi appellari semper solent, qui sunt præceteris honorabiles, & dignitate eminentes. [Sic videmus passim apud Homerum Nestorem ab Agamemnone, & ab alijs regibus honoris causa Senē compellari. Et in nostris libris legimus: Senectus enim venerabilis est. Et: Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Et Salomō ait: Corona dignitatis senectus, quæ in vijs iustitiæ reperietur. Et honorifica illa Hispanorū cōpellatio Señor, & apud Italos Signor, vnde in his nationibus Latinè fere loquentibus manet, nisi à veteri Latina Senior?] Indicāt hoc etiam throni, qui illis dantur, & honorificentiùs à Deo, & ab angelis tractari videntur, quòd sunt angeli in circuitu eorum, quòd citharas habent, & phialas aureas plenas orationibus sanctorum, quòd semper cum quatuor animalibus iungunatur, & quoties de illis agitur, magnus illis honos habetur. *Sap. 4. Luc. 19. Prou. 20.*

Cur autem tanta multitudo tam exigui numeri angustijs concludatur, cur numerus hic potiùs quā quilibet alter, vel maior, vel minor ponatur, cur seniores

Universidad de Deusto
Biblioteca

niores dicantur, cur præ ceteris sedere scribantur, nunc patre luminum fauente, & illustrante tentemus explicare. Quis enim de re tanta, tamque recondita quidquam essari valeat, nisi Deus dederit sapientiam, & miserit spiritum sanctum de altissimis, cuius bonitate, & luce freti, eamque orationibus assidue flagitantes cum in alios sanctarum Scripturarũ libros, tum maximè in hãc Diuinæ prophetiæ nebulam, & caliginem Deo plenã ingressi simus. †Quãnis omnes electi cum Christo iudicaturi sint (vt Paulus docet. 1. Cor. 6: An nescitis quoniã sancti de hoc mũdo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mũdus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quantò magis sæcularia?) tamen non est dubium alio modo hoc promissum esse Apostolis, quam ceteris electis. Primùm, quoniam si omnes id habituri erant honoris, cur Apostolis, qui reliquerãt omnia, & secuti eum fuerant, quasi pro magno, & peculiari præmio id promissum est? Deinde quoniam cũ mox de ceteris ait: Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres. &c. non illis sedes pollicetur, sed: Centuplum, inquit, accipiet, & vitam æternam possidebit. In sedibus igitur ineffabilem honorem, & gloriam expressit, vt in eumdem locum scribit Chrysostomus; quod inde confirmat, quòd alijs iudicaturis non promittitur sedes, vt Matth. 12: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Et: Regina Austri surget in iudicio. &c. Sed neque Paulus sedium meminit loco paulò ante indicato. †Præterea puerile esset putare has sedes, qualescumque tandem illæ futuræ sunt, duodecim tantùm futuras esse. Si enim non plures sunt, vbi sedebit Paulus, vt argumentari solet Augustinus, qui se in iudicum numero constituit. 1. Cor. 6: Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Vbi sedebit Barnabas Apostolus? Accedit quod hi iudices nõ solùm duodecim tribus Israel iudicaturi sunt, sed vniuersum etiam orbem, sicut scriptum est Sap. 3: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Sed neque tribus Israel erunt duodecim, sed tredecim, addenda est enim tribus Leui, quæ, quamuis in diuisione terræ non numeretur, quia sortem in illa nõ accepit, vbi non de terra agitur, sed de iudicio, in quo paris conditionis est cũ ceteris, nõ videtur omittẽda; sicut neq; Apocal. 7. inter alias tribus omissa est: [ex tribu enim Leui, sicut & ex alijs, duodecim millia signati sunt. In benedictionibus etiam Iacob Gene. 49. & in benedictionibus Mosis Deute. 33. Leui cũ ceteris nominatus est.]† Cum ergo plures sint iudicaturi, & multò plures sint iudicandi, necessariò confici videtur quod Augustinus docet lib. 20. de Ciuit. cap. 5. & in Psal. 86. in prima verba, numero duodenario vniuersitatem significari tam eorum, qui iudicaturi, quam qui iudicãdi sunt. Causa est, (vt ait. 20. de Ciuit.) quod septenarius, quo numero etiam significatur vniuersitas, vt diximus cap. 1. num. 13. conficitur ex ternario, & quaternario, qui numeri, si alter multiplicetur per alterũ, duodenarium faciũt. Altera est, quam tradit in Psal. 86. A quatuor mundi partibus vocantur ad Ecclesiam fideles in Trinitate, id est, per Baptismum in nomine sanctissimę Trinitatis: quatuor autem ter ducta duodecim efficiũt. [Gregorius libro. 10. Mar. cap. 30. cum illud retulisset: Sedebitis & vos super sedes duodecim: Neque enim (inquit) plus quã duodecim iudices illa interni consessus curia non habebit, sed nimirum Duodenario numero quantitas vniuersitatis exprimitur: quia quisquis stimulo Diuini amoris excitatus hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciariæ potestatis obtinebit. &c.

Addamus his & verba Origenis. Hom. 13. in Leuiticum, vt res obscurissima magis ac magis intelligatur. Duodecim (inquit) panes ex ista simila fieri mandatur secundùm numerum tribuum, quæ tunc erant carnalis Israel. In quo mihi videtur forma totius creaturæ rationalis contineri. Duodecim nãque putantur esse generales ordines rationalis creaturæ, quorum figura erat in illis duodecim tribubus. In quibus erat vnus quidam ordo regalis, qui Iudas nominatur: alius erat ordo Sacerdotalis, & Leui appellatur. Erat & alius ordo

Sedes in iudicio quomodò dentur Apostolis. 18

19

20

Duodenarius.

ordo Iudę vicinus, q Beniamin dicitur, in quo ordine & templum Dei, & altare collocatum est. Alius ordo Issachar, Zabulon, & Ephraem, alijq; quos nominatim designat Scriptura, quorum rationem non est nunc temporis explicare. Hæc Origenes. Vellem vt reliquos ordines exposuisset, atque hoc ipsum quod de Beniamin dicere cœperat, magis explicasset. Arbitror in Beniamin ordinem pauperum spiritu significari, qui verè templum Dei sunt, & in altari cordis hostias quotidie offerũt: & vicini sunt regibus, quia voluntaria paupertate omnium rerum domini sunt, quas pro Christo sponte contempserunt. Ruben, id est filius visionis, ordo est eorum, qui assiduè Diuinæ contemplationi vacant. Gad, id est, accinctus, ordo est strenuè contra Diabolum dimicantium. Aser, id est, beatus, illorũ ordo est, qui spe cœlestium lætantur, & beatos se propter illam quodammodo putant. † Nephtali (qui à luctatione nõ mẽ accepit Gen. 30.) significat eos, qui semetipsos abnegant, & cum suorum animorum perturbationibus generosè luctantur, & inualescunt. Qui rerum sæculi obliuiscuntur, in Manasse indicãtur, qui nomen habet ab obliuione, Gen. 41. Simeon, qui ab audiendo nominatur Gene. 29. eos indicat, quibus vna cura est Deo obedire, cetera contemnunt. Ad Ephraim pertinent qui omni animi contentione student crescere virtutibus, à crescendo enim dicitur Genesis. 41. Per Issachar, qui à mercede nomen ducit Genesis. 30. intelliguntur qui sedulò laborant, & omnia dura æquo animo sustinent Diuinæ visionis mercedem animo intuentes. Zabulon, qui ab habitatione appellationem habet. Gen. 30. & in littore maris habitabat, Gen. 49. ordo illorum est, qui vix terram attingunt, & cogitatione proximi morti sunt, quæ, vt mare fluuios, ita omnes homines excipit. Dan à iudicio dicitur Gen. 30. illos significat, qui conscientiam suam discutiunt, nec vitijs suis parcunt, sed se ipsos seuerè iudicant, ne à Domino iudicentur, iuxta illud Apostoli: Quod si nos metipsos diiudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur. Quia ergo duodecim

1. Cor. 11.

21

22

23

24

sunt ordines rationalis creaturæ, vt ait Origenes, id est, hominum secundùm rationem viuentium, iure optimo qui in his principes fuerunt, Duodenario numero cõtinentur. Ex duobus autem Duodenarijs ante Euangelium; & in Euangelio, sacratus numerus viginti-quatuor seniorum constitutus est.] Sicut igitur duodecim throni ponuntur Apostolis, & Apostolicis viris noui testamenti cum Christo iudicaturis, quibus vniuersitas quædam significatur; ita sanctis, qui nouum testamentum præcesserunt, selectissimis, & Apostolis similibus, quos nõ est dubium etiam cum Christo esse iudicaturos, constituuntur alij duodecim throni, qui cum prioribus adiũcti viginti quatuor sunt. Nã illi etiã vocati sunt ex quatuor mũdi partibus in Trinitate, quia omnes fidẽ Trinitatis habuerũt, vel explicitã, vel implicitam, & omnes per fidem, spem, & caritatem coniuncti sunt cum cereris sanctis. [Accedit quod scripsit Hieronymus lib. 16. Cõment. in Ezec. prope initium, Duodenarium numerum esse plenæ, consummatæque virtutis, quare optimè in viros perfectissimos conuenit. Locuturo (inquit) ad Pharaonẽ vndecimo anno sermo fit, nec dum enim venerat ad duodecimum, qui numerus plenæ, consummatæque virtutis est. Vnde & duodecim sunt filij Iacob, à quibus posteà duodecim nomina Prophetarum vno volumine continẽtur. Et Apostoli duodecim sunt, quorum quia vnus Iudas proditor fuit, in locum eius Matthias eligitur. Et Archisynagogi filia annorum duodecim à Domino suscitatur. Hæmorrousa quoque anno duodecimo recipit sanitatẽ. &c.] Hi omnes sedere dicuntur propter dignitatem qua nunc inter ceteros eminent, & propter illam quam in extremo iudicio habituri sunt. [Et iudicaturis nomen Seniorum aptissimum fuit: ad eos enim refert Gregorius lib. 10. Mor. cap. 30. illud Prou. 31: Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ: & illud Isai. 3: Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Nec nunc quæro an de illis loquatur Isaias, tantum dico ita Gregorium accepisse, & iudices mundi futuros

Universidad de Deusto
Biblioteca

ros appellasse Senes, & Seniores. Vnde & constat non fuisse quidem seniores Veteres non tam simulos, sed amicos dominum iam dicens: Non iam dicam vos seruos sed amicos meos, &c.] Ita senserunt & Victorinus, Hieronymus, iam in illud cap. 7. Danielis: Aspiciebam donec throni ponerentur, & antiquus dierum sedit. Simile inquit, quod & in Iohannis Apocalypsi legimus: Post hæc statim fui in spiritu, & ecce thronus positus erat in cœlo, &c. Multi igitur throni quos vidit Daniel, hi mihi videntur esse, quos Iohannes viginti quatuor thronos nuncupat. & c. mox ait, de his thronis dictum esse in Euangelio: Sedebitis & vos super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel. [Sed & ante illum Sanctus Victorinus dixit: Sunt autem viginti quatuor patres, duodecim Apostoli, & duodecim Patriarchæ. Et Glossa: Viginti quatuor (inquit) Seniores duodecim Prophetæ, duodecim Apostoli, quamuis plures vtriusque ordinis. Arethas episcop. Cappadociæ in Prooemio suorum Commentariorum: Ceterum numerus viginti quatuor assumptus est propter viginti quatuor seniores, quos hic nominauit Apocalypsis, qui Symbolii, ac signum sunt eorum, qui Deo bene placuerunt ab initio sæculi vsque ad consummationem. †. Et Andreas episcopus etiam Cæsareæ Cappadociæ (quem manu scriptum Græco sermone legi) cum aliorum de senioribus sententiam retulisset: Fortasse autem (inquit) conuenientius accipere per duodecim seniores eos, qui in veteri resplenduerunt: per alios autem duodecim eos, qui in noua excelluerunt. Nam & illorum duodecim principes tribuum fuerunt, & eorum, qui in noua, duodecim Apostoli fuerunt duces, quibus Dominus promisit fore vt super duodecim thronos sederent. &c. Ex quibus omnibus perspicitur nos neque ab Apostoli verbis, neque à patrum explanatione recessisse.] Hoc autem non est prætereundum, quoniam visio hæc prophetica est, & ad formam etiam tempora pertinet, offendi Iohanni viginti quatuor seniores, quasi integrè completus esset numerus Apostolicorum virorum, quod nihil est aliud quam offensos esse illi non plures, sed tantum viginti quatuor effigies hominum seniorum, in quibus numerus maximus tandem futurus significatus est.

Iohan. 15.

Circumamicti vestimentis albis. Vndiq; gloria, & lætitia plena, vt iam diximus cap. 3. num. 6. [Andreas episcopus Cæsareæ Cappadociæ: Vestimenta alba splendidæ vitæ, & perpetuæ festiuitatis, & lætitiæ signa sunt.] *Vers. 4.*

Et in capitibus eorum coronæ aureæ. Merito coronas gerunt, quia cum Christo regnant, & in regno illo præstant alijs dignitate. Aureæ sunt, vt regni illius præstantia, & opulentia significetur, nihil enim homines nouerunt auro pretiosius in metallis. [Andreas: Coronæ signa sunt victoriæ, cuius viriliter agentes compotes euaserunt.] *Vers. 4.*

Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. Vox pro tonitru interdum ponitur, vt: 1. Reg. 12: Numquid non messis tritici est hodie? Inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias. Et statim: Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias illa die. 2. Reg. 22: Tonabit de cœlo Dominus, & excelsus dabit vocem suam; grando, & carbones ignis. Causa est quòd per tonitrua, tamquam per minaces quasdam voces, Deus de cœlo loquitur, & homines terret. Vnde illud: *Vers. 5. Vox.*

Onidius lib. 1. Metamor.

---*Et humanas mouere tonitrua mentes.*

23 † Nunc autē simul ponit Iohannes *voces, & tonitrua*, vt alterum explicet per alterum. Siue enim legamus: *Et voces, & tonitrua*, vt est in codicibus Latinis, exponitur quales fuerint illæ voces, ne angelorum, aut hominum voces esse credantur: sine legatur, vt nunc habent Græci codices: *Et tonitrua, & voces*, hoc significatur, tonitrua illa edi, vt tamquā voces Dei sint, & homines terreāt. Hoc satis probabiliter expositū est, sed multò magis placet, vt *Voces* intelligamus articulatas, & quasi humanas, quæ ex ipsis tonitribus exire videbantur. Quod intelligitur ex verbis. c. 10: Et cum clamasset, locuta sunt septē tonitrua voces suas. Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram, & audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Signa quæ locuta sunt

sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. *Fulgura* etiam ad terrorem exeunt de throno, de quibus optimus poeta scripsit:

4. Ænei. ---*Cæcique in nubibus ignes.*
Terrificant animos.----

Ira Exo. 19: Et ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem. Quod c. 20. Moses populo exposuit. Nolite, inquit, timere; vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror ilius esset in vobis, & non peccaretis. Idcirco ergo de throno procedebant fulgura, & voces & tonitrua, vt terror Dei, atque ira significetur, idest, quoniam eo tempore Deus varijs portentis homines terrebit, & grauibus supplicijs afficiet, vt videbimus cap. 6. in sigillis, quæ apeiuntur. [Andreas Cæsarienſis episcopus: Et hinc quod terrificum est Dei, atque stuporem incutiens, aduersus eos, qui indigni eius longanimitate fruuntur, ostenditur. Ijs autem qui digni sunt salute vtrumque horum illuminationem affert. Hæc quidem mentis oculis, illa verò spiritualibus auribus incidens. Victorinus etiam haud improbabiliter interpretatur his verbis: Exire autem fulgura, & voces, & tonitrua à solio Dei, & septem faces ignis ardentis significat prædicationes à Deo, & minas. Nā fulgura aduentum Domini significant, voces autem, noui testamenti prædicationes, tonitrua autem quod cœlestia sunt verba. &c.] *Vers. 5.*

Et septem lampades ardentes ante thronum. †Qui in his lāpadibus significētur, ipse continuò indicat: *Quæ sunt septem spiritus Dei.* de quibus iam dixi. cap. 1. nu. 25. & sequentibus. [quod etiam Andreæ Cæsariēsi probatur, & Irenæo placuisse confirmat.] Præclarè autem septem spiritus, quibus vniuersorum hominum prouidentia commissa est, in lampadibus ardentibus ante thronum designati sunt, quoniam & homines lucē à Deo accepta illuminant, & testimonium Diuinæ erga homines prouidentiæ vel procul intuentibus reddūt, sicut lampades ardētes procul ab omnibus videntur. Etenim cum Deus supplicium de peccatoribus sumpserit, & eos grauiter afflixerit, nemo eum accusare poterit quòd homines non docuerit, aut non ante pœnas monuerit, aut aliquid omiserit, quod prouidentissimum patrem deceret, quando quidem testes perpetuæ eius prouidentiæ septem angeli sunt. De quibus fortasse Ecclesiastæ. 5. dictum est: Neq; dicas coram angelo: Non est prouidentia, videlicet quoniam citò mendacij argueris, cum ipse angelus testis sit prouidentiæ Dei erga homines.

Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo. † In mari vitreo Andreas Cæsarienſis, & Arethas maximam, & incomparabilem multitudinem angelorum significari putant, & hoc nunc Iohannem dicere, quod cap. 7. dixit Daniel: Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Vitrum speciem crystallinam habens splendorem angelorum significare dicūt, & vitæ eorum tranquillitatem, & puritatem. Quod probabiliter dici videtur, vt post septem angelos aliorum quoque angelorum multitudo non taceatur. At si alterum huius prophetiæ locum, quem mox indicabo, inspiciamus, videbimus nec angelos in mari vitreo significatos esse, vt volebat Arethas, nec baptismum, vt volunt Victorinus, Beda, Haymo, & alij. Ego *mare vitreum* dici arbitror multitudnem hominum in terra viuentium, quoniā Hebræi quamlibet congregationem aquarum vocant Mare, ex eo, quod scriptum est Genes. 1: Congregationesque aquarum appellauit maria. *Vers. 6.*

Mare vitreum.

26 † In multis aquis multi populi designātur. Apoc. 17: Aquæ, quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ. Non est autem putandum hoc mare ita nunc dici vitreū, ac si condensatum esset, & versum in vitrum, sed vitreum epitheton maris est, quo solent vti poetæ, vt mare tranquillum, & perlucidum significetur, vt apud Horatium.

Aquæ.

Vitreum.

----*Vitreo daturus*
Nomina ponto.

Et fontes, & lacus dicuntur vitrei eadem ratione. Virgilius

Lib. 4. Carm. Od. 2.

Vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.

7. Ænei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inde apud Horatiũ li. 1. Carm. Ode. 18.
Perlucidior vitro.
& lib. 3. Ode. 13.
O fons Blandusiæ splendidior vitro.
Multitudo ergo hominum, qui in terra sunt, comparatur marivitreo, ideſt, perlucido, quod est in cõſpectu ſedis Dei, quoniam quamtumuis celare Deum velint ſua conſilia, & occultiſsimè peccare, perlucidi ſunt eius oculis de cœlo omnia contemplantis, vt iudicet, & reddat vnicuique ſecũdum opera eius. Quod rectè ad hãc viſionẽ Dei omnia videntis, quæ ad iudicium [eorum, quæ interra fiũt,] & ad tempora ſuppliciorum pertinet, accõmodatur. Quod autem hoc mare dicitur ſimile cryſtallo, amplificationem habet, vt clarum, & maximè translucens intelligatur, magis enim translucet cryſtallus, quam vitrum. † Hoc ex verbis Iohannis intelligi poteſt, qui Apoc. 15. ait: Et vidi aliud ſignum in cœlo magnum, & mirabile: angelos ſeptem habentes plagas ſeptem nouiſsimas, quoniam in illis conſummata eſt ira Dei. De ſupplicijs loquitur eorum, qui adorauerant beſtiam. Deinde: Et vidi tamquam mare vitreum miſtum igne, & eos, qui vicerũt beſtiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius, ſtantes ſuper mare vitreũ, habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moyſi ſerui Dei. Mare vitreum vidit miſtum igne, quoniam igne conflagraturi ſunt homines in terra viuentes in fine mundi, & ante hanc conflagrationem extremã cum varijs calamitatibus affligendi ſunt homines impij, tum æſtu, & igni, vt cap. 16. prædicit. At ſancti qui in hoc mare merſi non ſunt, ſed inter malos viuentes pietatem coluerunt, & ex eis fluctibus euaſerunt, ſtabunt ſuper illud, ideſt, ad eius littus iam ſecuri, & cantabunt canticum, quod cecinit Moſes, cum populus Dei ſaluus exijt è mari Rubrõ.

Exod. 15. Vers. 6.

Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia. † In quatuor animalibus non eſt dubium Iohannem alludere ad quatuor illa animalia *Ezekielis* cap. 1. Et vtroq; in loco, (quamuis nonnulli aliter interpretati ſint) celeberrima tamen, & receptiſsima ſententia eſt tam veterum, quam recentiorum, quatuor Euangeliſtas indicari. Ita docuit Irenæus lib. 3. Aduerſus hæreſes cap. 11. [Victorinus martyr,] Athanaſius in Synopſi ſacræ Scripturæ, ad finem, Hieronymus in Ezekielem, & in Procemio Comment. in Matth. & lib. 1. Contra Iouinianum prope medium, Auguſtinus lib. 1. de Conſen. Euang. cap. 6. Gregorius Homil. 3. & 4. in Ezec. Iſidorus in Prologo librorum noui teſtamenti, Theophilus in Allegorijs Euangeliorum, Beda, Ambroſius, Haymo, & reliqui in hũc locum Apoc. Hoc explicat Irenæus his verbis: Primum animal, inquit, ſimile leoni, efficabile eius, & principale, & regale ſignificans. Quod mox de Iohanne, ſiue de eius Euangelio, interpretatur dicens: Aliud enim (Euangelium) illam, quæ eſt à patre, principalem, & efficabilem, & glorioſam generationem eius enarrat, dicens ſic: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, & omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Propter hoc & omni fiducia plenum eſt Euangelium illud, talis eſt enim perſona eius. † De ſecundo ſic ait: Secundum verò ſimile vitulo, ſacrificalem, & ſacerdotalem ordinationem ſignificans. Quod poſteà ita exponit: Id verò, quod eſt ſecundum Lucam, quoniam quidem ſacerdotalis characteris eſt, Zacharia ſacerdote ſacrificante Deo inchoauit. Iam enim ſaginatus parabatur vitulus, qui pro inuentione minoris filij inciperet mactari. De tertio ita loquitur: Tertium verò habens faciem quaſi humanam, eum, qui eſt ſecundùm hominem, aduentum eius manifeſtè deſcribens. Et poſteà: Matthæus verò eam, quæ eſt ſecundùm hominem, generationem eius enarrat: Liber, dicens, generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Et iterum: Chriſti autem generatio ſic erat. Humanæ formæ igitur hoc Euangelium, propter hoc per totum Euangelium humiliter ſentiẽs, & mitis homo ſeparatus eſt. Quartũ in hunc modũ deſcribit: Quartũ verò ſimile aquilæ volitãs, Spiritus in Eccleſiam adiolitantis gratiam manifeſtans. Et mox hoc ipſum ita explanat. † Marcus verò prophetico ſpiritu ex alto adueniente hominibus initium fecit: Initium, dicens, Euangelij, quemadmodum ſcriptum eſt in Eſaia propheta: Volatilem pennatum imaginem Euangelij monſtrãs, propter hoc & compendioſam, & præcurrentem annuntiationem fecit. Propheticus enim character eſt hic, & ipſum Verbum Dei illis quidem, qui ante Moyſem fuerunt, patriarchis ſecundum Diuinitatem, & gloriam colloquebatur: ijs verò, qui in lege, ſacerdotalem, & miniſterialem actum præbebat. Poſt deinde nobis homo factus munus cœleſtis ſpiritus in omnem miſit terram, protegens nos alis ſuis. &c. In his verbis illud primò obſeruandum eſt, quo ſanctus Irenæus differre videtur à ceteris: quod in animalibus non *Euangeliſtas*, ſed *Euangelia* ipſa intelligit. Verùm hoc nihil refert, quoniam idem dicitur, ſiue dicantur *Euangelia* ſimilia eſſe animalibus, ſiue ipſi *Euangeliſtæ* propter ſua *Euangelia*, vt dicunt fere ceteri. Quod ſi propriè dicendum ſit, & tenuiter hæc ſint diſtinguenda, *Euangeliſtæ* propter ſua *Euangelia* ſignificantur in animalibus. † Quod enim poſteà in hoc capite, & ſequenti ſcriptum eſt, quatuor animalia ſimul cum viginti quatuor ſenioribus die, ac nocte laudare Dominum, & dare illi gloriam, & honorem, & reſpondere, Amen, magis propriè ad *Euangeliſtas* referũtur, quam ad *Euangelia*. Alterum eſt, quatuor tantùm animalia oſtendi, & his potiùs figuris, quam alijs, vt doceamur diſpoſitionem Dei in omnibus ſæculis, ideſt, qualiter ſe Deus cum hominibus geſſerit in varijs ſtatibus. Ab Adam vſque ad Moyſem Dei filius hominibus loquebatur oſtendens ſuã Diuinitatem, & gloriam, vt ab illis coleretur & amaretur. Tempore veteris legis loquebatur hominibus tradens eis ritum ſacerdotij, & miniſtrandi in ſacrificijs. Poſteà homo factus eſt, & docuit, ad extremum & Spiritum ſanctum miſit in terram, vt homines protegeret, & doceret. Propterea in leone ſignificatur prima Dei locutio, in vitulo ſecunda, in homine tertia, quarta in aquila. Et hoc eſt, quod ait Irenæus: Qualis igitur diſpoſitio filij Dei, talis & animalium forma, & qualis animalium forma, talis & character *Euangelij*. Quadriformia autem animalia, & quadriforme *Euangelium*, & quadriformis diſpoſitio Domini. † Deinde alteram rationem ſubijcit, cur quatuor *Euangelia*, & quatuor animalia ſint. Quatuor, inquit, data ſunt teſtamenta humano generi, (ideſt, quater cum illis Deus fœdus iniit, & legem eis dedit) vnum quidem ante cataclyſmum ſub Adam, ſecundum verò poſt cataclyſmum ſub Noe, tertium verò legislatio ſub Moyſe, quartum verò, quod renouat hominem, & capitulat in ſe omnia, quod eſt per *Euangelium*, eleuans, & pennigeras homines in cœleſte regnũ. &c.

Quatuor Euangeliſtæ cur his animalibus ſignificentur.

Tertium eſt, quod leonem Iohanni comparat, aquilam Marco, cum è contrario Iohannes aquilæ, Marcus leoni ſoleat comparari. Communis expoſitio eſt Matthæum in homine ſignificari, quòd quaſi hominem deſcribere incipiens: Liber generationis Ieſu Chriſti. &c. Marcum in leone, quoniam *Euangelium* incipit à clamore Iohannis in deſerto, quaſi à rugitu leonis: in vitulo Lucam, quia à Zachariæ incipit ſacerdotio; eſt enim vitulus animal ſacrificijs aptum: in aquila Iohannem intelligunt propter eius exordium, qui ad excelſum euolans cœpit: In principio erat Verbum. † Hæc eſt ſententia Hieronymi, & reliquorum ſcriptorum in locis indicatis nu. 28. Quamuis Auguſtinus in Matthæo, & Marco differt à ceteris, mauult enim Matthæum in leone ſignificari, in homine Marcum: quoniam Matthæus regiam Chriſti commendat dignitatem, quem è regibus ortum oſtendit: Marcus nec de ſtirpe eius regia, nec de ſacerdotio quidquam dicens, in eis tantùm verſatur, quæ homo Chriſtus operatus eſt. Hanc docet quorundam fuiſſe ſententiam ante ſe, eamque refert hic Ambroſius. Eamdem amplectitur Beda hic, & in Epiſt. ad Accam epiſcopum, quæ eſt ante Commentarios

Vter in leone intelligatur, Matthæus an Marcus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Lucam. Ratio Augustini, & Bedæ hæc est; in priori expositione coniectum sumi de initio cuiusque Euangelij, æquius autem esse vt de toto Euangelio sumatur, quàm de initio. Quod si de toto Euangelio sumatur, Matthæum similiorē esse leoni quàm Marcum, quoniam prius demonstrat stirpem regiam Christi, mox adorationem Magorum, &c.

34 † Verùm præferenda est communis expositio, quoniam initia Euangeliorū intuenda esse, vt intelligatur in quo quisque Euangelistarum animali significatus sit, ostendit Ezechiel, cum ait: Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Quæ ita exponit Hieronymus: Facies principia dicit Euangeliorum, è quibus homo, & leo, hoc est natiuitas Christi, & prophetæ vox tonantis in eremo dextras partes tenent. Vituli autem, ideſt, victimarum, & sacerdotij Iudæorū, in sinistris est, quòd abolitum transiuit ad sacerdotium spirituale. &c. Aquila autem, quæ & super natiuitatem, & super prophetiam est, quæ Domini expletur aduentu, & super sacerdotiū, quod præterijt, & extra hæc omnia est, de natiuitate referēs spirituali, quomodo pater in filio, & filius in patre sit. &c. [Victorinus: Animalia ergitur quod differentia vultibus sunt, hanc habet rationem. Similē leoni animal Euangelium secundum Marcum, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini. Hominis autem figurā Matthæus enititur enuntiare nobis genus Mariæ, vnde carnem accepit Christus. Ergo dum enumerat ab Abraham vsque ad Dauid, & vlij; ad Ioseph, tanquam de homine locutus est: ideo prædicatio eius hominis effigiem ostēdit. Lucas sacerdotium Zachariæ offerentis hostiam pro populo, & apparentem sibi angelum dum enarrat propter sacerdotium, & hostiæ conscriptionē vituli imaginem refert. Iohannes Euangelista aquilæ similis assumptis penitus ad altiora festinās de Verbo Dei disputat. Marcus Euangelista sic incipit: Initium Euangelij Iesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta: Vox clamantis in deserto. Hæc est leonis effigies. Matthæus: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Hæc est facies hominis. Lucas autem dicit: Fuit sacerdos nomine Zacharias, de vice Abia, & mulier ei de filiabus Aaron. Hæc est imago vituli. Iohannes sic incipit: In principio erat Verbū, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Hæc est similitudo aquilæ volantis, &c.]

35 † Et Gregorius Hom. 4. in Ezec: Quod enim quatuor hæc pennata animalia sanctos quatuor Euangelistas designent, ipsa vniuscuiusque libri Euangelica exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cœpit, iure per hominem Matthæus: quia per clamorem in deserto, rectè designatur per leonem Marcus: quia à sacrificio exorsus est, benè per vitulum Lucas: quia verò à Diuinitate Verbi cœpit, dignè per aquilam significatur Iohannes, &c. [Addamus his omnia, quæ de formis Euangelistarum dicuntur, ad Christū esse referenda. Atque hoc in reliquis apertius est quàm in Marco, & Luca. Non solùm ergo Marcus in leone intelligitur propter clamorem Iohannis in deserto, sed ob id maximè, quod regiam Christi potestatem indicat cum ait: Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, &c. ex quo continuò is esse cognoscitur, qui in Psal. 2. loquitur: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius: & cui pater pollicetur: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuā terminos terræ. Docet etiam eum esse, qui per prophetas promissus est, & quem prophetæ, & Iohannes præcedunt vt præcones, & famuli regem. Lucas à legis sacerdotio incipiens, quod typus erat noui, subindicat eum, cuius scribit historiam, verum esse sacerdotem, qui genus humanum cum Deo conciliet, & quem vetera sacrificia promittebant. Quare rectè in boue ostensus est, quoniam bos aptus sacrificijs est, & in initiatione summi sacerdotis immolabatur, vt legimus Exodi. 29.]

Sed huic rationi, & expositioni illud vehe-

vehementer aduersari videtur, quod apud Ezec. singula animalia quaternas facies habere dicuntur: Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni: quomodò ergo facies potest ad initium Euangelij cuiusque Euangelistæ referri, cum singuli non quatuor initia, sed vnum
36 habeāt? † Gregorius Hom. 3. in Ezec. docet cur singula animalia quaternas habeant facies, affirmatque per faciem notitiā intelligi, ideſt, id per quod quisque cognoscitur, & hoc in loco fidem significari, per quam à Deo cognoscimur. Quatuor ergo facies erant hominis, quia quod de fide incarnationis Domini Matthæus tradidit, hoc ipsum est, quod ceteri Euangelistæ tradiderunt. Atque ita de reliquis. Verùm hac explanatione dubitatio nostra non soluitur, quoniam faciem hominis, aut leonis, & reliquorum animalium ad initia librorum Euangelij retulimus. Videtur ergo ita esse respondendum. Quatuor quidem facies erant cuique animali, sed inter eas vna eminebat, àqua nomen habet animal illud, atque hæc initium Euangelij respicit, vt diximus, quia & maior erat ceteris, & prior oculis Prophetæ occurrebat. Verùm quoniam huic faciei, ideſt, huic initio Euangelij, similia sunt quæ sunt apud alios Euangelistas, & similitudo faciei non potest cerni nisi in facie altera, eleganter singulis Euangelistis quaternæ facies tribuuntur, vt vnusquisque eorum similis ceteris tribus intelligatur, ideſt, id in progressu sui Euangelij habere quod reliqui suorum initio signi-
37 ficarunt. † Exempli causa, Matthæus faciem habet hominis, quia Christi humanam generationem in initio describit: sed habet etiam faciem leonis, quia Iohannis clamorem, & quasi rugitum leonis cap. 3. narrat, quo Marci initio similis est. Habet & faciem vituli, quia similis est Lucæ: nam Lucas sacrificium describens, in quo Iohannis ortus promissus est, id indicare voluit (vt Hieronymus subindicat in verbis citatis. num. 34.) sacerdotium vetus in nouum per Christum fuisse commutatum, quia omnes prophetæ, & lex vsque ad Iohannem, Matth. 11. Et hoc idem Matthæus significauit eisdem verbis, quæ nunc retulimus. Habet faciem aquilæ, quia Iohanni similis est, cum de Diuina Christi natura, qua æqualis est patri, loquitur, vt cap. 11: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et cap. vltimo: Baptizātes eos in nomine Patris, & Filij. &c. quibus
38 multa sunt similia. † Idē de ceteris Euāgelistis dici facilè potest, neque enim eorum quisquam est, qui non multa dixerit, quæ Christi humanitatem, Diuinitatemque demonstrent. Multa etiā scripserunt de Iohannis voce in deserto clamantis, vt Lucas cap. 3. Iohannes cap. 1. Sacrificia quoque veteris legis per Christi sacrificium esse abroganda cum lege ipsa non tacuerunt, vt eum ait Iohannes cap. 1: Lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Et cap. 3: Qui habet sponsam, sponsus est, & reliqua vsque ad finem capitis: & cum Christū in cruce clamasse scribit, Consummatum est. Eodem pertinet quod scripsit Marcus. cap. 2. cum ait: Numquid possunt filij nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, ieiunare? Videlicet indicat Christum esse sponsum Ecclesiæ, qui nouam legem, nouum sacerdotiū allaturus erat, & quem Iohannes ostēderat amicus sponsi. Et cap. 1. cum docet ex Malachia Iohannem esse Christi præcursorem, idem significauit, quia lex & prophetæ vsque ad Iohannem. Apertiùs etiam cap. 9. cum præsentibus Moyse, & Elia vox auditur de cœlo: Hic est filius meus carissimus, audite illum.

Cur non eodem ordine ponantur animalia hic, & apud Ezechielem.

39 † Sed quæritur cur non eodem ordine ponantur animalia, nam apud Ezechielem primum locum habet homo, secundum Leo: apud Iohannem autem primum habet Leo, secundum vitulus, homo tertium. Respondeo Ezechielem seruasse ordinem temporum, quibus scripserunt Euangelistæ, Iohannem verò seruasse ordinem rerum ipsarum, quo scilicet illæ manifestatæ sunt. Prius enim cœpit Iohannes clamare in deserto, quàm Christus inciperet prædicare, & innotescreret multitudini, ideò primo loco ponitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marcus, qui à clamore Iohannis incipit. Prædicationem autem Iohannis, & Christi consecuta est irritatio, & abrogatio veteris sacerdotij, à quo incipit Lucas, & quam initio Euangelij sin subindicat, quia lex, & propheræ vsque ad Iohannem. Exinde secuta est integra fides humanitatis Christi, à qua incepit Matthæus, & Diuinitatis, à qua exorsus est Iohānes. † Altera ratio est, 40
quòd Christus priùs prædictus est, & manifestatus per prophetiā, ideò Marcus primus est, qui à testimonio prophetiæ incepit. Deinde manifestatus est per sacrificia, & ceremonias legis, cuius rei causa secundus Lucæ locus datus est. Posteà ipse apparuit ortus ex genere Dauid, & manifestata est eius humanitas, & generatio: vnde restè tertio loco Matthæus constituitur. Postremò per eius humanitatem, & miracula credita est Diuinitas, de qua maximè agit Iohannes.

Quomodo vidit in cœlo quatuor Euangelistas, cū ipse adhuc esset in terra.

Sed vt ad verba Apostoli redeamus, quomodò quatuor Euāgelistas vidit in cœlo, cū ipse vnus ex illis esset, & adhuc viueret in terra? Respōdeo visionē esse propheticam, & pertinere, vt dictum est, ad tempus proximum iudicio: quare non id, quod tūc erat, sed quod multò post futurum erat, videbat. Quemadmodum videmus in vigintiquatuor senioribus, quorum numero quamplurimi deerant cum hæc Apostolus scribebat, posteà successione temporum addendi. Verùm hoc plenius, & melius explicabimus initio c. 6.

41 *Cur Euangelistæ non numerētur inter vigintiquatuor seniores.*

† At si quatuor animalia sunt quatuor Euangelistæ, quomodo fecerunt tur à numero vigintiquatuor seniorum, cum ipsi maximè ad hunc numerum pertinere videantur, vt qui inter beatos omnes multùm excellant? Respondeo non fecerui ab illis, quasi ipsi inferiores sint, aut ad numerum illum, aut ad illam dignitatem pertinere non possint, sed quòd dignitate quadam præterea emineant, cuius causis extra illum numerum constituti, & nominari debeant. Sicut omnes Apostolos certum est etiam prophetas fuisse, & tamē scribit Paulus Eph. 4: Et ipse dedit quosdā quidē Apostolos, quosdam autem Prophetas. Addit etiam: Alios verò Euangelistas. Quod si Euangelistas vocat prædicatores Euangelij, omnes Apostoli fuerunt Euangelistæ, si verò scriptores Euangelij, duo ex Apostolis scripserunt, Matthæus, & Iohannes.

Quomodo sint in medio sedis, & in circuitu sedis.

42 Hæc animalia Apostolus noster esse dicit *in medio sedis, & in circuitu sedis*. In quo primùm est animaduertendum in nonnullis Græcis, ac Latinis codicibus tantùm fuisse scriptum, *In circuitu sedis*, vt intelligimus ex Aretha, & ex Tyconio Homil. 3: fortasse quòd non rectè hæc duo cohærere viderentur, *In medio sedis, & in circuitu sedis*. Sed nostri codices tam Græci, quàm Latini vtrumque habent, quos potiùs sequi debemus. Nec tamen intelligendum est omnia animalia fuisse in medio sedis, & in circuitu, sed tria erant in circuitu, aquila super illa eleuabatur volans, & erat intra sedem, id est, intra ambitum sedis, quasi ante faciem, aut pectus sedentis. Hoc ex verbis Iohannis perspici potest. *Quartum*, inquit, *animal simile aquilæ volanti*, quod non ita accipi debet, quasi diceretur Aquilæ volucri, aut volatili, sed propriè volanti, πετομένῳ, & in altum se tollenti. † Etenim ceteri Euangelistæ quasi 43
sedent, aut stant circa Deum ad eius pedes, quia de humanitate Christi, quę in pedibus Dei designari solet, multa locuti sunt: Iohannes autem altiùs tollitur, & faciem, id est, Diuinitatem aspicit, & velut generosa aquila immotis oculis solem intuetur.

Vers. 6. Oculi quatuor animalium.

Plena oculis ante, & retro. Hieronymus in illud Ezechielis. 1: Et totum corpus plenum oculis, ita ait: Totum autem corpus, & dorsa plena oculis approbabit, qui viderit nihil esse in Euangelijs, quòd non luceat, & splendore suo mundum illuminet, vt etiam quæ parua putantur, & vilia, Spiritus sancti fulgeant maiestate. &c. Verum, quoniā oculorū vsus non tam ad lucendum, & illuminandos alios est, quā ad videndum, & vt animal eos habens illuminent: dicere etiā possumus, animalia esse plena oculis ante, & retro, quoniā siue in anteriora tendant, siue retrorsum eant, nusquam offendunt: semper rectā eunt,

eunt, nunquam aberrant, quoniā sicut oculos in anteriori corporis parte habent, ita etiā in posteriori. † Hoc est, 44
Euangelistæ, siue de futuris loquantur, vt de excidio Ierusalē, de progressu Ecclesiæ, de cōsummatione sæculi, de iudicio extremo, de beatitudine, de pœnis damnatorum: siue de præteritis, id est, de generationib⁹ ante Christū, de æterna filij generatione, de cōceptione, & pueritia Christi, deq; alijs similibus, vbique vera scribunt, non minùs quam si ipsa vidissent. Prætereà oculi lucē excipiunt: plena ergo sunt animalia oculis, quia nihil est in libris Euangelistarum, quod non sit luce Diuina plenum, nec solùm verè, sed etiam sapienter, & vtiliter scriptū: nihil, quod tenebris hæreticorū, & infidelium erroribus faueat. Meritò autem cū vigintiquatuor senioribus quatuor animalia collocātur, quoniam veritatē humanitatis, & Diuinitatis Christi, & veram morum, salutaremq; doctrinam, nō tantùm voce docuerunt, vt alij Apostoli, sed etiam monumentis literarū mandarunt ad finē vsq; sæculi victuris, vt omnes, qui veritatem non crediderunt, aut opera fide sua dignā nō fecerūt, omni supplicio digni esse conuincantur, & ante iudicij diem multis calamitatibus affligantur, & in ipso iudicio æternis ignibus damnētur.

Vers. 8.

Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas in circuitu. † Alis autem 45
corpora in altum tolluntur. Præterea 46
Senarius. senarius numerus vniuersitatem quādam significat, quia sex diebus vniuersa creata sunt. Et hic numerus (vt ait Beda) ideo perfectus est, quia primus suis partibus impletur. Vnum quippe, quod est festa senarij pars, & duo, quod est tertia, & tria, quod est dimidium, eumdem senarium faciunt. Senas ergo alas habent Euangelistæ, quoniam nusquam humi serpunt, sed in omnibus, quæ scribunt, quamuis minima, & abiecta videantur, in altum ascendunt, & sublimia mysteria contegunt specie rerum humilium. Alas autem habent non tantùm in lateribus, vt alia animalia, sed etiam in circuitu, quoniam vndecumq; spectentur, non reptant, sed volant, & in sublime tolluntur. [Hoc ita exposuerim, si

Alæ animalium.

omnes alas volatui deseruire intelligamus. Sed probabilius puto tales esse alas horum animalium, quales illæ sunt duorum Seraphim apud Isaiam cap. 6. De quibus ait: Sex alæ vni, & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabāt. Facies Christi est Diuinitas, pedes sunt humanitas, quæ dum tegūt Seraphim, ostendunt ea in hoc sæculo hominibus esse valde ignota. Sed & animalia Ezecielis duabus alis volant, duabus tegunt corpora sua, quia etsi volent & auditores in altum tollant, multa habēt, quę ab hominibus non cognoscuntur: ita enim alas tegentes corpora exposuerunt Hieronymus & Theodoretus. Quatuor igitur alis tegunt corpora sua apud Iohannem, vt multa, magnāq; mysteria latere in Euangelijs intelligamus pertinentia ad Diuinā, atq; ad humanā Christi naturam.] Ad hūc enim Isaiæ locum, & ad Seraphim Iohānem alluisse indicat quod sequitur: Et requiem nō habebant die, ac nocte dicētia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens. Nam & in Isaia sequitur: Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum. Etenim sublimis est doctrina Euangelistarū, vt Seraphim, & super omnē sæculi sapientiam extollitur, atq; igne Diuino animos hominum accendit. †Hoc autem ideo dicitur, vt digniores damnatione appareant, qui aut illis credere noluerunt, aut iuxta traditam ab eis doctrinam non vixerunt; pertinent enim hæc visio, vt iam diximus, ad tempora iudicio proxima, & quodammodò etiam ad iudicium.

Cur apud Ezec. quaternas alas habeant, & apud Iohā. verò senas.

Sed oritur hic quæstio ab antiquis expositoribus, & ab Hieronymo, & Gregorio in Ezech. prætermissa: quomodo animalia quaternas alas habeant apud Ezec. apud Iohannem verò senas. Ad hoc ita, quod ad rem præsentem attinet, respondendum videtur: eadem quidē esse animalia apud Ezec. & apud Iohannem, sed cum eadem visio nō sit, nihil mirum nunc cum quaternis, nūc cum senis alis videri. † Cur Iohannes 47
cum senis alis, Ezeciel cum quaternis viderit, diximus. Hoc igitur apud Iohā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, & apud Isaiam texitur quaternis alis, quod apud Ezekielē binis. Verùm Isaias quaternis alis significauit hęc mysteria olim veteribus illis valde fuisse tecta, & abscōdita. Ezekiel verò, quia de tempore vaticinatur, quo Euangelium prædicari gentibus cœpit, binis alis vidit tegi, multò enim magis iam arcana illa reuelabantur. Iohannes, qui de sæculi fine loquitur, iterum pluribus alis ea tegi videt, quoniam propter infidelitatē, quæ vbique vigebit, iterū mysteria Christi velabuntur, & pauci eius Diuinitatem, & humanitatem rectè cognoscent Antichristi ministris vana esse iactātibus quę de Christo homines acceperant.]

Verſ.8. *Et intus plena erant oculis.* Multi legūt: Et in circuitu, & intus plena erant oculis, vt Beda, Ambrosius, Haymo. Verùm in Græco non legitur: Et in circuitu; sed: In circuitu, vt animalia dicantur habere senas alas in circuitu. † Et quamuis possit etiam ad sequentia referri hoc, quod ait, *In circuitu*, melius ad ālas refertur, sicuti iam exposuimus, quoniam de externis animalium oculis iam dictum erat: Plena oculis ante, & retro. Nunc autem de oculis internis loquitur, qui videlicet erāt sub alis. *Oculi animalium interni.* Oculos intus habent Euangelistæ, quoniam in mysterijs, quæ litera contegun tur, & mysticis sensibus, pleni etiam lucē Diuina sunt, & sciunt quò tendant, & quid in historia, quam narrant, lateat mysterij, nihilque habent quod non ad salutem hominum pertineat, aut quod à Diuina veritate declinet; quemadmodum & de externis oculis diximus.

Et requiem non habebant. Quid enim faciunt aliud libri Euangelistarum ex eo tempore, quo scripti sunt, quam prędicare vniuersis hominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti vnam, eamdemque naturam? Sed circa finem sæculi euescente iniquitate clamare dicuntur, *Sanctus &c.* Quoniā tunc ante Dei conspectum sanctam Trinitatem adorantes, & ea commemorantes, quæ in libris suis docuerunt, vindictam ab ea petent de ijs, qui credere noluerunt, aut credentes more vixerunt infidelium; eō enim spectat clamor, de quo

49 nunc sermo est. † Cęterùm notum est, & à sanctis patribus, atque à sacris Concilijs sæpe iteratum, ter dici Sanctus, vt tres personæ ostendantur, & poste à semel: Dominus Deus, vt trium natura vna intelligatur. Ita docuit Alexander. I. in Ep. 1. Augustinus in lib. de Fide ad Petrum cap. 1. Damascenus lib. 3. de Fide, cap. 10. & in epistola de Trishagio, & innumeri alij. Cur autem dictum sit: *Dominus Deus omnipotens*, diximus cap. 1. num. 62. & cur: *Qui est, & qui erat, & qui venturus est*, eodem cap. 1. num. 18. & 19. latiùs explicauimus.

Et cum darent illa animalia gloriam. *Verſ.9.* *Gloriam* dabant prædicando Trinitatē personarum in vnitate naturæ, & eius æternitatem. Honorem dabant, quia cum id dicebant, creatorem Deum suum confitebantur, & omnium bonorum autorem, seque illi, vt creaturæ
50 creatori, submittebant. † Hoc enim differt inter Gloriam, & Honorē, quod Gloria est frequēs de aliquo fama cum *Gloria.* laude, vt autor est Cicero lib. 2. de Inuentione, quem sequitur Augustinus Tract. 100. & 105. in Iohannem, & in lib. 83. Quæst. Q. 32. siue, vt ait Aristoteles lib. 1. Rhetoricorum ad Theodectem: Gloria est cum quis probus à cunctis existimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt. Honor autem (vt docet S. Thomas. 2. 2. quæst. 103. A. 1. & 2.) est testificatio excellentiæ alicuius, idest, reuerentia quædam externa, & cultus ei adhibitus, qui præstans, & magnus existimatur. Quod rebus fit, *Honor.* interdum etiam & verbis, vt eleganter explicauit Aristoteles loco iam indicato ad Theodectem. Honoris, inquit, partes sunt sacra, memorationes, decantationes carminum, aut solutæ orationis ad laudem recitatio, præmia, delubra, vel primi consessus, sepulcra, imagines, publici victus. Ad hæc etiam barbara, vt inclinari, loco cedere, munera quoque, sed alia apud alios honoratiora. † Et Xenophon in Hierone,
51 siue Tyranno: Etenim cū homines sic affecti sunt, vt existiment virum idoneum, qui possit bene facere, rati se illius frui bonis, postea hunc in ore habent

bent vehentes laudibus, eumque spectant non aliter quam si suum quisque bonum intueretur, ac spōte decedunt de via, sponte assurgunt amantes, non metuentes, coronantq; ob virtutem, & bene facta erga rempublicam, muneribusq; honorare cupiunt: hi demū, hi mihi videntur eum & honorare verè quicumque talia præstant officia, & qui his se dignum reddit, re vera videtur honorari. &c. Ex his intelligimus satis cur animalia *gloriā, & honorem* Deo *Benedictio.* dedisse dicātur. Benedictio autem idem est quod laudatio, vt Dan. 3: Benedicite omnia opera Domini Domino, qd frequentissimum est in Scriptura: Tale etiam est illud Homeri.

Odyss. 1. Ἀλλὰ μάλ' εὖτ', ἐπεὶ τίσε φόνον ἀγλαὸς ἀντίθεος περ.
Hoc est.

Strenuus esto, vt tibi aliquis posterorum benedicat,

Idest, vt te laudet, & nomen celebret tuum.

Verſ. 9. *Sedenti super thronum.* † Quasi regi
52 vniuersorum, cui omnes seruire debet.
Verſ. 9. *Viuenti in sæcula sæculorū.* Cuius regnū finiri non potest, & à quo, vt à perenni vita, omnia habent vt viuant, & quidquid boni consequitur vitam.

Verſ.10. *Procidebāt viginti quatuor seniores.* Cōfitētes videlicet Diuinam maiestatem omni honore, & reuerētia dignā esse, vt postea verbis explicāt. Simul etiam homines impios accusantes, qui Deo subijci nolunt, ostendentesque meritò Deum hominibus irasci.

Verſ. 10. *Et mittebant coronas suas ante thronum.* Deo videlicet *coronas*, id est, victorias suas tribuentes, & quidquid boni fecerunt ab ipso se habere confitentes. † Andreas Cæsariensis: Tu, inquit, Domine coronarum victoriæ auror, & subiiciens trator fuisti. Arethas: Coronas ante thronum abijcere victoriam significat, veluti nunc quoque in his videre est, qui victum in certaminibus. Thronus verò dominationem, ac potestatem designat. Est autem corona regni insigne. Qui igitur coronas ante thronum abijciunt, quid aliud quam certū, ac verum regnum, & victoriam aduersus omnes Deo per omnia referunt? &c. Apud Romanos certè mos fuit (vt refert Alexander lib. 6. Genialium dierum, ca. 6.) vt triumphantes exacto triumpho aut in gremio Iouis Capitolini coronas triumphales locarent, vel templis dicarent, quasi deorū beneficio triumphū sibi contigisse confitentes.]

Dignus es Domine Deus noster accipere *Verſ.11.* *gloriā.* Nunc id, quod diximus, fit manifestius. *Dignus es*, inquiūt, vt homines maiestatem tuam prædicent, omnes te honorent, omnique cultu, ac reuerentia prosequantur, omnes se se tibi subijciāt. *Dignus es* etiā *accipere virtutē*, *δύναμιν*, id est, potestatem, & fortitudinem, vt tibi cuncta subijcias, & nemo tibi resistere audeat. Potest autē Deus accipere ab hominibus gloriam, & honorem, sed virtutem propriè accipere non potest, quia ipse habet, & omnes
53 ab ipso accipiūt. † Metaphoricè igitur dicitur accipere virtutē, quia cum prius sederet, & fortitudinem non ostenderet puniendo, tunc consurget, & vindictam de hostibus suis sumet, & fortitudinem ostendet repentè, quasi tunc acceperit, & ante non habuerit. Ita dictū est Isai. 51: Consurge, cōsurge, induere fortitudinem brachium Dñi, cōsurge, sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Atque hunc esse germanum huius loci sensum facilè ex verbis eiusdem Apostoli intelligimus, qui cum cap. 11. de supplicio locutus esset, quod Deus de impijs sumpserat, ad extremum ait: Et septimus angelus tubam cecinit; & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes: Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum, id est, Iam subiecit tibi omnes aduersarios suos, & deinceps in omnibus regnabit, nemo erit, qui ei aduersetur. † Cōtinuò procidērunt viginti quatuor
54 seniores dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti, idest, quia debellasti, & subiecisti tibi omnes inimicos tuos. Vnde & statim sequitur: Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua. &c. Ex his etiam explanatur illud cap. 5: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem. &c.

Quia tu creasti omnia. Quia per te habent vt sint, omnia tibi benedicere, *Verſ. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia tibi subijci debent.

Vers. 11. *Et propter voluntatem tuã erant.* Quidquid habẽt liberalitatis tuæ est, omnia enim nihil erant, sed quando tu voluisti, creata sunt. [In quibusdam Græcis codicibus legitur: Et propter voluntatem tuam sunt, νῦν. Alij verò habent vt legit Interpres ἦσαν, Erant, & ita est apud Græcum Aretham: Sed nihil refert ad sensum, qui huiusmodi est in nostra Translatione: *Propter voluntatem tuam erant*, id est, manebant, & conseruabantur ex quo ea creasti, & propter voluntatem tuam, cum nõ essent, creata sunt. At cur, cũ prius dixissent: Quia tu creasti omnia, nunc iterum dicunt: *Et propter voluntatem tuam erant, & creata sunt?* Vt non necessitate aliqua, sed voluntate, & bonitate sua fecisse intelligatur quod facit, sicut Iacobus ait c. 1: Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis. Itaque non repetit præcedentia, sed aliquid dictis addit, & est sensus: *Propter voluntatem tuam*, propter bonitatẽ, & liberalitatem tuam sunt, id est, conseruatur, & manent: Siue *Erant*, aut fuerunt, manserunt, & conseruata sunt ab initio. Nec solùm propter bonitatem, & liberalitatem tuam conseruantur, & manent, sed etiam propter eamdẽ creata sunt. Quod præclarè in Psalmo. 109. indicatum est, vbi Deus pater Principium appellatur. Tecum, inquit, Principium in die virtutis tuę. Lxx. verterunt, μετὰ σοῦ ἀρχή, id est, Principium illud, quod in Hebræo est נְדָבוֹת, id est, liberalitates, quod iuxta Phrasin Hebræorũ (de qua dixim in cap. 5. Michææ. n. 38.) significat Liberalissimus. Est ergo idem principium omnium rerum, & liberalissimus, quia creaturis non egebat, sed liberalitate suamaxima, & voluntate omnibus naturam quam habent, dedit. Gratias igitur ei agunt, non solum quòd omnia condiderit, sed quod condita etiam conseruet, vt ex verbis Andreæ Cæsariensis, & præsertim ex eadẽ Arethæ, sed latiori, explanatione intelligi potest. Ita enim seniores loquentes inducit: Tibi Domine ab omnibus debetur gloria, tamquam conditori, ac plasmatori, & qui, cum non essent, produxisti vt essent, conseruas, ac continues.]

Argumentum. Cap. V.

Videt librum scriptum intus, & foris in dextera Dei, quem nemo vel ex in terra, vel in cœlo viuentibus aperire potuit. Illum tamen Agnus, qui occisus est, aperuit, & eius septem signacula dissoluit, cuius rei gratia à quatuor animalibus, & à viginti senioribus, & à reliquis cœlitibus amplissimis verbis collaudatur.

Caput. V.

1 ET vidi in dextera sedẽtis supra thronum librum scriptum intus & foris signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem, prædicantem voce magna, Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum. Et vnus de senioribus dixit mihi, Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tam quam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem

ptem spiritus Dei missi in omnem terram. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cũ aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum: & cantabant canticum nouum, dicentes, Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione; & fecisti nos Deo nostro regnũ, & sacerdotes, & regnabimus super terram. Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus est Agnus qui occisus est accipere virtutem, & Diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentẽ in sæcula sæculorum.

Vers. 1.

1 ET vidi in dextera sedẽtis supra thronum librũ, &c. Paulatim nos docere incipit quò pertineat visio capitis præcedẽtis. Hunc librum multi volunt esse vetus, & nouum testamentum, vt Beda, Ansbertus, Haymo, Ambrosius, Tyconius, Hom. 4. Primasius, Rupertus, & alij præterea ex recentioribus. Immo & Hieronymus in cap. 2. Ezec. & in c. 44. fere initio in eadem sententia est, & de eodem libro loqui testatur Iohãnem, & Ezechielem, cum ait: *Et vidi, & ecce manus missa est ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, & erat scriptus intus, & foris, scripteque erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.* Certe librum Ezechielis Gregorius Hom. 9. in Ezechielem affirmat esse sacram Scripturam, & de libro Iohannis idem scripsit lib. 4. Dialogi. cap. 42. At ego non video quomodo Historicè liber, de quo loquitur Iohannes, sit sacra Scriptura; quoniam signatus erat sigillis septem, & quid sigillis contineretur, ipse exponit cap. 6. &. 7. quæ in sacram Scripturam cõuenire non poterunt. † Deinde hæc visio, vt dictum est, & ex sequentibus manifestè intelligitur, præsertim ex vltimis verbis cap. 6. ad tempora iudicio proxima, & [quodam modo etiam] ad iudicium pertinet. Certè quæ in libro erãt, de vltimis temporibus sunt, vt videbimus cap. 10. & sequentibus: quomodo autem dici potest sacram Scripturam vsque ad tempora iudicio proxima nũquam fuisse apertam? Nam si ita est, nec doctoribus Ecclesiæ aperta est, nec ipsis Apostolis, quod impium est, cum optimè eam intellexerint per aduentũ Spiritus sancti, & veram eius intelligẽtiam Ecclesiæ tradiderint. Immo & ante quam veniret Spiritus sanctus in die Pentecostes, Christus aperuit illis sensum, vt intelligerẽt Scripturas, sicut legimus Luc. x vltimo. Respondebunt indicati scriptores (sicut & Hieronymus etiam scripsit in caput. Ezec. 44.) Scripturam clausam fuisse ante aduentum Christi, sed eum in aduẽtu suo aperuisse. At videant non esse hanc visionem de eo tempore, quo Iohannes eam vidit, sed de extremis temporibus, vt sæpe dictum est: [quare efficietur non esse vsque ad illa intelligendam Scripturam.] Quod si adhuc vrgeas, figilla aperta fuisse Iohanni, cum hæc vidit, eumq;

librum

Universidad de Deusto
Biblioteca

librum apertum accepisse: idem sequetur quod prius colligebamus, saltem vsque ad hanc reuelationem librum fuisse clausum, & signatum sigillis septem. At hoc tempore iam omnes Apostoli decesserant, ideſt, extremis annis Domitiani. Semper ergo clausa fuit Scriptura Petro, & Paulo, & reliquis Apostolis. Multò mihi probabilius videtur esse librum, in quo scripta erant ea, quę Iohannes de vltimis temporibus erat vaticinaturus. [Quod vidit tãdem Andreas Cæsariensis, qui cum prius vetus testamentum esse dixisset, postea ait: Liber autem & prophetia intelligitur, quam ipse Christus complendam esse in Euangelio secundùm Lucam docebat, cuius quæ deinceps sequuntur, extremis temporibus implebuntur. &c. Hanc autem prophetiã de ijs, quæ propè sæculi finem fient ab Euangelistis breuiter scriptam argumentũ esse prophetiæ huius libri ostendimus supra in Disputatione ante Commentarios, c. 3.] Quare non arbitror eumdem esse librum cum illo Ezecielis, sed illi simillem. Liber quidem datus Ezecieli continebat earum gentium supplicia, quibus ipse prophetabat, atque ideirco ait: Scriptæque erant in eo lamentationes; & carmen, & væ: liber Iohannis similiter continet pœnas hominum extremorum temporum. † Sicut ergo Ezechiel c. 2. mittitur ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserant à Deo, & ideo liber eis ostenditur; quem cap. 3. comedere iubetur: Comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel: & aperui os meum, & cibauit me volumine illo: ita Iohannes, quoniam multis vaticinabatur, huic ipsum librum, quem vidit in dexterã sedẽtis, iubetur iam apertum accipere, & comedere, sicut cap. 10. scriptũ est: Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu angeli stãtis super mare, & super terram. Et abij ad angelum, dicens ei, vt daret mihi librum, & dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel. Ita etiam Ezechiel: Fili hominis ventrem tuum comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud, & factum est in ore meo, sicut mel, dulce. Et paulò post: Et abij amarus in indignatione spiritus mei. Sed quorsum cum Iohannes acceperit, non tacet. † Et accepi, inquit, librũ de manu angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo, tamquam mel, dulce. Et cũ deuorassem eum, amaricatus est venter meus, & dixit mihi: Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regib⁹ multis. Quare qui hunc librum Scripturam sacram esse interpretantur, mysticum sensum interpretati videntur, vt ait Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothecæ sanctæ, V. Volumen libri. Quod Gregorius quidẽ satis apertè indicauit his verbis: Sicut per Prophetam prædicatorum ordo, sic per librum, quem accepit, Scripturæ sacræ paginæ designantur. &c. Etenim sicut in hoc libro scripta erant quæ Ezeciel, aut Iohannes vaticinaturi erant contra populos, & gentes, ita & sacra Scriptura cõtinet supplicia, quæ Dᵉᵘˢ in impios præparauit. Quod autem Iohãnes hũc *librum* vidit *in dextera* patris *sedẽtis super thronum*, significat patrem, quasi extensa manu librum porrigere soluendum, & legendum, vt ex sequentibus manifestum est: Et vidi angelum fortem prędicãtem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius?

Scriptũ intus, & foris. † Libri Hebræorum, & veterum, non erant vt nostri, sed vnam tantum membranam habebant oblongam, quæ circùm cylindrũ conuoluebatur. Hinc Ezec. 2: In qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me. Apoc. 6: Et cœlum recessit sicut liber inuolutus. Pro quo Isaias c. 34. dixit: Complicabuntur, sicut liber, cœli. Luc. 4: Et vt reuoluit librum, inuenit locum. &c. Et posteà: Et cum plicuisset librum, reddidit ministro. Et quoniam plicandi erant, & conuoluendi, non scribebantur foris, sed intus tantùm, nisi fortè tot essent scribenda, vt ea interior membranæ facies capere non posset, Ieaque cum liber intus, & foris scriptus dicitur, plurima in eo scripta fuisse significantur. Vnde de longissimo libro dictum est.

Et

Et summi plena iam margine libri.

Inuc. Satyr. 1. *Opisthographi libri.* *Scriptus et in tergo, nec dũ finitus Orestes:* Huiusmodi libros veteres vocabant Opisthographos, id est, retro scriptos, siue à tergo. Plinius lib. 3. Epistolarũ, in Epist. ad Macrum: Electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimis scriptos, qua ratione multiplicatur hic numerus. De quibus vide Alexandrum lib. 3. Genialium dierum, cap. 30. Quoniam ergo pinra contra impietatem posterni temporis continebat liber, *Scriptus* dicitur *intus, & foris.*

Vers. 1.

6 † *Signatum sigillis septem.* Beda: ideſt, vel omni latentium mysteriorum plenitudine tectum, vel Spiritus septiformis dispositione conscriptum. Atque in hunc ferè modum & ceteri interpretatur, qui librum sacrã Scripturam esse dixerũt. Verùm alienum esse hunc sensum Iohannes ipse declarat, qui cap. 6. & 7. docet nõ plura fuisse sigilla quam septẽ, & singula fere sigilla calamitatẽ aliquam insignem continere. Quare septem sigillis signatus erat liber, quæ nisi tollerentur, ille aperiri, aut legi nõ poterat, quoniam calamitates illæ, quæ sigillis continebantur, priùs omnes penè venturæ erant, quam ea, quæ in libro scripta erãt apparerent, & cognoscerentur. Hoc ita esse intelligitur, quòd septem calamitates sigillis contentæ priùs prænuntiantur, & manifestantur, vt videmus cap. 8. & tribus sequentibus, & deinde Iohanni datur liber apertus, dicturque illi: Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis. &c.

Vers. 2. *Et vidi angelũ fortẽ.* † Magnæ virtutis, qui tamen fatebatur se non posse aperire librũ, & quærebat qui posset. [Cumq; dicit *Angelum fortem*, non certũ quempiam angelum significat, quoniam sine Articulo in Græco ponitur Angelus, quòd & Græci, & noster Iohannes, semper faciunt cum certũ, definitaq; persona non indicatur. Vnus ergo fuit ex superioribus infimæ hierarchiæ spiritibus, qui hominum curam gerũt, ac forsasse ex illorum septem numero, quibus salus humani generis cõmissa est, & qui ad salutem hominũ librum aperiri cupiebant. Ita ergo nunc loquitur vt cap. 10. cum ait: Et vidi alium angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & Iris in capite eius: & cap. 18: Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarẽ magnum: de quibus frustra quæremus qui sint. Quod si Lyrani coniectura nobis placeat, qui hunc Gabrielem esse dicit, quia nomen eius sonat Fortitudo Dei: cogemur & in alijs locis Angelũ fortem eumdem Gabrielem interpretari. Sed quid faciemus cũ dicat cap. 18: Vnus angelus fortis, quod est ac si diceret, Vnus ex fortibus angelis? Num omnes Gabrielem esse dicemus? Neque enim hic fortior ceteris dicitur, sed sine Articulo Angelus fortis appellatur, quasi vnus ex multis fortibus. Ita & cap. 10. sine Articulo, atque indefinitè positus est.]

Et nemo poterat. Quoniam nulli creaturæ pater integrè reuelauerat quæ vltimis temporibus futura essent. *Vers. 3.*

Neque subtus terram. Ex hoc loco colligit Gregorius lib. 4. Dialogi cap. 42. infernum esse sub terra, & verba hic fieri putat de animabus corpore exutis, sed de dæmonibus etiam fiunt. *Vers. 3.*

Neque respicere illum. δὲ βλέπειν αὐτό, ideſt, neque videre illum, nulla creatura inuenta est, quam tanto honore dignatus sit Deus, vt posset aperire librũ & videre, ac legere. In vulgatis codicibus Græcis nunc est: *Aperire, & legere librum, nec videre illum*, sed Legere satis, intelligitur in eo, quod est *Videre*, [& emendatiores non habẽt *Et legere*, neq; apud Andream, aut apud Aretham id legitur, sed vt est in nostra Translatione, & vt priùs dixerat: *Aperire librum, neque videre illum.*] *Vers. 3.* *Hæc, In vulgatis. &c. ptinẽt ad verba sequẽtia: Et ego flebã multũ. Ibi legãtur post illa: Vt aperire eum posset, & videre.*

Et ego flebam multum. Putabat Iohannes magna quædam, & dignissima cognitu libro illo contineri, ideoque flebat neminem inuenirí, cui tantum honoris Deus dedisset, vt aperire eum posset, & videre. *Vers. 4.*

8 *Ecce vicit leo de tribu Iuda.* † Communis expositorum sententia est subaudiendum esse, Diabolum. Vt sit sensus: Ecce leo de tribu Iuda vicit Diabolum. Quod mihi non satis probatur, neque enim rectè dici videtur: Vicit Diabolum aperire librum, & soluere signacula eius. Nec videtur satis *Vers. 5.*

apta

Universidad de Deusto
Biblioteca

apta causa aperiendi librum vicisse Diabolum, præsertim si liber sit sacra Scriptura, vt ipsi volunt: quoniam et si non vicisset, poterat aperire, & vincere poterat, quamuis aperiret. Nihil ergo subaudiendū arbitror. Etenim qđ diximus cap.3. nu.68. &. 69. de verbo Æmulor, id nūc de verbo Vinco dicimus, poni sæpe cū casu, & sine casu, vt vidimus cap.2. &.3: Qui vicerit, Vincēti dabo, & similia. Cum sine casu ponitur, est quasi intransitiuum, & idē valet quod Prævaleo, superior fuit, absolutè positum, vt in verbis indicatis. c.2. &.3. & Psal.50: Vt iustificeris in sermonibus eius, & vincas cum iudicaris. Ira nunc vicit aperire librum, id est, præualuit ad aperiendum librum, & ad soluendum signacula eius, superior fuit, ipse facere potuit quod nemo poterat.

9 † Aut certè si aliquid subaudiri velimus, dicemus, Vicit omnes creaturas, superauit illas viribus, & potestate. Vel, Vicit omnia, quæ obstabant, vt aperiri posset liber. *Leo de tribu Iuda* dicitur, vt alludat Iohannes ad prophetiam Iacob. Genes. 49: Catulus leonis Iuda, ad prædā fili mi ascendisti, & requiescens accubuisti vt leo. &c. Quibus verbis & Christi resurrectio mystice prædicitur, & potestas, qua dominaturus erat aduersarijs suis, iuxta illud Rom. 14: In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & mortuorum, & viuorum dominetur. Quoniam ergo ipse Dominus omnium à patre declaratus est, &, vt leo, sæuiturus est in inimicos suos, meritò ipse solus dignus est aperire librum, & soluere signacula eius, vt per eum nota fiant supplicia, quæ Deus impijs, & filio suo non obedientibus parauit.

Vers. 5.

10 *Radix Dauid*. † Multùm hic mouit expositores Christum non dici de radice Dauid, sicut dicendum videbatur, cum sit ex eius stirpe, & genere, sed radicem Dauid. Sed ita quidam soluunt quæstionem, Christum vtrumque dici, & de radice Dauid, & radicem Dauid: verùm de radice Dauid, quatenus homo est, & genus habet ex Dauid, & idē, quia creator est Dauid, radix eius dicitur. Hoc Ambrosius infra in illud cap. vltimi: Ego sum radix, & genus Dauid, & Rupertus hic quæsierunt, & ita explicarunt, & eadem est sententia Arethæ, vt quosdam ex recentioribus omittam, [& Andreæ Cæsarienſis, qui ait. Etiam si angelis (inquit) liber incomprehensibilis est, sed non Deo, qui propter homines homo factus est, qui radix quidem est Dauid vt creator, propter Diuinitatem: ex radice autē eius propter humanitatē.] Bernardus quoque in Serm. 1. Paschæ: Radix Dauid, nō Dauid radix eius, sed ipse radix Dauid, quia portat, & non portatur. At non *Radix.* est cur in hoc diu moremur, consuetudo enim Hebræorum est vt radicem appellent etiam virgam ipsam, quæ succrescit ex radice, vt Isa. 11: Egredietur virga de radice Iessæ, ideſt, de Dauid filio Iessæ. Et. 53: Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Hos. 14: Germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. 2. Mach. 1: Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris. Meritò ergo Christus dicitur radix Dauid, quia de stirpe eius germinauit, sicut & infra cap. 22: Ego sum radix, & genus Dauid. † Ita etiam locutus est Isaias cap. 11: In die illa radix Iessæ, qui stat in signum populorum, ipsum gētes deprecabuntur. [Quod Paulus Rom. 15. de Christo interpretatus est. Sed cur eum nunc vocat radicem Dauid? Vt ostendat eum esse, qui promissus fuerat ad salutem hominum, atque inde intelligatur maximum supplicium impendere ijs, qui illi non obediunt, iureque ob id ab ipso librum aperiri.

Et ecce in medio throni. Medium tenēt *Vers. 6.* omnes Christum honoris causa.

Agnum stantem tamquā occisum. Qui *Vers. 6.* paulò ante leo dictus est, nunc agnus dicitur, sed leo, propter fortitudinem, & propter vindictam, quam de inimicis sumpturus est: agnus, quoniam immolatus est pro peccatis hominum in modum agni, qui quotidie in eius figuram manè, & vespere immolabatur Num. 28. Nec dicitur occisus, sed *tamquam occisus*, quoniam, etsi verè occisus est, citò tamen resurrexit. Ita Arethas, Ambrosius, Haymo, & alij. Itaque quitam citò ad vitam redijt, ita censeri potuit ab hominibus, quasi mortuus non fuisset.

12 set. † Mihi etiā videtur dici *Tamquam occisus*, quoniam cicatrices habebat pa tētes, quibus similis occisō videbatur. [Andreas episcopus Cæsarienſis: Occisum autem significat eius post occisionem vitam, in qua ostendit passionis signa, vt verè occisus, post suam ex mortuis resurrectionem. &c.] Possumus *Tamquam.* quoq; cōmentionem, *Tamquam*, ita accipere vt nō similitudinē indicet, sed veritatē, vt: Et vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à patre. 2. Cor. 3: In eandem imaginem trāsformamur, tamquam à Domini spiritu, & cap. 5: Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. &c. Vt sit sensus: Vidimus agnum stantem in medio throni, & seniorū, & ab omnibus honoratum tamquam occisum, id est, tamquam eū, qui pro salute eorum verè occisus est, & ideo maximè ab eis debuit honorari. Ita etiam: Vidi *agnum stantem*, id est viuum, non mortuū, vt vt aliquādo videram, *Stantem*, inquam, *tamquam occisum*, id est, sicut esse debebat is, qui pro Dei gloria, & pro salute hominum occisus fuerat. Decebat Dei honorarem, & gloriam, vt qui mortuus fuerat pro eo, resurgeret, & qui cecide
13 rat, staret. † Rectè autem hic eum vocat agnum stantem, quoniam in nomine Agni mors, & immolatio indicatur, in eo, quod stat, significatur resurrectio, & per morte, & resurrectionem suam potestatem in omnes homines accepit, vt omnes sibi subijciat, vt Paulus docuit Rom. 14: In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & mortuorum, & viuorum dominetur.

Vers. 6.

Habentem cornua septem, & oculos septem. Interpretatio, quam subijcit: *Qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram*, ad vtrumque refertur. vt rectè ait Haymo, id est, ad septem cornua, & septem oculos. [Quare in nonnullis Græcis codicibus, & apud Arethan legitur ἅ εἰσι, id est, Quæ sunt, vt vtrumque referat, non Qui sunt.] Angeli autem septem, quibus cura omniū hominum data est, atque ideo missi dicuntur in omnem terram, sunt septem cornua
15 Agni, quia per illos Agnus ventilat, & vincit aduersarios hominum dæmones, & pugnat cū illis, & ab iniurijs humanum genus defendit inimicorum: ex hac enim similitudine animalis cornua sæpe in scriptura ponuntur. [Arethas: Cornua fortitudinem significant, & gloriam: sicut cum de fortitudine dicitur: Et omnia cornua peccatorū confringam: de gloria autem: Et exaltabitur cornu iusti. &c. Si quis obijciat cornua agni non esse apta ad ventilādum, aut ad pugnandum, quia tenera, & inualida sunt: nos dicimus huius Agni cornua & dura, & validissima esse: sed quia vix apparet, aut sentitur hoc septē angelorum ministerium, cum tamen illi potentissimi sint, cornibus agni similes dicuntur, quæ vix apparent, aut videntur. Denique, si quam habet agnus fortitudinē, in cornibus habet.] Sunt etiam oculi Christi, sicut in concilijs diaconi dici solēt oculi episcoporum, quia per illos Christus prouidet hominibus, & inspicit eos vt tueatur. † Ideo 14 Zach. 3: Super lapidem vnum septem oculi sunt: Et cap. 4. de eisdem: Septem illi oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram. Et hoc de septem cornibus, & de septem oculis meritò hic commemoratur, vt sciant homines impij, & ministri Diaboli Christo curæ esse salutem suorum, &, quamuis ad tempus eos affligi sinat, aliquando puniturum esse eorum persecutores, & inimicos. *Psal. 74.*

Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum. Iam hic manifestissimū fit quod initio cap. 4. contra multos diximus, patrem esse eum, qui sedebat in throno, non Christum. In hoc autem quod Christus venire dicitur ad patrē, minor illo ostenditur quatenus homo est, æqualem cum eo honorem non habens. Pater enim sedet, ipse stat, & ad patrem venit, nō pater ad eum, librum accipit, quasi sibi soli debitum, vt aperiat, vt qui iudex, & Dūs est omnium hominum, ipse pœnas prænuntiet, & infligi iubeat. *Vers. 7.*

Ceciderunt coram Agno. Agnoscentes eius potestatem, & iustè illi datam esse confitentes, & gaudentes. *Vers. 8.*

Habentes singuli citharas. † Quibus Dei laudes lęti personent. Hoc autem, etsi omnium sanctorum est, maximè tamen decet seniores, vt q maiora à Deo beneficia *Vers. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

beneficia acceperint, & meritis, atque gloria reliquis præstent, scriptum est enim: Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio; atque ita iustiores magis exultare debent, & magis eos decet collaudatio. Et sequitur: Cõfitemini Domino in cithara. [Andreas Cæsariensis in citharis suauem, & bene sonantem glorificationem Dei significari dicit: in thymiamatis verò benecolentium fidelium hostiam per vitæ puritatem oblatam, sicut ait Apostolus: Christi bonus odor sumus.]

Psal. 32.

2. Cor. 2.

Et phialas aureas plenas odoramentorũ. Alludit ad morem veteris legis, in qua coram altari ponebantur phialæ plenę odoramentorum, vt scribit Hieronymus in illud Zach. 14: Et erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ. Id circo multæ phialæ erant in templo, vt videmus. 2. Paral. 4. & Hesdræ. 1. Hæc odoramenta Iohannes interpretatur orationes esse sanctorum, videlicet quas iusti ad seniores, quasi ad Deo cariores

16 dirigunt, vt ipsi Deo offerant. † Meritò autem oratio odoramentis comparatur, quoniam sursum it oratio sanctorum, & cœlestia quærit, & Deo suauissimi odoris est. Psal. 140: Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum, idest, sicut sacrificium vespertinum. Et quoniã orationes odoramenta sunt, in phialis aureis sunt, quales erant ante vetus altare, in quo significatur nõ solùm gratas, & suaues, sed etiam maximi pretij esse apud Deum. Significatur etiam orationes illas ex caritate procedere, quæ in auro intelligi solet, & patet omnibus, sicut phialę, quę patulę sunt. [Andreas: Phialæ mentes significant, ex quibus bonorum suauis odor, & pura egreditur oratio.]

Vers. 8.

Et cantabant canticum nouum. Non sicut cantica alia, quæ sunt in scriptura. Quod nam hoc sit statim indicat: *Dicẽtes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius, &c.* [Cur nouum canticum dicatur, ita explicat Andreas confirmans hinc quod de viginti quatuor senioribus diximus supra. Per hęc, inquit, ostenditur seniores esse eos, qui in veteri, & in nouo Testamento Deo valde placuerunt, & pro toto mũdo occiso Agno Dei gratias agunt. *Nouum* autem *Canticũ*, quod à vetustate literæ liberati ex omni gente, & lingua illuminati cantare edocti sumus ab spiritu. &c. Denique *nouum canticum* dicitur, quia nemo hoc ante illos cecinerat.]

Vers. 9.

Quoniam occisus es. Ideo enim tibi debetur exaltatio, vt omnes tibi obediãt, & qui obedire noluerint, seuerè à te puniantur.

Vers. 9.

Et redemisti nos Deo. Hæc verba cum sequentibus: *Et fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes*, exposuimus cap. 1. nu. 43. & sequentibus.

Vers. 11.

Et audiui vocem angelorum multorum.

17 †Nõ solùm homines, propter quos occisus est, sed angeli etiam ei cõgratulãtur videntes in libro aperto vltionem à Christo capiendam de inimicis. [Ex his, inquit Andreas, ostenditur, vnum ouile, & vnam Ecclesiam factam esse angelorum, & hominum per Christũ ea quæ disidebant copulantem, & medium parietem maceriæ soluentem.]

Vers. 12.

In circuitu throni, & animalium. Multi angeli cingunt animalia, & seniores honorantes eos, & magnitudinem gloriæ eorum declarantes.

Vers. 13.

Millia millium. Sicut cum dicitur, Sæcula sæculorum, intelliguntur innumera sæcula, quæ à nobis comprehendi nequeunt, ita cũ dicitur, *Millia millių*, numerus quasi infinitus, & qui à nobis capi non possit, indicatur. In nonnullis codicibus Græcis [& apud Andreã, & Aretham] additur, μυριάδες μυριάδων, quæ alludatur ad illud Dan. 7: Millia millium ministrabant ei, & decies mil lies centena millia assistebant ei. [Myrias autem Græcis decem mille significat.] Verùm alij codices ita habent vt nostri, nec quidquam videtur addendum.

Vers. 13.

Dicentium voce magna. Gregorius lib. 2. Moralium cap. 5. his ipsis verbis citatis ait: Vox namque angelorum est in laude conditoris ipsa admiratio intimæ contemplationis, Virtutis Diuinæ miracula obstupuisse dixisse est, quia excitatus cum reuerentia motus cordis magnus est ad aures in circumscripti spiritus clamor vocis. Quæ vox se quasi per distinctas verba explicat, dum se se per innumeros modos admirationis formar. Deus ergo angelis loquitur, cum eis voluntas eius intimè videnda manifestatur. Angeli autem loquũtur Dño, cũper hoc, quod super semetipsos respiciunt, in motũ admirationis surgũt.

Vers. 12.

Accipere virtutem. Quid sit *Accipere virtutem*, & gloriam, & honorem, & benedictionem, diximus cap. 4. nu. 52. & 53. Ex quo & tria, quæ restant, exponentur, Accipere Diuinitatem, & sapiẽtiam, & fortitudinem. † *Accipere Diuinitatem* est Deum sese ostendere ita subijciendo suis pedibus aduersarios, vt nihil maneat libi non subiectum, quod verè Dei est, non enim potest homo ita plenè subijcere omnia. *Accipere sapientiam* est ostendere se esse sapientẽ, qui & veram hominis, cœlestemq; sapiẽtiam docuerit, à qua qui exciderũt, stultissimi esse comprobantur, & sapiẽter omnia gubernauerit, ac dispensauerit, vt in gratiam electorum tolerato ad tempus malos, & posteà meritis suppliis afficere scierit. *Accipere fortitudinẽ* idem videtur esse quod accipere virtutem, atq; sita interpretaremur si per se positum esset, sed quoniã ponitur post Accipere virtutem, dicemus Accipere virtutem, idest, δύναμιν, esse accipere potestatem, hoc est omnibus imperare: Accipere autem fortitudinem, idest, ἰσχύν, quod est robur, est viribus magnis, & quibus nemo possit resistere, inimicos conterere, & vincere, ac penitùs sibi subijcere. Verùm aduertendum est, vbi nos legimus, & interpretati sumus, *Accipere virtutẽ, & Diuinitatem*, in Græco non esse Diuinitatẽ, sed *Diuitias*, idest, πλοῦτον, atq; ita legunt Andreas, Arethas, & Primasius. ita est etiam apud Tyconiũ Hom. 4. & in multis codicibus Græcis, quos vidi. Sed tamen & apud Latinos expositores, & apud Gregoriũ. 2. Moral. cap. 5. & in Latinis exemplaribus semper legitur, Diuinitatem. † Et quidem video bonum sensum etiam habere si legamus, *Diuitias*, idest, dignus est vt ipse ostendat omnes thesauros Dei suos esse, & neminem esse posse diuitem, nisi quem ipse ditauerit. Video etiam fieri potuisse, vt pro Diuitias festinans librarius poneret Diuinitas; quòd cùm posteà cernerentur non aptè cohærere cũ verbo Accipere, mutatum fuerit in Diuinitatem. Sed propter consensum codicum Latinorum, & quia rẽpori supplicium, de quo est hæc visio, melùs cõuenit Accipere Diuinitatem, quam Accipere diuitias; probabilem etiã lectionẽ censeo, Diuinitatem, nostrumque interpretẽ (si ita vertit) habuisse exemplaria emendatiora, quæ secutus sit. Alliitat autem Rupertus angelos non dixisse: Redemisti nos in sanguine tuo, sicut viginti quatuor seniores, quoniam non sunt à Christo redempti.

18

Et omnem creaturam. Prosopopœia est, idest, fictio personę, qua omne creaturam læram esse dicit de Christi victoria, & quòd summa cum potestate inimicos suos plectat. Etenim cum creaturæ omnes à Deo ita sint institutæ, vt homini seruire debeant, & auxiliari quò beatum illum finem consequatur, ad quẽ creatus est, sicut ait Paulus. 1. Cor. 3: Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia enim vestra sunt, vos autem Christi: Cum homo Deo seruire, & ad cœlestem beatitudinem aspirare desinit, creaturæ quasi grauantur illi vsui esse, & cupiunt vt à Deo puniatur.

Vers. 13.

20 †Tale est illud Rom. 8: Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eũ, qui subiecit eã in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorũ Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc. Inde etiã Sap. 5. scriptũ est de ciuilibus tẽporibus, de quibus nũc sermo est: Et armabit creaturam ad vltionẽ inimicorũ. Et posteà: Excandescet in illos aqua maris, & flumina cõcurrent duriter. Cõtra illos stabit spiritus virtutis, & tãquã turbo vẽti diuidet illos. &c. Et de creaturã rũ lætitia in supplicijs improborũ ait Habacuc. c. 3: Dedit abyssus vocẽ suã, altitudo manus suas leuauit. Sol & luna stetерunt in habitaculo suo. Lætabitur igitur suo modo, & gratias Deo agentes creaturæ, cum viderint paratam vindictã. *Quæ in cœlo est*, idest, Sol, Luna, & stellæ, nam de angelis iam dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, *Et quæ est super terram*, id est, homines iusti, & reliquæ creaturæ rationis expertes. † At creatura, quæ est *sub terra*, quomodò lætabitur, aut gratias aget, cum scriptum sit: Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui descendunt in infernum. Psal. 113. Et Isai. 38: Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te? Respõdeo hoc de illis dici, qui in ignis purgatorij loco sunt, sed suo etiam modo damnatis conuenit, non quòd illi Deum propriè laudent, quod docèt testimonia indicata, sed quod inuiti cognoscunt Deũ, & Agnũ dignos esse omni laude, & honore, iureque vindictam de aduersarijs suis sumere.

Vers. 13. *Et quæ sunt in mari, & quæ in eo.* Videtur redundare, *Et quæ in eo*, cum iam dictum sit: *Et quæ sunt in mari*. In Græcis verbis facilior est intelligentia, ita enim habent: καὶ πάντα ἃ ἐν αὐτῇ, id est, Et omnia, quæ in ipsis. Ita habent multi codices Græci, atque ita legit Primasius.

☞ [Multi non habet πάντα, id est, omnia, sed πάντας, id est, omnes, vt sit sensus, Omnes audiui dicentes. &c. Ita etiam est apud Andream, & Arethan. Vidi tamen permultos, & omnes habent καὶ πάντα ἐν αὐτοῖς, & quæ in ipsis.] Quod ita intelligo: Non solum creaturæ, quas commemorauit, sed omnia etiam, quæ in eis sunt, id est, singulæ earum partes: quomodo dictum est Psal. 102: Benedic anima mea Domino, & omnia, quę intra me sunt, nomini sancto eius. † Hæc
22 dubitatio ab omnibus, quos vidi, expositoribus prætermissa est, vnus Ambrosius curauit singula exponere, & mare esse putat locum ipsum aquarũ, & quæ in mari sunt, esse aquas, & quæ in eo, esse pisces. Mihi magna suspicio est non esse legendum: *Et quæ in eo*, sed: *Et quæ in ea*, atque ita legitur apud Rupertum, & est omnino sensus idem, quem inesse diximus in Græcis, vt quoniam dixerat: Et omnem creaturam. &c. postea dicat: *Et quæ in ea*, id est, omnia quę sunt in hac creatura cœli, & terræ. & maris, sicut in Græco dicitur: *Et quæ in ipsis*. Quod si quis adhuc contenderet legendum esse: *Et quæ in eo*, & tunc eumdem sensum esse dicerem, sed dictum esse, *In eo*, quoniam Creatura apud Græcos, id est, κτίσμα neutrius generis est, & Relatiuum conuenit cum genere Græci nominis, vt solet sæpe facere noster interpres, [quod multis exemplis eum probauimus lib. 2. de Tẽplo cap. 2. nu. 9. & 10.] & fecit vt alia omittamus, in-
23 fra cap. 10. vbi habem⁹: † Accipe librũ, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tãquam mel. Pro, Erit dulcis: sed dulce dixit, quoniam in neutro genere inuenit, quia in Græco est βιβλαρίδιον. Ita hic inuenit, ὀράνῳ in meliori codice, & vertit, In eo.

Benedictio & honor. Diximus de his cap. 4. num. 50. 51. 52. 53. tametsi pro, Potestas non est δύναμις sed κράτος eum dem tamen habet sensum. *Vers. 13.*

Et quatuor animalia dicebant, Amen. Confirmantia videlicet quod omnes creaturæ dixerant, & pro gloria Dei clamantia aduersus impios, vt supernis diximus. Hoc autem valere Amen, diximus cap. 1. num. 59. &. 60. *Vers. 14.*

Cecidêrũt in facies suas. Agnoscentes, & suppliciter venerantes Dei maiestatẽ, & illa veneratione confirmantes quod ante dixerant de Agno, & quod dicebant omnes creaturæ. *Vers. 14.*

Viuentem in sæcula sæculorum. Hęc verba quidã codices Græci non habẽt, nec Ambrosius. Alij tamen habent apud Græcos, & expositores Latini ita legũt, nec immeritò, si enim non legatur, aut hoc, aut aliquid tale subaudiendũ est. Et cap. 4. ait: Et adorabant viuentẽ in sæcula sæculorum, vbi etiam exposuimus cur dictum esset, Viuentem in sæcula sæculorum. *Vers. 14.*

Argu-

Argumenm. Cap. VI.

Aperit Agnus primum sigillum, & vocatus Apostolus à primo ex quatuor animalibus vt videat, videt equitem albo equo insidentem, qui arcum habebat, & coronam, & vincebat. Aperit Agnus secundum sigillum, & vocatus Apostolus à secundo animali vidit equum rufum, & equitem gladium magnum habentem, omniaque bellis perturbantem. In apertione tertij sigilli vocatus à tertio animali videt equum nigrum, & equitem stateram manu tenentem. In apertione quarti sigilli vocatus à quarto animali videt equum pallidum, & mortem super eum sedentem, quem Infernus consequebatur. Illa autem in toto orbe terræ multos gladio, & fame, & bestiarum morsibus interfecit. Aperto quinto sigillo videt sub altari animas sanctorum martyrum vindictam petentium, & expectare iubentur donec numerus electorum impleatur. Aperto sexto sigillo terræmotus magnus fit, sol obscuratur, Luna sanguineo colore rubet, stellæ de cœlo cadunt, montes, & insulæ è suis locis emouentur, omnes homines terrentur, & diem iræ Dei timentes in montibus, & in speluncis se se abscondunt.

Caput. VI.

ET vidi quod aperuisset Agn⁹ vnũ de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus dicens, tam quam vocẽ tonitrui, *Veni*, & vide.
2 Et vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Et cùm aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens, *Veni*, & vide.
4 Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius
5 magnus. Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal dicens, *Veni*, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. Et audiui tamquam vocem in medio quatuor animaliũ dicentẽ: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinũ & oleũ ne læseris. Et cũ
7 aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, *Veni*
8 & vide. Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eũ, nomẽ illi Mors, & Infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame & mor
9 te, & bestijs terræ. Et cũ aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbũ Dei, & propter testimonium quod ha
10 bebant, & clamabãt voce magna, dicentes, *Vsquequo Domine*, sanctus & verus, non iudicas & non vindicas sanguinẽ nostrum de ijs qui habitant in terra? Et datæ sunt illis sin-
11 gulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tẽpus modicum, donec cõpleantur conserui eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt
12 sicut & illi. Et vidi, cum aperuis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 set sigillũ sextũ: & ecce terræmotus
magnus factus est, & sol factus est ni
ger tãquam saccus cilicinus: & luna
13 tota facta est sicut sanguis: & stellæ
de cœlo ceciderunt super terram, si
cut ficus emittit grossos suos cũ a vẽ-
14 to magno mouetur: & cœlum recessit
sicut liber inuolutus; & omnis
mons, & insulæ de locis suis motæ
15 sunt: & reges terræ, & principes,
& tribuni, & diuites, & fortes, & o-
mnis seruus, & liber abscõderunt
se in speluncis & in petris montium:
16 & dicũt montibus & petris: Cadi
te super nos, & abscondite nos à facie
sedentis super thronum, & ab ira
17 Agni: quoniam venit dies magnus
iræ ipsorum, & quis poterit stare?

Vers. 1. ET vidi quod aperuisset Agnus. Septem sigilla aperiuntur, quia nẽ potest liber aperiri, 1 id est, nõn possunt quæ in eo sunt scripta, cognosci, donec impleantur quæ in septe sigillis designata sunt. Tunc illa cognoscentur, & euenient. Quare quod dixit cap. 5: Et cũ aperuisset librum, per anticipationem dictum est, vt solet Scriptura: non enim erat apertus liber, donec sigilla aperta sunt. *Cur hic semper Christus Agnus dicatur.* Ceterum semper in apertione libri & sigillorum meminit Agni, quoniam, vt cap. 5. diximus semel, & iterum, Agnus dictus est Christus eo quod immolatus sit pro nobis in morem agni, qui quotidie immolabatur, Num. 28, & Christi immolandi figura fuit. Et quoniam propter hanc immolationem meruit Christus exaltari, & omnibus dominari, & aduersarios potestati suæ subijcere, meritò cum sigilla aperiuntur, quibus & eius exaltatio, & pœnæ de impijs sumendæ continentur, Agnus vocatur.

Vers. 1. *Audiui vnum de quatuor animalibus.* Videbitur fortasse tacuisse quodnam esset, quoniam ad rem non pertinebat, sicut & cap. 5. dixit: Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris, sed re vera Vnum capitur more vulgato Hebræorum pro Primo. Quod manifestissimè intelligitur ex eo, quod mox ait: Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal. &c. Et idem dicit de tertio, & quarto animali. Leo igitur loquitur, nam cap. 4. primum animal leonem esse dixit, vt etiam exposuit Arethas. Eodem modo locutus est de sigillis. *Et vidi quod aperuisset Agnus vnum de septem sigillis*, id est, primum: postea enim ait: Et cum aperuisset sigillum secundum, &c. atque ita de tertio, & reliquis. † Sed quæritur quomodo quatuor animalia possunt esse Euangelistæ, cum Iohannes fuerit iuxta hanc interpretationem vnum ex animalibus, de quibus ita prorsus loqui videtur, ac si iam in cœlo essent. Nec possumus dicere quod cap. 4. respondimus, visionem pertinere ad postrema tempora, cum iam omnes Euangelistæ futuri erant in cœlo: quoniam nunc manifestè Iohannes de suo tempore loquitur, quo vidit visionem: audiuit siquidem vnum ex quatuor animalibus dicens sibi: Veni, & vide. Quæstioni facilè ita quis putabit satisfieri: tempore etiam, quo Iohannes hæc scribebat, tres ex Euangelistis in cœlo fuisse; qui iam mortui fuerant, atque ita rectè vnum ex illis Iohanni, tamquam socio, & fratri dixisse: Veni, & vide. Immo erat hoc rationi valde consentaneum, vt Euangelista iam beatus eum, qui in terris adhuc versabatur, Euangelistam commoneret, vt disceret mysteria, quæ reuelabantur. Verum hæc responsio verbis quarti animalis refellitur, vt statim dicemus. Dicendum ergo est, visionem, quia prophetica est, de eo esse quod futurum erat. Itaque non erant in cœlo quatuor animalia, sed in visione vidit Iohannes quatuor animalia quatuor Euangelistas designantia, quæ etiam videre potuit nondum mortuis ipsis Euangelistis. Sicut cum vidit viginti quatuor seniores, non innumerabilem vidit sanctorum multitudinem, sed tan-

Vnum pro Primo.

Quomodo Iohannes vocetur ab animalibus si illa erant Euangelistæ.

tantum viginti quatuor effigies seniorum, in quibus tamẽ innumerabilis multitudo significabatur in cœlo futura.
3 † Vnum igitur ex animalibus locutum est Iohanni, vt tunc indicaret quæ post futura erant. Sed vrget vehementius quod in hoc ipso cap. non solùm primum, & secundum animal, & tertium Iohanni loquuntur, sed etiam quartũ. Et cum aperuisset sigillum quartum: audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide. Non est ergo Iohannes vllum ex his animalibus, nec enim cõpellari à seipso poterat. Hæc dubitatio, cum quidem sit maxima, ab ijs, qui quatuor animalia Euangelistas esse interpretati sunt, nec explicata est, nec proposita quidem, sed coacti difficultate aliter nunc quatuor animalia accipiunt, & aut omnes Ecclesiæ doctores esse dicunt, vt Ambrosius, & Anselmus, aut quatuor insigniora Christi mysteria, ideſt, natiuitatem in homine, passionem in vitulo, resurrectionem in leone, ascensionem in aquila intelligunt, vt Rupertus. Alij in animalibus intelligunt primam Ecclesiam temporis Apostolorum, in Iohanne verò Ecclesiã subsequentem, vt Ansbertus, & Haymo, & eadem est fere sententia Abbatis Ioachim. † Petrus Serranus doctor Theologus, & Episcopus Caurensis animalia hic quoque ad Euangelistas retulit, sed ordinem peruertit, nam primum esse affirmat aquilam, ideſt, ipsum Iohannem, cum sit & apud Iohannem, & apud Ezechielem quartum. Secundum dicit esse Matthæum, tertium Marcum, quartum Lucam. Nec tamen docet quomodo animal, quod Iohannem significat, ipsi Iohanni loquatur. Est etiam in hoc loco altera dubitatio, quæ simul cum priori dissoluenda est, cur animalia Iohanni locuta fuerint, non autem aliquis è senioribus, vt antea; & cur non vnum ex animalibus, sed omnia; denique cur in primi sigilli apertione hoc animal eum vocet ad videndum potius quam alterum, & ita in ceteris sigillis. Harum dubitationum explicatio potest ex verbis ipsius Euangelistæ quodam modo desumi. Videmus enim in quatuor priorum sigillorum apertione quatuor animalia vocare Iohannem vt videat, non autem in apertione 5 reliquorum. † Ex quo videtur intelligi in quatuor sigillorum apertione aliquid significatum esse, quod vel tempore cuiusque Euangelistæ factum sit, vel ad cuiusque Euangelium pertineat, vt posteà explanabimus. Atque ideo meritò loquuntur omnia animalia, & suo loco quodque, quoniam ad tempus, vel Euangelium ipsius id pertinet, ad quod videndum vocat. Et quoniam quod Iohannes videbat, non res vera erat, sed ad futurorum significationem menti eius obijciebatur, dicentibus quatuor animalibus: *Veni & vide*, hoc significabatur, Deum velle vt ei innotescerent quæ in Ecclesia futura erant, & priùs ea, quæ ad tempora, vel Euangelia aliorum Euangelistarum spectarent, mox quæ euentura erant postquam ipse reuocatus ab exilio scriberet Euangelium, vt omnia quasi vno intuitu videret. Quod igitur quartum animal Iohanni dicit: Veni, & vide, perinde est ac si ei ab aliquo diceretur: Cum tu quartum animal fueris, ideſt, cum Euangelium scripseris, id fiet, quod in huius sigilli apertione significatur, quod suis locis videbimus.

Cur non seniores, sed animalia Iohanni loquantur.

6 *Tamquam vocem tonitrui.* † Significat vocem fuisse magnam, & terribilem, qualis fuit vox Euangelistarum, & Apostolorum, de quibus dictum est Psal. 18: In omnem terram exiuit sonus eorum. &c. Et Iohannes, & Iacobus vocati sunt à Domino filij tonitrui Mar. 3. *Vers. 1.*

Et vidi, & ecce equus albus. Quis sit qui equo insidet, non indicat, sed quid portet. Communis autem expositorum sententia est eum esse Christum. Quod rectè confirmari potest ex Apoc. 19: Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verax. &c. Et paulò post: Et vocatur nomen eius Verbum Dei. Quem locum referens Ambrosius in illud Psal. 40: Magnificauit, siue, vt ipse legit, Ampliauit super me supplãtationem, in equo, corpus Christi signi- *Vers. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficari docet. Albus erat, inquit, qui erat immaculatus, quia nulla peccati inquinamenta cognouerat. Nam si libido tenebrosa est, recte sanctimonia relucet, & splendet. &c. Huius equi figurã fuisse dicit illum, qui secundo Mach. 3. Heliodorum inimicum Iudæorum strauit. Eumdem sensum inter alios refert nec improbat, Origenes Hom. 2. in Cant. in illud: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te. † Hieronymus in illud Isaj. 66: Et annuntiabunt gloriam meam, citat eadem verba cap. 19. & ait: Equo autem sedebat albo quando post resurrectionem immortale, & incorruptum corpus assumpsit. Possemus & hic eodem modo equum interpretari, quemadmodu & Rupertus interpretatus est. Sed probabilius arbitror quod Andreæ, & Arethæ, & omnibus fere expositoribus placuisse video, vt in equo albo Apostoli missi per orbem terræ ad prædicandũ Euangelium, & eorum discipuli, idest, prædicatores Ecclesiæ, intelligantur. Quod vt explicem, memineremus equum bellicosum esse animal, & pugnax, vt eleganter ostenditur in libro Iob. cap. 39: Gloria narium eius terror, terram vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Hinc crebra equorum mentio in Scriptura cum de bello sermo est, vt Psal. 19: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Et Psal. 146: Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Prou. 21: Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit. In equo igitur instructio ad prælium, & præliatio significantur. † Ita apud poetam Carthaginienses.

1. Æn. *Effodere loco signum, quod regia Iuno*
Monstrarat, caput acris equi, sic nam fore bellum
Egregium, & facilem victu per secula gentem. Et lib. 3.
Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore niuali.

Et pater Anchises: Bellum, ô terræ hospita portas,
Bello armãtur equi, bellum hæc armenta minantur.

Quæro quod in hoc. c. 6. & 19. equites videmus equis insidentes, semper hoc significat, eos esse ad prælidum instructos optimè, & paratos. Quod vt alijs Scripturæ locis similiter intelligẽdum est. Verum quoniã equus sæpe in bello adiutor equitis est, Vnde Virgilius: 12. Æne.

Post bellator equus,

& Iob dixit: In occursum pergit armatis, &c. recte hic equum album Apostolos interpretabimur, qui missi ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, Christum in se portant in omnes terras tum Diabolo pugnantem, & ipsi eum iuuant pugnantes simul, & irruentes in hostem. † Quod optimè confirmatur verbis Zach. cap. 10, quæ in hoc ipsum protulit Tyconius Hom. 5: Visitauit Dominus exercituũ gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Albus equus est, quia non tristia hominibus portant, sed læta, & prospera. De quibus scribit Isaias cap. 52: Quam pulchri super montes pedes prædicantis, & annuntiantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem? Sed maximè vt certa victoria significetur per lætum colorem, & festum, vt alijs exemplis ostendemus cap. 19. num. 21. & 25. His adiungamus quod scribit Origenes Hom. 2. in Cant. in illud: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, Sunt ergo, inquit, equi Domini, quibus ascedit, & equitatus eius: quos ego non alios esse puto, quã illas animas, quæ freenum disciplinæ eius accipiunt, & iugũ portant suauitatis eius, & quæ spiritu Dei aguntur, & in hoc est eis salus. Et aliquantò post: Beatæ ergo sunt illæ animæ, quæ dorsum suum curuauerunt vt suscipiant sessorẽ Verbum Dei super se, & frenæ eius patiuntur, vt quocumque ipse voluerit, flectat eas, & agat habenis præceptorum suorum, quia iam non propria voluntate incedut, sed ad omnia ducitur, & reducuntur voluntate sessoris. &c. Quæ omnia melius Apostolis conueniunt, quam ceteris. *Equi Dei.*

Et

Vers. 2. *Et qui sedebat super illum habebat arcum.* † Arcum quidem habet Christus, vnde sagittas mittat in hostes suos in quo potestas eius ad perdendum inimicos intelligi solet, qua in iudicio maximè vtetur. De hoc arcu dictum est Hab. 3: Suscitans suscitabis arcum tuũ, qui videlicet quasi neglectus iacere videbatur. Et Psal. 44: Sagittæ tuæ acutæ, (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis. Sed alius hic arcus est, quẽ nũc habere dicitur: Euãgelica enim prædicatio est, vt rectè exposuit Andreas Cæsariensis, quam, ceu arcum quemdã extendens, sagittas in omnes nationes misit, quibus eas ad salutẽ vulnerauit, & sibi subdidit. Itaque eas hoc in loco sagittas intelligunt omnes, quæ corda ferientes inimicorum Euangelij, eos veritati, Christoque subijciunt. Augustinus in illud Psal. 76: Sitenim sagittæ tuæ pertransierunt (ita enim legit) Verba, inquit, Euangelistarum sagittæ fuerunt. Verbum Dei sagitta est, quia percutit. Quid est Pertransierunt? Non in curribus remanserunt, sed corda transfixerunt. Et in illud Psal. 119: Sagittæ potentis acutæ: Sagittæ potentis acutæ verba Dei sunt. Ecce iaciuntur, & transfigũt corda. Sed dum transfixa fuerint corda sagittis verbi Dei, amor excitatur, non interitus comparatur. Nouit Dominus sagittare ad amorem, & nemo pulchrius sagittat ad amorem, quã qui verè verbo sagittat: immo sagittat cor amantis vt adiuuet amantem, sagittat vt faciat amantem. &c. Et ne cui fortasse hic sensus mysticus videatur, sciat vereres Hebræos multùm arcu pugnare solitos esse, in cuius peritia maximè gloriabantur, vt multis in locis Scripturæ videmus. Psal. 77: Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum conuersi sunt in die belli. Hos. 1: Et in die illa conteram arcum Israel in valle Iezrael. Arcum ergo habere dicitur, vt significetur vehementiùs pugnare, & aduersarios superare: in quo vis Euangelicæ prædicationis ostenditur, cui omnia cesserunt. *Arcus.*

Vers. 2. 11 *Et data est ei corona.* † Christus, cum ascendit in cœlum, coronatus est, iuxta illud Psal. 8: Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Psal. 20: Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Significabatur ergo illa corona omnia Christo esse subijcienda, & vniuersum orbem in eum esse crediturum. Corona enim regi datur, & ipse ait Psal. 2: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Possumus etiam dicere, tunc ei datam esse, cum ad pugnam exiuit, vt omnes homines scirent eum constitutum esse regem à Deo, cui vniuersæ gentes obedirent.

Vers. 2. *Et exiuit vincens vt vinceret. Exiuit vincens*, quia ab ipso exordio prædicationis Euangelicæ homines vincì, conuertique cœperunt, adeò vt die ipso Pentecostes tria millia conuersa fuerint Act. 2. Et in eodem capite legimus: Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in id ipsum. Et exiuit *vt vinceret* semper, & homines Euangelio subiugaret. Quid igitur hac visione ostensum est Iohanni? Semper Christum victurum esse in Apostolis, & prædicatoribus Euangelij, nec vim tyrannorum, aut hæreticorum, aut persecutionum Euangelium impedire posse, quin in omnes gentes eat, omnesque conuertat, vti iam tempore Apostolorum cœperat.

12 † Quod nostris etiam temporibus videmus, quibus Euangelium barbaris, & remotis nationibus prædicatur nõ sine magno fructu. Cur hanc visionem ostendit Iohanni primum animal, quod est leo? Quoniam regia Christi vis, & potestas, quæ in leone significatur, (vt cum dictum est cap. 5: Vicit leo de tribu Iuda) hic ostenditur, cum omnia ei obediunt.

Vers. 3. *Audiui secundum animal.* Secundum animal vitulus est, & ad illud pertinet, quod nunc exit in conspectu Iohannis, vt mox videbimus.

Vers. 4. *Et exiuit alius equus rufus.* Rufus color sine dubio bella, & cædes indicat, quare apud Zach. cap. 6. bene in equo rufo designatum est imperium Chaldæorũ sanguinarium, & crudele. Atq; hoc facilè indicant verba sequentia: Et qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 inuicem se interficiant. † Significat ergo equus rufus persecutores Ecclesiæ iuxta omnium fere sententiam, qui instigante Diabolo simul vt Apostoli vincere cœperũt, in prædicatores Euangelij, & crescentem gentem Christianorum rabie maxima irruerũt, vt profectum Euangelij impedirent. Diabolus ergo est, qui equo vehitur. Subindicat hoc, quod dicimus Iohannes cum ait: *Et exiuit alius equus rufus*, ac si diceret: Post equum album exiit equus rufus ipsum insequens. Tyconius Hom. 5. & Beda: Contra victricem vincentem Ecclesiam exijt equus rufus, ideſt, populus sinister, & malus, ex sessore suo Diabolo sanguinolentus.

Vers. 4. *Datum est ei vt sumeret pacem de terra.* Ideſt, Permisit ei Deus vt pacem de terra tolleret. [Andreas: Quod autẽ scriptum est datum esse sedenti in equo sumere pacẽ: sapientem Dei permissionem ostendit fideles seruos per tentationes probantem. Idem etiam Arethas.] Quod magis explicat cum ait: *Et vt inuicem se interficiant*. At non est id ita intelligendum, vt martyres aduersus eos pugnauerint, à quibus infestabãtur, sed ex verbis Domini locus explanabitur, qui Matth. 10. ait: Tradet autẽ frater fratrem in mortem, & pater filiũ, & insurgent filij in parentes, & morte
14 eos afficiẽt. † *Et* posteà: Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominẽ aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Hoc autem fiebat, non Christo id quærente, sed gratiam suis suggerente vt inuitis, ac repugnantibus carissimis quibusque cognitam Euangelij veritatem amplecterentur, & ideo ait: Non veni pacem mittere. At Diabolus iniustà odia concitat aduersus Christianos, & pacem perturbat Deo iustè id permittente ad salutem, & coronam electorum, cuius rei causa dictum est: *Et datum est ei vt pacem sumeret de terra*. Prætereà bella etiam excitat Diabolus ciuitatum, & regnorum infidelium aduersus ciuitates, & regna fidelium, quos causa religionis persequuntur, atque ita inuicem se interficiunt homines, qualia mouent passim hæretici in Catholicos, Saraceni in Christianos. Qua ratione meritò dicitur ei datus gladius magnus, quo videlicet multos occidat, & multorum sanguinem effundat. Tyconius Hom. 5. & Beda: *Datus est ei gladius magnus, vt tolleret pacem de terra*, scilicet suam pacem, hoc est mundanam. Nam Ecclesia æternam pacem, quam sibi Christus reliquit, habet. [Andreas, & Arethas eodem modo (quod quidem ad substantiam visionis attinet) interpretãtur. Ita enim ait Andreas, vnde Arethas desumpsit: Hanc nos coniectamus secundam ab Apostolis successionem intelligi, quę per martyres, & doctores impleta est: in qua dilatata in id quod supererat, prædicatione pax mũdi soluta est, ipsa etiam diuisa natura, secundùm quod à Christo dictum est: Non veni mittere pacem in terram, sed gladium, per quem in altare quod supra est, martyrum occisiones offerebantur. *Equus* autem *rufus* vel effusionis sanguinis, vel inflammati martyrum pro Christo mortuorum affectus signum est. &c.]

15 † Significatur ergo Iohanni hac visione semper quidem Euangelij prædicationem superaturam aduersarios suos, nec vllam esse posse in terris tantam vim, quæ eam extinguat: sed non tamen sine sanguine superaturam, Diabolum enim vehementer de eius successu dolentem omnes artes nocẽdi, & omnes machinas suas admoturum aduersus Christianos, vt omnibus sæculis factum videmus. Quid visio ad secundum animal pertinet, ideſt, ad vitulum? Multùm planè, quoniam exeũte hoc equo rufo plurimi, quasi vituli ante aras, pro Christi fide à persecutoribus immolati sunt. [Andreas: Secundum animal vitulum dici existimo sanctorum martyrum sacras hostias significantem. &c.] Tempus etiam conuenit, nam Nerone principe Christianos persequente, quæ prima Ecclesiæ persecutio fuit, rabies Iudæorũ, & Gẽtiliũ maximè in Christianos sæuiebat, accedẽte ad odiũ timore pœnarũ, ne si tacerent, fauere Christianis viderentur, & eodem tempore Lucas Euangeliũ suum

sium videtur scripsisse, qui Romã cum Paulo venit secundo anno imperij Neronis, vt docet Hieronymus in Catalogo, cũ de Paulo, & de Luca agit, sed de significatione huius equi iterum dicemus num. 28. & num. 29.

Vers. 5. 16 *Audiui tertium animal.* † Quod est homo [vt etiam Andreas, & Arethas interpretantur,] causam postea indicabimus.

Vers. 5. *Et ecce equus niger.* Tyconius Hom. 5. Beda, Ansbertus, Haymo, & multi alij, in equo nigro hæreticos intelligũt. Nec mihi displicet hęc interpretatio, sed ita laborãt in copulando cum his quod statim sequitur: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, vt periclitari veritas expositionis videatur. Verùm & ego sentio in equo nigro hæreticos significari, & prauæ doctrinæ magistros, quod rerum ordo, & quasi contextus indicat. Nam Euangelij prædicatione feliciter exultante, & currente Diabolus, vt eam impediret, persecutores suscitauit, & quia persecutionibus magis etiam crescere animaduertebat, viuentibus Apostolis nonnullos siue hæreticos, siue pseudoapostolos immisit, sed eis mortuis quãplurimos in sinceram doctrinam ab eisdem Apostolis traditam armauit. Deinde sicut in equo albo Apostolos, & cæteros Euangelij prædicatores significari diximus, qui læta, & prospera hominibus nuntiabant, ita è contrario in equo nigro prædicatores Diaboli, & peruersæ doctrinæ seminatores intelligere conuenit, qui tristia hominibus portãt, id est, per quæ in tristitiã sempiternam incidant, & tenebras hominibus effundunt, eosq; nocte, & caligine implẽt.

Vers. 5. *Et qui sedebat super illum habebat statẽra in manu sua.* 17 † Talis equi sessorẽ quem melius quam Diabolum intelligemus? Sed cur staterã in manu sua habet, qui iustitiæ hostis est? Non deerunt qui putent stateram habere propter id, quod sequitur: Bilibris tritici denario, &c. quasi panem appendere velit, & hordeum. Verùm in Græco nulla de librarum mentio est, vt statim dicemus: itaq; nec panem appendit, nec hordeum. *Statera* ergo *in manu habet* quasi verba ponderans. Instituitur enim Diabolus persuadere hominibus se optimè examinare vim verborum Scripturæ, & æqua statera ponderare, atque id quod docet, verissimum esse, & ex ipsis visceribus Scripturarum erutum, videtur enim alludi ad illud Isai. 33: Vbi est literatus? vbi verba legis ponderans? Suadet etiã se accuratè attendere quæ dicit, & nihil sine maturo consilio loqui, iuxta quod scriptum est Eccl. 21: Labia imprudentium stulta narrabunt; verba autem prudentium statera ponderabuntur. Et cap. 28: Aurum tuũ, & argẽtum tuum conflа, & verbis tuis facito stateram. Atque hæc eadem, quæ Diabolus persuadet hæreticis, hæretici persuadere conantur omnibus, quos docẽt: quare iure staterã habet in manu, quia & ipse id facit, & alios docet, vt faciant.

18 *Et audiui tamquam vocem.* † Crebro his vocibus vtitur, Tamquam, & Quasi, & similibus, vt cum de animalibus loquebatur cap. 4. quoniam non erant veræres, sed rerum similitudines obiectæ menti Apostoli. *Vers. 6. Cur dicat sæpe Tamquam, & Quasi.*

In medio quatuor animalium. Vox hæc sedentis in throno est, ipse enim est in medio animaliũ, sicut legimus cap. 4: Et in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia. Aut certè vox Agni est, de quo cap. 5. dixit: Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animaliũ, & in medio seniorum agnum stantem tamquam occisum. Hoc etiam indicat ipsa vox, quæ cum imperio præcipit: Vinum, & oleum ne læseris. Videtur autem hoc ad consolationem fidelium scriptum, patris esse hanc vocem, aut Christi, vt quamuis hæreticos furere videant, Diuina promissione confirmentur, sciantque Catholicam veritatem in Ecclesia nunquam defuturam, & vinum, & oleum ab eis non esse lædendum, etiam si penuria laboretur, quod statim explicabimus. Ceterùm non est legendum: *In medio quatuor animalium dicentium*, non enim loquuntur nunc animalia, sed *Dicentem*: audiui vocem dicentem; sicut est in Græco, & apud Andream, & Arethã, & Primasium, & in correctioribus exemplaribus. *Vers. 6.*

19 *Bilibris tritici denario.* † Pro *Bilibris* in Græco est Chœnix vtroque in loco quod nõ est nomen ponderis, sed mensuræ *Vers. 6. Chœnix.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

suæ aridorum, capitque cotylas quatuor, siue sextarios duos, si Budæo credimus, lib. 5. de Asse. Certè omnium cõsensu mensura est, quam frumento ploriam vnus homo quotidie absumere possit, vt idem autor eodem libro probat ex Herodoti verbis lib. 7. & ex Suida, & ex Athenæo lib. 3. ideoque vocari solet ἡμερήσιον τροφήν, ideſt cibarium diurnum. Declarat hoc vulgarum Pythagoræ symbolũ: ἐπὶ χοίνικας, μὴ καθίσῃς, ideſt, Chœnici ne insideas, hoc est: cũ vnius diei victum paraueris, ne quiescas, sed labora, & plus quære. De quo etiam Erasmus in Chiliadibus. Hæc mensura ad Hispanicas redacta ẽapit quartellum tritici cum dimidio, quam in singulos dies veteres seruis demetiebantur. Illi nostri interpres duas libras, ideſt, vigintiquatuor vncias tribuit, ideoque, ne Græco nomine vteretur, vertendum putauit *Bilibris*, scilicet, mensura. At Budæus quatuor libras habere testatur Chœnicem, quoniã Chœnix capit duos Sextarios, & Sextarius capit vncias vigintiquatuor, ideſt, libras duas. Sed Iulius Pollux in suo Onomastico, lib. 4. cap. 22. Chœnici tres cotylas tribuit, habet autem Coryla vncias

20 nouem. † Et Alciatus in libello de Põderibus, & mensuris communem Chœnicem apud Græcos habere testatur quatuor Sextarios, Atticam verò tres cotylas, ideſt, vigintiseptẽ vncias, quod confirmat ex Polluce, Suida, & interprete Nicandri, quod & multò verius est, & consentit cum nostra translatione. Idem autor lib. 1. Parergon cap. 17. docet Chœnicem pendere vncias vigintiseptem, atque eius dimidium libram, vel libellam dictum esse Athenienſibus. Denarius, qua voce Latina vsus est in Græco Euangelista, à numero dictus est, quòd decem asses valeat. Explicatis vocabulis nunc res ipsa explicanda est, in qua magna opinionum varietas incertiorem dimittit lectorẽ. Fames futura his verbis significari videtur, quod Andreæ, & Arethæ, & Victorino placuit. [Quibus equidem non assentior, nam] si fames significatur, nihil magnum afferre videtur hęc prophetia, vulgaris enim fames est, & quæ sæpe contingat. Nam neque triticum de futurum dicit, neque hordeum, addit etiam vinum, & oleum non esse lædendum. [Multò sæuior, & dirior fames extremis illis temporibus reseruatur; de qua Dominus ait: *Et erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.* Quis enim credat vulgarem quampiam famem his verbis fuisse prædictam? Nullum tunc erit vulgare malum, nullus vulgaris terror, omnia inusitata, & insolita, & mirum in modum perterrentia. Quod cum ita sit, non est dubium reconditum aliquem sensum in his verbis latere, neque posse ea ita intelligi vt sonant, eumque nunc Historicum sensum haberi, ac dici debere, qui mysticus in alijs videretur.] Fortasse ergo ita locus explicabitur, famẽ quidem hic prædici, at nõ corporis quæ nihil ad hæreses pertinet, sed famem (vt legimus in cap. 8. Hamos) & penuriam verbi Dei. Sicut enim Chœnix, aut Bilibris erat cibus diurnus homini idoneus, ita Denarius merces est laboris diurni, vt videmus in parabola vineę Matth. 20. Ait ergo, totam diei mercedem pani eiusdem diei emendo necessariam fore. † Triticũ cibus est ho

21 minum, hordeo non vtuntur, nisi cum tritici magna penuria est. Ideo in tritico doctrina elegans, & mysteriorum scripturæ explicatio designatur, quæ hæreticis omnia turbantibus rara erit, & quasi ad mensuram dabitur ijs, qui in vinea Domini, ideſt, in cultura virtutũ, laborauerint, pro mercede sui laboris, non quidem quasi ex iustitia debita, sed quasi ex Dei misericordia, & benignitate concessa. Ac si dicat: Quidquid laborauerit, necessarium erit, vt Deus laborem illum inspiciens, misericorditer eum à fame illa liberet. De hoc tritico, & de hac mensura dictum est Luc. 12: Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? In hordeo, quod magis iumentorum cibus est, indicatur rudis, & aperta intelligentia doctrinæ eius, quæ ad salutem necessaria est, & cuius multò maior copia esse soler quam altioris, & reconditioris eruditionis. Hæc est illorum iumentorũ cibus, de quibus dictum est: Homines, *Pſal. 35.*

Chœnici ne insideas.

Denarius.

& iumẽta saluabis Domine, ideſt, ignorantium; & vulgarium hominum. Hęc quoque dabitur laborantibus in opere virtutum, & ab hæreticorum turpitudine recedentibus. Sed tanta eius erit penuria, vt trea chœnices denario vendantur, ideſt, eodem pretio, quo Chœnix tritici, & quo prius multò plures Chœnices venibant. Tres autem dixit potius quam plures, vt ratio hordei ad triticum conseruaretur, duplum enim, aut triplum solet esse pretium tritici ad pre

22 tium hordei. † Significat autem hæreticos tam vehementer aduersùs sanam doctrinam esse pugnaturos, vt rari sint inter Christianos veritatis magistri, nõ solùm altiorũ mysteriorum, sed etiam humiliorum, & ad salutem necessariorum, vt in hæresi Ariana contigit, cum rarissimi erant, qui non essent veneno illius infecti. Et qui veram doctrinam acceperunt, & cõseruaturi sunt, illi erũt, qui vitæ puritatem iuxta Euangelij formam tenebunt, & hæreticorum scelera, & turpitudines execrabuntur. Chœnix tritici vni dabitur, vnius enim cibus est Chœnix; id est, rara erit, & paucissimis dabitur huiusmodi exactissima veritatis cognitio, qualis in magistris esse soler. Tres Chœnices non vni dantur, sed vni, & eius familiæ, vt singulis diuidat, prout licebit. Hordei maior copia erit, quam tritici, & pluribus dabitur, sed non nisi denario dabitur, id est, laborãti, vt dictum est, in opere virtutũ, & eius causa dabitur alijs, quibus ipse diuidet. Hieronymus in illud Ham. 8: Emittam famem in terram: Mittit, inquit, Dominus famem in terram super eos, qui terrena sapiunt, quando propter peccata populi doctrina defecit in Ecclesijs. Monentur ergo fideles vt diligenter mandata Dei custodiant, & in omnium virtutum studium, & opus incumbant, alioqui fore vt temporibus diris hæreticorum erroribus facile capiantur, iuxta quod à Paulo dictum est 1. Tim. 1: Habens fidem, & cõscientiam bonam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Deinde Ecclesiæ spes erigitur, vt quamuis multas hæreses exoriri videat, & famẽ doctrinæ sanæ portendi, sciat non tantam fore, vt desint vnquam magistri, Catholicæ veritatis, eius præsertim, quæ necessaria est ad salutem, iuxta Domini promissionem: Et portæ inferi *Matth. 16.* non præualebunt aduersùs eam.

23 *Et vinum, & oleum ne læseris.* † Tycon. *Verſ. 6.* mus Hom. 5. & Primasius: In vino sanguis Christi, in oleo vnctio Chrismatis intelligitur. Sed mihi [quod etiam Andreæ Cæsariensi placuisse video] potiùs videtur Iohannes alludere ad vinũ, & oleum parabolæ Dominicæ, quam retulit Lucas cap. 10. & quæ iam in ore omnium versabatur: Et appropians, inquit, alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum. In quo animarum remedia à Christo relicta, & maximè sacramenta designantur. Quoniam igitur etsi hæretici pacem Ecclesiæ turbaturi essent, & doctrinam Euangelicam multis in regionibus deprauaturi, non passurus erat Deus vt sacramenta tollerent, & cœlestia medicamenta animarum: recte vox auditur Dei Diabolo, qui equo nigro vehebatur, interdicentis, ne vinum, & oleum læderet. Vidimus patrum nostrorũ memoria Luthe rum, & posteà alios, qui vinũ, & oleũ, lædere voluerunt, & sacramentis Ecclesiæ bellum atrocissimũ indixerunt, sed non est illis datum vt læderent, nec vnquam alijs dabitur. Ex quo cernimus furentem rabiem hæreticorum, & corũ principis Diaboli, nõ ampliùs posse lædere Ecclesiam, quã cõcesserit Deus.

24 † Si quærimus cur ad huius sigilli apertionem tertium animal, id est, homo, Iohannem vocet, ea causa est, quod hęretici cum sint verè lupi rapaces, vt Dominus ait, veniunt ad nos in vestimentis ouium, id est, mãsuetudinem, & humanitatem simulant, homines videri volunt, cum sint immanissimæ feræ. [Aut (vt ait Andreas) qa multi propter mentis imbecillitatem territi supplicijs impiorum, aut certè fallaci hæreticorũ persuasione decepti à fide Christi recessuri erant, vt homines, quibus *Pſal. 81.* dictum est: Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.] Eò etiam tempore videntur hæretici potissimùm furere cepisse, cum Matthæus Euangelium suum scripsit, anno videlicet, quadragesimo primo Domini, vt autor est Eusebius in Chro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Chronicis, cum Apostoli per varias mundi regiones dispergebantur. Significatur ergo Iohanni non defuturos vnquam hæreticos Diabolo instigante, & quærente candorem Euangelicæ doctrinæ tenebris errorum suorum obscurare, sed neque vnquam in Ecclesia defuturos veritatis doctores. Ideo niger equus post rufum cõtra album exit, & vox de medio animalium auditur.

Vers.7. *Audiui vocem quarti animalis.* Quartũ animal est aquila, & ideo in huius sigilli apertione aliquid Iohanni indicandum est, quod ad eum, & ad eius Euangelium pertineat, vt in reliquis vidimus.

Vers.8. *Et ecce equus pallidus.* † Ioachim abbas, & eum secutus Cœlius Pãnonius, existimant in equo pallido Agarenos significari. Et quamuis non satis explicant quid sit quod mors in equo pallido sedet, & eum sequitur Infernus, quo modo etiam illi interfecerint quatuor partes terræ gladio, & fame, & morte, & bestijs terræ: pulchrè hæc expositio hærebat cum præcedentibus, vt post Christianorum persecutores, per quos Diabolus profectum Euangelij impedire nitebatur, post hæreticos, quorum ope raad idem vsus est, Agareni iungerentur, qui multas orbis prouincias occuparunt, & Christiani nominis capitales semper hostes fuerunt. Itaque facilè mihi eorum sententia probata esset, haberémque quomodo illa explicarẽ, quæ ipsi fere inexplicata reliquerũt. Sed hoc me vnũ maximè mouet, quod si ita exponamus, nihil ad quartum animal hæc visio pertinet, sicut reliquas tres ad tria præcedentia animalia pertinere demonstrauimus, nec erat cur quartum animal potiùs ad hæc videnda Iohannem vocaret, quam ad sequẽtium sigillorum apertionem, ad quam tamen à nullo iam animali vocatur.

26 † Quare omnino hoc videtur esse intelligendum de calamitate aliqua insigni, quæ ante Iohannis mortem, aut paulò post Ecclesiæ aduenerit. Illam autem Agarenorum calamitatem, quę magnam Ecclesiæ partem deuastauit, in equo nigro significatam esse arbitror, nam Ecclesiæ vehementem tristitiam, & multis in locis magnam sanæ doctrinæ penuriam inuexit. Videntur ergo hæc omnia referenda ad tertiam persecutionem Christianorum, quam commouit Traianus, quę fuit immanis, & in qua innumerabilis multitudo Christianorum occisa est, vt ex Plinio, & ex Eusebio ostendimus cap.3.nu.23. & .24, vt equus pallidus sint Traianus, & eius crudelitatis ministri, qui ferro, & fame, & bestijs Christianos occiderunt. Mortui siquidem pallent, & vulgare epitheto mortis est, Pallida, quod pallidos reddat. Illi etiam pallent, qui diutu rnam famem pertulerunt. Vnde illud.

---Et pallida semper 3.Æne.
Ora fame.

Pallidus itaque equus est, quòd pallorem ex morte, & fame inducat. Super eum sedet Mors, quæ per hos plurima Christianorum millia occidit, cuiverè, & propriè potestas data est super quatuor partes terræ, ideſt, super Christianos vbique gentium degentes, & per orbem totum diffusos, sicut cap.3. legimus: Et ego seruabo te ab hora tẽtationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. † Infernus autem sequitur equum pallidũ, 27 non deuoraturus quos ipse occideret, sed ipsum, qui occidebat, ideſt, Christianorum persecutores, qui imperatoris potentia freti impunè se putabant sæuire in Christianos, quasi nemo esset, qui eorum cædes curaret. [Victorinus: Cum enim dicit: *Et infernus sequitur eum*, ideſt, expectat deuorationem animarum multarum impiarũ.] Quare rectè Infernus equum insequitur, vt significetur non deseri à Deo, neque contemni Christianos, vt Gentiles putabant, sed æterna suplicia manere, ac sequi eorum violatores, & interfectores, quæ nullo modo effugere valeant, quamuis fortes, & potentes. Quod similiter de reliquis tyrannis, ac persecutoribus vsque ad finem sæculi futuris intelligendum est. Atque hoc illud ipsum est, quod paulò aliter dictũ est ab Isaia. cap. 5: Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descendẽt fortes eius, & populus eius, & sublimes, gloriosique eius ad eum. Ponitur ergo Infernus post equum pallidũ potiùs quã post rufum, & nigrum, propter superbiam, & potentiam, & fortitudinem tyrannorum, & regum, qui neminem in terra timebãt, nec putabant, sibi quidquam mali imminere, & quia tunc Christiani maximè videbantur & Deo & hominibus muti: cum talia patiebantur. [Andreas Cæsariensis (quod etiam ab Aretha relatũ est) hæc omnia refert ad inimitantem penè stragem eorũ, qui Christianos persequebantur Maximino imperatore, de qua multa scripsit Eusebius lib.9. Hist. Eccl. cap.8. quem idem Andreas testem citat. Sed præter quam quod ostendendum erat quinam esset equus pallidus, & quomodo ab equite secerneretur, sicut nos in his quatuor equis fecimus: quorsum quartum animal Iohanni dicit, *Veni, & vide*, cum illud post annos multos futurũ esset, nec magis ad quartum animal pertineret, quam reliqua, quæ postea prædicuntur? Quare sine dubio proximum est quod eum videre iubet.

Illud molestius, quod vbi nos legimus: *Et data est illi potestas super quatuor partes terræ interficere gladio. &c.* In Græco est, ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, id est, *Super quartã partem terræ*, subauditur enim μέρος, id est Partẽ. Atq; ita habẽt emendatissimi quiq; Græcorũ codicum oẽs, quos videre potui, & Andreas, & Arethas, & ex Latinis Primasius. Contra Latini tam typis excusi, quam manu scripti vetustissimi, constanter habent, *Super quatuor partes terræ*. Nec dubito quin noster Interpres, (qui & antiquissima, & castigatissima exemplaria sequi semper solet) legerit in suo τὰ μέρη τῆς γῆς, id est, *Super quatuor partes terræ*, nec enim potuit in apertissimorum verborum versione labi. 28 † Quod si quis Græcorum codicum, quos nunc habemus, lectionem sequi velit (quam ego minùs probabilem, ac minùs sequendam censeo) nec id nos à priori nostra explanatione dimouebit: dicemus enim quartam partem terræ interfectam fuisse in persecutione Traiani gladio, & fame, & morte, & bestijs, quia tot Christianorum millia in omnibus Romani imperij prouincijs cæsa sunt, vt si omnes simul numerentur, quarta esset pars hominũ, qui in prouincijs illis degebant. Quod minùs mirum videbitur, si ea in memoriã reuocemus, quæ de hac persecutione diximus cap.3. nu.23. & .24. Aliter etiam interpretari possumus, idque mollius, & creditu facilius videbitur, dataṁ esse illi potestatem *super quatuor partes terræ*, quia vrbes, in quibus Christiani per eos prouincias dispersi habitabant, & in quibus persecutio grassata est, si in vnũ coirent, quarta pars essent terræ, id est, Romani imperij, aut terræ illius, quæ Romano imperio parebat: ita enim nunc quidẽm terra accipienda est. Sicut Isai.13. scriptum est: A summitate cœli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram: intelligit autem omnem terram Babylonis, de qua loquebatur, vt exponit Hieronymus. Qui hoc etiam addidit: Idioma est sanctæ Scripturæ, vt omnem terram, illius significet, prouinciæ, de qua sermo est, &c. Siue ergo legas: *Super quatuor partes terræ*, Christianos intelligemus per omnes Romani imperij prouincias dispersos: siue, *Super quartam partem terræ*, aut eosdem, aut eorũ vrbes, si in locum vnum congregarentur, significari dicemus.] Sed quorsum, inquis, nunc hanc persecutionem prædicit, cum iam in equo rufo omnes Ecclesiæ persecutores fuerint indicati? Dicendum sanè in equo rufo non tyrannos significari, sed cognatos, & amicos Christianorũ, & vicinos populos, qui cum antea fœdere essent, & amicitia cum illis copulati, simulatque facti sunt Christiani, in eos hostiliter sæuire cœperunt. Quod potest ex ipsis verbis intelligi: Et datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant. Pacem tollit, quia inimicitias in eis efficit, qui amicè, & pacificè viuebant. In equo autem pallido dicemus & Traianum cũ suis ministris, & ceteros Ecclesiæ persecutores futuros designari, qui vbique persecuturi erãt Christianos, & consumpturi gladio, & fame, & morte, id est, alijs quibuscunque mortis generibus, & bestijs terræ, quibus sæpe obiecti sunt martyres, & in hac Traiani persecutione Romæ Beatus martyr Ignatius leonibus traditus est lanian-

Regula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est plangendus. ¶ Fame autem dicit multos fuisse interfectos, quia & annona multis tollebatur, & in carceribus alij fame peribant, & tot cadauerum fetore infectus aer pestem viuentibus inducebat.] † Conueniūt autē omnia optimè, nam prima persecutio, quam Nero induxit, iam trāierat, siquidem tēpore Domitiani scribebat hæc Apostolus: secūda Domitiani fere etiam finiebatur, tertia paulò post incipienda erat tēporibus fere ipsius Apostoli. Deinde ordine exierunt equi, nam primi Christianorum persecutores, & qui primi Euangelij cursum inhibere conati sunt, consanguinei Christianorum, & populares, & vicini populi fuerunt. Deinde pseudoapostoli, id est hæretici, & omnes, qui à Christiana religione recesserūt, quos equus niger significauit; deinde tyranni, qui varijs tormentorum generibus nomen Christianū delere conati sunt, & in equo pallido intelliguntur. Cum hoc sensu conuenit optimè quod sequitur: Et cum aperuisset sigillum quintū, vidi subtus altare animas interfectorū propter verbum Dei, &c. Nam Traiano imperatore innumera martyrum millia cecidorunt in omnibus prouincijs terræ, quos Iohannes vidit subtus altare vindictam à Deo petentes de interfectoribus suis.

Vers. 9. *Vidi subtus altare animas interfectorū.*

30 † Iā hic à nullo quatuor animalium vocatur, quoniam hoc, & quæ deinceps narraturus est, nec ad tēpora Euangelij narrātur, nec ad animalia, quibus illi starum, neque ad animalia, quibus illi significari sunt, pertinent; ab alio autem vocari non erat necesse, quia erat per se satis aptus ad videndum, & ad audiendum. Occasio huius visionis fuit vt paulò ante diximus innumerabilis martyrum multitudo, quam sub Traiano occidendam esse significauit, quorum voces audiuit: vt forti, atque intrepido animo tam illo, quam futuris temporibus certarent Christiani, & magnitudinem præmiorum contemplantes, nullis tyrannorum tormentis cederēt.

Bernardi sentētia de animabus interfectorum subaltari.

Hunc locum celebriorem reddidit beati patris Bernardi disputatio, qui Sermone. 2. 3. & .4. in Festo omnium sanctorum, multa de illo dixit, existimauitque Iohannem docere animas sanctorum futuras quidē in cœlo, & aspectu humanitatis Christi fruituras, sed non tamen aperte Deum visuras, sicuti est, donec corpora recipiāt, & simul cum omnibus electis consummata felicitate potiantur. † Hoc ita ex verbis Apostoli colligit, maximè in Sermone 4. in quo plenius, & explicatiùs loquitur. Iohannes videt subtus altare Dei animas sanctorum martyrum, non vidit super altare, sed subtus altare. Altare est corpus Domini Saluatoris. Credo autem, inquit, quod & ego super hoc sensum eius habeam, præsertim cum audiam eum in Euangelio promittentem: Vbicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Aquilæ cōgregatæ ad corpus Domini sunt animæ, quæ sub altari, idest, sub Christi humanitate, nunc feliciter quiescunt. Quæ postea supra altare exaltabuntur visione, & contemplatione Diuinitatis, quæ dignitate præstat humanitati. Serm. 3. hoc probat ex eo, quod precantur: Vsquequo Domine sanctus, & verus, nō iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitāt in terra? Quod non ex cupiditate vindictæ dicunt, sed ex desiderio resurrectionis, & glorificationis corporum suorum. Deinde sequitur: Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. † Acceperūt iam singulas stolas, sed non vestientur duplicibus, donec vestiamur & nos, quomodo de patriarchis, & de prophetis ait Apostolus: *Hebr. 11.* Deo melius aliquid prouidente pro nobis, vt non sine nobis consummarentur. Et ante hæc verba ait: Neq; enim prestari decet integram beatitudinem, donec sit homo integer, cui detur, nec perfectione donari Ecclesiam imperfectam. &c.

Luc. 17.

Aduersus hanc sententiam, ¶ in qua olim fuerunt Terrullianus lib. 4. in Marcionem, postea Vigilātius, vt in libello contra eum edito autor est Hieronymus, & Græci, vt est in prima Sessione concilij Florentini, & nostra ætate Lutherus, & Caluinus: & inqua (nisi attētè legantur, & accuratè explicentur, videbuntur fuisse Irenæus ad calcem lib. 5. Origenes Hom. 7. in Leuit. Hilarius in Psal. 138. Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 2. & in libro de Bono mortis, cap. 10. & multi alij ex veteribus patribus:] hoc quidē loco disputandū nō est, cum iā hoc tēpore hæretica declarata sit ab Ecclesia in Extrauagante Benedicti vndecimi, ¶ cuius initium est, Benedictus Deus:] & in concilio Florentino in literis vnionis in fine ipsius. De qua re eruditè disputauit Alfonsus Castrus lib. 3. Contra hæreses. Vi. Beatitudo, Hæresi. 6. ¶ Vbi totam refert Extrauagātem, & noster Robertus Bellarminus in primo Tomo suarum Controuersiarum, Controuersia septima, in sex prioribus libri primi capitibus tanta copia, & eruditione, tāq; grauiter, & acutè de ea egit, vt & superiores vicerit, & posteā disputaturis omnem laudem præripuisse videatur.] Id tantùm dicendum est, quod loci huius expositio exigit, nequaquam ex verbis Iohannis confici posse quod Bernardus voluit, vt ex singulorum explanatione intelligetur.

33 † Sed id primò quæritur, quodnam sit hoc altare, sub quo Apostolus animas vidit interfectorum. De quo inter autores magna dissensio est. Quidam Christum esse volunt, vt Haymo, Anselmus, & alij nōnulli. Quibusdam magis placet, similitudinem hic sumi ab altari thymiamatis, vt Victorino, Bedæ, Primasio. Nec desunt qui ad altare holocaustorum alludi putent, vt Arethas, quoniam in eo sacrificia immolabantur. Quod libentiùs dicerem, si Iohannes animas vidisset super altare, vbi hostiæ ponebantur; at vidit sub altari. Vt ergo hoc quantùm licebit, explicemus, sciamus antiquissimā esse fideliū consuetudinem, vt corpora martyrum in Ecclesijs, quas illis dicabant, aut in alijs, sub altari sepelirentur, vt hodie videmus in reliquijs Apostolorum Petri, & Pauli, Philippi, & Iacobi, Simonis, & Iudæ, Matthiæ, & Sebastiani, & aliorum martyrum, atque sanctorum, tam Romæ, quam alijs in vrbibus. Quod si tūc fortè nulla erat Ecclesia, certè cum primùm licebat, sub altari reliquias collocabant. Vnde factū est vt ad altarium cōsecrationem semper reliquiæ sanctorum adhibeantur, vt videre licet in Pontificali Romano. † Parantur enim prius reliquiæ, & deferūtur ad altare, in quo est factum sepulcrum ad reliquias custodiendas, & pontifex pollice chrismate inuncto cruce signat quatuor angulos sepulcri, dicens: Consecretur, & sanctificetur hoc sepulcrū in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Pax huic domui. Inde etiā accedentes ad altare veteri Ecclesiæ consuetudine dicimus: Oramus te Domine per merita sanctorū tuorū, quorū reliquiæ hic sunt. &c. † Huius consuetudinis meminit Hieronymus aduersus Vigilantium, ironicè in eum loquens: Malè facit ergo Romanus episcopus, qui super mortuorum hominum Petri, & Pauli, secundùm nos, ossa veneranda, secūdùm te, vilem puluericulum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria. Sub altari igitur videt (vt apparet) Iohannes animas martyrū, quoniā ibi erant eorū corpora clamātia, & vindictam à Deo petentia, quomodò paulò post exponemus. Ita intellexit Augustinus Sermone. 11. de Sanctis, vbi hæc ipsa verba Apocalypsis exponēs ait: Recte sub altari iustorū animæ requiescūt, quia super altare corpus Domini offertur. Nec immeritò illic iusti vindictam sanguinis postulant, vbi etiam pro peccatoribus Christi sanguis effunditur. Conuenienter igitur, & quasi pro quodam consortio, ibi martyribus sepultura decreta est, vbi mors Domini quotidie celebratur. Non immeritò, inquam, cōsortio quodam illic occisis tumulus constituitur, vbi occisionis Dominicæ membra ponuntur, vt quos cum Christo vnius passionis causa deuinxerat, vnius etiam loci religio copularet. &c. † Pontifex etiam, vbi reliquias in sepulcro altaris collocauit, cum clericis canit, vt est in Pontificali: Sub altare Dei sedes accepistis, intercedite pro nobis ad Dominum Iesum Christum. ¶ Ab hoc altari Apostolus Metaphoram desumit,] vt quoniam in terra martyrum corpora sub altari requiescunt, inde locus in cœlo designatus martyrum animabus vt in eo quiescant, eodem nomine appelletur, &

Altare quodnā hoc sit.

Corpora martyrum sub altaribus sepeliebantur.

34

35

36

Universidad de Deusto
Biblioteca

lerit, etsi fub nullo altari fit. Quoniam dum cubile folet appellari requies beatorum à cubili corporum dicta fimilitudine, vt Efai. 149: Exultabunt fancti in gloria, lætabuntur in cubilibus fuis: Et finus Abrahæ interdum à fanctis patribus dicitur locus, in quo nũc fancti requiefcunt in cœlo, quoniam ante mortem Chriſti ita dicebatur Limbus, in quo purgatæ animæ manebant. Et fortaſſe ad hoc potiùs reſpicit quod, ponticem canere diximus collocatis reliquijs in altari, ait enim ſtatim: Exultabunt ſancti in gloria. † Ita etiam intellexiſſe videtur Hieronymus, qui in illud Iſai. 6: Et volauit ad me vnus de ſeraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, ait: Quod autem altare, ſub quo animæ martyrum ſunt, videatur in cœlo & Iohannes in Apocalypſi loquitur, &c. [Nec dubitare licet altare hoc in cœlo eſſe, quoniã dubis ipſis, quibus datæ ſunt ſtolæ albæ, poſtea idem Apoſtolus ait cap. 7: Stant ante thronum, & in cõſpectu Agni amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Et poſtea: Hi ſunt qui venerũt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni. Ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in tẽplo eius, & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos.] Quare cum Apoſtolus ait: Et clamabant voce magna dicentes, &c. Pro quo non eſt in Græco: λέγοντες, vt ad animas referatur, ſed κράζοντες, in terfectos ipſos dicere intelligimus, dixit enim: Vidi ſubtus altare animas interfectorum. Aliena ergo eſt Bernardi interpretatio, altare eſſe corpꝰ Chriſti, & ſub altari eſſe animas, quia non niſi humanitatem vident. Nam ſi quid cogeret altare ita interpretari, in promptu erat dicere, animas eſſe ſub altari, quia ſub Chriſti pedibus ſunt, ideſt, beatitudinem habent longè illius beatitudine inferiorem. [Ad eius rationẽ mox reſpondebimus num. 46.] † Illud etiam non eſt prætermittendum, quoſdam codices olim habuiſſe: *Vidi ſubtus altare Dei*, ita enim legit Primaſius, & Auguſtinus Serm. 11. de ſanctis citat: Vidi ſub ara Dei animas occiſorũ, & Gregorius in Pſal. 4. pœnitentiæ: Vidi ſub altari Dei. Ita etiam citant paſſim ſcriptores, & ita habẽt verba Pontificalis, quæ ſupra retulimus. Sed neque in codicib⁹ Græcis legitur, *Dei*, nec apud Andream, aut apud Arethan, nec in Latinis codicibus, neque apud Gregorium 2. Mor. cap. 5. quare non eſt cur addendum cenſeatur, præſertim cum nihil faciat ad ſenſum.

37

☞

☞

38

Propter verbum Dei. Quia publicè, & intrepidè Chriſtum confitebantur, διὰ τὸν λόγον, vt cap. 1: Qui teſtimonium perhibuit verbo Dei. *Verſ. 9.*

Et propter teſtimonium, quod habebant. Aliud eſt teſtimonium reddere, quod eſt confitentium Chriſtum, aliud, teſtimonium habere, quod eſt eorum, de quibus alij teſtimonium reddũt. 1. Tim. 3: Oportet autem & illum teſtimoniũ habere bonum ab ijs, qui foris ſunt. Et cap. 5: Vidua eligatur nõ minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habẽs. *Verſ. 9. Habere teſtimonium.*

39 † Senſus ergo eſt. Propterea quod omnes teſtabantur eos eſſe Chriſtianos: [quo nomine infidelibus inuiſi erant.] Apo. 12: Et iratus eſt draco in mulierẽ, & abijt facere prœlium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiũt mãdata Dei, & habent teſtimoniũ Ieſu Chriſti. Dicitur etiã habere teſtimoniũ Ieſu is, q habet in ſe aliquid, quo palam teſtatur Ieſum eſſe filium Dei, & redemptorem, ac Dominum omnium, vt qui fidem habet, qui baptiſmum ſuſcepit. Apoc. 19: Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora. Teſtimonium enim Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ. Id eſt, Quicunq; habent ſpiritum prophetiæ, habent in ſe teſtimonium Ieſu, quoniam prophetia nunc non datur niſi credentibus in Ieſum, vt de eo teſtimonium reddant. Quare cum dixit: Et fratrum tuorũ habentium teſtimonium Ieſu, perinde eſt ac ſi diceret: Et fratrum tuorum, qui ſimile tecum teſtimonium habent, id eſt, prophetæ ſunt, vt tu. Ideo cap. 22. dixit: Conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum prophetarum. Ideo etiam addidit cap. 19: Teſtimonium enim Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ. Denique omnes, qui iuxta præſcriptum legis Dei viuunt, habent teſtimonium Ieſu

ſu, atq; ideo ait cõtinuò cap. 22: Et eorũ, qui ſeruãt verba libri huius. Et quod citauimus ex cap. 12: Qui cuſtodiũt mãdata Dei, & habẽt teſtimoniũ Ieſu Chriſti. Atq; hic poſterior ſenſus aliquãtò mihi aptior videtur.

Verſ. 10.

40 *Magnus clamor.*

Et clamabãt voce magna. † Gregorius 2. Mor. cap. 6. hunc locũ exponens ait: Magnus quippe earũ clamor magnum eſt deſideriũ. Tantò enim quiſq; min⁹ clamat, quãtò minus deſiderat, & tantò maiorẽ vocem in aures incircũſcripti ſpiritus exprimit, quantò ſe in eius deſideriũ pleniùs fundit. Animarũ igitur verba ipſa ſunt deſideria. Nã ſi deſideriũ ſermo nõ eſſet, Propheta non diceret: Deſiderium cordis eorũ audiuit auris tua, &c. Cauſa huius rei eſt, quod vt homines clamore magno ſolẽt excitari ad concedendum quod petitur, ſicut ait Apoſtoli Matth. 15: Dimitte eam, quia clamat poſt nos, ita Deus magno deſiderio exoratur. Hinc Exo. 14. cum nullum verbum Moſis audiatur, ſcriptum eſt: Dixitque Dominus ad Moyſem: Quid clamas ad me?

Pſal. 9.

Verſ. 10.

Vſque quò Domine ſanctus, & verus. Noſter interpres caſus ita reliquit, vt erant in Græco, vt ſolet ſæpe. In Græco autem Vocatiui ſunt more Atticorum, qui eos ſimiles Nominatiuis faciunt. Quale eſt illud quod Græcis verbis Eccleſia canit in Paraſceue Paſchæ, ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miſerere noſtri. Poſſunt etiam Græca ita verti: *Vſquequo tu, qui Dominus es, & Sanctus, & verus, &c.* Vel, vt vertit Eraſmus: Vſque quo Domine, qui ſanctus es, & verus. † Quid ſit Sanctus, & verus, diximus, cap. 3. n. 15. Sunt autem aptiſſima ad id, quod nũc agunt, epitheta. Quaſi dicant: Tu, qui autor es, & amator ſanctitatis, & impietatem execraris, tu qui conſtans es, & verax in promiſſis tuis, & multa ſanctis tuis promiſiſti, quomodò pateris exultare tyrãnos, & ſanctorum perſecutores? Cur non iuſtitiæ tuæ pœnas debitas dant?

41

Non iudicas, & non vindicas ſanguinẽ noſtrum. Cur tot ſcelera ad iudicium tuum non vocas, vt eorum autores ſeueriſſimè punias, & tot cædes noſtras vindices? Sed quæritur, quomodò nunc ſancti vindictam de interfectoribus ſuis petant, quos amare, vt proximos, debebant, & quos amarunt, ac pro illis in ipſis etiam cruciatibus ſæpe orauerunt? abſit enim vt ſancti ſint vita feliciore crudeles. Quæſtio facilè ſolueretur, ſi in animabus martyrum clamantibus, martyres ipſos intelligamus, clamare enim dicerentur martyres occiſi, quia ipſa eorum corpora cruore conſperſa, & grauiſſimis cruciatibus affecta vltionem à Deo petunt de impijs interfectoribus. Sicut dictum eſt Geneſi. 4: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et cap. 18: Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam & videbo vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Tyconius Hom. 6: Et licet animæ Sanctorum in paradiſo ſint, tamen quia ſanguis Sanctorum ſuper terram funditur, ſub ara clamare dicũtur, ſicut illud eſt: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. † Si autem animas propriè accipiamus, vt verè accipiendæ ſunt, clamare martyres dicamus, quia ipſorum animæ clamant: Auguſtinus eadem quæſtione propoſita ita reſpõdet Serm. 59. de Tẽpore, & lib. 1. de Serm. Dñi in mõte, c. 45. martyres nequaquã cõtra homines petere, ſed cõtra regnũ peccati, quo reguante tanta perpeſſi ſunt, optareque vt euertatur hoc regnum peccati. Ad cuius euerſionẽ nititur Apoſtolus dicẽs: Nõ ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore. Deſtruitur autẽ, inquit, & euertitur peccati regnũ partim correctione hominũ, vt caro ſpiritui ſubijciatur, partim deprauatione perſeuerãtiũ in peccato, vt ita ordinẽtur, vt iuſtis cũ Chriſto regnãtibus moleſti eſſe nõ poſſint, &c. Quo in loco vitioſè legitur, Deprauatione, etiã in nouis codicibus à Chriſtophoro Plãtino excuſis pro Dãnatione, vt legitur lib. 1. de Serm. Dñi c. 45. Sermone vero 11. de Sãctis, reſpõdet ſanctos in cõſpectu creatoris ſui cõſiſtẽtes, & voluntatem eius videtes hoc petere, quod Dominum vident velle. Deinde ait: Petunt autẽ vindictam de inimicis

Verſ. 10. Sancti quo modò vindictam petant.

Rom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duobus modis, & hoc causa caritatis: vt scilicet qui ad vitã æternam prædesti nati sunt, cõuertantur à malo ad bonũ: qui verò præsciẽte Deo damnãdi sunt, moriantur, & peccare desistant, vt per hoc minorem pœnam in inferno habeant, vbi vnusquisque secundũ qualitatẽ operum sustinebit magnitudinem pœnarũ. Petunt autẽ de reprobis vindictam, quia optant venire diem extremi iudicij, & resurrectionẽ suorum corporũ præstolantur. &c. † Hoc autẽ illud idẽ est, quod Serm. 59. de Tẽpore dixit, petere eos vt euertatur regnũ peccati, quod extremi iudicij tẽpore fiet, cũ plenè illud implebitur: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. Similiter ad eamdẽ quæstionẽ respondet Gregorius. 2. Mor. c. 6. Quid est enim, inquit, animas vindictæ petitionẽ dicere, nisi diẽ extremũ iudicij, & resurrectionẽ extinctorũ corporum desiderare? Et paulò post: Quomodo dicuntur vindictã desiderare, quas & voluntatẽ Dei certũ est, & ea, quæ futura sunt, nõ ignorare? Sed in ipso põsitæ ab eo aliquid petere dicuntur, non quòd quidquam desiderent, quod ab eius voluntate, quem cernunt, discordat: sed quò Deo mẽte ardentius inhærent, eò etiã de ipsõ accipiunt vt ab ipso petãt quod eũ facere velle nouerũt. Discordarent corpora à voluntate conditoris, si quæ eũ velle vident, nõ peterent. &c. † Eadem est responsio Primasij, Bedæ, & Ambrosij, petere sanctos diem iudicij, vt veniat, quo sciunt & malos esse puniendos, & se immortalia cõrpora esse accepturos: docentque hanc vindictæ petitionem minimè aduersari caritati, quã doquidem qui iubemur orare pro persequentibus, & calumniantibus nos, in eodem Domini sermone iubemur etiã dicere: Adueniat regnum tuum. Anselmus, & Haymo autorem non indicato verba Augustini recitantes ex Sermone. 11. de Sanctis. Et verũm esse quod hi patres dicunt, ex verbis sequentibus intelligitur: Et dictũ est illis, vt requiescerẽt adhuc tẽpus modicum, donec compleantur cõserui eorũ, &c. ac si diceretur: Hoc etiã faciendũ esse quod petunt, vt euertatur regnum peccati, & mali puniantur. Verũm hoc illis addere possumus, & ita licet respõdere quæstioni. Alia ratio est de iustis in hac vita certãtibus, alia de ijs, qui iã cũ Christo regnãt coronati. In hac vita audiunt: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs, qui oderũt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt & ita ab odio longissimè arceantur, & se ipsos in re difficillima vincant, coronãque si bi gloriosissimã cõparent. † At beatis qui nec odio afficì possunt, neq; à Dei volũtate declinare vllo modo queunt, [nihil de inimicorum dilectione præcipitur:] sed rectè optare possunt, & petere vt inimici, & impij puniantur, nisi pœnitentiã egerint, quoniã id Deo gratũ esse vident. Atq; ideo nullo modo reprehendũtur quasi cõtra caritatem petentes, aut eis, quod petũt denegatur, sed tantùm differtur donec impleatur numerus electorum, vt statim exponemus. Nec mirũ est hoc beatis licere, cũ liceat etiã in hac vita iustis similiter optare, & petere, [si viscera caritatis induant, & omnẽ inimicitiæ, ac maleuolẽtiæ sensum deponãt, instar beatorũ,] vt explicat S. Tho. 2. 2. Q. 25. A. 6. ad 2.

Matth. 6. *Matth. 5.*

Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. Cetera, quæ hactenus exposuimus, satis cõstitit nullo modo fauere sententiæ Bernardi, hæc autẽ vel maximè aduersantur, quoniã omniũ cõsensu, stola alba, quę nũc singulis datur, est gloria animę. Augustinus Serm. 11. de Sãctis: Per stolas albas debemus intelligere mercedẽ Baptismi, præmiũ martyrij, mercedem æternorũ, & gaudiũ cœlestis patriæ. Habẽt ergo ante resurrectionẽ sancti singulas stolas, quia in sola anima adhuc æternis beatitudinibus perfruũtur: postea autẽ accepturi sunt binas, quando receptis corporibus immutabiles erũt in anima, & incorruptibiles in corpore. De hoc Isaias: In terra sua duplicia possidebũt. &c. Gregorius in expositione. 4. Psal. Pœnitẽtialis in illud: Audi tui meo dabis gaudiũ, eadẽ Isaiæ verba refert, & ait: Quid nãq; est singulas illis stolas albas tribuere, nisi animabus eorũ beatitudinis æternæ immortalitatẽ cõferre? Quid verò est, donec electorũ numerus impleatur, requiescere, nisi futuræ resurrectionis gloriã expectare? In qua

Verſ. 11. *Stolæ albæ*

Isai. 61.

qua nimirum iterum singulas stolas albas accipiẽt, quia immortalia, & incorruptibilia corporum suorum vestimenta resument. Horum patrum non solùm sequuntur sensum, sed verba fere vsurpant, Beda, Ambrosius, Haymo, Ansbertus. Ita & Anselmus exponit. Porrò stola apud Latinos propriè matronarum vestis est ad talos vsque demissa: apud Græcos verò etiam est virorum. Fatemur igitur libenter Bernardo sanctos nõ esse inducendos duplicibus donec veniat resurrectio omnium, antequam corpora non recipient: nec dãdam esse integram beatitudinem, idest animæ simul, & corporis, nisi integro homini, & perfectæ Ecclesiæ. Verũm hinc nullo modo colligi potest non accipere eos beatitudinem animæ ante resurrectionem. [Atque hunc in modum sunt verba patrum interpretanda, qui negare videbantur animas sanctorum ante diem iudicij visionne Dei frui. Idquo exillorum dictis alijs in locis intelligi potest: quod quoniam nec huius loci est, & à nostro Bellarmino diligentissimè factum est in eodem libro primo Controuersiæ septimę, cap. 3. &. 4. &. 5. nobis satis erit digitum, vt aiunt, ad fontes intendisse.]

Stolã.

Verſ. 11.

Et dictum est illis vt requiescerent tempus adhuc modicum. † Augustinus Serm. 11. de Sanctis: Dictio ista inspiratio est Diuina, qua mentibus eorum desiderãtibus diem iudicij immittitur vis patiẽtiæ, vt patienter ferant omnia expectãtes numerum illorum, qui similiter interficiendi sunt pro Christo cũ eis post modum regnaturi, vt qui desiderant recipere sua corpora, gaudeant ex numero colligendorum fratrum. Tali modo loquitur Deus omnipotens sanctis, velut quilibet pater familias habens multos filios, singulisque de agro reuertentibus, & rogantibus vt cibum sibi tribuat, respondet: Refectio quidem vestra parata est, sed expectate fratres vestros, vt cum in vnum positi fueritis, omnes in commune comedatis. &c. In his verbis quod ait Augustinus: Imminitur virtus patiẽtiæ, nihil aliud est, quã, Iubẽtur patienter expectare, nam, etsi optabãt malos puniri, cõtinuò Deo iubenti acquiescunt.

48 † Sed quæritur quid ad petitionẽ martyrum faciat hæc responsio, si quidẽ illi nec de die iudicij quidquã dixerant, nec diem illũ expectari opus erat, quia visionem tantùm petũt de ijs, à quibus ipsi occisi sunt, non de illis, à quibus alij postea erant occidendi, qui satis puniri poterant fame, & ferro, & incẽdio, ac denique damnatione perpetua animarum. Respondeo sanè, his pœnis sanguinem martyrũ non satis vindicari, oportet enim vt eorum tortores maxima, eadeque publica, atque perpetua ignominia notẽtur, & vt membra ipsa, quæ martyres excarnificarunt, sempiternis ignibus cruciãda tradantur. Vindictæ etiam pars est, vt martyrum corpora, in quæ illi crudeliter, & ignominiosè sæuierunt, immortalia videant, & ipso sole fulgentiora, quò magis crucientur. Hæc autem, antequã cõpleatur numerus electorum, fieri non possunt. Itaq; tẽporalibus calamitatibus, & damnatione animarum paularim puniri incipiũt, sed integrum, & perfectum supplicij in vltimum iudicij diem coram vniuersa angelorum, & hominum multitudine sumendum reseruatur. Verũm obijcient adhuc quispiam, falsum non rectè, & propriè responsum esse martyribus. 49 † Videbatur enim respondendum: Fiet quidem quod petitis, sed ante iudicij diem non fiet, quo tam vos, quam occisores vestri, resurgetis, & vos gloriosa vestra corpora recipietis, illi suis receptis flammis tradentur æternis. Quorsùm igitur respondetur: *Donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi?* Respondeo, martyres, etsi de suis tantùm persecutoribus loqui videantur, de omnibus tamen sanctorum persecutoribus loqui, neque enim vindictæ suæ cupiditate incensi hoc petunt, sed optantes euerti regnum peccati, vt ex Augustino diximus, & Deum in omnibus regnare, ac neminem relinqui, qui pietati aduersetur, & religiosam vitam impediat. Quare eleganter illis responsum est, *vt requiescerent tempus adhuc modicum*, idest, vt paululùm expectarẽt, semper enim in Scriptura parum dicitur quod vsque ad diem iudicij supereſt, quoniam post illum supereſt æternitas. Nec

An hæc re sponsio sanè tisfaciat petitioni martyrum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictũ est, vt quiescerent vsque ad diẽ iudicij, sed magis propriè, donec expleatur numerus futurorũ martyrum; qui certè, si regnum peccati euerteretur, & impij penitus extingueretur, nulli essent, quis enim martyres cruciaret, & occideret? † Verũ mali nõ solũ propter martyres tolerantur, sed etiã propter ceteros electos, sicut ait Augustinus in Psal. 54. ad initium: Ne putetis gratis malos esse in hoc mũdo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideò viuit vt corrigatur; aut ideò viuit vt per illum bonus exerceatur. Quare satis aptè intelligere possumus, cum dicitur: *Donec compleantur conserui eorũ*, reliquos electos significari, qui martyres futuri non sunt, in fratribus autem occidendis, martyres.

Vers. 12. *Et ecce terræmotus magnus factus est.* Arethas autor est plurimos Græcorum expositorum sensisse hæc, quæ in sexto sigillo apparent, ad tempora Antichristi pertinere. Idem Latinis visum est. Victorinus: Factus est terræmotus magn⁹, ipsa est persecutio nouissima. Eadem verbã sunt apud Tyconium Hom. 5. & 6. apud Primasium, Bedam, & Ansbertum, & Haymonẽ. [Andreas Cæsariensis: Et hæc quidam de obsidione Vespasiani acceperunt omnia, singula eorum quæ dicta sunt tropologicè explicãtes. Nobis autẽ videtur trãsitum hic factum esse à persecutionum temporibus ad tẽpus aduentus Antichristi. &c.] Res fiet plana, & perspicua ex alijs Scripturæ locis, ad quos in toto hoc sexto sigillo alludit Iohannes, tum etiam ex toto cap. 7. Ex quibus omnibus manifestè cõuincuntur nonnulli scriptores, qui ad alia hæc retulerunt, vt Ambrosius, qui de excidio Ierosolymitano interpretatus est, quod iam euenerat cum hæc Iohannes scribebat, & Arethas, qui de passione Christi, & de eius terræmotu interpretatur, & Lyranus, qui verbã fieri putat de persecutione Diocletiani imperatoris. † Sed cur nunc à persecutione Traiani subitò ad nouissima tẽpora, & eorum signa transit? Respondeo, in illa Traiani persecutione futurorũ etiã tyrãnorũ persecutiones Iohãni fuisse indicatas. A quibus nõ sine causa trãsit ad vltima tẽpora, vt sicut gloria, quæ martyres manebat, ostensa est; ita nũc suppliciа tyrannorũ, & persecutorũ, quæ in futurũ tempus dilata fuerant, ex parte ostenderẽtur. Terræmotum autẽ quidã Metaphoricè accipere videtur pro cõmotione magna, & persecutione, quæ tũc futura est, vt Victorinus, Beda, Haymo, & alij, sed propriè intelligi malim, semper enim proprietas verborum tenenda est, cũ aliud aperta ratio nõ suadet. [Si hæc ergo, & quæ sequuntur in hoc libro, rectè intelligere volumus, hoc nobis persuadeamus, Iohannẽ quasi cõmentarium quemdam scribere signorum extremi temporis, quæ Dominus breuiter perstrinxit in Euangelijs, & suis coloribꝰ depingere quæ ille adũbrauit, vt initio admonuimus in Argumento huius libri.] Nouissimorum ergo temporum signa Dominus docuit Matth. 24: Et erũt pestilentię, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorũ. Et quoniã eadẽ verba sunt apud Marc. cap. 13. & apud Lucam. cap. 21. neq; vnquã de vniuersę terræ motu Dominus locutus est, magnum terræmotũ ab Apostolo dici arbitror eum, quo multæ regiones cõmouebuntur, qui fortasse simul fiet, & diuturnior solito erit: præsertim cum sit apud Lucã: Et terræmotus magni erũt per loca.

Et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus. † Hoc Dominus exposuit Matth. 24: Statim autem post tribulationẽ dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Et ante hoc scripserat Ioel cap. 2: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, ante quam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Hoc ergo est quod nunc ait: *Et sol factus est niger*, ideſt, obscurus, & tenebrosus dẽsitate nigrarum nubium eum penitus obscurante, tamquam saccus cilinus ex nigris sẽtis contextus. Significabit autem sol obscuratus finiri gaudium, & lucem, ideſt, prosperitatẽ malorum. [Andreas: Nigror solis, & obscurus, atque sanguineus lunæ color obscuritatem indicat ijs, qui ab irâ Diuina comprehensi sunt. Ita & beatus Cyrillus accepit.]

Vers. 12.

Et luna tota facta est sicut sanguis. Ita enim esse solet cum defectu luminis solis

solis obscuratur. Indicat color sanguineus mortem, & supplicia impiorum.

Vers. 13. *Et stellæ de cœlo ceciderunt.* In Græco est: *Et stellæ cœli ceciderunt.* Certè Tyconius Hom. 5. & 6. & Primasius legunt: *Stellæ de cœlo ceciderunt*, quamuis ad sensum parum refert. Hoc idem inter alia signa ponitur Matth. 24: Et stellæ cadẽt de cœlo. Isaiæ etiam. 34. aperte prædictum est, & ad vtrumque sine dubio Apostolus alludit: Complicabuntur, inquit, sicut liber cœli, & omnis militia eorum defluet, (ideſt, omnes stellæ,) sicut defluit folium de vinea, & de ficu.

Stellæ cadentes.

53 † Nõ quod stellæ casuræ sint, quod fieri non potest, sed quòd nubibus obscurato cœlo abscondentur stellæ, & exhalationes igneæ stellis similes emittentur in terram, ita vt hominibus stellæ ipsæ decidere videantur. Tale est Ouidianum illud.

1. *Meta.*

At Phaeton rutilos flamma populante capillos,
Voluitur in præceps, longoque per aera tractu
Fertur, vt interdum de cœlo stella sereno,
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.

Tale etiam est quod de eodem tempore legimus Sap. 5: Ibunt directè emissiones fulgurum, & tamquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient.

Vers. 13. *Sicut ficus emittit grossos suos.* Grossos vocant Latini ficus immaturas, quæ cũ teneræ sint, facillimè venti vi decutiuntur in terram. Eadem fere simulitudine vsus est Isaias: Sicut defluit folium de vinea, & de ficu: & vtraque magna multitudo significatur, quemadmodũ apud Virg.

Isai. 34.

Quã multa in siluis autũmni frigore primo
Lapsa cadunt folia.

6. *Æne.*

Vers. 14. *Et cœlum recessit, sicut liber involutus.* ideſt. † Videri desijt obscuritate, & dẽsitate nubium aspectum impediente. Explicat id similitudine libri, qui cum euoluitur, & expanditur, quidquid in eo scriptum est legitur, si autem euoluitur, nihil legi potest. Ita stellæ, quæ quasi literæ cœli erant, ex eisque reporum, & mutationum indicia capiebantur, neq; aquã apparebunt. Alludit ad verba Isai. cap. 34. idem significãtia: Iis cõplicabuntur sicut liber cœli. Vtrũq;

54

Vers. 14. *Et omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt.* Alterum nunc terræmotum, eũdemque maximum, prænuntiat in insulis, & montibus. Maritima loca, & eminentiora multò crebriùs terræmotibus quatiuntur. Ita insulæ tum maximè mouebuntur, & montes. Plinius lib. 2. cap. 80: Maritima autem maximè quatiuntur. Nec montosa tali malo carent. Exploratum est mihi Alpes, Apenninum que sæpius tremuisse. &c. Ne quis autẽ fieri non posse putet, vt insulæ, & montes è locis suis moueantur, atque ideo hæc Metaphoricè accipiat, vt multi faciunt, verba eiusdem autoris referam ex eodem libro. cap. 83. † Factum est semel (quod equidẽ in Hetruscæ disciplinæ voluminibus inueni) ingens terrarum portentum Lucio Marco, Sexto Iulio Coss. in agro Murinẽsi. Namque mõtes duo inter se concurrerunt crepitu maximò assultantes, recedentesque, inter eos flãma, fumoq; in cœlum exeũte interdiu, spectante è via Æmilia magna equitũ Romanorũ, familiarumq;, & viatorum multitudine. Eo concursu villæ omnes elisæ, animalia permulta, quæ intra fuerant, exanimata sunt, anno ante Sociale bellũ; quod haud scio an funestius ipsi terræ Italiæ fuerit, quã ciuilia. Eãdem rem eisdem verbis narrauit Iulius Obsequens in libro de Prodigijs, cap. 116. Addit mox Plinius: Nonnunquã mirum ostentum & nostra cognouit ætas, anno Neronis principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus, praruis, oleisq; intercedẽte via publica in contrarias sedes transgressis in agro Marrucino, prædijs Vectij Marcelli equitis Romani res Neronis procurãtis. Idẽ c. 95. multas insulas docet sæpe fluctuare, & in varia loca agi. Et Ouidius ait.

15. *Metam.*

---Tempusque fuit quo nauit in vndis,
Nunc sedet Ortygie. Timuit concursibus Argo.
Vndarum sparsas Symplegadas eliserunt.
Quæ nunc immotæ perstant, ventisque resistunt.

Nihil igitur mirum, si cum multò maiora prodigia videri oportet, montes quoque, & insulæ moueãtur: præsertim cũ nec recẽtia desint exempla. In ea enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angliæ parte, quæ propior est antiquæ Britanniæ, circa annum à Christi natali. 1575. terra ita mota est vehementer, vt collis è suo loco in planitiē, quæ ulterius domini erat, pulsus fuerit, & planities locum, in quo collis erat ante, occuparit. Anno etiam. 1586. mēse Aprili, iuxta Barum amnem in Hybernia, arbores nonnullæ terræmotu è suis locis in alios haud ita procul emotas sunt, in quo erant spinæ: vicissimq; spinæ in pristinū arborum locum trāslatæ. Quæ duo indigenarum omnium testimonio cognita, vulgataq; sunt.]

☞ *Vers. 15.* 56 *Et regei terræ, & principes.* † Omnes hominum potentium editiones, quæ potissimum pios persecutę sunt, tūc ex ijs, quæ videbunt, grauiora formidantes optabunt montium, & petrarum ruina opprimi. Tribunos autem vocat, qui χιλιάρχους dicuntur, id est, qui mille præsunt militibus. Tales erant apud Romanos tribuni, qui militum dicebātur: nam legio Romana sena militum millia habebat, interdum etiam plures, vt autor est Vegetius lib. 2. de Re militari, cap. 2. In vna autem legione decem erant cohortes, sed prima cohors reliquas & numero militū, & dignitate præcedebat. Habebat autem pedites mille centum quinque, equites loricatos centum triginta duos, & appellabatur cohors Milliaria, ex eodem autore, & lib. cap. 6. Huic tribunus præerat, reliquæ, quæ multò erant minores, prout principi placuisset, à tribunis, vel à præpositis regebantur, vt idem ait cap. 12.

Tribunus.

Vers. 15. 57 *Et omnis seruus, & liber.* † Omnes impij, sed illi maximè, qui diuitibus, & regibus auxiliabantur, & ministrabant in persecutione sanctorum.

Vers. 16. *Cadite super nos.* Apertè alludit ad duos locos scripturæ, quorum alter est apud Hos. cap. 10: Et dicent montibus: Operite nos, & collibus: Cadite super nos. Alter apud Lucam cap. 23: Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus: Operite nos. Et quidē Dominus apud Lucam de tēpore proximo excidio Ierusalem loquitur, quod sine dubio figura erat consummationis mundi: apud Hoseam autem de captiuitate populi Israel, quæ excidij Ierusalem figura fuit, & consummationis sæculi, vt Hieronymus in eumdem locum subindicat. Significat ergo impios ita malis præsentibus affligendos esse, vt grauiora, atq; terribiliora perti mescant, & quiduis potiùs pati velint, quamuis acerbum, & mortem quamuis opperere, quam ea videre, quæ formidant. Isai. 2: Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

58 *Et abscondite nos à facie.* † Quomodò hoc infideles dicere poterunt, qui nec sedentē in throno nouerūt, nec Agnū? Quomodo etiam intelligere ex his poterunt aduentare diem iudicij, quem non crediderunt, cum neque multi ex Christianis id intellecturi esse videantur? Quæstio facilè soluetur, si animaduertamus & de malis Christianis hic verba fieri, & de persecutoribus bonorum. Etenim iusti cum ante reges, & præsides stabunt, & à malis affligentur, sæpe dicent imminere illis iram maximam Dei patris, & Agni pro hominibus occisi, & eorum virtutem, atq; potentiam, & fiduciam suam in eorū præsidio collocatam identidem prædicabunt. Et quamuis impij tunc risuri sunt, & minimè credituri: cum tantam rerum omnium perturbationē, & signa insolita omnino, & inusitata vbique videbunt, timore incredibili correpti credent verum esse quod sancti dixerant, & illam esse iram sedentis in throno, & Agni, quam iusti toties prænuntiarant. † Quemadmodum Pharao primùm respondit: Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam, Exo. 5. Deinde calamitatibus admonitus fateri cogebatur Deum Hebræorum illarum esse autorem, & eum esse orandum. Orate, inquit, Dominum, vt auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populum, vt sacrificet Domino. Exo. 8. Denique postremò in mari Rubro, cum viderent subuerti rotas curruum, seque ferri in profundum, dixerunt AEgyptij: Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Exo. 14.

Vers. 16.

59 *Et*

Et quis poterit stare? Quis sustinere poterit aduenientem? Quis non timore magno deficiet, & concidet? Metaphora ducitur ab ijs, qui magno periculo ingruente expectare nequeunt, sed aut fugiunt continuò, aut deficientibus viribus concidunt. Illi autem stant, qui non terrentur, sed considenter expectant, & nec animo, nec corpore deijciuntur. Luc. 21: Vigilate itaque omni tempore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Psal. 17: Confringam illos, nec poterunt stare, cadēt subtus pedes meos. Psal. 35: Ibi ceciderunt qui operātur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Argumentum. Cap. VII.

Quatuor angelis, qui ventos tenebant ne flarent super terram, angelus ascendens ab Ortu Solis edicit ne terræ, aut mari noceant donec electi Dei signentur. Et signata sunt centum quadraginta quatuor millia ex omnibus tribubus filiorum Israel. Deinde magnam, atque innumerabilem multitudinem videt Apostolus ex ijs, qui ex omnibus gentibus signati erant: cuius causa magnas Deo gratias omnes cœlites agunt. Mox edoceatur quanta sit beatitudo sanctorum.

Caput. VII.

1 POst hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor vē tos terræ ne flaret super terram, neq; super mare, neque in vllam arborem. 2 Et vidi alterum angelum ascendentem ab Ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ, & 3 mari, dicens, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus 4 eorum. Et audiui numerum signatorum, centū quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorū Israel 5 Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Rubē, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim 6 millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. 7 Ex tribu Simeō, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duode- 8 cim millia signati. Ex tribu Zabulō, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signa- 9 ti. Post hæc vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronū, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & 10 palmæ in manibus eorū, & clamabant voce magna, dicētes, Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & 11 Agno. Et omnes angeli stabāt in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animaliū: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt 12 Deum, dicentes, Amen, Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarū actio, honor & virtus, & fortitudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo nostro in sæcula sæculorũ. Amẽ.

13 Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerũt? Et

14 dixi illi, Dñe mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine Agni.

15 Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super

16 illos. Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque

17 vllus æstus. Quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarũ, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

1 Verſ. 1.

POst hæc vidi quatuor angelos.] Recte vidit Andreas hæc ad tẽpus Antichristi pertinere, quod multi non viderunt. Nos sciamus ab illis verbis cap. 6: Et vidi cũ aperuisset sigillum sextũ, quidquid posteà in hoc libro scribitur, de tempore extremo scribi, hoc est de tẽpore Antichristi, aut certè de tempore illi coniuncto. Expositores quæ nunc dicuntur, quemadmodum & præcedentia, mystice interpretantur, & quatuor malos spiritus esse existimant, qui continebant quatuor ventos, ideſt, prædicatores Euangelij, ne flarent super terram. Sed nequeo intelligere, neq; ipsi exponãt, cur quatuor angeli sint super quatuor angulos terræ, vnde videlicet flãt venti, cum Diabolus nõ in angulis terræ, sed in medio magnarum prouinciarum & vrbium, ac denique vbicunque illi fuerint, impedire soleat prædicatores. Deinde, si super terram flare prohibent, ideſt, hominibus in terra viuentibus prædicare, quod nã erit mare? quæ arbores? Deniq; reliqua, quæ in hoc capite sequuntur, de angelo ascendente ab Ortu solis, & de numero signatorũ ex duodecim tribubus, & ex ceteris nationibus, non video quomodo possint cũ hoc sensu, vt ab his scriptoribus exponitur, rectè copulari. Quod ergo cũ præcedentibus, & cum sequentibus cõuenit, sequendum potiùs arbitror, vt angelos, & ventos propriè accipiamus, & cetera similiter, quandoquidem, vt dictũ est, nõ est à proprietate verborũ recedendum, nisi aperta ratio cogat.

2 Cœpit dicere quæ calamitates immitterent persecutoribus sanctorũ, quod nunc etiã prosequitur, sed ne eisdẽ electos etiã, & pios absumẽdos putemus, docet exceptos esse à Deo, & selectos prædestinatos, qui tunc erunt in terra, tam ex Iudæis, quã ex alijs gentibus. Et hoc est quod nũc ait: *Vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ.* Quatuor venti principales à quatuor partibus terræ aduersis spirant: Subsolanus ab Ortu, Zephyrus ab Occasu, Auster à Meridie, à Septẽtrione Aquilo, vel Septemtrio, vtor enim nominibus in Scriptura notioribus. In his ceteri, qui intermedij sunt, intelliguntur. Nã, vt Plinius autor est lib. 2. cap. 47. veteres quatuor omninò ventos seruauere per totidẽ mũdi partes, ideò nec Homerus, inquit, plures nominat. Idcirco quatuor anguli terræ dicuntur eæ partes, à quibus illi spirant. Super has angeli nõ sedentes videntur, sed *stantes*, quasi ad opus parati, ideſt, ad impediendum flatum ventorũ. Tenere autẽ ventos, ne flaret in terrã, & mare, nihil est aliud, quã velle perdere omnia, quæ sunt in terra, & in mari, quæ, si venti penitus cohibeantur, citò interire necesse est. Nam omnia terræ animãtia vento fouẽtur, & conseruãtur, eoq; subtracto præfocarentur. † Plãtæ vẽto nutriũtur, & vegetãtur, & per eũ imbribus irrigãtur, atq; ita sine vẽto calore cœli consumerẽtur, & nihil terra produceret. Pisces similiter interiret, & omnes, qui essent in mari, quoniã enauigare nõ possent. Quod autẽ ait: *Neque in vllã arborẽ*, præter fructũ, qui ex arboribus capitur, propterea addũm est quod arbores, vt quæ altiores sint, perstari vel minimis ventis

Quatuor venti.

Quatuor anguli terræ.

tis solent, cumque perflari desinunt, penitus ventum desisse iudicamus, itaque missimos etiam ventorum flatus tollere parabant. Quare hoc, quod dixerat: *Tenentes quatuor ventos terræ ne flarent.* &c. rectè alijs verbis paulò post explicauit: Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari. &c. Notandum tamen angelos dici tenere ventos, non quòd iam tenerent ne flarent, sed quòd tenere tentabant, & volebant, sicut indicant verba sequentia: Nolite nocere terræ, & mari. &c. Sæpe enim in scriptura fieri dicitur, quod tentatur, & intenditur, vel iamos. 9: Et si collauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mãdabo serpenti, & mordebit eos. Ita dicitur Psal. 33: Magnificate Dominum mecum, & Luc. 1: Magnificat anima mea Dominum.

Fieri dicitur quod tẽtatur.

Sed quæritur an verum sit, quod multi ex locis huius explanatoribus tradiderunt, hos quatuor angelos malos fuisse. Et quidem verum esse id ex eo videtur iudicari debere, quod terræ, & mari, & arboribus nocent, nam malorum ministerio vti Deum ad puniendum, apertissimè indicatur in Psalmo. 77: Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per angelos malos. † Idem docet Clemens. lib. 4. Recognitionum, versus finem, Hieronymus lib. 6. in Isaiam, fere in principio, Augustinus lib. 5. contra Iulianum cap. 3. In cuius rei cõfirmationem Hieronymus, & Augustinus eadem verba Psalm. 77. proferunt. Verùm hac ratione nequaquam conuinci potest, malos esse angelos, de quibus nũc loquimur, quoniam, etsi sæpe Deus pœnas de hominib⁹ sumat per angelos malos (quod tantummodò patres citati dicere voluerunt) sæpe etiam sumit per bonos. Docet hoc planè Augustinus. 9. de Ciuitate, cap. 5. cum ait: Sancti verò angeli, cum & sine dolore puniant quos accipiunt æterna Dei lege punièdos. &c. Sed sanctos patres citare non est necesse, vbi aperta suppetunt scripturæ testimonia. Genes. 19: Angeli, qui veniũt, vt deleant Sodomam, sancti sunt. Et 2. Reg. 24: Cumq; extendisset manum

An angeli, per quos Deus homines punit, boni sint?

4

5 sua angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione, & ait angelo percutienti populum, Sufficit. &c. Et 4. Regum 19: Factum est igitur in nocte illa vènit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinq; millia hominum. Eadem verba legimus Isai. 37. † Quod si quis fortè dicat, in his locis malos angelos vocari angelos Domini, quoniã à Domino mittebantur ad nocendum, is quam plurimis alijs redargui poterit, in quibus angeli Domini non, nisi sancti angeli, appellãtur. Immo verò cum sæpissimè id legamus in Scriptura, nusquam angelos malos inuenietmus absolutè vocari angelos Domini, sed aliquid additur, vnde mali esse intelligantur, vt 1. Reg. 18: Post diem autem alteram inuasit spiritus Dei malus Saul. Et cap. 19: Et factus est spiritus Domini malus in Saul. Præterea angelos missos ad perdẽdum Sodomitas Lot planè alloquitur vt angelos sanctos; Quæso Domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum. &c. Idemque ex alijs locis citatis facilè intelligi potest. Verùm, vt ad quatuor angelos reuertamur, expositores qui crediderunt ab eis prædicatores Euangelij impediri, reẽtè malos esse dixerunt, nos, qui aliam expositionem sequimur, id dicere non cogimur, bonos potiùs esse credimus, sicuti & Andreas Cæsariensis episcopus existimauit. † Primùm, quoniam nomen Angeli, aut rarò admodum, aut fortasse nunquam, in Scriptura Dæmonibus tribuitur, quin continuò, aut certè in proximo, aliquid addatur, vnde verba de malis angelis fieri intelligatur, vt Matth. 25: Qui paratus est Diabolo, & angelis eius. Prou. 17: Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Quando ergo Apostolus ait. 1. Cor. 6: Nescitis quoniã angelos iudicabimus, facilè intelligitur de malis loqui, quoniam aliquid dicit, quod sanctis angelis conuenire non potest, nempe ab hominibus iudicari. Iohannes autem absolutè angelos appellat, & nihil dicit, quod sanctis conuenire nõ possit, quandoquidem ipsi etiam mittuntur ad pu-

6

Angelus Dñi, Angelus sanctus intelligitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicndum, vt demonstratum est. Verba etiam ipsa angeli eos alloquentis haud obscurè hoc ipsum indicant: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Etenim ipsi simul cum angelo loquere signaturi grat seruos Dei, & dicit, Dei nostri, vt Dei etiam eorũ esse intelligatur. Iuxta Scripturæ autem consuetudinem Deus eorum Deus esse dicitur, à quibus amatur, & colitur, vt eum dicitur: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, vt eleganter docet Origenes in illud Rom. 1: Primùm quidè gratias ago Deo meo.

Deus dicitur sanctorum Deus. Exo. 3.

Vers. 2.

Et vidi alterum angelum ascendentem ab Ortu solis. † Hunc angelum plerique Christum esse existimant, & quoniam dicitur: *Ascendentem ab Ortu solis*, afferũt expositionis causa illud Luc. 1: In quibus visitauit nos Oriens ex alto. At hoc ministerium non erat à Christo præstandum, sed ab administratorijs spiritibus, qui in ministerium missi sunt propter eos, qui hereditatem capient salutis. Eorum est signare seruos Dei, & Christi in frõtibus, ne cum ceteris perirent, qui non signabantur: quemadmodum apud Ezec. cap. 9. angelus est, cui dicitur à Domino: Trans per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium. Quod autem ex Luca afferunt, cõtra ipsos facit, Christus enim descendit ad nos ex alto, hic autem ascendit. Deinde Oriens eo in loco nequaquam ortum solis significat, vt plurimi arbitrantur, quod copiosè demõstrauimus in cap. 8. Zachariæ num. 35. & sequentibus. † Angelus ergo est, neque enim Christus angelus sine addito dici solet, &, vt mihi videtur, vnus ex illis septẽ, quibus sæpe diximus commissam esse curam salutis hominum, vt eius verba indicãt: *Nolite nocere terræ.* Sed cur ascendit, qui descensurus potius videbatur de cælo ad quatuor angelos, qui erant super quatuor angulos terræ? Deinde cur ab Ortu solis ascendit? Ascedere videtur cum hominibus, quorum curam gerebat, & in altum tolli, vt tam à quatuor angelis, quam ab hominibus videatur, & audiatur. Quod nihil aliud esse videtur, quam tunc omnibus electis notum futurum Dei prouidentia seruari se, ne pereant cum reliquis, qui damnãdi sunt. *Ab Ortu* autem *solis* ascendit, quia lucem, & prosperitatem hominibus nuntiat, & affert, si quidem per eius aduentum seruãtur in vitam æternam, ad quam tunc certissimè vocantur, atque signantur.

Habentem signũ Dei viui. σφραγῖδα, id est, sigillum quoddam, quo signa imprimuntur. Vnus nũc dicitur Deus, quòd eius potestas hic ostendatur, & verus Deus demonstretur, non vt dij gentiũ, qui nihil facere possunt: præterea ab effectu, quoniam plurimis tunc vitam donabit gratiæ.

Et clamauit voce magna. † Clamauit magno affectu salutis hominum, & ita vt quod clamabat, notũ fieret electis Deo intus inspirante.

Nolite nocere terræ. Ne inducatis morbos, & pestem ventos tenendo.

Quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Quæritur an sensibilis futura sit hæc signatio? Profectò nõ aliena, aut inepta erit expositio, si sensibilem futuram esse dicamus, vt sit sensus: Oportet vt antequam homines pereant, prædestinati ad vitam æternam baptizentur, & signo Crucis muniantur, quod fieri solet in Baptismo. Intelligit autem seruos Dei, qui secundùm Dei propositum electi erant, & nondum signum Crucis acceperant in Baptismo. Sicut Iohann. 11. filij Dei dicti sunt, qui prædestinati erant ex vniuersa Gentilitate, etiam peccatores, etiam nondum nati: Prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gẽte, sed vt filios Dei, qui erãt dispersi, congregaret in vnum. Et *signemus*, dictum est pro, signari faciamus, quod facturi sunt angeli doctores Euãgelij idoneos mouendo ad docendum, & ipsos homines ad fidem intus exhortando. Et quoniam hoc facturus est angelus ascendens ab Ortu solis, vt homines cruce signentur, dicitur habere *signum*, sine sigillum Dei viui, quod signum Crucis est, vt etiam Andreas est interpretatus. † Potest etiam multibilis esse hęc signatio, vt angeli in mente sua eos

Vers. 2.

Vers. 2.

Vers. 3.

Vers. 3. Qualis sit hæc signatio electorũ

sua-eos separent, qui signo Dei viui signati sunt, ne pereant cum alijs, sed liberentur. Hi autem sunt, qui habituri erant signum Dei in frontibus suis, id est, qui inter minas, & cædes Antichristi, & ministrorum eius non erubescẽt crucem, & Christum confiteri, palãq; detestari audebunt scelera impiorum. Rectè ergo hæc duo in vnum sensum copulabimus.

Vers. 4.

Filij Israel in fine sæculi ad Christum cõuertendi.

Centum quadraginta quatuor millia signati. Sæpe à prophetis prædictum est, duo decim tribus Israel, quæ à Christi aduẽtu in sua incredulitate manent, in fine sæculi ad Christum esse conuertendas, vt scribit Paulus Rom. 11: Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptũ est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Quod desumptum est ex Isai. 59. Et (vt alia multa omittamus) Hos. 3: Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominũ Deum suum, & Dauid regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius nouissimo dierum. [Hoc ipsum Andreas sensit, qui cum aliter ante exposuisset, ait: Siue (quod multò credibilius est) qui in fine ex Iudæis salui fiunt: quando (sicut ait Apostolus) postquam ingressa fuerit plenitudo gentium, omnis Israel saluus fiet. &c. Numerum autem hunc à Iohanne positum Beda, & Rupertus, & alij mystice interpretantur, & de eo multa scribit Petrus Bongus ad calcem libri de Mystica numerorum significatione; sed illa mystica sunt, ego Historicam expositionem quæro, atque hanc esse arbitror.] † Quod nullus prophetarum dixerat, hoc Iohãnes disertè prædicit, numerum eorum, qui tunc conuertentur, futurum centũ quadraginta quatuor millia ex vniuersis tribubus, ex singulis duodecim millia, vt quoniam omnes sunt ex genere Iacob, easque non propter se, sed propter parentes suos diligit, iuxta illud Rom. 11: Secundum Euangelium quidem inimici propter vos, secundùm electionem autem

Quot Iudæi conuertentur.

Ex tribu Iuda. Tribus Iuda prima omnium ponitur, propterea quod ex ea ortus est Dominus, vt Beda, & alij existimant: alioqui si secundùm ætatem nominandi essent filij Iacob, primogenitus erat Ruben, qui secundo loco ponitur. Sed neque in reliquis ordinem natiuitatis seruant, vt enim docet Sacra historia Genes. 29. &. 30. primus fuit Ruben, secundus Simeon, tertius Leui, quartus Iudas, quos omnes peperit Lia, quintus Dan ex Bala ancilla Rachelis, sextus Nephtali ex eadem, septimus Gad ex Zelpha ancilla Liæ, octauus Aser ex eadem, nonus Issachar ex Lia, decimus ex eadem Zabulon, vndecimus Ioseph, duodecimus Beniamin, ambo ex Rachele. † Quapropter existimo, sicut in Genesi seruatur ordo corporeæ natiuitatis, ita apud Iohannẽ seruari ordinem natiuitatis spiritualis, & conuersionis ad Christum, & primo loco poni tribũ Iuda, quoniam prima omnium conuerteretur [Christum, quasi ex se ortum, & magis ad se quã ad alias pertinentem ante illas amplexura. Ita 2. Reg. 2. primi omnium viri Iuda venerunt

Vers. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt in Hebron, & vnxerũt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda. Primi etiam post prælium gestum cum Absalom traduxerunt eum Iordanem. 2. Regum. 20. & cum aliæ tribus quærerent cur id fecissent, respondit tribus Iuda: Quia mihi propior est rex. Ex quo intelligitur idem esse de reliquis iudicium, & eas tribus prius nominari, quæ prius conuersæ sunt.]

Cur tribus Dan nũ numeretur.

Sed quæritur cur in his tribus nõ numeretur tribus Dan. Huius rei causam hanc veteres tradunt, quòd ex hac tribu futurus sit Antichristus. Sed in hoc intelligitur tota tribus Antichristo, quasi cognato, adhæsura, & nemo ex ea in Christum crediturus. Quod optimè conuenit cum eo, quod dicebamus, seruatum fuisse à Iohanne ordinem conuersionis, primãq; omnium conuersam esse tribum Iuda, quasi Christũ magis cognatione attingentẽ. Irenæus lib. 5. c. 30. de temporibus Antichristi loquens hæc scribit: Ieremias autem non solùm subitaneum eius aduẽtum, sed tribum, ex qua veniet, manifestauit dicens: Ex Dan audiuimus vocẽ velocitatis equorum eius, à voce hinnitus decursionis equorum eius commouebitur tota terra, & venient, & manducabit terram, & plenitudinem eius, & ciuitatem, & qui inhabitãt in ea. & propter hoc non annumeratur tribus hæc in Apocalypsi cum his, quæ saluantur. &c. † Verba

13 *Locus Ieremiæ. 8.*

Ieremiæ citata ab Irenæo iuxta lxx. trãslationem, sunt in cap. 8. eodem sensu apud nos, vbi habemus: A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius cõmota est omnis terra. In quibus hoc animaduertendum, Dan non esse ibi nomen filij Iacob, aut tribus eius, sed vrbis, quæ erat in extremo terræ promissionis versus Septemtrionẽ, de qua sæpe dicitur in libris Regum: A Dan vsque ad Bersabee. Et quoniam Nabuchodonosor per eam erat ingressurus in fines filiorum Israel, ait: A Dan auditus est fremitus equorum. &c. Sed Allegorico sensu hoc de Antichristo. & suis eius expositit sanctus Irenæus, quorum figura erat Nabuchodonosor, & exercitus eius. Hæc autem vrbs erat tribus Dan, & quam primam omnium tribus illa

Dan vrbs.

possedit, vt legimus Iud. 18. Quare à Dan veniet Antichristus, quoniam ex tribu Dan in ea habitante & fortassẽ in eadem vrbe, nascetur. Notãdum etiam beatũ martyrem Irenæum verba Apocalypsis, quæ nunc exposuimus, de tempore Antichristi, & de filijs Israel, qui eo tempore conuertentur, interpretari, sicut & nos fecimus, & quidam ex recentioribus faciunt, vt Cœlius Pannonius, & Claudius A monte martyrum: quare non esse hæc intelligenda de primo Christi aduentu, & de eius prædicatione, & ijs, qui tunc conuersi sunt, vt plerique expositores intellexerunt.

14 † Eadem ratione præteriri tribũ Dan affirmant Arethas, Beda, Haymo, Anselmus, Rupertus. Atque hi omnes præter Irenæum, cõfirmant id, nempe Antichristum futurum esse ex tribu Dan, ex verbis Genes. 49: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. Quod etiam facit Ambrosius in illud Psal. 40: Magnificauit super me supplãtationem: & in lib. de Benedictionibus Patriarcharum cap. 7. & Theodoretus quæst. 109. in Genesin, [& Augustinus quæst. 22. in librum Iosue, & Isidorus, & Eucherius in eadem verba Genesis. Idem affirmant Andreas, & Prosper Aquitanicus in libello, cui titulus est, Dimidium temporis, cap. 9.] Et Gregorius. 31. Mora. cap. 18. verba eadem Genesis exponens ait: Nonnulli ergo de tribu Dan venire Antichristum ferunt, pro eo, quod hoc loco Dan & coluber asseritur, & mordens. Vnde & non immeritò dum Israeliticus populus terras in partitionem castrorum susciperet, primus Dan ad Aquilonem *Num. 2.* castrametatus est, illum scilicet signãs, qui in corde suo dixerat: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. De quo & *Isa. 14.* per Prophetam dicitur. A Dan auditus est fremitus equorum eius. [Idem certum esse affirmat, atque eodem Ieremiæ testimonio comprobat Hippolytus martyr in Oratione de Consummatione mundi.] Verùm scrandum est Historico sensu hæc de Samsõn dici, qui fuit ex tribu Dan, vt exponunt Hieronymus

Ier. 8.

nymus in Trad. Hebr. in Genesin, Ambrosius in lib. de Benedict. Patriarch. & multi alij. † De Antichristo ergo

15 sensus Allegoricus est, [quod non præteriit Hippolytus. Sed dicet, inquit, quispiam hoc de Samsone dictum esse, qui natus de tribu Dan iudicauit populum suũ annos viginti. At in parte dum taxat illud à Samsone factum est; hoc verò vniuersè implebitur temporibus Antichristi. &c.] Allegoria eleganter explicatur à Gregorio loco citato: Coluber dicitur, & cerastes, idest, serpẽs cornutus, quia contra fidelium vitam cum morsu pestiferæ prædicationis; armatur etiam cornibus potestatis. Fit serpens in via, quia callidè decipit per viã latam ambulantes. Fit cerastes in semita, quia ingredientes per viam artam terrore potestatis suæ premit. Et quia Antichristus extrema mũdi apprehendere nititur, cerastes iste equi vngulas mordere perhibetur, vt cadat ascensor eius retro. Ascensor equi est quisquis extollitur in dignitatibus mundi. Hæc latiùs apud Gregorium, [cuius verba omnia in suos Commentarios in Genesin transtulerunt Isidorus & Eucherius.] Paulò aliter, & rectè etiam exponunt Ambrosius, & Theodoretus in locis indicatis.

An præterita fuerit tribus Ephraim.

Secundò quæritur cur hoc in loco præterita fuerit tribus Ephraim? Respõdeo non fuisse præteritam, sed nomine tribũ Ioseph esse designatã, [vt etiã sentit Andreas Cæsariensis.] Si enim duo filij Ioseph Ephraim, & Manasses adoptati sunt à Iacob, atque ideo capita tribuum censentur, sicut reliqui filij Iacob, & æquales sortes cum illis in partitione terræ acceperunt, iuxta quod dictum est à Iacob. Genes. 48: Duo ergo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, ante quam venirem ad te, mei erunt: Ephraim, & Manasses sicut Ruben, & Simeon reputabũtur mihi. † Si autem

16 quæras, cur potiùs tribus Ephraim dicta sit tribus Ioseph, quam tribus Manassæ, cum fuerit Manasses primogenitus: in promptu est ex eodem loco responsio, quoniam Iacob prætulit benedictionibus Ephraim fratri suo, & dexteram super illum posuit etiam repugnante Ioseph, & dixit: Frater eius minor maior erit illo, & semen illius erescet in gẽtes. Hinc factum est, vt reges nonnulli Israel, vt Ieroboham, & eius posteri, fuerint ex tribu Ephraim. Et quia hæc tribus Ephraim nobilior erat, & maior tribu Manassæ, vocatur tribus Ioseph, solet enim denominatio fieri ab eo, quod dignius est. Inde in prophetis hæc tribus sæpè dicitur Domus Ioseph, & Ioseph. vt Psal. 77: Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit. Ezec. 37: Ecce ego assumam lignũ Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iuda. Ham. 5: Ne forte cõburatur, vt ignis, domus Ioseph. Visus est ergo Iohannes appellatione aliis propheris vsitata, atque eo libentiùs fecit, ne in designatione electorum tanti patriar-

17 chæ nomen præteriri videretur. † Ego & aliã causam hic subesse suspicor: tribum Ephraim, quæ idololatriam inuexit in ceteras tribus Israel, & magis à Deo secesserat, nunc appellari tribum Ioseph, vt meritis Ioseph misericordiã à Deo consecuta videatur.

Verùm explicationi, quam hactenus tenuimus, aduersari fortassẽ videbitur Paulus, qui Rom. 11. ait: Donec plenitudo gẽtium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Si enim nullus tunc signabitur ex tribu Dan, & ex reliquis tribubus tãtùm salui fiunt centumquadraginta quattuormillia, quomodo sit saluus omnis Israel, cum pro certo habendum videatur multò plures tunc futuros in omnibus tribubus? At nõ aduersatur; non enim dicit Paulus, omnes Israelitas saluos futuros, sed multos ex omnibus tribubus. Rectè autem, & conuenienter communi locutioni, & ipsius Scripturę dicitur, ex omnibus tribubus multos futuros esse saluos, licet vna tribus desit. Posset etiam dici tunc bellis, & cladibus, quæ multæ erũt, multos ex filijs Israel absumendos fore; ita vt centũ quadraginta quattuor mille soli, aut

18 penè soli superfuturi sint. † Erit hoc quidem verum fortassẽ, sed quoniam non habemus vnde possimus comprobare, probabilior ceteris, & melior responsio est, intelligi omnem Israelem omnes, qui ex Israele predestinati sunt,

vt ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ex eodem Apostolo, atque in eiusdē epistolæ cap. 9. manifestē cognoscitur; Non enim omnes, inquit, qui ex Israel, ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, ij filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. &c. Ira ergo accepit Israelem cap. 11. sicuti tam docuerat cap. 9. Pro nobis est Gregorius, qui Hom. 12. in Ezec. planè ostendit multos Iudæorum in infidelitate esse relinquendos. Erunt etenim, inquit, tunc multi ex Iudæis infidelibus, qui essē ipsos, qui ex Iudeis crediderint, persequentur. Vnde & notandum est quod hic quoque dicitur, quia in domo sua vincula Propheta sustineat, vt videlicet designetur, quod ex ipso suo genere Iudæa, cum fidelis fuerit, tribulationem persecutionis portet. &c.

Verſ. 9. *Postea vidi turbam magnam.* Qui ex populo Israel salui futuri sunt extremis temporibus, numerari possunt, qui autē ex multitudine prouinciarum; & nationum signantur, ab homine numero cō prehendi non possunt, licet & ij pauci futuri sint comparati pereuntibus.

Verſ. 9. *Amicti stolis albis.* Beatitudine animę donari, vt diximus cap. 6. num. 45. & 46.

Verſ. 9. *Et palmæ in manibus eorum.* Gregorius Hom. 17. in Ezec. prope finem: Quid per palmas, nisi præmia victoriæ designantur? Ipsę quippe dari vincentibus solent. Et posteà: Palmas quippe in manibus tenere, est victorias in operatione tenuisse. Cuius operationis paltma ibi retribuetur, vbi iā sine fine gaudebitur. &c. † Deinde exponens illud 19 Ezec. 40: Erant ante frontes pictura palmarum, docet eleganter sanctos in hac vita non habere palmas, sed picturam palmarum, quia nondum ipsam victoriam habent, sed imaginem victoriæ. Augustinus Serm. 11. de Sanctis: Stolis fulgēt albis, & palmas in manibus habēt, quia præmia in operibus habent. &c.

Verſ. 10. *Et clamabant voce magna dicentes: Salui Deo nostro.* Augustinus Sermone 11. de Sanctis: Magna voce salutem Deo decantant, quia magna gratiarum actione reculunt non sua se virtute, sed ipso auxiliante, tribulationum impugnatiū superasse certamina. &c. Ceterū eum dicunt: *Salus Deo nostro*, more nostro loquūtur, ac si de homine dicerēt: Semper salvus sit, Viuat rex. Quod nō tam optantium est, quam lętantium de beata Dei immortalitate, & æternitate.

Verſ. 11. *Et omnes angeli stabant in circuitu throni.* Gaudent angeli, & gratias agūt Deo de victoria, & beatitudine hominibus data.

Verſ. 12. *Dicentes: Amen.* Quoniam turba beatorum hominum clamabat: Salus Deo nostro, &c. angeli gaudentes de laudibus Dei, & de eorum societate, dicentes Amen, id confirmant, & optāt semper ratum esse, quod illi dicunt; quod significat Amen, vt dictum est, cap. 1. num. 59.

Verſ. 12. 20 *Benedictio, & claritas.* † Hæc vocabula exposuimus cap. 4. num. 50. & tribus sequentibus, & cap. 5. num. 17. &. 18: Quod autem ibi vertit, Gloria, nūc vertit, *Claritas*, quod idem est, in Græco semper est *Δόξα*.

Verſ. 13. *Et respondit vnus de senioribus.* Respondit dixit more Hebræorum, proloqui cœpit, vt Matth. 11: Respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pater. &c. & cap. 28: Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos; quod etiam adnotauit Ansbertus, & ex eo Haymo. Interrogat autem senior Iohannem quod nescit, vt attentiorem eum reddat ad audiēdum, & nobis res maxima, atque vtilissima explicetur.

Verſ. 14. *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna.* Arethas, & multi putant martyres esse hos, quos vidit Iohānes, quōnia dicit: *Venerunt de tribulatione magna.* Ac multò id magis cōfirmatur ex eo, quod sequitur: *Et lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni.* Confirmare hoc videtur Augustinus Serm. 11. de Sanctis, in hunc modum: Stolas quippe martyres in sanguine Agni lauerunt, dum membra sua, quæ oculis insipientium visa sunt pœnarum squalore fœdari, sic potius fusio pro Christo sanguine ab omnibus mundauere contagijs; ih super & beata immortalitatis luce digna reddidere, quod est etiam lotas habuisse stolas in sanguine Agni. Eadem est sententia Gregorij Hom. 17. in Ezec.

Qui sint qui lauerūt stolas in sanguine Agni

21 Ezec. † Verùm sine dubio non de solis martyribus, sed de reliquis etiam electis sermo est, vt optimè docent Beda, Ansbertus, Haymo, Ambrosius. Et Tyconius Hom. 6. ait: Non enim, vt aliqui putant, martyres soli sunt, sed omnis populus in Ecclesia, quia non in sanguine suo dixit lauisse stolas suas, sed in sanguine Agni, id est, in gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, sicut scriptum est: Et sanguis filij eius mūdauit nos. Eodem argumento vtitur Beda: Non, inquit, de solis martyribus dicit, illi enim sanguine proprio lauantur. &c. Loquitur ergo (vt cœperamus dicere; & vt contextus ipse postulat) de omnibus electis, qui in fine sæculi salui futuri sunt ex omnibus nationibus, in quibus tamen multi futuri sunt martyres, Antichristo, & eius ministris grauissimè vexāribus Ecclesiam. Atq; ideò illos venisse dicit de tribulatione magna, quia omnes illius temporis fideles vehementer affligentur, partim martyrio, partim direptione rerum suarum, & fuga, & omni genere persecutionū. Dicuntur autem *in sanguine Agni* lauisse, & dealbasse stolas suas, id est, vestimenta sua: hoc est sanctitatem comparasse, vel recuperasse, sicut dixit cap. 3: Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, vt ibi expositum: quia animas suas (vt ait Ambrosius) in hac vita positi ab omnibus sordibus peccatorum mundauerunt; primò quidem per Baptismum, postea verò per pœnitentiam; & bona opera, quæ per Christi sanguinem vim habent mundandi. † Augustinus ve- 22 rō Serm. 11. de Sanctis, quia de martyribus agebat, de martyribus interpretatus est, Gregorius etiam ad martyres retulit, quoniam plurimi, & nobilissimi illorum martyres erant; nec tamen affirmauerunt de solis martyribus dici. Eleganter autem interpretatur Ambrosius verba illa: *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna*, in hunc modum: Hic demonstrat non ad electos, qui in hac vita laborant, sed ad eos, qui in cœlesti vita cum Domino requiescunt, hæc pertinere. Non enim sancti de magna tribulatione, sed ad magnas tribulationes perferendas in hunc mundum venīunt, sicut dicit Iob: Homo ad laborem nascitur; & auis ad volandum, & Dominus dicit in Euangelio: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiā, quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Et Paulus dicit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Hic etenim tempus est tribulationis, illic tempus pacis. Sancti itaque de magna tribulatione veniunt, qui ab hac vita subtracti, vbi tempus tribulationis est, in æterna quiete collocātur.

Iob. 5. *Matth. 5.* *Act. 14.*

23 *Ideò sunt ante thronum Dei.* Beda: Illi enim digni habentur illic in Dei conspectu ministerio, qui hic inter aduersa fideles nominis eius confessores existunt.

Verſ. 15. *Et seruiunt ei die, ac nocte in templo eius.* Augustinus Serm. 11. de Sanctis: Nō est laboriosa, sed amabilis, & optanda seruitus in Dei laudibus perpetuò assistere; dies quippe, & nox non vicissitudinem temporis propriè, sed perpetuitatem tropicè significant: nox enim non erit illic, sed dies vna melior in atrijs Christi super millia. &c. Hoc, quod ait Augustinus de die, & nocte, verum est, & sæpe in Scriptura inuenitur, vt Psal: Et in lege eius meditabitur die, ac nocte, id est, semper, Apoc. 4: Et requiem non habebant die, ac nocte dicentia: Sanctus. &c. Isai. 62: Super muros tuos Ierusalem constitui custodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Quare rectè Beda dixit: More nostro loquens æternitatem significat. At 24 cum dicit: † *Et seruiunt ei in templo eius*, Metaphora sumpta est à sacerdotibus in templo ministrantibus, qui victimas offerunt, & laudes Dei canunt: ita beati quasi veri Dei sacerdotes, se ipsos Deo offerunt, & semper laudes eius canunt, sicut scriptum est in Psal. 83: Beati qui habitant in domo tua Domine, in sęcula sæculorum laudabunt te. Ex quo facilè cernitur nequaquam his verbis aduersari quod cap. 21. legimus de cœlesti Ierusalem: Et templum non vidi in ea, videlicet quale apud nos est, vt per illud animo in Deū erigamur, sed hoc ipse Deus apertè visus per se efficit, & ideò ait: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Tota tamen ciuitas beatorū templum Dei dici-

Die, & nocte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei dicitur, quia in ea semper amore magno, & dignis laudibus Deus celebratur, vt Psal. 101: Dominus in templo sancto suo: Dominus in cœlo sedes eius.

Vers. 15. *Et qui sedet in throno, habitabit super illos.* Videlicet protegens eos semper, & gubernans. Nec dixit, Erit super illos, sed *Habitabit*, id est, perpetuam ibi mansionē habebit, quasi in suo domicilio. Ambrosius: Habitat vero super sanctos suos Deus, cum eos suo lumine illuminat, circumdat, & tuetur.

Vers. 16. *Non esurient, neq; sitient amplius.* † Ambrosius: Animæ sanctorum, nō esurient, neq; sitient amplius, quia esurierunt, iamque percipere vitam æternam meruerunt. &c. Aliudit Ambrosius ad illud Matth. 5: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabūtur. Iohannes verò alludit ad Isai. 49. vnde hæc, & quædam ex sequentibus desumpsit: Non esurient, neque sitiet, & non percutiet eos æstus, & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos. Significat, beatis nihil, quod ad eorum plenam beatitudinem pertineat, defuturum.

Vers. 16. *Neque cadet super illos sol, neque vllus æstus.* [Andreas tentationes docet significari in sole, & in æstu.] Ambrosius verò ait: Per solem tentationes, quas sancti ab hominibus perferunt, possumus intelligere: per æstum, tentationes Dæmonum, siue voluptates carnales, &c. Idem dicit quod Isaias: Et non percutiet eos æstus, & sol, quibus videlicet eos æstus, & sol, quibus videlicet solent homines grauiter laborare, sicut Ionas cap. 4. qui ita æstu afflictus est, vt petierit animæ suæ vt moreretur. Significat longè abfuturū esse à beatis quid quid eis molestiam afferre possit.

Vers. 17. *Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget eos.* † Ita etiam Isaias: Quia miserator eorum reget eos. ποιμανῶ αὐτούς. Pascet eos, ipse pastor eorum erit, & semper ab eis arcebit quidquid molestum esse potest. Quomodo autem Agnus dicatur esse *in medio throni*, intelligitur ex eo, quod cap. 5. dictum est: Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem. Potest etiam dici esse *in medio throni*, quia ipse in patre, & pater in ipso est.

Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum. *Vers. 17.* ἐπὶ ζωὰς πηγὰς ὑδάτων, id est ad viuentes fontes aquarum. Perstat in Metaphora pastoris, qui oues suas pastas ad fontes deducit, vt sitim, & lassitudinē abijciant, & recreentur, id est, efficiet Christus, vt semper maximis, & immortalibus voluptatibus affluant, ideo enim dixit: *Ad vitæ fontes*, siue ad viuos fontes, qui semper scaturiunt, nec desicit in eis aqua. Hos fontes in Dei visione sciebat esse Dauid, cum aiebat: *Psal. 41.* Quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. † Ex his accipimus veram verborū Isaiæ intelligentiam, vt, quamuis ille de iustis in hac vita omnino loqui videatur, intelligamus multò magis ad futuram illam pertinere; sed in hac vita inchoantur, in futura perficientur.

Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. *Vers. 17.* Metaphora sumitur ab indulgentissimis parentibus, qui filios flentes blandè demulcent, & eis lacrymas abstergunt. Et hoc ex Isaia de sumptum est, in cuius capite 25. legimus: Præcipitabit mortem in sempiternū, & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie. Quod latiùs etiam repetit Iohannes cap. 21. Hoc est: Quidquid in hac vita habuerunt doloris, & luctus, in perpetuum auferetur. Ambrosius: Quia tempus flendi hic finit, tempus ridendi in illa beatitudine erit, sicut Dominus dicit: Beati, qui nunc lugent, quoniam ipsi tunc consolabuntur. *Matth. 5.* Beda: Immortalium adepta plenitudine gaudiorum omnis mœror penitus obliuioni mandabitur. Beati enim, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. &c. In quo etiam docet lacrymas non esse in hac vita abstergendas, quæ vallis lacrymarum est, sed in futura, ideoque nos nihil mirari debere, si semper in hac vita lugeamus.

Argu-

Argumentum. Cap. VIII.

Sigillum septimum aperitur, & videt septem angelos stantes in conspectu Dei, quibus datæ sunt septem tubæ. Et alius angelus, qui Deo preces sanctorum offerebat, ignem de thuribulo mittit in terram, & facta sunt tonitrua, & fulgura, & terræmotus. Mox septem angeli comparant se vt tubis suis canant, quatuorque primis ordine canentibus magnæ calamitates in terra, & in mari, & in fluuijs, & prodigia in sole, & luna, & stellis videntur. Accedit aliquid terribilius, vox enim aquilæ per cœlum volantis auditur maiora portenta restare prænuntiantis, cum tres angeli reliqui tubis cecinerint.

Caput. VIII.

1 ET cùm aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tu-
3 bæ. Et alius angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum:
4 quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coràm
5 Deo. Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, &
6 terræmotus magnus. Et septem angeli qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tuba canerent. Et
7 primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborū cōcremata est, & omne
8 fenū viride cōbustum est. Et secundus angelus tuba cecinit, & tāquam mōs magnus igne ardens, missus est in mare, & facta est tertia pars maris;
9 sanguis: & mortua est tertia pars creaturæ eorū, quæ habebāt animas in mari, & tertia pars nauiū interijt.
10 Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna, ardēs tāquā facula, & cecidit in tertiā partē
11 fluminū, & in fontes aquarū: & nomē stellæ dicitur Absinthiū & facta est tertia pars aquarū in absinthiū: et multi hominum mortui sunt de aquis,
12 quia amaræ factæ sunt. Et quartus angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarū, ita vt obscuraretur tertia pars eorū, & diei nō lucēret pars tertia, & noctis similiter.
13 Et vidi, & audiui vocē vnius aquilæ volātis per medium cœli, dicētis voce magna: Væ, væ, væ, habitātibus in terra: de cæteris vocibus trium angelorum, qui erant tuba cāituri.

1 ET cùm aperuisset sigillum septimū, factum est silentium in cœlo quasi media horā. Beda, (quem Anselmus, & quidam è recentioribus sequūtur) hoc silētio significari putat tēpus illud à morte Antichristi vsq; ad diē iudicij, quod secutus Hieronymum, cuius verba etiā refert ex Cōmā cap. 12. Danielis prope finem, quadraginta quinque dierū futurum esse dicit. Rupertus etiam ait: Silentium quippe hoc loco rectè quietem illam significare intelligitur, de *Vers. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 75. qua Psalmista loquitur: Terra tremuit, & quieuit cùm exurgeret in iudicio Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Itaque ad ipsum iudicij diem hæc refert. Sed profectò neutra expositio probanda est, quoniam tempus illud inter mortem Antichristi, & diem iudicij, ita tranquillum futurum est, & ab omni terrore liberũ, vt impij omni malorum, quæ paulò ante imminere videbantur, timore sublato, iterum ad voluptates, & conuiuia, & ad scelera pristina redituri sint, atque ita eos imparatos, & nec opinantes dies iudicij

2 opprimet. † Quod non obscurè intelligitur ex Matth. 24: Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erãt in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Nunc autem Iohannes multa signa, eaque valde terribilia faciendа esse prædicit, quæ si eo tempore fierent, nequaquam ea pax, & tranquillitas, de qua Dominus loquitur, cõtingeret. Multò etiam minus ad ipsum iudicij diẽ hæc spectant, quoniam hæc signa, atque alia multa fieri oportet ante tempus iudicij, vt ex hoc cap. & ex sequentibus intelligitur. Quoniam ergo in sexto sigillo beatitudo illorum significata est, quos angeli in frontibus signarũt, rectè nunc in septimo cernuntur supplicia, & calamitates illorum, qui non sunt ab angelis signati, vt manifestum est ex verbis cap. 9: Et præceptũ est illis ne læderent fenum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Incipiuntur autem hæc supplicia continuò: Et vidi septem angelos stantes in

3 conspectu Dei. &c. † Quare nescio cur Beda, & Rupertus, & quidam è iunioribus librum, & visionem finiant in hoc silentio, quod factum est in cœlo quasi media hora, quasi iterum quæ hactenus dicta sunt repetat, ab initio verborum sequentium: Et vidi septem angelos. &c. Multo melius fecerunt qui caput ab apertione sigilli incipi voluerunt, vt in omnibus codicibus Latinis habemus: quoniam quod de septem angelis, & septem tubis subijcitur, id septimo sigillo continebatur, & eo aperto visum est. Videtur autem mihi *factum* esse *silentium* tã angelis, quam senioribus, & reliquis cœlitibus admirantibus magnitudinem suppliciorum, quã sigillo aperto viderunt, & quasi obstupescẽtibus præmagna in terris commotione, & turbatione futura. Quemadmodum Matth. 24. scriptum est: Et virtutes cœlorum commouebuntur: quod Chrysostomus, & Euthymius ita exponunt: Exercitus angelorum obstupescent videntes tam insignes creaturæ totius mutationes, &c. [Verùm quia non satis constat an simul ac sigillum apertũ est, supplicia malorũ viderint cœlites: & quia posteà magnis supplicijs indicatis non fit silentium, sed gratiæ potiùs agi solent, vt videbimus cap. 11. &. 16. &. 19. Ita potiùs hæc exponenda cẽseo. Aperto septimo sigillo *silentium quasi media hora factum est*, hoc est, Nõ statim aliquid vidit Apostolus, aut audiuit vocem, vt in reliquis sigillis audierat, sed semihoræ fere spatium trãsijt antequã aliquid videret, aut audiret. Hoc autem breue spatium silentij significabat, illã sanctorum beatitudinem, quam in extremo capite septimo vidit, non esse illis continuò, id est, simul atque signati sunt, præstandam, sed prius futura esse omnia, quæ septem angelis tuba canentibus facienda erant, ac deinde regnũ Dei esse venturum, per quod plena, atque integra omnibus electis beatitudo contingeret, vt ex cap. 10. huius libri cõstat: Quia tempus non erit amplius: sed in diebus vocis septimi angeli, cùm cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Quæ quoniam breui omnia facienda erant, breue hoc tempus silentio illo semihoræ significatum est. Andreas Cæsariensis: Semihoræ spatium breuitatem temporis ostendit, in quo plagis inductis, & ijs quæ in terra facienda erant impletis Christi regnum manifestabitur. &c.]

Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei. Septem hos angelos esse arbitror, quibus cura hominum potissimè

Vers. 2.

cùm cap. 7. dixit. Post hæc vidi quatuor angelos, & paulò post. Et vidi alterum angelum ascendentem ab Ortu solis. Quis sit hic angelus non constat, quoniam Scriptura non indicat: non videtur improbabile fuisse Gabrielem, qui Danieli pro salute populi oranti apparuit Dan. 9. aut certè Michaelem, cui tota Ecclesia commissa est, ideo fortasse in eius officio reperit Ecclesia quod de hoc angelo scribitur: Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua: quod magis ex eiusdem angeli officio intelligetur. Quod si fortè in illis septem prioribus numeretur Michael, hunc ab eo mitti, siue ipsum hoc facere per angelũ minorem haud ineptè dici poterit.

6 *Et stetit ante altare*. † Quod nam sit hoc altare ipse indicat cum ait: *Et data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum*: in quibus manifestè alludit ad altare, quod erat ante Sancta sanctorum, quod altare Thymiamatis, siue incensi, dicebatur, in quo thura, & aromata incendebantur, vt legimus Exo. 30: Et hoc erat aureum, nam altare holocaustorum æreũ erat. Ostenditur ergo Iohanni altare aureum ad similitudinem illius, quod erat ante Oraculum, in quo odoris suauissimi aromata adolebantur, vt intelgamus preces sanctorum ante Dei cõspectum significatum in Sancto sanctorũ offerri ab angelis, eique gratissimas esse. [Irenæus lib. 4. Aduersùs hæreses, cap. 3: Est ergo altare in cœlis: illuc enim preces nostræ diriguntur, & ad templum, quemadmodum Iohannes in Apocalypsi ait: Et apertum est templum Dei, & tabernaculũ. Ecce enim, inquit tabernaculum Dei, in quo habitabit cũ hominibus. &c.] Hæc omnia intelligentur ex Leu. 16. vbi ita legimus: Assumptoque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum intrabit in Sancta, vt positis super ignem aromatibus nebula eorum, & vapor operiat Oraculũ, &c. Ad hũc morẽ sacrorum respicit cum ait angelum stetisse *ante altare*,

Preces iustorum Deo gratissimæ

Apoc. 21.

Vers. 3.

I 2 id est

mè cõmissa est, & nunc exitium, & pœnas ferunt impijs, qui nec Deũ audire, nec eorũ cõsilijs acquiescere voluerũt. [Indicant hoc Græca verba, in quibus Articulus additur cum dicitur, *Septẽ Angelos*, & cum dicitur *Stantes*. καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους οἳ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἑστήκασι. quasi dicat: Et vidi illos septẽ angelos, illos, inquam qui in conspectu Dei steterunt, id est, quos cap. 1. dixi esse in cõspectu throni. Ita enim solet loqui Iohannes additis Articulis, cũ de re agit, cuius superiùs meminerat. Quare cum inter pres nunc vertit *Stantes in conspectu Dei*, ita accipiendum est ac si diceret: Quorum officium est stare in conspectu Dei.] *In conspectu antẽ Dei* sunt, sicut de eisdem cap. 1. dixit: Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt; in quorum verborum expositione diximus de angelis, & quid esset ante conspectum Dei esse, explicauimus num. 25, &. 26.

Vers. 2. *Et datæ sunt illis septem tubæ*. Vt singuli suam tubam haberent. In septem tubis consummatio sæculi proxima indicatur. Quemadmodum enim Iericho septem tubis sacerdotum sonantibus septimo die corruit Iosue. 6. ita mũdus, qui in ea vrbe significatus est, ad sonitum septimæ buccinæ corruet [vt modò diximus prædictum esse infrà cap. 10.] quod multi ex expositoribꝰ adnotarunt, & vberiùs explicat Ioachin

5 abbas. † Tubis ergo canentibus angelis significatur magnum aliquod periculũ terris imminere, vt ibi homines consulant, & per pœnitentiam illud euitent; nam solere in huiusmodi rebus tubas adhiberi diximus cap. 1. nu. 70. &. 71. Arbitror autem per tubas prædicatores veritatis significari, quibus dicitur Isai 58: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam: qui cum hæc mala cœperint, angelis inspirantibus clamabunt, & Dei iram prædicent, hominesque ad pœnitentiam hortabuntur. Quod optimè conuenit cum figura illa vrbis Ierichuntis.

Vers. 3. *Et alius angelus venit*. Hũc multi Christum esse existimant, sed nusquã Christus absolutè angelus dici solet. Præterea cùm dicit: *Et alius angelus*, similem illis septem eum esse ostendit, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, ante Sancta, quod est ante conspectum Dei, & habuisse *thuribulũ aureum*, quale ferebat summus sacerdos, vt igne desumpto ex altari imponeret aromata, id est orationes sanctorum Deo offerret, tunc enim maximè aromata redolent, cum incenduntur.

Verſ.3. *Et data sunt illi incensa multa.* † Incensa vocat, quæ Græcè Apostolus vocant thymiamata, id est, aromata, quę incenduntur. Quæ sint autem hæc incensa, continuò exponit: *Vt daret de orationibus sanctorum omnium*. Ita etiam dixit cap. 4: Et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, quod iam suo loco exposuimus. Verum hæc incensa igni hausto de altari imponuntur, quia tunc orationes nostræ suauiter Deo olent, cum ex caritate Dei proficiscuntur.

Verſ.3. *Vt daret de orationibus sanctorũ omniũ.* Hoc est, vt super altare thymiamatis, quod est ante thronum, daret de orationibus sanctorum omnium. Est autẽ Hyperbaton. Sensus enim est: Data sunt illi incensa multa de orationibus sanctorum omnium, vt daret super altare aureum, id est, vt Deo offerrẽt. Quod vt melius intelligatur, sciendũ est, vbi nos habemus, *Vt daret de orationibus sanctorum*, in Græco esse, *Vt daret orationibus sanctorum*. Et statim. Ascẽdit fumus incensorum de orationibus sanctorum, in Græco est: Fumus incensorum orationibus sanctorum. † Sed rectè noster interpres addidit vtroque
8 in loco præpositionem, De, [quomodo etiam Erasmus, & recentiores interpretes verterunt. Causam tamen reddit nemo, quod sciam. Ego hanc esse existimo:] Intellexit Euangelistam Hebræorum more locutum esse, qui sæpe tollunt præpositionem valentem De, *De, ex* siue ex, significantem materiã; vt Gen. 3: Quia pulvis es, siue pulvere es, & in pulverem reverteris, Pro Ex pulvere es. Exo. 37: Fecit & propitiatorium, id est, Oraculum, de auro mundissimo, in Hebræo est, Auro mundissimo. 3. Reg. 6: Et in ingressu Oraculi fecit ostiola de lignis oliuarũ. In Hebræo, Lignis olei. Ita nunc incensa multa de orationibus sanctorum, id est, quæ confecta, & cõposita sunt ex orationibus sanctorum, sicut enim thymiama ex varijs aromatum generibus conficiebatur, ita huiusmodi incensa ex varijs sanctorum orationibus composita sunt, quæ & diuersis modis, & à diuersis fiunt. Ita etiam mox: Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, id est, quæ incensa, siue aromata confecta erant ex varijs orationibus sanctorum. Sed notandum vtroque in loco dixisse Iohannem τοῖς προσευχαῖς, quasi subaudiatur ב præpositio, cui in Græco solet dari ablatiuus casus similis datiuo, nã ב materiam significat, vt בְּ Exo. 38: Fecit & labrum æneum de speculis mulierum. Leu. 8: Quidquid autem reliquũ fuerit de carne, & panibus, ignis absumet. Exo. 12. Omnis alienigena nõ comedet ex eo. Atque hoc necessario dicendum videtur, nulla enim est apud Græcos præpositio, quæ subaudiri possit, cum dicitur τοῖς προσευχαῖς, & necessario aliqua subaudienda est. Sed quoniã Græcè scribẽs Hebraico more locut⁹ est, subaudietur ἐν, quæ respõdet Hebraicę ב materiã sępe apud eos significanti. Orationes autem sanctorũ, vt euentus verbis sequentibus indicatus significat, è terra ad Deum fundebantur, vbi ab impijs vehementer affligebantur, & ad Dei gloriam, atque ad destructionem regni peccati puniri illos optabant, & ab eorum tyrannide liberari. Porrò vbi legimus: *Ante thronum Dei* in Græco non est, Dei, neque apud Aretham, neque apud Primasiũ, neque in multis codicibus Latinis manu scriptis.

9 *Et ascendit fumus incensorum.* † Ascẽderunt orationes sanctorum ad Deum, exauditæ sunt à Deo offerente eas angelo. *Verſ.4.*

Et accepit angelus thuribulum. Idem thuribulum, quo incensa, id est, orationes sanctorum obtulerat, nunc de igne altaris implet. In altari aureo Christus significatur, per quem Deo gratæ, & suauis odoris sunt preces nostræ. Ignis altaris caritatem Christi indicat, qua & patriæ gloriam, & humani generis salutem semper optauit. Primùm ergo ignis de altari sumptus est, vt incensa adolerentur, quia per caritatem Christi *Verſ.5.*

Christi nos caritatem habemus, & preces ex caritate fundimus. Sed iterũ thuribulum idem impletur de igne altaris, & mittitur in terram, vt sciamus propter caritatem, qua Christus sanctos suos in terra laborantes prosequitur, supplicia in impios ab ira Dei effundi. Nam ignem illum in terram missum supplicia, & plagas impiorum effecisse, & iram Dei magnam interras deportasse indicat quod statim sequitur: Et facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus. At dũ ex eodẽ thuribulo ignis mittitur in terram, è quo fumus aromatum ad Deum ascenderat, significatur oratio
10 nes sanctorum causam quoque fuisse suppliciorum. † Rectè etiam dicere possumus in thuribulo corpus Christi significari, vt ait Haymo: quod in passione multis plagis, vt fenestris thuribulum, apertum est. Et quia per Christi passionem nobis caritas datur, bene in thuribulo ignis, & incensa ponuntur. Et quia Christus vulnera sua patri ostendit pro sanctis in terra laborantibus, & caritatem suam ardentem ei ob oculos ponit, indeque pater ad
11 puniendum impios excitatur, thuribulum de igne altaris impletur, & mittitur in terram.

Verſ.5. *Et facta sunt tonitrua, & voces.* Hæc omnia præmuntiabant calamitates futuras impiorum. Voces autem articulatas, & similes nostris intelligere debemus, vt cap. 10. videmus cum dicitur: Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. &c.

Verſ.5. *Et terræmotus magnus.* Nã per illa tempora crebri, magnique terræmotus futuri sunt, sicut prædixit Dominus Luc. 21: Et terræmotus magni erunt per loca.

Verſ. 6. *Præparauerunt se vt tuba canerent.*
12 † Hac præparatione mora quædam significatur Diuinæ vltionis inter tonitrua, & voces, & fulgura, & inter tubarum cantum, vt pœnitentiam agant peccatores, & futuras pœnas euitent, sempęrque cognoscatur
Hab. 3. quam verũ sit illud: Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Verſ. 7. *Et facta est grãdo, & ignis mista in sanguine.* Lento gradu procedit Diuina vindicta, & sicut olim aduersus Pharaonem, & AEgyptios à leuioribus incipiens paulatim plagis ingrauabat, vt illi terrerentur, & resipiscerent, ita hoc tempore de quo nunc loquimur, facturus est. Primùm fiunt *grando, & ignis mista sanguine*, [ita enim legitur etiam in Græcis codicibus emendatioribus, ita vt sanguis & cum grandine misceatur, & cum igne. In igne fulmina, & ignitas exhalationes intelligimus, sicut in Psal. 17. Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis. Sanguis ad maiorem terrorem impiorum additur, vt citiùs ad pœnitentiam conuertantur, videntur enim eo cædes magnæ indicari.

Et tertia pars terra combusta est. † vt conuertantur homines, antequam tota comburatur. Arethas nostram expositionem confirmat, argumentaturque rectè aduersus eos, qui hæc de nouissimo die intelligebant, & intelligenda esse dicit de vltione, quæ ante extremum diem per afflictiones fiet: quoniam nouissimo die non tertia pars peccatorum, sed omnes simul absque vllo remedio abijcientur. Et quamuis, vt idem ait paulò post, in tertia parte magna pars, aut magnus numerus possit intelligi, quoniam numerus ternarius initium est multitudinis, proprie potiùs accipienda videtur tam hic, quàm in sequentibus, cum nihil sit, quod aliter accipere cogat. [Terriam autem terræ partem vel totam simul intelligere possemus, vt Europam, aut Africam, quod minimè arbitror: vel multas in diuersis regionibus vrbes cum suis agris, quæ si iungerentur, tertiam terræ partem redderent, quod multò mihi verius videtur. Hæc autem erunt, in quibus pessimi omnium hominum, & crudeliores sanctorum persecutores habitabunt, vt de tertia parte fluminũ paulò post dicem⁹. Atq; hoc fiet vt vbique mali terreantur, & tanti incendij fama perueniat ad omnes.] *Verſ. 7.*

Et omne fenum viride combustum est. Fenum pro herba passim ponitur, vt Isai. 40: Omnis caro fenum, *Fenum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& omnis gloria eius quasi flos agri: lixeccatum est fenum, & cecidit flos. Psalm. 128: Fiant sicut fenum tectorum, quod priùs quam euellatur exaruit. Græcè χόρτος, ideſt, herba. Non solùm igitur aretites herbæ, sed ipsæ etiam, quæ virebant, combustæ sunt.

13 † Tertia pars terræ tantum combusta est, & tertia pars arborum, ideſt, non tota terra, aut omnes arbores, nec dimidia pars, sed tertia, vt hominibus alimenta superessent. At fenum viride omne combustum est, vt significetur ideò omnes illos morituros fore, etiam si robusti & virides sint, ac nuetes: alludit enim ad illud, quod modò retulimus: Omnis caro fenum. &c.

Verſ. 8. *Et tamquam mons magnus igne ardens.* Id est Globus quidam igneus. Crescunt paulatim prodigia, & terrores, ita vtinam hæc intelligenda sunt vt plagæ Ægypti.

Verſ. 9. *Et tertia pars natium interijt.* Quæ viderentur in illa tertia parte maris versabantur. [Tertiam autem maris partem ita interpretor, vt modò tertiam partem terræ interpretatus sim.]

Verſ. 10. *Et cecidit de cœlo stella magna.* Hoc est quædam ignita exhalatio, aut potius magna quædam exhalationum multitudo condensata, & inflammata. Sed cur faculæ comparatur, si magna est? Non in magnitudine, sed in lumine, & ardore comparatio fit, vt Ecclesiast. 48: Et surrexit Elias prophera quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Sed neque quasi diminutiuum nomen ponitur, cùm sit in Græco Lampas. † Ceterùm non est mirum hæc, & sequentia à Iohanne prædici, cum Dominus dixerit Luc. 21: Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt. Quod ergo Dominus vniuersè prænuntiauit, id nunc Iohannes sigillatim vaticinatur, terrores illos de cœlo, & signa illa magna. [Non ergo se qui possum expositores, qui ad mysticos sensus confugiunt, & intactam Historiam relinquunt, quasi ita vt verba sonant, hæc fieri non possint. Vbi ergo sunt terrores de cœlo, & signa magna, quæ profectò Dominus non mysticè, sed Historicè futura esse intellexit, atque prædixit?]

Verſ. 10. *Et cecidit in tertiam partem fluminum.* Cum cadere incipiet, integra erit, posteà in partes multas minuetur, vt cadat in flumina: non in omnia, ne penitus homines siti enecentur, sed *in tertiam* illorum partem, in eam scilicet, quæ nocentiorum hominum vrbes, & regiones alluebant. Itaque non in tertiam cuiusque fluminis partem cecidisse dicit, sed in tertiam partem omnium fluminum, nam si tertia pars fluminis amara redderetur, reliquas duas facilè in amaritudinem verteret, nisi fortè tertiam partem cuiusque fluminis dicamus eam, quæ mari iam proxima est. [Sed quod priùs dixi, verius est, & melius hæret cum præcedentibus.]

Verſ. 10. *Et in fontes aquarum.* Non dicit, in tertiam partem fontium, sed, *In fontes*, ex quo intelligitur in omnes fontes cecidisse. Sed de fontibus loquitur, qui tantùm fontes, non etiam fluminum initia sunt, alioqui omnia etiam flumina amara fierent.

Verſ. 11. *Et nomen stellæ dicitur Absinthium.*

15 † Nomen etiam indicauit ab effectu sumptum, vt sciamus amarissimas redendas esse aquas. *Absinthium* inquit Arethas, herba amara est, sed edentibus visum acuere tradunt Medici. Meritò ergo magnum supplicium vocatur *Absinthium*, quoniam etsi tristitiam afferat, visum tamen acuit, efficitque vt homines instantia mala videant, & corda sua inspiciant, & maturè per pœnitentiam corrigantur. [Certè hoc Deus efficere vult pœnis, quas infligit.]

Verſ. 11. *Et facta est tertia pars aquarum in absinthium.* Phrasis Hebræorum est, ideſt facta est absinthiũ, hoc est amarissima, vt absinthium. Porrò tertia pars aquarum de fluminibus intelligitur, & de lacubus, non de fontibus, vt dictum est.

Verſ. 12. *Et percussa est tertia pars solis.* Adhuc prænuntiat terrores illos de cœlo, & signa illa magna prædicta à Domino. Tertiam partem solis percussam dicit Metaphoricè, quasi mortuam, quòd lumine suo priuata sit; nam lux in stellis quasi operatio quædam vitalis est. Hoc quid sit statim explanat.

Ita vt obscuraretur tertia pars eorum.

Verſ. 12. *Et diei nõ luceret pars tertia, & noctis similiter.* 16 † Hoc ita intelligi potest, vtsi dies tunc habere debebat duodecim horas, octo tantum habeat intermedias, quoniam tertia parte solis obscurata, non lucebit sol cum ascendere incipit, aut cum descendit vicinus occasui. Atque idem de nocte iudicium, & eadem expositio est propter tertiam lunæ partẽ obscuratam. Potest etiam ita, vt eisdem horis diei sol luceat, quibus antea solebat, sed tertia parte minus luceat quã solebat. Hæc posterior interpretatio multò germanior est, immo sola vera est, quoniam etiam si tertia pars solis obscuretur, nihilominus dies habebit totidem horas, nec enim eclypsis in tertia parte solis impedire diei partem potest: faciet tamen vt tertia parte minùs clarus sit dies. In Græco legimus. *Ita vt dies nõ luceret tertiam partem ipsius, & nox similiter*, ideſt, secundùm tertiam partem ipsius. Ex quo videmus rectè legi in nostris codicibus *Et noctis similiter*, quoniam eodem casu præcesserit Diei, nec esse cur emendetur: Et nox similiter.

[Atque vt constet hæc, & multa similia, quæ posteà videbimus, ita futura esse vt verba sonant, subscribam Sibyllæ carmina de signis vltimi temporis, ex lib. 2. Sibyllinorum oraculorum, ita versorum vt Latinè reperi.

† *Sed cum terrarum motus, & fulmina dira,*
17 *Fulgur aque, & tonitrus fuerint, & squalor agrorum,*
Et cædes hominum, rabies & sæua luporũ,
Atque hominum, atque boum interitus, & quadrupedantum
Et iumentorum, mulorũque, atq; caprarum,
Atq; ouium, fiet tum plurima terra relicta,
Et frugum incultos proceritus deseret agros.
Et posteà.
19 *Artabunt homines mutato cardine rerum,*
Pestes, bella, fames, lacrymæq;, & luctus abũ
Et lib. 8. (de.
Tempore torpebunt vidua omnia semina mundi,
Aer, terra, salum, lux ignis feruida, cœli
Cardo, dies, nocte, consident omnia in ignes
Et fiet species quam desertissima rerum.
Omnia namque cadent lucentia sidera cœlo,
Nec volucres plumis agiles per inane volabunt.
Omnibus & Tellus animantibus orba iacebit.
Non homines edent vocem, volucres ve, feræve,
Confusus solitum sonitum non audiet orbis,
Sed magnum insonitum reddet maris vnda minaces,
Et trepidi cuncti morientur in æquore pisces,
Nec sulcabit aquas iam pondere nauis onusta,
Mugitumque dabit de bellis terra cruenta,
Humaneque animæ frendebunt dentibus omnes.
Vexabuntque malos vlulatus, atque timores,
Cædibus, atque siti, fame, peste, deficientes.

18 † Addamus his quod scribit Lactãtius lib. 7. c. 16. Tum verò, inquit, de testabile, atq; abominandum tempus existet, quo nulli hominũ sit vita iucũda. Euertentur funditus ciuitates, atque interibunt, non modò ferro, atque igni, verũ etiã terræmotib⁹ assiduis, & eluuie aquarũ, & morbis frequẽtibus, & fame crebra. Aer enim vitiabitur, & corruptus, ac pestilens fiet, & modò importunis imbribus, modò inutili siccitate, nũc frigoribꝰ, nũc æstibus nimijs nec terra homini dabit fructũ, nec seges quicquã, nõ arbor, nõ vitis feret: sed cũ in flore spẽ maximam dederint, in fruge decipiẽt. Fontes quoq; cũ fluminibus arescẽt, vt ne potus quidẽ suppetat: & aquę in sanguinem, aut amaritudinẽ mutabuntur. Propter hæc deficiẽt & in terra quadrupedes, & in aere volucres, & in mari pisces. Prodigia quoque in cœlo mirabilia mentes hominum maximo terrore confundent, & crines cometarum, & solis tenebræ, & color lunæ, & cadentiũ siderũ lapsus. † Nec tamẽ hæc vsitato modo fiẽt, sed existẽt subitò, & ignota, & inuisa oculis astra: sol in perpetuum fuscabitur, vt vix inter noctẽ, diemque discernatur. Luna iam nõ tribus deficiet horis, sed perpetuo sanguine effusa meatus extraordinarios peraget. Stellæ verò creberrimæ cadent, vt cœlum omne cæcum sine vllis luminibus appareat. Montes quoque al-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostimi decident, & planis æquabuntur, mare innauigabile cõstituetur. Tum verò per iram Dei aduersum homines, qui iustitiam Dei nõ agnouerũt, sæuiet ferrum, ignis, fames, morbus, & super omnia metus semper impendens. Tunc orabunt Deum, & non exaudiet, optabitur mors, & nõ veniet, nec nox quidem requiem timori dabit, nec ad oculos somnus accedet, sed animas hominum solicitudo, ac vigilia macerabit: plorabunt, & gement, & dentibus stridebunt, gratulabuntur mortuis, & viuos plãgent. His, & alijs pluribus malis solitudo fiet in terra, & erit deformatus orbis, atq; desertus. † Quod in carminibus Sibyllinis ita dicitur.

20 Ἔρχεται κόσμος ἄκοσμος ἀπόλλυμένων ἀνθρώπων.

Hoc est, Erit mundus sine ornatu pereũtibus hominibus. Mũdus Græcè ornatum significat, ac si diceret: Erit ornatus sine ornatu.

Ita enim conficietur humanum genus, vt vix decima pars hominum relinquatur: & vnde mille processerant, vix prodient centum. Hæc Lactantius, quę ex prophetis, & ex Sibyllarum carminibus, atque ex Apocalypsi excerpsit. Nec mihi illa mira videntur, cùm venit in mentem illud: Et erunt signa in sole, & luna, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur: & reliqua, quæ de his temporibus prædixit Dominus in Euangelijs.]

☞ *Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis.* † In Græco est in multis codicibus: *Vnius angeli volantis*, atq; ita omnino legit Andreas, & ita transtulit Erasmus. In alijs est, *Vnius aquilæ*, quod magis Arethæ placuit, qui noluit Andreæ sequi, & laborat in explanando quæ nã hęc aquila sit. Ita etiam, vt nos, legit Tyconius Hom. 6. & Beda, & alij Latini expositores. Quid autẽ significet aquila volans per medium cœlum, exipsius aquilę natura discemus. Aquila violenta auis est, & rapax, & celerrimi prætereà volatus. Iere. 4: Velociores aquilis equi illius. 2. Reg. 1. Aquilis velociores, leonibus fortiores. Inde Nabuchodonosor cum velocitate, & potentia magna veniens ad diripiendum Iudæos significatur in aquila grandi magnarũ ala rum Ezec. 17. & Hos. 8. cũ dicitur: Quasi aquila super domum Domini, vt in vtrumque locum docuit Hieronymus.

Verſ. 13.

21 † Aquila ergo volans, & calamitates magnas hominibus prænuntiãs, significat eas valde velociter esse venturas, & magnam futuram esse earum vim ad diripiendum, & perdendum homines. Per medium cœlum volat, vt videatur ab omnibus, quemadmodum & apud Zachariam legimus cap. 5: Et leuauerũt amphoram inter cœlum, & terram, idest, noram eam omnibus fecerunt. Volante ergo aquila per medium cœlum hoc intelligimus, post calamitates à quatuor angelis indicatas Deum manifestaturum esse hominibus multò etiam maiores instare, nisi maturè conuertantur. Hoc autem faciet sine dubio per illius temporis prædicatores, nam in aquila prædicatores intelligunt Tyconius Hom. 6. & omnes ferè Commentarij. Addendum tamen est, eos aquilis comparari ijs de causis, quas diximus, & quoniam altiùs cæteris homini bus volant, & meliùs, atque acutiùs cæ
23 lestia mysteria intuẽtur. † Verùm quoniam non dicit: *Audiui vocem aquilæ volantis*, sed *vnius aquilæ*, mihi magna suspicio est virum aliquem illius temporis sanctitate insignem indicari, siue ex prædicatorum numero sit, siue priuatus homo, cui tunc Deus hanc prophetiam inspiret, nam iusti aquilæ vocantur à Domino Luc. 17: Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Atque is etiam aquila dicitur, quoniam velociter, vt diximus, & cum vi magna interitum hominibus imminere clamabit. [Nec verò mirari debet ☞ quisquam si & in hoc loco, & in alijs posteà futuros esse illis extremis tẽporibus prophetas dicamus, qui ventura
24 mala prænuntient. † Si enim multò antequam decem tribus ab Assyrijs caperentur, & antequam Ierusalem euerteretur primùm à Chaldæis, post à Romanis, tot prophetas Deus misit, qui populum illum admonerẽt, vt venturam calamitatem non ignorarent: si in ipsa etiam vrbis obsidione vaticinabatur Ieremias, vt ciuitatem aut ad pœnitentiam, aut ad certum, & imminens exitium compararet: si paulò ante quam eadem

Aquila.

eadem vrbs vastaretur à Romanis, futuram vastitatem, & captiuitatẽ Christus, atque Iohannes Baptista prædixerunt: si & paulò ante obsidionem, & vrbe à Romanis obsessa tam vaticinijs, quam prodigijs multis, ac magnis, quæ à Iosepho lib. 7. de Bello Iud. c. 12. memorantur, quod paulò post cõtigit prænuntiarum est: quis dubitare possit quin in tanta temporum, & rerum difficultate, & in tam inusitata perturbatione omnium, atq; in tantis calamitatibus, quibus si præcedentes omnes comparentur, ne calamitates quidem videri debeant, multos misericors Deus spiritu prophetię sit illustraturus, perquos & pij ad omnia perferenda confirmentur, & impij ad pœnitentiam salubriter
25 terreantur. † Hunc autem magnum prophetam, de quo nunc loquitur Apostolus, iure aquilam vocat quasi in altũ se vitę sanctitate leuantem, & cœlestia intuentem, & quod similitudine aquilæ, quę Iohannis mẽti obiecta est, Deus declaret amorem suum erga filios, qui in aquila insignis est in pullos, sicut docet Moses Deut. 32: Circũduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans: expandit alas suas, & assumpsit eũ, atq; portauit in humeris suis. Quæ verba exponens Hieronymus in illud Isa. 66: Et cognoscetur manus Domini seruis eius: Aiunt, inquit, qui de animantium scripsere naturis, omnium quidẽ bestiarum, & iumentorum, & pecudũ, auiumque ingenitum esse in filios, pullosque suos affectum, sed maximum amorem esse aquilarum, quæ in excelsis, & inaccessis locis nidos collocant, ne coluber fetus violet. Amethystum quoque inter pullos eius lapidem reperiri, quo omnia venena superentur. Si hoc verũ est, rectè affectus Dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne draco, & coluber antiquus Diabolus, & Satanas obrepat nouellis fetibus, vt ad nomen lapidis, qui ponitur in fundamentis Sion, omnes aduersariorũ frangantur insidiæ. &c. † Aquila etiam dici
26 tur quod procul Antichristi sentiat aduentum, vt enim ait idem Hierony-

mus in illud Matth. 24: Vbicũque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ: Aquilæ, & vultures etiam transmarina dicuntur sentire cadauera.]

Dicentis voce magna. Vt nemo sit qui nõ audiat. *Væ, væ, væ.* Ter dicit Vę, quoniam tres maximæ calamitates super sunt venturæ per tres angelos ostendẽdæ. [Quare non bis legendum est *væ, væ*, vt est apud Andream, sed ter, Væ væ, væ vt est in melioribus codicibus, & apud Aretham. Nec id dubium cui quam esse debet, cum idem Apostolus dicat cap. 9: Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ post hæc.] ☞

Habitantibus in terra. Habitantes in terra, siue habitatores terræ frequenter in malam partem accipiuntur in Scriptura, quasi in terra viuentes, & terræ bona quærentes, & de cœlestibus minimè cogitantes. Sancti enim dicunt: Nostra autem conuersatio in cœlis est. *Philip. 3.* Ita nunc accipit Iohannes, sicut & cap. 11: Et inhabitantes terram gaudebunt super illos & iucundabuntur, & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos, qui habitabant super terram. Et cap. 13: Et fecit terram, & habitantes in ea adorare bestiã primã, Et paulò post: Et seducit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere. &c.

Verſ. 13.

27 *De ceteris vocibus trium angelorum.* † Idẽ videtur ac si diceret: A ceteris vocibus. Væ habitantibus in terra à ceteris vocibus trium angelorum, sicut interpretatur Arethas; quomodo dictum est Matth. 18: Væ mundo à scandalis. Verùm quoniam non dixit, ἀπὸ φωνῶν, vt Matth. 18. ἀπὸ τῶν σκανδάλων, sed ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν. Idest, è reliquis vocibus, siue (vt optimè vertit Interpres) *De ceteris vocibus*; ita intelligendum est: *Væ, væ, væ*, exibunt habitantibus in terra de vocibus tubarum trium angelorum. Itaq; *Væ* non est hoc in loco interiectio dolentis, vt videri poterat, sed vice nominis ponitur, vt paulò post in cap. 9: Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo Væ post hæc, sensusque est etiam si magna mala viderint adhuc homines, multò posteà maiora videbunt, atque grauiora. [Quod iure optimo clamat, quoniam ☞

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo tempore venturus est Antichristus, vt sub loco videbimus.] Quare malè hæc verba distinguuntur in vulgatis codicibus addito commate vbi aît: *Habitantibus in terra*, quod addendum non erat.

Argumentum. Cap. IX.

Postquam quintus angelus tuba cecinit, stella cecidit, & puteum abyssi aperuit, & exierunt locustæ, & mirificè cruciauerunt homines, qui nō fuerant ab angelis signati. Sextus angelus tubacanit, & vox auditur iubentis vt quatuor angeli alligati in Euphrate soluantur: quibus solutis maxima prœlia consecuta sunt, & innumerabilium hominum cædes visæ. Quibus portentis idolorum cultores non sunt à suis peccatis dimoti.

Caput. IX.

1 ET quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei
2 abyssi. Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol, &
3 aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ: & præceptū
4 est illis ne læderent fenum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem; nisi tantùm homines qui non habent signum Dei in frontibus suis:
5 & datum est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus
6 scorpij cum percutit hominem. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.
7 Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tamquam coronæ,
8 similes auro: & facies earum tāquam facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes
9 earum, sicut leonum erant, & habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox currūm equorum multorum currentium in
10 bellum. Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere
11 hominibus mensibus quinque, & habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddō, Græcè autem Apollyon: Latinè habens nomen: exterminans. Væ vnum abijt,
12 & ecce veniunt adhuc duo væ post
13 hæc. Et sextus angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est
14 ante oculos Dei, dicentē sexto angelo, qui habebat tubam, Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine
15 magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum: vt occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audi

17 ui numerum eorum. Et ita vidi equos in visione, & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tamquam capita
18 leonum; & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & ex fumo, & sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum.
19 Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum, nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita, & in his nocent.
20 Et ceteri homines qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerūt de operibus manuum suarum, vt non adorarent dæmonia, & simulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambula-
21 re, & non egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis, neque à veneficijs suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

Vers. 1. 1 ET vidi stellam de cœlo cecidisse in terram. Beda, & magna ex positorum pars stellam Diabolum esse existimant, locustas autem hæreticos, præcursores videlicet Antichristi, qui veneno sui erroris plurimis nocebunt. Nec videretur hic sensus improbabilis, nisi illud, quod paulò post sequitur, multùm eradiaretur: Et datum est illis (scilicet, locustis) ne occiderent eos, sed vt cruciarē tur mensibus quinque: & cruciatus eorum vt cruciatus scorpij, cum percutit hominem: quod in venenata animalia rectè conuenit, in hæreticos non videtur posse conuenire. Deinde subijcit: Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, &c. quod rectè dicitur de ijs, qui percussi magno dolore affliguntur, de hominibus deceptis ab hæreticis, & in errore manentibus non dicitur. Quare aliter videtur visio exponenda, vt, quantū licebit, à verborum proprietate minimè recedā-
2 mus, nisi coacti. † Stellam, quæ de cœlo ceciderat, possemus cum his autoribus Diabolum interpretari, quoniam ipsa nos verba cogunt vt non propriè, sed Metaphoricè accipiamus. Nam veræ stellæ, aut ignitæ alicui exhalationi nō potest clauis putei abyssi dari, nec illa aperire potest puteum abyssi. Sed Diabolus stella dici posset, quia, vt stella quædam, in cœlo fulgebat, & de cœlo cecidit in terram, cui etiam dicitur Isa. 14. sub typo regis Babylonis: Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris? Obijcient fortasse quispiam verba hic fieri de stella, quæ tunc ceciderat cum hæc Iohannes videbat; at facilè responderi potest de stella fieri, quæ initio mundi cecidit, atque ideirco non dixit, Vidi stellam de cœlo cadere, sed: *Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis, &c.* ideest, vidi clauem datam esse stellæ illi, quæ olim de
3 cœlo ciderat. † Rupertus hoc ipsum adnotans addit: Quādo ille cecidit, nullus hominum erat, qui videret, præter illum, qui in Euangelio suo loquitur dicens: Videbam satanam, sicut fulgur, de cœlo cadentem. Qui enim hæc dicit homo Christus, prius erat Deus, quā homo fieret, prius quam angelus ille, stella illa, Lucifer ille caderet, immo priusquam angelus, aut creatura aliqua fieret. Bene ergo non ait, Vidi cadere, sed *Vidi cecidisse, &c.* Hanc expositionē non solùm probabilem, sed veram omnino iudicarem, nisi locus alter similis alteram efficeret probabiliorem, & veriorem. Apoc. 20. legimus: Et vidi angelum descendentem de cœlo habētem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpētem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & ligauit eū. Ex quo fit manifestum angelum, cui data est clauis abyssi, non Diabolum esse, sed angelū sanctū, immò & Christum ibi interpre-
4 tantur Beda, & Ambrosius, & alij. † Video posse responderi probabiliter, angelum

Luc. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelum illum cap. 10. bonum angelum esse, hunc capitis. 9. esse Diabolum, illi datam esse clauem abyssi vt ligaret Satanam, huic vt aperiret, & fumus ascenderet, de quo exirent locustæ in terrã. At claues, siue domus, siue carceris, nõ nisi amicis cõmitti solẽt, quod capitis. 20. verba confirmant. Præterea quorsum nunc hac circumlocutione vtetur: *Et vidi stellam de cœlo cecidisse*? Cum neque stellæ nomen, neque quod olim de cœlo ceciderit, ad id, quod nunc agitur, attinere videatur? Adde quod Diabolum de cœlo cecidisse non ignorabat Iohãnes, nec doceri indigebat quod sciebat. Sine dubio ergo aliquid vidit tuba canẽte quinto angelo, quod ante non viderat. Nam si diceret: Vidit stellæ, quę de cœlo ceciderat, datam esse clauem putei abyssi, tolerabilior esset expositio; non tamen id dicit, sed: *Et quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellã de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi.* Duo igitur vidit tuba canente angelo, stellam de cœlo cecidisse in terram, & datam esse ei clauẽ abyssi. † Denique Satanas, siue Lucifer ille Isaiæ, non dicitur in terram cecidisse, sed in profundum inferni, Isa. 14: Verũtamen ad infernum detraheris, in profundum lacus. 2. Pe. 2: Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in Tartarũ tradidit cruciandos, &c. Omnino ergo dicendum videtur sanctum angelum esse, cui nunc clauis putei abyssi datur, vt tamquam Diuinæ iustitiæ minister abyssum aperiat, & nocentes puniat. [Andreas quidem Cæsariensis autor est quosdam affirmasse in hac stella angelum sanctum indicari, idemque sibi videri.] Et quamuis constet sanctos angelos magis proprie vocari stellas posse, quam dæmones, quandoquidem in cœlo sunt, & naturæ gratiæque lumine maxime fulgent: verò milli videtur similius angelum hunc è cœlo descensurum esse in terram cum magno splendore, vt homines tunc iudicaturi sint stellam aliquam cecidisse, nam omnes plagæ septem angelorum, vt iam diximus, pars sunt illorũ terrorũ, de quibus

Luc. 21. à Domino dictum est: Terroresque de
6 cœlo, & signa magna erunt. † Quod ergo non ait: Vidi stellam cadentem, sed, *Vidi stellam cecidisse*, celeritatem magnã in cadendo indicat, ac si diceret: Simul atque tuba cecinit quintus angelus, adeò celeriter stella decidit in terram, vt cum caderet, ferè vlla non sit, sed postquam cecidit. Ita nos vulgò de rebus, quæ celerrimè fiunt, dicere solemus, vix inceptas fuisse cum perfectæ sunt, & non fuisse auditas, neque visas. Vt ergo plaga hæc maior præcedẽtibus est, ita etiam celerior futura indicatur. *Vers. 1. Abyssus.*

Et data est ei clauis putei abyssi. Abyssus in Scriptura sæpe mare, siue profunditatem aquarum significat, vt Gene. 1: Et tenebræ erant super faciem abyssi Exo. 15: Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis Prou. 8: Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos. Sæpe etiam significat infernũ, siue profunditatem terræ Luc. 8: Et rogabant illum ne imperaret illis, vt in abyssum irent. Ita capitur in hoc loco Apocalypsis, & in alijs infra, vt cap. 20: Et misit eum in Abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gẽtes. † Videtur autem, si propriè
7 tas verbi spectetur, profunditatem quãuis significare, siue ea sit aquæ, siue terræ, siue cuiusuis rei, nam βυθὸς, siue Ionicè βυσσὸς, fundum significat, siue partem imam, quare ἄβυσσος quasi sine fundo dicitur. Etymologicum magnum à βύω deducit, quod est ingredior, quod nemo eò ingredi possit, vel à βύω, tego, &. A. auget interdum in compositione, quòd sit locus aquis, aut terra, aut re alia valde tectus. Denique ἄβυσσα vocant Græci quæ profunda sunt, vt ἄβυσσα χάσματα, profundæ voragines, apud Euripidem in Phœnissis, ἄβυσσον πέλαγος apud AEschilum, ἄβυσσοι βάθη, altissima profunditas, apud Strabonem lib. 17. In hoc autem loco Apocalypsis Abyssus cum articulo ponitur, vt intelligamus infernũ significari, qui profundissimus est. Eadem profunditas amplificationis causa puteus etiam dicitur, vt Psal. 68: Neq; absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Nam puteus Metaphoricè profunditatem magnam significat, vnde exire difficillimũ sit. Psal. 54: Tu verò Deus deduces eos in

Putens.

Puteus.

in puteũ interit⁹. Prou. 23: Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Puteus ergo Abyssi profundissimã inferni partem significat, quã vt aperiret, angelo clauis data est.

Vers. 2. *Et ascendit fumus putei.* † Fumus putei
8 ascendens significat callidissimas Dæmonum machinas, & consilia ad nocendum hominibus in terra. Fumus dicuntur, quia ex igne ascendunt, id est, ex ardẽti eorum furore, & nigræ sunt, id est, tristes, & impiæ, & quia aduersus electos nõ proficient, sed vt fumus tandem euanescent, iuxta illud: Sicut deficit fumus, deficiant. Psal. 67. [Andreas obscuritatem præcedentem mala opera intelligit in fumo.]

Vers. 2. *Sicut fumus fornacis magnæ.* Densus, & obscurus. Multitudinem machinationũ significat, & furorem magnum, è quo exeunt.

Vers. 2. *Et obscuratus est Sol, & aer de fumo putei.* Hoc est, magnas tenebras hominibus inuexit errorum fumus ille, vehementer intelligẽtiæ vim, & pietatis studium obscurauit, effecitq; vt homines neque cœlum suspicerent, neq; futurorum suppliciorum recordarentur, sed præcipites in scelera ferrentur, sicut de senibus scriptũ est Dan. 13: Et euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iusto
9 rum. [Andreas similiter obscurationẽ Solis, & aeris cæcitatem mentium esse dicit.] † Obscuratus est etiã Sol, quia malorum prosperitas, quæ lucis nomine solet indicari, multùm lædetur, & penè tota extinguetur, quomodò dictũ est Ham. 8. Et erit in die illa, dicit Dominus, Occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis, & conuertam festiuitates vestras in luctum. &c. [Quæris quomodo hæc figuratè accipiã, & interpreter, qui verborum proprietatem tenere semper soleam. Quoniã in ijs, quæ de locustis dicuntur, constat figuratam esse locutionem, qualis est sæpe in prophetis, quòd magis apparebit cum à nobis fuerint explicata. Quod si Metaphora est in locustis, eamdem inesse necesse est in fumo putei, in obscuratione Solis, & aeris, altera enim pendent ex alteris.]

Vers. 3. *Et de fumo putei exierunt locustæ in terram.* † De fumo putei exierunt locustæ, quia dæmonum consilio, & afflatu inductæ sunt ad nocendum. Quæ sint locustæ difficillimum est dicere. Cur hæretici non sint, nec prædicatores Antichristi, diximus num. 1. Præterea hæretici non cruciant suos, id est, sibi fauentes, sed orthodoxos habentes signũ Dei. Locustæ autem cruciant eos tantùm, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Si animalia esse diceremus aduersus impios immissa, nõ posset fortasse explicari cur de fumo putei exisse dicantur, quomodò loricatæ, & auro coronatæ prodeant, quomodò facies habeant hominum, & capillos mulierum: nec enim credibile est talia vnquam animalia videnda esse. † Multò
10 probabilius videbatur homines feros, & ad perdendum instructos in locustis intelligi, nisi illud obstaret, quod omnes, qui tũc erũt in terra, necesse est aut ex signatis signo Dei esse, aut ex nõ signatis. Locustæ autẽ sæuiũt in non signatos, atque ipsæ, si homines sunt, ex non signatis sunt: quare & in illis erũt, qui à locustis cruciandi sunt. Verùm nihilominus existimo homines esse barbaros, & feroces, qui instigati à Diabolo, & Deo iustè permittente per quinque mensium spatium vehementer affligent impios, qui signo Dei noluere signari. Ita olim Gothi, & Vandali, & Hunni terras tam fidelium, quam infidelium inuaserunt, & multis doloribus, multisque cladibus affecerunt. Idẽ fecerunt Agareni, & Turcæ, & in Turcas imperio, victoriisque claros insurgunt finitimæ nationes, & crebris bellis eos in festãt. Nec illud obstat, quod obstare videbatur, eos qui in locustis designantur, esse ex non signatis, atque à locustis cruciandos esse non signatos: non enim omnes non signati cruciandi sunt à locustis, sed aliqua eorũ pars, quam mirum non est ab infidelibus aut
11 suæ, aut alterius sectæ affligi, sicut nũc Babylonij, aut alij infideles Turcas bello, cladibusque vexant. † Conuenit autem hæc explanatio cum Ioelis prophetiã, in cuius cap. 1. &. 2. Chaldæorum exercitus Iudæam vastaturus, & militum audacia, atque fortitudo similitudine

Locustæ quæ sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dine locustarum multis verbis expressa sunt. Possunt etiam satis probabiliter in locustis de fumo putei abyssi exeũtibus dæmones multi indicari, qui ex inferno ascendent, & formam habentes locustarum, qualis hic describitur, mordebunt, & dolore magno afficient eos, qui non habent signum Dei viui in frontibus suis. Nam si olim ijdem dæmones filios, & famulos, & pecora Iob occiderunt; & si legio eorumdem immundorum spirituum in gregem porcorum ingressa est, eumque præcipitauit in mare, vt legimus Luc. 8. quis miretur extremis temporibus, cum magna, & horrẽda portenta vidẽda sunt, spiritus malos in impios esse armãdos? Verùm quoniam Diuinæ prouidẽtiæ ordo ita se habet, vt homines plectendi per homines potiùs, dum in hac vita sunt, plectãtur, homines significari pro
12 certo haberi debet? †Quod etiam magis cum prophetarum locutione conuenit, vt diximus, quibus familiare est exercitus venientes huiusmodi animalium nominibus indicare, nonnunquã, propter multitudinem, nonnumquam propter vim nocẽdi, aut propter vtrũque. Propter multitudinem, vt Isai. 7: Et erit in die illa, Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ est in terra Assur, & venient, & requiescẽt omnes in torrentibus vallium. &c. Propter vim nocendi, vt Iere. 8: Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus nõ est incantatio, & mordebunt vos, ait Dominus. Quo in loco Nabuchodonosor, & Chaldæos intelligit, vt docet Hieronymus, & vt ex præcedentibus constat. Propter vtrumque dicuntur locustæ apud Ioelem, & hic apud Iohannẽ. Hic iam incipit videri quod Dominus prædixit Luc. 21. Cũ audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri; oportet enim primùm hæc fieri, sed nondum statim finis.

Vers. 3. *Sicut habent potestatem scorpiones terræ*, vt scilicet vulnera sæua, & venenata infligant, qualia venenatis sagittis fieri solent, aut morsibus serpentum, vt modò indicauimus verbis Ieremiæ. *Et præceptum est illis ne læderent fenum terræ.* Hanc mentem passus est Deus illis immitti, vt nihil læderent, nisi homines: sed quoniam locustas vocauerat, quæ fenum, id est, herbã, & quidquid viret lædere solent, meritò dicit. *Ne læderent fenum terræ.* Præcipit autem dicit, non quòd propriè præceperit eis Deus, aut iusserit, sed quoniam eis vti voluit, vt ministris iustitiæ suæ ad puniendum impios. Quod fieri solet vel Deo illis id suggerente, si iustam causam habeant bellandi, & animum bonum: aut si hæc non habeant, permittẽte vt occasiones oriãtur, & causæ, vn-
13 de ad id excitentur. †Ita enim sæpe loquuntur prophetæ, vt Isai. 10: Væ Assur: virga furoris mei, & baculus meus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam. Iere. 25: Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum. &c.

Vers. 5. *Et datum est illis ne occiderent eos. Datum* legendum est, vt est in Græco, non Dictum, vt quidam corrigunt. Hoc est, nõ est illis permissũ occidere eos, nẽ mortẽ citò finirentur dolores, sed affligere, & vexare variis cruciatibus mẽsibus quinque. His militibus hæc mens injicietur, vt neminem occidere velint, sed per quinque menses, quibus eorum impetus, & ius durabit, varijs, & exquisitis cruciatuum generibus eos affligent, & vales videlicet in seruos fugaces, & in captiuos, & in homines victos exercere solent superbissimi victores, & crudelissimi tyranni. Dicit autem: *Datum est illis*, quia ipsi præ odio magis optabunt cruciare eos, quam occidere.

Vers. 5. *Sed vt cruciarentur.* Non est legendũ, cruciarent, sed cruciarentur, vt in Græco est. βασανισθῆναι. tametsi sensus idẽ est, vt cruciarentur, scilicet, per eos, aut eorum opera.

Vers. 5. *Vt cruciatus scorpij cum percutit hominem.* Id est, crudelis, & venenosus, & quasi furtim, ac latenter inflictus, nam
14 scorpius cauda ferit, in qua habet venenum.

Vers. 6. *Quærent hõmines mortem.* Vt ita saltẽ intolerabiles dolores euitent. Beda: Miseram vitam cita morte finiri malẽtes.

Sicut

Sicut beatus Cyprianus sub Daciana contigisse tempestate conquestus: Volentibus, inquit, mori non permitteba
☞ tur occidi. [Hoc totidem pene verbis dictum est à Sibylla, vt est in fine Sibyllinorum Oraculorum.

☞ *Optãdumq; mori dicent, fugiẽtq; vocantes,*
Non tam mortus enim requiem, non noctis habebunt.]

Vers. 7. *Similes equis paratis in prælium:* Arethas: Propter velocem motum impetus, & animositatẽ equi, maximè cum instar prælium. &c. Quod rectè intelligitur ex ijs, quæ de equis diximus cap. 6. num. 7. & 8. Hoc est: Non terrebuntur vlla vi, sed audacter & confidenter irruent ad nocendum.

Vers. 7. *Et super capita earum tamquam coronæ similes auro.* Significat exercitum, de quo loquitur, colligẽdum esse ex magnis ducibus, & regibus, & nobilissimis militibus, qui pro nobilitate sua mori malint, quam cedere, aut nõ vincere. Hoc vt doceat, dicit pulchris eos, & auratis, siue æreis galeis ornãdos esse, quæ longè splendeant, & tamquam coronæ au
15 reæ videantur. † Nam galeas coronas dictas esse apud veteres illud Virgilij ostendit.

Galeæ coronæ vocãtur 5. Æneid.

Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:

in quem locum hæc Seruius: Corona, id est galea, & sermone Homeri vsus est, nam galeam κόρυθα dixit. Et re vera corona non potest esse, cum sequatur
--Galeam ante pedes proiecit inanem. &c.

Præterea veteres galeis varias pro varietate gentium eminentias addebant, quas conos Græci vocant, de quibus multa Alexander lib. 1. Genialium dierum, cap. 20. Magni duces summitatẽ auream imponebant, in qua eminebãt crista. Vt apud Homerum legimus de
18. *Ilia.* armis Achillis.

Τῷ δ' ἐπὶ κυνέην ἔθηκε, πρόσωπα ἀγαυὴν,
Καλὴν, δαιδαλέην, τὴν δὲ χρυσέη λόφος ἦεν,

Fecit autem ei galeam forcem, temporibus aptatam,--Pulchram, variegatã, & illi auream summitatem imposuit. Simile est
10. *Æneï.* quod Virgilius scribit de Æneа:

Ardet apex capiti, cristisq; à vertice flamma
Funditur.

Ardere dicitur quia aureus est, sicut cõtinuò ait:

--Et vastos vmbo vomit aureus ignes.

Quare duces, & nobiliores milites, aut aureas, aut æreas summitates faciebãt quæ coronę videbantur, & æs fabrè expolitum auro simile erat. Hoc ornatu nobilitas significabatur equitum, quomodo apud Nahum cap. 2. alio simili indicata est: Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis, igneæ habenæ currus. &c. quod latè suo loco explicauimus.

Vers. 7. *Et facies earum tamquam facies hominum.* † Hoc dicit, quoniã humanitatem simulabunt, & cum multa clementiæ,
16 & amicitiæ signa dederint, cumque minimè timebuntur, vehementer nocebunt, vt scorpij, qui cauda nec opinantes ferunt, ideoque paulò post ait: Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum.

Vers. 8. *Et habebant capillos, sicut capillos mulierum.* Capilli mulierum pulchri esse solent, & amorem vehementiùs excitãt. Hinc Cant. 4. dictum est: Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Et si tollantur capilli, magna ex parte forma imminuta cẽsetur. Isai. 3: Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Capilli ergo mulierum significãt non solùm eos humanitatem simulaturos esse, sed etiam blanditias muliebribus similes adhibituros, vt illos, quibus nocere volunt, magis capiant, & securiores reddant.
17 † Fortasse etiam hoc potiùs indicatur, hos per mulierum operam, & blanditias capturos esse hostes suos, sicut Madianitæ per mulieres deceperunt, & perdiderunt filios Israel Num. 25.

Vers. 8. *Et dentes eorũ sicut leonum erant:* Tametsi multam humanitatem & clementiam simulabunt, crudelissimè tamen mordebunt, ita vt eorum dentes leonum videantur. Leonum dentes validissimi, & acutissimi sunt, & quibus nullum animal possit resistere. Hinc amplificationis causa dêtes fortissimi, & crudelissimi dentibus leonum comparantur. Ezech. 22. de peccato: Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Ioe. 1: Gens enim ascendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit super terram meam fortis, & innumerabilis, dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis.

Vers. 9. *Et habebant loricas sicut loricas ferreas.* Hoc est, fortissimis armis munientur, quibus hostium ictus, & vim minimè timeant, neque repelli possint quominùs noceant quantum velint. Sed cum re vera loricæ ferreæ futuræ sint; cur ait: *Sicut loricas ferreas?* Seruat decoru Metaphoræ, nec enim locustis tribuere decebat loricas ferreas, in hac tamē similitudine loricatos milites intelligit. † Ita 18 Ioelus est Ioel. cap. 2. de exercitu Chaldæorum sub locustarum similitudine: Quasi aspectus equorum aspectus eorum, & quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exiliēt, velut populus fortis præparatus ad prælium. Sicut fortes current, quasi viri bellatores ascendent murum. &c.

Vers. 9. *Et vox alarum earum, quasi vox currūm.* Multas, magnasq; futuras locustas docet, & volatus earū plagam a Deo cœlitus immissam designat. Arethas Volatus designat quod velociter superuenient, & quòd superbè accedāt: Voces verò, siue sonum alarum, dicit impetum ipsarum ad bellicū assultum, quòd non in silentio fiat. &c. Quod autem dixit *Quasi vox currūm*, ita intelligendum est, vt in proxima verba diximus, quia reuerā sonus ille curruum erit sicut dixit Ioel: Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient.

Vers. 10. *Et habebant caudas.* Hoc tam expo-
suimus num. 16.

Vers. 10. *Et potestas earum nocere hominibus men-*
19 *sibus quinque.* † Potestas, quæ illis data est ad nocendum, quinque mensium erit, vt videlicet diuturnitate plagarū homines resipiscant. De numero mensium, aut dierum quæret quispiam, cur nec plures fuerint, nec pauciores. Verùm hoc exactiùs explicare eorum est, qui mysticè exponunt; nobis satis est dicere quinque menses signari, quia per id temporis spatium homines affligentur. Hoc autem in tempus Diuina prouidentia elegit, quò dura corda vel ad pœnitentiam flectantur, vel quantùm tùc satis erit, puniantur. Quemadmodum Antichristorres annū cum dimidio cedentur ad probationem bonorum, & ad exacerbationem malorum. Ita dictū est Dauidi. 1. Paral. 21: Eligo quod volueris, aut tribus annis pestilentiā, aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum non posse euadere, aut tribus diebus gladium Domini, & mortem versari in terra. Ita etiā decem plagis percussa est AEgyptus. Ita Antiocho contra iuge sacrificium tempus datur bis mille, & trecentorū dierum. Dan. 8. & cap. 9. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum Israel, & super Ierusalem. † Horum enim numerorum, quibus multi in Scriptura similes sunt, nō alia ratio, quam quę dicta est, aut quæri debet, aut reddi, nisi rarò, potest. Sed si adhuc quę rere velimus; menses signantur potiùs quam dies, aut hebdomades, quoniam tempus suppliciorum lōgiusculum esse oportebat, vt diximus. Numerus autem quinarius electus videtur, quoniā senarius consummationem videtur significare, quòd sex diebus omnia consummata sint. Cui numero quinarius proximus est. Quoniam ergo hac plagā homines non occidendi erant, sed magnis doloribus tamen, & morti proximis cruciandi, rectè quinque menses affliguntur.

Vers. 11. *Et habebant super se regem angelum abyssi.* Eorum dux, & rex erat angelus malus, qui idcirco non angelus, sed angelus abyssi vocatus est, hoc est Diabolus eos concitabat internis, & ducebat quasi rex, quòd volebat: angelus, inquā, qui ex abysso exierat, cum aperta est.

Vers. 11. *Cui nomen Hebraicè Abaddon,* אֲבַדּוֹן;
21 † Hebraicū nomen, & Chaldaicū perditionem significat ab אָבַד, id est periit, & in coniugatione Pihel, Perdidit: quo sæpe vtitur Scriptura, vt Iob. 28: Perditio, & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famam eius. Et cap. 31: Ignis est vsq; ad perditionem deuorās. Psal. 87: Num quid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam; & veritatem tuam in perditione? Prou. 15: Infernus, & perditio corā Domino. Sed quia perditio more Hebræorum, vt & alia huiusmodi nomina, pro perdente accipitur, hinc mortē significat omnia perdentem, & infernum, vt ex loci ci-

tatis

tatis intelligi potest. Inde etiam hic angelus dictus est Abaddon, id est, perdēs, quod omnes homines per se & per ministros suos perderevelit. Quare rectè Iohannes dixit Græcè appellari ἀπολλύων, quod est perdens. Quod autē sequitur: *Et Latinè habens nomen Exterminans*, nō est in Græco, sed Interpres meritò addidit ipsum Iohannem imitatus. † Quemadmodū enim Iohanes, quia Græcis scribebat, Hebraicam vocem Græca interpretandam putauit: ita noster, quia Latinis hominibus Scripturam vertebat, Latinè etiam Hebraicū, & Græcum vocabulū expressit. Quod sæpe in nostra translatione fieri animaduertimus, vt Gen. 35: Vocauit eum Benoni, id est, filium doloris mei: pater autem eius vocauit illum Beniamin, id est, filium dexteræ. Et Exodi. 12: Phase enim, id est, transitus, Domini est. Et cap. 16: Dixerunt ad inuicem: Man hu; quod significat: Quid est hoc? *Exterminans* autem dixit noster interpres more suo pro eo, quod est Perdēs, aut corrumpens, siue destruens. Vt Matth. 16: Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Et Psal. 79: Exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus de pastus est eā. Ex ijs, quæ dicta sunt, abunde constat falsum esse quod Ansbertus, & Haymo tradiderunt, corrupte legi Abadon, pro Iabadon. In quo venia digni sunt, habuerunt enim quod Hebraicè nescientes in errorem posset inducere, vt his verbis testatur Ansbertus: Sed quia in Hebraicis interpretationibus, quas beatus Hieronymus per singulas Alphabeti literas distinxit, nō Abadō, sed Iabadon scriptū inuenimus, constat nimirū quia scriptorū vitio ipsum nomen primam literam amisit. &c. idem ait Haymo.

23 † Indicant autem libellum de Nominibus Hebraicis, in quo singulorum librorum nomina interpretatur, atque cum ad Apocalypsin venit, inter nomina, quę ab. I. incipiūt, illud locat dicēs: Iabadon perdens, pro eo quod est interficiens, sed melius solitarius eorum. At nō est cur nos libellus iste moueat, qui aut Hieronymi nō est, aut certè multa habet à sciolis addita, quæ Hieronymus ipse rideret. Hieronymi enim regula est in Traditionibus Heb. in Genesin, etymologias non esse ex aliena lingua petendas: Nemo, inquit, in altera lingua quempiam vocans etymologiā sumit ex altera. In hoc autem libello nihil frequentius, quam nominibus Græcis, aut etiam Latinis Hebraicas etymologias dari. Ex eo enim sunt vulgares multorum nominum interpretationes, quas iam vix sine risu audire possumus, vt Philippus, os lampadis, Archelaus, agnoscens leo. Aristarchus, 24 suscitans coronam, Agrippa, congregans subitò, Aquila, dolens, siue parturiens. Cornelius, intelligens circumcisionem, Petrus, dissoluens, siue discalcians. Paulo, ori eorum, & mille huiusmodi, vt omittam nonnulla Hebraica malè interpretata. † Certè hoc de quo nunc agimus, ab Hieronymo scriptum non esse vel hoc satis superque indicat, quod quisquis fuit, frigidam suam interpretationem, & nemini probatam nō dubitat anteponere interpretationi Euangelistæ, quàm omnes linguarum periti amplectuntur, & probant. Labadon, inquit, perdens, sed melius solitarius eorū, cū tamen Labadon nullo modo significare queat interficiens, siue perdens. Postremo hoc in angeli nomine animaduertendum, sanctos angelos ex operibus nomina habere, vt enim scribit Gregorius Hom. 34. in Euāgelia, idcirco priuatis nominibus censentur, vt signetur per vocabula etiā in operatione quid valeant. Neq; enim, inquit, in illa sancta ciuitate quā de visione omnipotentis Dei plena scientia perficit, idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum personæ sine nominibus sciri non possint: sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina à ministerijs trahunt. &c. Atque idem etiam in malis angelis fieri dicendum est, vt nomina habeant à ministerijs, quæ in nos exercent, vt Satanas, quòd nobis aduersatur, atque ideo illorum nomina ponuuntur, quorum sunt insigniora aduersum nos ministeria. Ita Tob. 3. dæmō; qui libidinosos Saræ maritos occiderat, dicitur Asmodæus, id est, disperdēs, aut delicti mensura, aut ignis mensura. Ita nunc nocentissi-

Interpretationes nominum peregrinorū interdum adduntur ab Interprete.

Exterminare.

Liber de Nominibus Hebraicis.

Angelorū bonorum, & malorū nomina vnde.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus angelus, & multos grauissimè cruciaturus, atq; etiam, nisi prohiberetur, interfecturus; Abaddon dictus, qui nomen non haberet, misi maximè nociturus esset.

Verſ. 12. *Vae vnum abijt.* † Hoc est, ex illis tribus vae, quæ aquila volans per medium cœlum hominibus prædixerat, cap. 8. iam transijt primum cum tuba quinti angeli: supersunt altera duo, quæ afferent sextus, & septimus angelus.

Verſ. 13. *Et audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei.* Quæritur quod nam hoc altare putandum sit, cum in cœlo nullum sit altare? cuius hæc sit vox, quæ exit? & cur è quatuor altaris cornibus exeat? Quemadmodum cœlum ipsum à similitudine templi, quod erat in Ierusalem, templum vocauit cap. 7. cum dixit: Et seruiunt ei die ac nocte in templo eius, sic nunc à similitudine altaris thymiamatis, quod erat ante Sancta sanctorum, & aureum erat, altare aureum vocat locum (vt ita loquamur) ante conspectum Dei, in quo ei orationes sanctorum offeruntur, vt diximus cap. 8. num. 6. in illa verba: Vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. Habebat autem altare thymiamatis quatuor cornua, & de his legimus Exo. 30. Et deprecabitur Aharon super cornua eius semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. † Ex his mihi videor verba Apostoli intelligere. In altari erant incensa, id est, orationes sanctorum, super cornua precabatur Aharō semel per annū in sanguine oblato pro peccato: in quo significatur Christus summus sacerdos noster, qui proprij sanguinis pro peccato totius mundi obtulit sacrificium. Vt ergo intelligamus per merita passionis Christi, quæ post preces iustorū de terra clamantium tunc filios patri præsentabit, exituram esse sententiam patris, vt soluantur quatuor angeli, & tertia pars hominum peccatorum, & Christi passionis, ac meritorum oblitorum occidatur, vox dicitur exisse de quatuor cornibus altaris.

Altare aureum in cœlo.

Verſ. 14. *Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.* Quatuor angelos malos sine dubio intelligere debemus, quòmam alligari in flumine Euphrate sancti non poterant. [Andreas Cæsariensis testatur quosdam affirmasse hos angelos esse Michaelē, Gabrielem, Vrielem, Raphaelem. Ego autem, inquit, & hos existimo esse pessimos dæmones alligatos in Christi aduentu, quinuxta Diuinam ordinationē ex cœlesti altāri exeuntem, (cuius figura erat altare, quod erat in veteri tabernaculo) à Diuino angelo soluuntur. Itaque turbabunt gentes contra Christianos, & contra se ipsas, vt probati & fideles manifesti fiant. &c.] In Euphrate autem possemus cum Tyconio Hom. 7. (à quo Beda, & alij nonnulli parum discrepant) populum peccatorem intelligere, fluuium Babylonis, & cōfusionis. † Quod ex eo probant, quod Euphrates fluuius Babylonis est, quoniam Iere. 51. scriptum est: Cum veneris in Babylonē, & legeris omnia verba hæc, &c. Cumque compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies illum in medium Euphratem. &c. Verùm quoniam verba ipsa, vt sonant, nihil habent absurdi, ita vt sonant intellegimus: quandoquidē Scriptura ipsa docet malos angelos in certis terræ locis interdum ligari, Tob. 8. Tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris AEgypti. Qui sint quatuor angeli, & cur, aut quando ligati, Scriptura nusquam docuit: sed tamen ex officijs bonorū angelorū malorum quoq; officia indagare poterimus. Scimus Deum per angelos bonos hominū saluti, & rebus inferioribus consulere, & sæpe diximus septem angelos magnos esse, quibus omnū hominum cura demandata sit. Cum hoc Satanas nō ignoret, curat per spiritus satellites suos hominib⁹ nocere, & superiorū ordinū angelis maiora committit ministeria.

28 † Quatuor angelos, de quibus nūc sermo est, ex maioribus esse arbitror, quibus commissum est vt per se, & per inferiores spiritus infestent quatuor partes terræ, vnus Orientem, alter Occidētem, &c. nitentes impedire hominum salutem, eosque in idololatriam, & in omnia peccatorū genera inducere.

Hi

Hi ante aduentum Domini crudeliter in homines grassantes in aduentu, & in passione eius alligati sunt, & eorum rabies repressa est. [Quamuis expositores huius loci omnes dæmones intelligant in quatuor, & alligatos esse dicāt in cordibus malorum, tamen de tēpore, quo alligati sunt, conuenit inter eos illud esse, quod diximus. Alligati ergo sunt in flumine magno Euphrate, in flumine Babylonis, videlicet in loco aliquo remotiore & secretiore ab hominibus, sicut dæmoniū illud apud Tobiā ligatū est in deserto superioris AEgypti. [Andreas: Quod autē alligati sunt in Euphrate, nihil nouum: hi enim in Abyssum, hi autē in porcos tunc, alij autē in alia loca, secūdū quod Deo visum est, vsque ad tempus condemnati sunt, finito omni ipsorum bello contra homines æternùm puniendi.]

Sed cur apud Euphratem potiùs quā alio in loco ligati sunt? Duplicē huius rei causam arbitror esse. Prior est propter significationem, vt intelligamus Diabolum in ijs habitare, qui ciues Babylonis sunt, & se à ciuibus Ierusalem, id est, à societate bonorum, segregarit, multa enim sunt, quæ magis mysterij,

29 quā historiæ causa scribuntur. † Posterior est, quoniā veteres patriarchæ genus ducunt ex locis trans Euphratem, & Abraham primus trāsijt Euphratem à Deo vocatus, & eū sequens, & venit in terrā promissionis, quæ per eū, & posteros eius facta est terra credentiū, & tēplum Dei habuit, & lege, & sacerdotio, & Ecclesiā significat. Alligantur ergo angeli in Euphrate, quia transeuntibus per Euphratem, id est, per aquas Baptismi, & ad Ecclesiā venientibus nocere poterunt, vt ijs, qui trans Euphratē, id est, extra Ecclesiam sunt: atq; ideo etiā maluit dicere, *In flumine Euphrate*, quā in Babylone, vt Baptismus apertius significaretur. [Andreas aliam rationem affert. Forte, inquit, per Euphratis mentionem significatur ex partibus illis exiturum esse Antichristū.]

Ver. 15. *Et soluti sunt.* Quia circa extrema tēpora multò magis nocere hominibus sinentur. Beda: Quid autē piras soluti facient, qui tantum nunc nocent ligati?

Verſ. 15. *Qui parati erant in horam, & diē.* Ligati fuerāt à Deo per angelos, donec tēpus adueniret, quo ipse decreuerat per eos pœnas sumere de impijs, & aduersarijs Christi. Et quoniā ne punctō quidē tēporis erant soluendi ante horam à Deo præfinitā, ad maiorem, & certiorē eius rei amplificationē ait: *Inhorā, & diem, & mēsem, & annū.* Eodē modo nos solemus dicere de re, quę ita cōtigit, vt dixeram⁹: cōtigit eadem hora, & mense, & anno.

Tertiam partem hominum. Eorū videlicet, qui nō sunt signati ab angelis, sicut in quinto angelo vidimus in hoc ea. & ex eiusdē capitis fine satis intelligitur. Ex quo cernitur in hoc equesti exercitu nō posse intelligi hæreticos, vt Beda, & omnes fere expositores arbitrantur. Si enim tantū occidit exercitus homines ab angelis nō signatos, ij iam occisi sunt cū in peccato sint, nec possunt spiritualiter occidi ab hæreticis. Et hic fit illud Matt. 24. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nondū est finis. Consurget enim gens in gentē, & regnū in regnum. [Ac ne mirū videatur tertiam hominū partem extingui, in memoriæ proditū est tempore Benedicti. VIII. & Henrici primi imperatori: tāta pestē vbiq; laboratū fuisse, vt plures mortui, quam superstites sint habiti. Autores Platina in Benedicto. VIII. & M. Antonius Sabellicus Enneadis. 9. li. 2.]

Verſ. 15

Et numerus equestris exercitus. Angeli soluti plurimorum animos ad bellum concitabunt aduersus impios, non vt eos crucient, sed vt occidant. & exercitus colligatur habens militū vicies millies dena millia. Græcè, *δὶς μυριάδες μυριάδων*. Valet autem Myrias decem mille, decē myriades centū mille, centū myriades decies centum mille. &c. Quare duæ myriades myriadum summam conficiunt, quę est apud nostrum interpretem, vicies millies dena millia: quam non est mirandū colligi solutis quatuor potentissimis, & nocentissimis angelis.

Verſ. 16.

Et audiui numerū eorum. Quasi dicat: vidi maximam multitudinem, quam numerare non possem, sed numerus mihi per vocem indicatus est.

Verſ. 16.

Et ita vidi equos in visione. Hoc est,

Verſ. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

equi,& sessores eorũ tales erãt, quales nũc describã. Sed priùs sessores describit. In Græco ita est: Et ita vidi equos in visione,& qui sedebant super eos habẽtes loricas igneas. Qui sint autem equites,& equi, paulò post dicemus num. 33.& 34.

Vers. 17. 31 *Habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas.* † Hoc duobus modis potest intelligi, aut singulos equites habituros loricas partim igneas, partim hyacinthinas, partim sulphureas, aut nonnullos habituros igneas, alios hyacinthinas, alios sulphureas, quod magis placet. Rursum nõ est putandũ loricas verè igneas futuras esse, nullæ enim tales vnquam fuerũt, aut sulphureæ, sed invisione apparuerunt igneæ, & hyacinthinæ, & sulphureæ, vt per hæc aliquid significaretur. Quare eleganter dixit: Et ita vidi equos in visione, &c. quasi indicans non tales re ipsa futuros esse, sed quales per hæc significantur. Loricæ ergo igneæ significant eorum, qui ab his equitibus, id est, ducibus, in prælium educentur, aspectum fore hominibus terribilem, vt nõ magis aduersus eos insurgere audeant, quã si igne septi essent. Simile est illud Zach. 2: Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, videlicet vt longè terreat, & ab oppugnatione arceat inimicos. Hyacinthus colorẽ habet cœlestẽ, ideoq; loricæ hyacinthinæ sunt, vt intelligant homines huiusmodi hostes esse in superabiles, & à Deo missos, per quod plectãtur impij. ¶ Tale aliquid cogitabat rex Latinus, cum dicebat:

Bellum importunum ciues cum gente deorũ,
Inuictisque viris gerimus. ¶

† Sulphureæ sunt etiã, vt agnoscant in eis impij ministros Dei esse ad suũ suppliciũ eos qui veniũt, vt dẽt scilicet pœnas libidinũ suarũ: scriptũ enim est Psal. 10: Pluet sup peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorũ. Et Gen. 19: Dominus pluit super Sodomã, & Gomorram sulphur, & ignẽ. Et Iob. 18. de peccatore: Aspũgatur in tabernaculo eius sulphur. Pœna igitur in his indicatur vitæ presentis, sed huiusmodi, vt præmitta sit futurę in altera vita. Illa enim est in qua maximè peccatores igne, & sulphure plectẽtur,

Loricæ igneæ.

Loricæ hyacinthinæ.

Virgi. 11. Æneï.

32 *Loricæ sulphureæ.*

vt sæpe in libro hoc videbimus. Vt cap. 14: Et cruciabitur igne, & sulphure in cõspectu angelorũ sanctorũ, & cap. 19: Viui missi sunt hi duo in stagnũ ignis ardentis sulphure. Meritò etiã hyacinthinæ ponũtur inter igneas, & sulphureas, quoniam suppliciũ ignis, & sulphuris cœlitus mittetur in impios in hac vita, & in futura. Deniq; in igne, & sulphure summa vastitas indicatur: nã ignis omnia vastat dũ nõ extinguitur: Cum autẽ illi sulphur additur, extingui non potest, est enim sulphur pabulũ ignis, molestissimi quidem illud odoris, sed aptissimum tamen vt & flammã suscipiat, & semper ardeat, atque ignem augeat. † Inde de Gehenna legimus Isa. 33 30: Nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Et cap. 34: Ignis terrã deuastans vehemẽter, diuq; ardens his verbis describitur: Et cõuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardente. Nocte & die nõ extinguetur, in sempiternũ ascendet fumus eius, à generatione in generationẽ desolabitur, idest, ita ardebit, ac si pix esset, aut sulphur. Et Ezec. 38: Et iudicabo cum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immẽsis: ignẽ, & sulphur pluam super eũ, & super exercitũ eius, & super populos multos, qui sunt cum eo, idest, penitus eos deuastabo. Ex quibus & sequentia intelligentur.

Ignis & Sulphur.

Et capita equorum erant tamquam capita leonum. Equi homines intelligendi sunt in prælio veniẽtes, ab equis enim dicit occisam esse tertiam partem hominum, non ab equitibus. † Equites sunt contrariæ potestates huiusmodi equis infidẽtes, idest, illos gubernãtes, atque in pugnam, & cædes agentes. Quæ intelligentia ex equis, & equitibus capitis 6. abundecõfirmatur, simulq; furor eorũ insatiabilis, & intolerabilis ostenditur. Tyconius Hom. 7: Equos homines dicit, sessores spiritus nequã armatos igne, & sulphure, &c. ¶ Andreas etiam putat sessores esse superiores dæmones. ¶ Capita equorũ erãt eam quã capita leonũ, quoniam audaciam, & fortitudinem, & crudelitatem militares præ se ferebant.

Vers. 17.

Et

Vers. 17. *Et de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur.* De ore eorum dicitur procedere ignis, & fumus, & sulphur, quia quocunque se verterent, omnia crudeliter vastabunt, omninoque perdent, sicut fumus in sulphure accensus, vt iam exposuimus num. 32. & 33. hoc autem facient iubentes homines occidi, & cruciari mille modis, & vrbes euerti, & omnia disperdi, non vllarõne ducti, sed furori, & feritati suæ obsequentes, sicut de gente Chaldæorum dictum est Hab. 1: Horribilis, & terribilis est, ex semetipsa iudicium, & onus egredietur. Hoc etiã intelligetur ex verbis cap. 11: Ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorũ. Hoc etiã ignis indicat: nemo eis poterit resistere, sicut igni, nemo poterit effugere, latissimè diffunditur vt ignis, Nahum. 1: Indignatio eius effusa est vt ignis. Fumus multus cœlũ obscurat, & diei splendorem perturbat: ita hi terrore suo, & verbis minacibus, atque omnia perdi iubẽtibus, quiẽ, & prosperitatem malorũ obscurabũt, & eorũ mentes perturbabunt, vt inopes consilij, & trepidi facilius vincãtur. Simile est illud Ioel. 2. de exercitu Chaldæorũ: Ante faciẽ eius ignis deuorans, & post eũ exurens flãma. Quasi hortus voluptatis terra corã eo, & post eum solitudo deserti, neque est qui fugiat eum. Illud etiam hic significatur, quod de eisdem Chaldæis scriptum est Nah. 2: Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia, id est, ignem vi nocendi, & celeritate discurrendi referẽt.

Vers. 19. 35 *Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum.* † In Græco vt quidam putant, nõ habetur, *In caudis eorũ*: at antiquiores nonnulli codices habẽt, & apud Andream id legitur, & apud Aretham, & omnino legendum est, vt verba sequentia indicant; *Nam caudæ eorum similes serpentibus, &c.* Aliorũ equorũ potestas in corpore, aut in pedib' est, horum in ore, & in caudis. *In ore* quidẽ quia de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur, quod iam exposuimus. *In caudis*, quoniam cum vicerint, & dissipauerint hostes, videbuntur tranquillẽ, & minimè tyrannicè dominari, sed non multò post ad eamdem crudelitatẽ redibunt, & cum recedere volent, iterum eadem ora proferent ignem, & fumum, & sulphur spirantia, ideo caudæ eorum habere etiam capita dicuntur, & similes esse serpentibus, qui tacitè è cauernis prodeunt, & non præuisi mordent, vt Ecclesiastæ. 10: Si mordeat serpens in silentio, &c. Ita hi cum iam quieuisse, & placidissimi esse videbuntur, ex improuiso mordebunt, & sæuient.

36 *Et cæteri homines.* Duæ partes reliquæ impiorũ, nam tertia tantùm ab his occidetur. *Vers. 20.*

Neque pœnitentiam egerunt. Ita dictũ est, ac si diceret: Reliquæ duæ partes neque occisæ sunt, neq; aliorũ cædib' ad moueri voluerũt, vt pœnitentiã ageret. *Vers. 20.*

De operibus manuum suarum. De peccatis suis, ita enim vocari solent peccata, quia propriè opera nostra sunt, vt Deut. 31: Quando feceritis malum in conspectu Domini vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Psal. 9: Cognoscetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum cõprehensus est peccator. Psal. 27: Da illis secundum opera eorũ, & secundùm nequitiam adinuentionum ipsorum: Secundùm opera manuũ eorum tribue illis. Solẽt etiã vocari opera manuum idola, Psal. 113: Simulacra gẽtium argentum, & aurũ, opera manuũ hominum. Isa. 2: Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Hose. 14: Nec dicemus vltra, Dij nostri, opera manuũ nostrarũ. Verùm nũc, quoniam statim de idolis expressè loquitur, peccata intelligenda sunt, de quibus pœnitentia agi debet. *Vers. 20.* *Opera manuum nostrarum.*

Vt non adorarent dæmonia. † Vt aliam 37 vitæ rationẽ instituentes adorare desinerent idola, quæ dij putantur, sed dæmonia sunt. Ex his intelligitur extremis illis tẽporibus multos fore cultores idolorũ. Cum enim dicit: *Simulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea*, multitudinem magnam idolorũ in diuersa materia indicat, quæ videlicet, cũ ex quauis materia fieri possint, vbique, & ab omnibus fient. Eisde verbis multitudo idolorũ indicatur in domo regis Chaldæorum Dan. 5: Et *Vers. 20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudabant deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos. Et Paulus multitudinē vasorū ex diuersitate materiæ indicat. 2. Tim. 2: In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea, & argentea, sed & ligne a, & fictilia. [Intelligitur etiam, cū hæc fient, nondum venisse Antichristum, qui nulla idola in templis relinquet. Nec dicit: Vt non adorarent Antichristum, sed, *Vt non adorarent dæmonia, & simulacra aurea, &c.*]

Argumentum. Cap. X.

Videt angelum de cœlo descendentem, librumque apertum manu portantem, & dextrum pedem super mare ponentem, sinistrum supra terram, & voce magna clamantem post voces septem tonitruum non amplius tempus futurum, sed cum septimus angelus tuba clāget, sæculum esse terminandum. Deinde librum illum ab angelo acceptum deuorat, quem primò dulcem, mox amarum sensit.

Caput. X.

1 *ET vidi alium angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes eius tamquam co*
2 *lumna ignis. Et habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum, autem super terram. &*
3 *clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.*
4 *Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: & audiui vocem de cœlo dicētem mihi: Signa quæ locuta sunt septem toni*
5 *trua: & noli ea scribere. Et angelus quem vidi stantem super mare, & super terram, leuauit manum suā ad*
6 *cœlum, & iurauit per viuētem in sæcula sæculorum, qui creauit cœlū, & ea quæ in eo sunt: & terram, & ea quæ in ea sunt, & mare, & ea quæ in eo sunt: Quia tempus non erit amplius:*
7 *sed in diebus vocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere, cōsummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas.*
8 *Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem, Vade, & accipe librum apertum de manu angeli stantis super mare, & super*
9 *terram. Et abij ad angelum, dicens ei vt daret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tāquam mel.*
10 *Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tamquam mel, dulce, & cùm*
11 *deuorassem eum, amaricatus est venter meus, & dixit mihi, Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.*

1 ET vidi alium angelum fortem. *Vers. 1.* Ea, quæ in hoc cap. 10. & in parte vndecimi dicuntur, inter tubam sexti angeli, & septimi fient, nam de septimo angelo scriptum est cap. 11: Et septimus angelus tuba cecinit. &c. Ergo quoniam neque post tot plagas, quæ per tubas sex angelorum prænuntiatę sunt, homines pœnitentiam agere volent, sed in suis peccatis permanebunt: nunc angelus fortis mittitur, qui etiam iureiurando hominibus cōtestetur imminere finē mūdi, & cum septimus angelus tuba cecinerit, omnia esse cōsummanda, vt vel hoc terrore à peccatis abstineant; aut certè nihil à Dei misericordia, & bonitate requiri possit. Eorūverò sententiā, qui censent hunc angelū esse Christū, & nunc ad exordiū natiuitatis eius sermonem reduci, nō arbitror esse refellē dam, cum & rerum ipsārum contextus, & verba ipsa Apostoli manifestissimè refellant. † Quorsum enim nunc inter tubam sexti angeli, & septimi, cū de vltimis sæculi temporibus agitur, de primo Christi aduentu, & de natiuitate eius agat Apostolus? Quando Christus in primo aduentu iurauit tempus non futurū amplius, sed in dieb⁹ septimi angeli consummandum esse mysterium Dei? Quando librū apertū comedēdū tradidit Iohanni? [Andreas quidē angelum sanctum esse non dubitat, ita enim ait: Hunc sanctum intelligi & nubes, & iris, & lux solem decens ostendunt per hæc enim quod cœleste est, & varium in virtutibus, & quod illuminans est angelicæ naturæ & intelligentiæ ostenditur. &c.] Angelus ergo hic fortis ille ipse angelus est, de quo cap. 5. dixit: Et vidi angelum fortem prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius, atque ideo librum, quem tunc aperiri optabat, nunc apertum portat, vt tradat Iohanni.

Amictum nube. Per hoc indicat eum non esse cognoscendum, nec homines ei credituros esse vt agant pœnitentiā. *Vers. 1.*

Et iris in capite eius. Iris recōciliationis, & fœderis signum est, per quam Deus admoneri voluit vt non perderet iterū *Vers. 1.*
3 homines diluuio, vt legim⁹ Gen. 9: † Vt igitur legati pacē petentes, aut promittentes, apud veteres frondibus oliuæ coronati mittebantur, quod etiam Virgilius ostendit cum ait.

7. Æne. *Centum oratores augusta ad mœnia regis:*
Ire iubet ramis velatos Palladis omnes,
Donaq; ferre viro, pacēq; exposcere Teucris:

ita angelus, qui pacem Dei portat hominibus, & eos ad pœnitentiam inuitat, iride coronatur ne pereant omnes diluuio iræ Dei.

Et facies eius erat vt sol. Facies erat vt sol, cum quia læta nuntiat, & post tot plagas prosperitatem affert, si velint homines resipiscere, sicut cum post multorum dierum pluuiam sol clarus exoritur, & cœlum serenum cernitur: tum quia ab omnibus videri, & neminem latere vult Deum de pace agere. *Vers. 1.*

Et pedes eius tamquam columnæ ignis. Prius pacem promittit, ideoque iridem habet in capite, & facies eius est vt sol. Sed posteà nolentibus resipiscere supplicia minatur, ideo enim habet pedes igneos, vt doceat inimicos Christi pedibus eius esse subijciendos, & æternis ignibus cremandos: hoc enim significant pedes ignei, vt in simili loco vidimus cap. 1. num. 102. &. 103. [Andreas: Columnæ autem ignis quod terrificū est, & puniens impios significant.] Columnæ fortes, & longæ sunt, atq; ideo pedes eius similes columnis dicuntur, vt significetur Christum, cuius angelus hic nuntius est, fortem esse ad puniendum, (nam idcirco missus est ad hæc nuntianda angelus fortis) & longos habere pedes, id est, posse illis omnes inimicos suos pertingere ad conculcandum, sicut mox ait: Et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram. Itaque hoc idem de pedibus Christi dicit, quod proverbio iactatur: Longæ regum manus. *Vers. 1.*

Et habebat in manu sua libellum apertū. *Vers. 2.*
4 † Eum videlicet, quem cap. 5. vidit in dextera sedentis super thronū, in quo scripta erant quæ gentibus Iohānes vaticinari iubebatur, vt exposuimus cap. 5. n. 2. & duob⁹ sequētibus. Atq; hūc meritò nūc in manu habet, quoniā supplicia, quibus impij plectendi sunt, nisi pœnitentiam egerint, in eo scripta Iohanni tradenda sunt.

Et posuit pedem suum dextrum super mare. Significat hoc nihil esse tam distans, ac remotum, vt Domini sui pedes, & cōculcationem effugere possit. Itaque nō solū habitantes in terra, sed in insulis etiā remotissimis degētes supplicia ei⁹ vitare nō poterūt: Sed cur dexterū pedē sup mare ponit, sinistrū sup terrā? *Vers. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pes dexter fortior est, & in ijs, qui magis latent, & remotiores sunt, magis Christi pedis fortitudo, & supplicia ei⁹ ostenderentur, cum ne illi quidem, qui in remotissimis insulis viuebant ab hominum consortio segregati liberari ab eius ira potuerint, magis quàm qui erãt in terra. [Andreas ita interpretatur, alterum pedem in terra, alterum in mari poni, vt pœna indicetur latrocinantiũ in terra, & piratarum in mari versantium.]

Vers. 3. *Et clamauit voce magna quemadmodum leo, cùm rugit.* † Quid clamauerit paulò post scribit: Quia tempus non erit amplius. &c. Voce magna clamat, sicut leo, qua omnes audire vult, quæ dicit, & omnes terrere, vt maturè pœnitentiam agant, & vt indicet magnam iram Dei illis impẽdere, nisi pœnitentiam egerint. In Græco est: ἐπὶ τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης μυκᾶται. Est autem μυκᾶσθαι proprie boum, & inde Metaphoricè transfertur ad quæuis alia magnum sonum edentia, vt ad camelos, leones: ad inanimata etiã, vt ad tonitrua, & similia. Quæritur autem an extremis temporibus postquã facta fuerint ea, quæ hactenus dicta sunt, angelus huiusmodi descensurus sit de cœlo, qualis nunc describitur, & valde clamaturus, vt cum leo rugit? Respondeo Iohanni obiectam fuisse hanc visionem, vt ex ea intelligeret quæ futura sunt, & scriptis mandaret, vt homines illorũ temporum intelligant quid Deus de illis cogitauerit. At tunc non descendet quidem angelus amictus nube, fient tamen ea, quæ in hoc angelo, & in eius verbis significantur, id est, Deus prædicatores mittet, qui homines ad pœnitentiam exhortentur, & pacem, atque reconciliationem eis promittant, deinde etiam & citò venturi iudicij comminatione terreãt. Ita sunt multa exijs, quę hactenus diximus, intelligenda, vt quod diximus cap. 9. de locustis, & equis, & cap. 6. de equis, & equitibus. &c.

Vers. 3. 6 *Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.* † De septem tonitribus nihil hactenus videtur dixisse, ipse autem tamquã de re non ignota loquitur: videlicet cap. 8. scripsit: Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura. Quare ex hoc loco intelligimus septem fuisse tonitrua, non enim possunt hæc ad alium locũm referri. Voces autem diximus tunc articulatas intelligi debere, eas scilicet, quas nunc commemorat. Quare quod tunc dixit, facta esse tonitrua, & voces, per anticipationem dictum apparet, non enim tunc locuta sunt tonitrua voces suas, sed hoc tempore, quod nunc indicat Iohannes. Cum autem tonitrua ad terrorem hominum fiant, voces eorum sine dubio plenæ sunt minis, & significatiõ ne iræ Dei. [Quodque nunc in visione loquuntur tonitrua, cum extremo tempore nullas articulatas voces editura sint,] nihil aliud videtur significare, quã manifestissimam tunc fore iram Dei, hoc est, aut signa de cœlo magna videnda esse, quæ palàm iram Dei prænuntient, aut horrenda tonitrua audienda, quæ ita apertè magna mala instare portendant, ac si loquerentur. Nam in rebus non loquentibus magna quædam manifestatio Metaphoricè locutio dici solet, vt.

Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones *Ecloga 5.*
Interitum, montesque feri, siluæque loquuntur.

Hab. 3: Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuabit.

Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, *Vers. 4.*
7 *& noli ea scribere.* † Si nõ scribit quomodo signare iubetur, non enim signãtur nisi quæ scripta sunt, & legi non iniuntur? Vt Iere. 32: Et scripsi in libro, & signaui. Et Dan. 8: Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et cap. 12: Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. Et in huius libri cap. 5. vidimus librum signatum, quem aperire, aut legere nemo poterat. Metaphorica locutio est, & signare, atque claudare iubetur in mente sua, non librum, aut scripta signare. Hoc est, Tu ea in mẽte tua serua & nemini dixeris, nam quæ signantur, non possunt legi, aut videri. Nec putemus ita quoque posse accipi, *Signa*, ac si dixisset, Nora, atque animaduerte ne memoria excidant, qui sensus à voce Latina alienus non erat, sed Græcæ nõ conuenit: ἀφάνισον. quod de ijs dicitur, quæ sigillo obsignãtur, vt vidimus cap. 5. in libro signato. & cap. 7. in angelo habente signum Dei viui, & clamante quatuor angelis: Nolite nocere. &c. quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorũ. † Cur autẽ Deus hæc signari iusserit, certò scire nõ possumus: credibile est noluisse scribi, ne homines magnitudine futurorum malorum in desperationem incideret, aut peiores etiam fierent. Fortè etiam ne conficta ea ab Apostolo putarent, si maxima, & inusitata viderẽtur. [Nisi enim dira, & terroribus plena essent, nunquã ea septem tonitrua loquerentur.]

Vers. 5. *Leuauit manum suam ad cœlum.* Leuare manum ad cœlum iurantis est, vt Gen. 14: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quod à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. Deut. 32: Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternũ. &c. Ex quo intelligitur illud Exo. 6: Et induxerim vos in terram, super quã leuaui manum meã, vt darem eã Abraham, Isaac, & Iacob, id est, quam me illis daturum iurauí, est enim concisa, ac deficiens locutio: plena esset, si diceret: Super quam leuaui manum meam in cœlum. Videtur autẽ non esse quomodolibet iurantis, sed seriò, & quasi sollenni ritu iurantis. Iurat autem angelus quia dicturus est quod hominibus illius sæculi vanum, & huiusmodi vt fieri non possit videbitur.

Vers. 6. 9 *Per viuentem in sæcula sæculorum.* † Dicturus tempus amplius non futurum, rectè eum testem adducit, qui æternus est, & omnia tempora æternitate sua ambit, & vt præsentia intuetur.

Vers. 6. *Qui creauit cœlum. &c.* Qui vniuersa condidit, & omnipotens inde cognoscitur, & cum voluit, tempori initium dedit, atq; ita & cum volet, dare finem potest.

Vers. 6. *Quia tempus amplius non erit.* Finietur tẽpus, & hęc varietas dierũ, & noctiũ, & mensium, & annorum: & pro tempore succedet inuariabilis æternitas: hoc est, cõsummabitur hoc sæculum. Etenim ita Deus ꝓmisit Gen. 8: Cũctis diebus terræ sementis, & messis, frigus, & æstus, æstas, & hyems, nox, & dies nõ requiescent. Quare quando hæc desinent, sæculum necesse erit consummari. Non dicit autem tunc id futurum cũ ipse hoc dicit, sed, vt statim aperit, in diebus septimi angeli.

Sed in diebus vocis septimi angeli. Quod dixit tempus amplius non futurum, tũc fiet cum septimus angelus tuba cecinerit, eo enim tempore mundus destruetur, & iudicium fiet, & retributio bonorum, & malorum. Et hoc est quod ait: *Consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas*, Id est, omnia, quæ Deus p prophetas suos prædixerat de fine sæculi, de futura requie sanctorũ, de supplicijs malorum, & quæ de his rebus figuris, & obscuritate verborum contexerat, cõsummabuntur, & aperta, atque reuelata videbuntur. † Hoc intelligimus ex cap. 11: Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicẽtes: Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. Et mox: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis, & sanctis. &c. Hæc fiẽt cum septimus angelus tuba canet, & hæc, quæ pluribus verbis explicauit, sunt quæ vno verbo nunc vocat *Mysterium Dei*. Atq; his omnibus pleni sunt libri prophetarum. Itaque quod ait: *Sicut euãgelizauit per seruos suos prophetas*, non refertur ad illud; *Sed in diebus vocis septimi angeli. &c.* Non enim vaticinati sunt prophetæ consummationem sæculi futuram in diebus septimi angeli: Sed ad illud: *Consummabitur mysterium Dei*, illud videlicet, quod euangelizauerat per prophetas suos, aut consummabitur eo modo, quo per illos prædixerat. † Nec dixit: Sicut prædixit, aut prophetauit, sed *sicut euangelizauit*, sanctos enim respicit, in quorum consolationem missi sunt propheræ, & illis iucundissimus semper nũtius fuit omnia Christo esse subijcienda, & bonos æter

Ecloga 5.

Vers. 4.

Vers. 5.

Vers. 6.

Vers. 6.

Vers. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

na beatitudine fore donandos, malos sempiternis pœnis afficiendos, quia Christo, & Deo subijci noluerunt.

Vers.8. *Vade, & accipe librum apertum.* Quæ sequuntur vsque ad finem capitis, sunt iam ex parte explicata capit. 5. à primo numero vsque ad septimum. Librum apertum accipere iubetur vt legat quæ post prophetiam septem sigillorum vaticinaturus est.

Vers.9. *Accipe librū, & deuora illum.* Deuoratio hæc significat omnia, quæ in illo erant, in ventre memoriæ Apostoli reponenda, & seruanda esse. Beda: Idest, insere tuis visceribus, & describe in latitudine cordis tui, &c. [Vult etiam vt intelligamus eū nō sigillatim omnia accepisse, sed vniuersē quasi deuorasse, donec posteà singula, cū dicturus esset, videret. Prærereà vt sciat auidè excipiendas esse Dei reuelationes, & in ventre internæ meditationis priùs concoquendas, quā in publicum proferantur. Illa etiam, quæ deuorantur, etsi noxia sint, non continuò sentiuntur, donec concoctione vim suam exerant. Ita liber dulcis primùm Apostolo fuit, posteà quasi concoctus, valdè amarus.]

Vers.5. *Et faciet amaricari ventrem tuum.* Cū acceperis, delectaberis Diuina locutione, & tot, tantarumque rerum futurarum cognitione: sed cùm post hæc cogitaueris iram Dei, & supplicia maxima, & tot hominum damnationem dolebis, & amaritudine animi cruciaberis. Ita Andreas, & Arethas. Ita etiam fere Tyconius Hom. 8. & Beda, & alij; conuenitq; cum expositione Hieronymiin verba Ezec. c. 2. vbi eadem scripta sunt.

Ver. 11. *Oportet te iterum prophetare gentibus.* † Ex hoc maximè loco arbitror ortam esse quorumdam opinionem, venturū esse in fine sæculi Iohannem cum Elia, & Henoch ad prædicandum Christi Euangelium. Nam cum ex Iohannis Euangelio cap. 21. colligere sibi videretur eum non esse moriturum, quoniam dictum est: Sic eum volo manere donec veniam: & nunc ei dicatur: *Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis*, continuòq; de duobus prophetis prophetia attexatur, qui Elias, & Henoch putantur, re-

12 *Vnde colligerint multi Iohannē apostolū vēturum esse in fine sæculi cum Henoch, & Elia: & an rectè collegerint.*

13 cte id, quod diximus, effici, & consentire omnia videbantur. Arethas: Non est autem ignorandum quod ex hoc dicto: Oportet te rursum prophetare, opinantur multi beatum hunc virum vsq; ad sæculi consummationem viuere, ac venturum esse circa tempora Antichristi cum Henoch, & Elia, vt vnà cū illis corrigat eos, qui tunc viuent, homines, & quod sub Antichristo interimendus sit, &c. † Sed verba Euangelij in alium sensum dicta esse satis constat: hæc quæ nunc interpretamur, in eum scriptores multi accipiūt, vt Iohannes reuersus ab exilio, in quo erat cum hæc scribebat, iterum multis prædicaturus sit Euangelium, siue voce, siue libro Euangelij, quem scripturus sit. Ita sentiunt Primasius, Beda, Ansbertus, Haymo, Ambrosius, Rupertus, Anselmus, Thomas, & ferè recentiores. Mihi hoc non placet, quoniam Prophetare pro Prædicare Euangelium nouum est, & inusitatum, & improprium. Deinde quoniam Iohannes, qui plenitudinem Spiritus sancti acceperat, & in quo Christus loquebatur, libro deuorando minimè indigebat vt prædicaret Euangelium, neque vt scriberet; quandoquidem cum scriberet, Spiritum sanctum habiturus erat reuelantem. Postremò quoniam iam ostendimus cap. 5. in hoc libro non esse scriptum Euangelium, sed prophetiā cōtineri futurorū supplicium. Sensus ergo est: Quamuis multa hactenus de extremis temporibus vaticinatus fueris, adhuc tamen restant multa, quæ vaticinaturus es de eisdem aduersus gentes, & reges, & populos,
14 & linguas. † Quare, (vt rectè ait Lyranus) hoc, quod prophetaturus dicitur, illud ipsum est, quod Iohannes posteà in hoc libro scripsit. Sed & Victorinus librū hunc apertum Apocalypsin hanc esse testatur. At videtur habere hoc nō parum dubitationis, quoniam quæ post hæc scripsit Apostolus, eodem stylo scripsit, quo priora, & paulatim ea videbat, vt ex eius verbis manifestè intelligitur: quid igitur necesse erat librum illi dari, quo hæc scripta continerentur, si visurus erat ea, vt hactenus vidit? Accedit quod in ijs, quæ posteà scribit, nusquā dicit se aliquid in libro legisse, nec

nec illius prætereà meminit, sed quod sibi in visione demonstratum est, commemorat. Hoc argumentum, etsi magnum videatur, tamen nos dimouere non debet ab explanatione, quam iam semel, atque iterum probauimus, nam septem sigilla, quibus obsignatus erat, de futuris calamitatibus sunt, vt iam vidimus: quare non est dubitandum in libro scripta fuisse ea, quę post sigilla prophetaturus erat Iohannes. Et quamuis posteà scribat omnia, vt tunc videbat, non propterea non acceperat priùs in libro, quem deuorauerat, nam & Ezechiel librum similiter deuorauit cap. 3. in quo mala descripta erant, quæ aduersus illum populum vaticinaturus erat, & tamen posteà, ita cōmemorat omnia, ac si tunc ea cognosceret, nullumq; li-
15 brum deuorasset. † Ita igitur videtur res explicanda. Iohannes multa de futuris plagis cognouit, quæ literis non mādauit, nam cap. 10: Et cum locuta fuissent, inquit, septē tonitrua voces suas, ego scripturus eram, & audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli scribere: videtur ergo in hoc libro multò plura accepisse quam quę scripsit. Nam quæ hinc vsque ad finem libri sequuntur, pauca sunt, ipse autem vidit librum longissimū, qui ideo cap. 5. dicitur scriptus fuisse intus, & foris. Fortasse etiā in eo cognouit quinam essent in Ecclesijs Antichristo cessuri ex episcopis, & sanctis viris, & quibus illi essent pœnis plectendi, vt iure optimo dixerit: Et cū deuorassem eum, amaricatus est venter meus. Vt autem intelligeret quænam ex his scripturus esset, & quo ordine, deinde etiam quibus figuris, & similitudinibus ea aut velanda essent, aut explicanda, oportuit vt iterum visione admoneretur, nam in libro sine figuris &
16 sine obscuritate omnia accepit. † Quē admodum plurima ex ijs, quæ scripsit in Euangelio, ipse viderat, & per se cognouerat, & multò plura: Multa enim, inquit, & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Sed vt ex his eligeret quæ scribenda erant, & quatenus scribenda essent scire, & quo ordine, quibus verbis, noua fuit reue-

Ioh. 20.

latione instruendus.

Postremò quæritur an omnia, quæ hinc vsque ad finem scribit, sint ex illis, quæ scripta accepit in libro? Respondeo ea, quæ sunt in cap. 11. non esse de scriptis in libro, sed pertinere ad septē sigilla, quibus liber erat signatus. Nam septem angeli cum suis tubis pertinent ad septimum sigillum, vt docemur initio cap. 8. Quæ autem scripta sunt cap. 10. spectant ad sextum angelum cū quibusdam cap. 11. vsque ad illud: Væ secūdum abijt, & ecce væ tertium veniet citò. Et septimus angelus tuba cecinit. Ad quem quæ pertinent, vndecimo cap. videntur absoluta, & inde vsq; ad finem libri ea prophetari, quæ legit in libro.

17 † [At non videtur omninò ad exitū perducta quæstio, quoniā omnia, quæ in hac Apocalypsi scripta sunt, septem illis sigillis videntur contineri. Quod si verum est, non erant in libro conscripta quæ Iohannes vaticinaturus erat, vt hactenus diximus. Verū autem esse videtur ex præcedentibus intelligi. Nam aperto primo sigillo omnia, quæ videt Apostolus antequam secundum aperiatur, ad primum sine dubiò pertinent; & quæ videntur post secundum antequam tertium aperiatur, secundi sigilli sunt, atque ita de reliquis. Quare cū cap. 6. ait: Et vidi cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terræmotus magnus factus est, &c. quæ deinde sunt in c. 6. & in toto septimo, sexti sigilli sunt, vsque ad initium cap. 8. quo septimum sigillum aperitur, ad quod pertinent septem angeli, qui tubis canturi erant. Similiter quæ videt Apostolus postquā aliquis ex his tuba cecinit, donec dicatur alius tuba canere, ad tubam angeli illius referenda sunt, qui proximè tuba cecinerat. Quare omnia quæ scripta sunt in cap. 9. & 10. & 11. donec septimus angelus tuba canat, septimi sigilli sunt, quia ad quintum, & sextum angelum pertinent ex septem illis, quibus tu-
18 bæ datæ sunt. † Quæ ergo scripta sunt ab illis verbis capitis 11: Et septimus angelus tuba cecinit vsque ad finem libri, omnia pertinebunt ad septimum sigillum, quandoquidem cap. 10. clamat angelus fortis: Sed in diebus vocis septimi

Quæ ad sigilla pertineant; & quæ ad librum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas: non enim meminit posteà aut libri, aut alterius sigilli. Si igitur omnia erant in sigillis, nihil legit in libro. Sed neque ipse quidquam se in eo legisse dicit, neque verò legere poterat, non enim eum legendum, sed deuorandũ accepit. Impetret nobis beatus Apostolus à magni consilij angelo, vt hæc ænigmata, quæ in tubis, & in verbis angelorum sunt, soluantur: & aperiat ipse Agnus, qui librum aperuit, & soluit septem signacula eius.

Ego totam Apocalypsis prophetiã libro illo signato, mox aperto, & septẽ eius signaculis cõtineri arbitror, quod his argumentis, quæ proposui, satis apparet fuisse comprobatum. In septimo sigillo omnia finiuntur, quia cum septimus angelus tuba canet, consummabitur mysterium Dei. Quomodo igitur post vocem eiusdem septimi angeli, quę est in cap. 11. tam multa scribuntur, aut quomodo non ad eum pertinent, sed ad librum apertum, quæ posteà dicuntur? † In sono tubæ huius septimi angeli Iohãnes anticipatione vsus est, quæ frequens est in historia sacræ Scripturæ, & in propheria, hoc est præuertit tempus narrationis, non suo loco eum posuit, sed ante tempus quo futurus est, narrauit. Ponit enim hanc tubã ante aduentum Antichristi, vt videmus, & tamen mysterium Dei non cõsummabitur ante mortem illius, nec requies, quam euangelizauerunt prophetæ, dabitur Ecclesiæ antequam sæuissima Antichristi trãseat persecutio. Nec dubitare quisquam de hac re potest, qui verba cap. 11. legerit. Et septimus (inquit) angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes, Fãctum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. Finitum esse dicunt regnum peccati, sed quando hoc regnum maius, & firmius futurum est quam tempore Antichristi? Quomodo Deus, & Christus eius regnabunt in hoc mundo, cum mundus seruiet Antichristo, & in errorem inducẽtur, si fieri potest, etiam electi? Non dicent illi seniores: Gratias agimus tibi quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti, antequam moriatur Antichristus, quo viuente Deus oblitus videbatur virtutis suæ magnæ, nec regnabat in hominibus, cum paucissimos haberet, qui sibi parerent. † Ad tempus extremi iudicij pertinet hoc regnũ, quo inimici Christi ponẽtur scabellum pedum eius, & illi flectetur omne genu. Quod continuò in eodem capite docent viginti quatuor seniores addentes ijs quæ retulimus, hęc: Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedẽ seruis tuis prophetis, & sanctis, & timẽtibus nomen tuum pusillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corruperunt terram. Cæcus est qui non videt hæc, nisi post interitum Antichristi, & tempore iudicij non futura. Proprius tubæ septimi angeli locus est in cap. 20. vbi legimus. Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnũ ignis, & sulphuris, vbi & bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur die, ac nocte in sæcula sæculorum. Hic opportunè septimus angelus tuba canet, & seniores Deum collaudabunt quod iam regnet in hominibus, & regnum peccati finierit, quòd tempus resurrectionis mortuorum, & iudicij, & supplicij malorum, & mercedis sanctorum venerit. Et continuò fiet quod subijcitur in eodem capite 20: Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni. &c.

19 *In tuba septimi angeli anticipatione vsus est.*

21 † Nec miremur anticipatione hic vsum esse Apostolum, cum sæpe id prophetæ fecerint, ipse etiam non semel in hoc libro facit. Atque, vt alia exempla omittamus, cap. 19. mortem Antichristi, & Pseudo prophetæ præcursoris eius descripsit: & tamen cap. 20. Diabolum solutũ esse dicit, qui certè non nisi Antichristo regnante incipiente soluetur, tunc enim omnem malitiam suam exeret. Soluetur, inquit, Satanas de carcere suo, & exibit, & seducet gẽtes, quæ sunt super quatuor angulos terræ

terræ Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium. Gentes Gog, & Magog Antichristi comites erunt, vt suo loco videbimus, & cũ illo aduersus sanctos dimicabunt. Sed cur anteuertit Apostolus, & ante tempus tubam septimi angeli sonantem induxit? Ne putaremus eà quæ cap. 12. & sequentibus scribuntur, pertinere ad tubam sexti angeli, aut ad septimum sigillum, sed ad librum datum sibi. Itaque apertis septem sigillis liber iam apertus legi poterat, & in eo erant quæ ab illo capite. 12. scripta sunt. Non pertinere autem ad tubã septimi angeli quæ à capite. 12. legũtur, vel illud ostendit, quod est in cap. 10: Sed in diebus septimi angeli, cũ cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, non postquam cecinerit, sed cum cœperit tuba canere. Ita etiam cap. 11. incipiente eo canere seniores gratiás Deo agunt, quòd iam finis omniũ venerit. Quę ergo sunt in cap. 12. & sequentibus, ante fient, quam septimus angelus tuba canere incipiat.

Partitio totius prophetiæ Apocalypsis.

Tota igitur hæc prophetia Apocalypsis, quæ duobus & viginti capitibus cõtinetur, in duas partes diuisa est. Prior, quæ vndecim capita habet, signa futuri temporis, & calamitates continet, quę vsque ad regnum Antichristi futuræ sunt, & ad septem signacula libri pertinent. † Posterior, quæ, vt sæpe dixi, à cap. 12. vsque ad finem libri tenditur, regnum Antichristi, & persecutiones illius temporis, & iudicium, & beatitudinem sanctorum complectitur, & ad librum pertinet, qui signatus apparuit, & ab Agno apertus est. Maiora itaque, & terribiliora libro reseruata sunt. Quãobrem Iohanni, cum acceptum librum deuorasset, angelus dixit: *Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis. Iterum* dicit, quasi alio sumpto principio, vt ea nunc propheres, quæ in hoc libro accepisti, & deuorasti. *Gentibus, & populis, & linguis* prophetabis, quia gentes multæ, & multi populi variarum linguarum Antichristum sequentur, & in sanctos per orbẽ terræ dispersos insurgent, quibus tu futura prædices, qui variarum etiam gentium, & linguarum, & multorum populorum erunt. *Regibus* etiam *multis* prophetabis, quia prædices omnes reges terræ sua regna fore amissuros, & decem tantùm in vniuersa terra regnaturos, ex quibus tres victi occidentur, septem reliqui imperium suum Antichristo dabunt: & tam ipsi, quam rex omniũ regum Antichristus vincentur tandem vno die, & occidentur. † Gentibus enim, & regibus prophetare dicitur is, qui quæ illi facturi, passuriq; sunt prædicit, licet eos alloqui minimè videatur. Sicut Ieremias propheta gentium dicitur, vt est in cap. 1: Prophetam in gentibus dedi te; quia quæ Palęstini, & Moabitæ, & Hammonitæ, & Idumæi, & alij passuri erant, prædixit cap. 47. & sequentibus. Ita etiam Hoseę nõminus prophetat tribubus Israel cap. 1. &. 3. cum futura illarum supplicia prænuntiat, quam reliquis capitibus, vbi eas alloquitur: quod in omnibus prophetis videre licet.

22

23

Quid sint septem signacula, aut sigilla.

Vt ergò semel dicamus, & rem, quãtum nobis datum est, explicemus, septẽ signacula libri non ita sunt intelligenda quasi illis solutis legeretur in libro id quod tũc videt Apostolus, vt ex eius verbis perspicitur. Cap. 6. ait: Et vidi qđ aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus dicens tamquam vocem tonitrui, Veni, Et ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcũ. &c. atque ita in reliquis, nihil se legisse dicit, sed aliquid vidit, quod nõ latebat sub sigillo, neque ex illo prodibat, sed cum aperiebatur sigillum, tunc videbatur. † Quoniam ergo sigillũ librum obsignat, & ne legatur impedit, & in libro tota Antichristi prophetia continetur: septem sigilla septem temporum articulos, aut septem tempora esse existimo à Deo præstituta, in quorum quoque id faciendum est quod in illo Iohannes vaticinatur, & in quibus persecutiones Ecclesiæ, & persecutiones sanctorum ante aduentum Antichristi futuræ ostẽdendæ sunt, & quasi in lucem prodituræ. Et quoniam oportet hæc fieri antequam veniat filius ille perditionis, cuius tyrannis, & violentia, & persecutio in libro scriptæ sunt, hæc tẽpora impediunt ne liber legatur, id est, ne videantur quæ in illo scripta sunt:

24

quare

Universidad de Deusto
Biblioteca

quare iure optimo signacula, siue sigilla vocantur. Tale aliquid Paulus alijs verbis significauit. 2. Thess. 2. non dissimilibus: Et nunc quid detineat scitis vt reueletur in suo tempore (nam mysterium iam operatur iniquitatis) tantùm vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tùc reuelabitur ille iniquus, &c. Hoc est, Aduentum Antichristi detinet imperium eius, qui nunc imperat, non enim potest venire ille donec imperium transferatur. Ita hæc sigilla detinet vt reueletur filius iniquitatis, qui venturus non est donec hæc tempora transeant, & fiant quæ in vno quoque illorum facienda sunt. † Sigillo septimo aperto liber iam solutus est, & legi potest, id est, videri incipient quæ in eo futura dicuntur. Liber autem nihil est aliud quam Diuinæ prouidentiæ consilium, & præfinitio, qua apud se statuit, aut permittere decreuit, quæ tempore Antichristi futura sunt. Ante ergo quã reueletur homo peccati, filius perditionis, fient omnia, quæ sex angelis tuba canentibus futura prænuntiantur. Sola septimi angeli tuba post mortem Antichristi, & cũ finis imminebit omniũ, audienda est. Ex his omnia soluuntur, quæ num. 17. &. 18. nobis obiecimus: non enim pertinet quę à capite. 12. scribũtur, ad tubam septimi angeli, quoniã in ea Apostolus non seruauit ordinem, quem in reliquis seruauerat, sed anticipatione vsus est. Nec dicit Iohannes se aliquid in libro legisse, dicit tamẽ apertum eum sibi datum, & à se deuoratũ, id est, vniuersẽ cognitum fuisse. Dicit etiam sibi præceptum esse vt prophetaret gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis, ea sine dubio quæ in libro viderat, & deuorauerat.]

25

Quid sit liber.

Argumentum. Cap. XI.

Iubetur Apostolus calamo metiri templum, & partem signare, quæ gentibus tradetur calcanda duobus & quadraginta mensibus. Duo prophetæ promittuntur, qui homines doceant, & pro veritate ab Antichristo occidentur, & post tres dies, & dimidium resuscitati in cœlum rapientur. Terræmotus continuò magnus fiet, & plurimi morientur. Septimus angelus tuba canit, & seniores gratias Deo agunt quòd iam supplicia impiorum, & præmia sanctorum aduenerint.

Caput. XI.

1 ET datus est mihi calamus similis virgæ: & dictum est mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & ado-
2 rantes in eo, atrium autem quod est foris templum, ejice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus, & ciuitatem sanctam calcabũt mensibus quadraginta duobus: &
3 dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ
4 oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Et si
5 quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum, & si quis voluerit eos lædere: sic oportet eum occidi. Hi habẽt
6 potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescũque voluerint. Et cum finierint testimonium
7 suum: bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora
8 eorum

eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est. Et vide-
9 bunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis.
10 Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniã hi duo prophetæ cruciauerunt eos, qui habita-
11 bant super terram. Et post dies tres, & dimidium spiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super
12 eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentẽ eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum in nube: & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus
13 est terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorẽ sunt missi, & dederunt gloriam Deo cœli.
14 Væ secundum abijt, & ecce væ tertium venet citò. Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces
15 magnæ in cœlo dicentes, Factum est regnũ huius mũdi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. Amen. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum,
16 dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, quia accepisti virtutem tuam magnam, & re-
18 gnasti. Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis, et sanctis, et timẽtibus nomen tuum pusillis, et magnis, et exterminandi eos, qui corruperunt
19 terram. Et apertum est templum Dei in cœlo, et visa est arca testamenti eius in templo eius, et facta sunt fulgura, et voces, et terræmotus, et grando magna.

1 ET datus est mihi calamus similis virgæ. Quoniam in diebus septimi angeli consummandum est mysterium Dei, & de angelo eodem paulò post in hoc capite locuturus est: de Antichristi tempore, & persecutione, quæ consummationem mysterij præcedent, necessariò pauca dicit, plura posteà dicturus. Et nunc hoc primùm docet, in illa sæuissima persecutione electos esse seruandos, sed maximam populi Christiani multitudinem ab Antichristo esse superandam. Hoc vt explicet, dicit sibi datum esse calamum similem virgæ, quem nequaquam cum multis putare debemus calamum esse, quo scribi solet, sed quo vtuntur ad dimetiendum, quemadmodum ipse Apostolus planè indicat cum ait: Et dictum est mihi: Surge, & metire templum Dei. Propterea etiam dictus est *similis virgæ*, id est, non ad scribendum, sed ad metiendum cõparatus, ad quod etiam virga vtimur. Ita etiam apud Ezec. cap. 40. vbi templi area erat dimetienda: Et ecce vir, inquit, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius,
2 & calamus mensuræ in manu eius. † Vt ergo apud Ezec. calamus mensuræ dicitur, vt ab scriptorio distinguatur, ita hic dicitur similis virgæ. Est autem cala- *Calamus.*
mus mensura sex cubitorum, & palmi. Ezec. 40: Et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum, & palmi, id est, quatuor digitorum, vt ibi exponit Hieronymo-

Verſ. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ronymus, qui palmus παλαιστὴ dicitur, eo templum metiebatur Propheta, vt in eodem cap. & in sequentibus videmus. ☞ Calamus et datur ad metiendum, quia & angelo ad templum metiendū calamus datus est, maiora enim maioribus mensuris metimur. ☜ Porrò virgam quoque adhibitam fuisse ad dimetiendum, ostendit illud Psal. 73: Redemisti virgam hereditatis tuæ, ideſt, partem tuam hereditariam, siue quam dimensus es, vt esset hereditas tua. Et Ierem. 10: Et Israel virga hereditatis eius, id est, pars, quam sibi mensus est, quo modo dictum est Deut. 32: Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius.

Virga ad metiendū.

Vers. 1.

Surge & metire templum Dei, & altare. Quod de templo, & de altari dicit, & de atrio, nemo ignorat non esse intelligendum de templo Ierusalem, cū fuerit à Tito euersum, & iam nullum esset cum hæc Iohannes scribebat. In eo tamen Ecclesiam intelligit, cuius illud fuit figura. In templo duæ partes erant; altera, quæ solis patebat sacerdotibus, & ministris tēpli, & incipiebat ab atrio sacerdotum, quod dicebatur atrium interius, versus Sancta sanctorum: altera erat atrium exterius, quod erat laicorū. Prior pars propriè vocabatur templum Dei, quoniam in atrio sacerdotum erat altare holocaustorum, in quo victimæ omnes offerebantur, & interius in anteriori parte domus erat altare, in quo adolebantur thymiamata, & post illud
3 Sancta sanctorū. † Posterior pars sæpe quidem dicitur templum, vt in Euangelijs videmus, sed latè sumpto tēplo, non propriè: quoniam in ea nec victimæ offerebantur, nec thymiamata, nec Psalmi canebantur, sed laici tantùm in ea confistebant adoraturi. In priori parte, & in sacerdotibus, qui in illam introibant, optimi quique in Ecclesia, & Deo coniunctissimi, atque electi intelligūtur. In parte altera, hoc est in atrio exteriori, quod profanum dicebatur, & profanos, hoc est non sacerdotes, nec Leuitas excipiebat, intelligitur profana Ecclesiæ pars, ideſt, remotiores à Deo, & liberiùs viuentes, minùsque timore Dei, & legibus disciplinæ seuerioris adstricti. Ex his rectè intelligitur quæ scribit Iohannes. Iubetur metiri templum, quod est quasi numerare, & secernere electissima quæque Ecclesiæ membra, quæ non sunt tradēda Antichristo, nec eius ministris. Ac ne dubitaremus vtrùm vniuersum templū, an partem eius aliquam iuberet metiri, addidit: *Et altare, & adorantes in eo.* In quo atrium sacerdotum iam claudi videm', in quo erat altare holocaustorū, quod absolutè solet vocari altare, & adorantes in eo sacerdotes sunt, qui in eo victimas offerebant. De altera eius parte continuò dicit.

Atrium autem, quod est foris templum, Vers. 2.
4 *ejice foras.* † Hoc est: Atrium exterius, quod laicorū est, & reuera est extra id, quod propriè templum dicitur, ne coniugas cum templo, & altari, etiam si tēplum soleat vocari vulgò, nec metiaris illud, sicut id, quod verè, & propriè tēplum vocatur. Non est tamē prætereūdum, vbi nos habemus: Foris templū, in quibusdam codicibus haberi, ἐσωθεν τοῦναος, id est, intra templum: in alijs ἔξωθεν τοῦ ναοῦ, id est, extra templum. Sed nostra lectio est sine dubio verior, quoniā in Græca facillimè error irrepere potuit, cum illæ duæ dictiones vna littera tantum differant, in Latina non potuit, nullo enim modo conueniunt, intra, & Foris. Ita vt nos habemus in Greco legitur in codice Complutēsi, & in alijs. Lectionē nostram sequuntur Andreas, Arethas, Victorinus, Tyconius, & Primasius, & Beda, & alij, & eam alteri præfert Erasmus. Ita etiā legit Hieronymus in epistola. 17. ad Marcellā, & Gregorius Hom. 12. in Ezec.

Quoniam datum est gentibus. Id est obti *Vers. 2.*
nebitur, & possidebitur ab exteris nationibus, hoc est ab Antichristo, & eius ministris. Seruat eamdem Allegoriam semper, ac si de templo Ierusalem loqueretur, quod gētibus dari dicebatur simul cum vrbe, quando vicinæ nationes inimicæ Iudæorum illud obtinebāt, & in illud intrabant. Nec malè dicit, *Gentibus*, etiam si Allegoriæ ratione non haberet, quoniam Antichristi exercitus verè gentilium hominum erit, nō Deum verum adorantium, sed Antichristum.

Et ciuitatem sanctam calcabunt. † Iam *Vers. 2.*
5 hic

hic nemo ex expositoribus dubitat sanctā ciuitatem Ecclesiā intelligi, quæ significata est per Ierusalē, quæ ciuitas sancta dicebatur, in qua erāt templū, & sacerdotes, & sacrificia. Vniuersam ergo Ecclesiā, quā prius per duas tēpli partes significauit, nūc per ciuitatē sanctā Ierusalem significat, quā *Mensibus quadraginta duobus*, hoc est, tribus annis, & dimidio, calcandam esse dicit ab Antichristo, & eius comitibus, ideſt, vexandā, opprimendā, possidendā. Nō quòd omnes Ecclesiæ filios sit debellaturus, sed maximam partem, cui reliqui comparati pauciſsimi erūt: sicut ait Dominus Matth. 24: Ita vt in errorem inducā tur, si fieri potest, etiam electi. Tres autem annos cū dimidio tyrannidi Antichristi concessos esse, & sæpe in sequētibus videbimus, & Daniel prædixit c. 7: Et sermones cōtra Excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret, & putabit quod possit mutare tēpora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad
Vers. 3. tempus, & tēpora, & dimidiū teporis.

6 *Et dabo duobus testibus meis.* † Non dicit quid daturus sit, sed ex consequentibus intelligimus subaudiendum esse, Spiritū meū. Vel ita potiùs dicendum: *Dabo duobus testibus meis, & prophetabūt*, positum esse pro, Dabo eis vt prophetent, quemadmodū intellexit Primasi', & Haymo. Ita enim loqui solet Scriptura, vt Et cum futuro ponat pro Vt, si
Et cū futuro pro Vt. cut Psal. 54: Quis dabit mihi pēnas, sicut colūbæ, & volabo, & requiescā? Hieronymus vertit: Vt volē, & requiescam. Psal. 118: Da mihi intellectū, & scrutabor legē tuā, ideſt, vt scruter legem tuā. Iere. 9: Quis dabit cāpiti meo aquā, & oculis meis fontē lacrymarū, & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? Duos testes, siue, vt est in Græco, duos martyres, vocat, quos missur' est vt palam de fe testimoniū reddant, & Euangeliū intrepidè prædicent inter inimicos veritatis. Hos etiā prophe
Qui sunt duo testes siue duo prophetæ. tas appellat, sed nomina eorum nō indicauit, ideo relicta est autoribus opinādi libertas. † Et vt Tyconij, & Bedæ expositionē omittamus, qui duos prophe
7 tas Ecclesiā esse dicunt propter duo testamēta, est enim Allegorica, vt ex Anſberto, & Haymone satis intelligitur, Victorinus martyr alterum horū prophetarū Ieremiam esse voluit. Multi, inquit, putant Eliam esse, aut Elisæum, aut Moysem, sed vtrique mortui sunt. Ieremiæ autē mors nō inuenitur, quia omnes veteres nostri tradiderunt illū esse Ieremiam. Nam & ipsum verbum, quod factum est ad illū, testificatur ei dicens: Prius quā figurarem te in ven- *Iere. 1.*
tre, cognoui te, & prius quam de vulua procederes, sanctificaui te, & prophetam in gentibus posui te. In gentibus autem propheta non fuit, & ideo verbū Dei verax necesse habet quod promisit exhibere, vt in gentibus propheta sit. &c. Eius sententiā refert Ansbert', & reuerenter impugnat, affirmatque Victorinum sensisse alterum ex his prophetis fore Eliam, quod ex verbis, vt nunc habent, non colligitur, omnia
8 siquidem bona fide retulimus. † Quare suspicor mendosum esse eius codicē, & legendū esse: Multi eos putant Eliā esse, aut Elisæum, aut Moysem, sed vtri que mortui sunt. Ita vt quod de Elia illi dicebant, accipiat, alterum verò de Elisæo, aut Moyse reijciat, quoniam ex Scriptura constat vtrumque eorū mortuum fuisse. Denique ipse posteà in expositione c. 12. bis dicit esse Eliam. Illi ita respondet Ansbertus: Cui seruata martyrij reuerentia (martyr enim est Christi) nos è contra dicimus, quia si mors Ieremiæ in Scriptura nō inuenitur, omnino neque assumptio, nec trāslatio declaratur, & nō soluvni, verūetiā multis gentibus tunc vēturā mala prophetasse, cum perditionem Israelis & futuram simul prædiceret, & venientē cerneret: Edom scilicet, Moab, Tyro, Sidoni, Philisthijm, &c. Hoc quod Anſbertus dicit de gentibus, aduersus quas Ieremias propheravit, manifestum fit ex cap. 27. eiusdem, & ex cap. 46. & sequētibus, in quib' cōtra multas gētes vaticinatus est. Deinde Ansbertus sentē tiam suam exponit his verbis. † Hie-
9 ronymus verò, atque Gregorius pontifex Romanus, cum præfato Elia Henoch vēturū testātur, quibus certè magis credendum cognoscimus, quia Scriptura Geneseos Henoch translatū, & Paulus apostolus nō solū translatū, sed etiam viuere in carne designat dicens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heb. 11. Fide Henoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. &c. Eadē est sententia Glossæ, Ambrosij, Haymonis, Ruperti, Anselmi, Ricardi, Thomæ, & recentiorum. Andreas autem, & Arethas, & ipsi ita sentiunt, & veteres Græcos similiter sensisse confirmant. Arethas ait: Fertur autem ex traditione præconum Christi, quod inuariabiliter in Ecclesia recipitur, ipsum quoque Henoch venturum cū Elia Thesbite. Venient enim ambo vt protestētur ijs, quitunc erūt, ne fallacibus Antichristi signis fidem adhibeant. &c. Et vera est horum scriptorum explanatio, nam & sancti patres planè docēt Iudæos in fine sæculi conuertendos esse per prædicationem Henoch, & Eliæ. Martyr Clemens lib. 5. Constitut. Apost. cap. 8. & Epiphanius lib. 2. Hæresi. 64. versus finem docent eos adhuc viuere. Irenæus lib. 5. cap. 5. affirmat eos viuere in paradiso, vbi & primus homo positus est, atque hanc esse dicit sententiam presbyterorum, qui Apostolorum discipuli fuerunt. Idē ait Iustinus martyr in Responsione quæstionis. 85. ad Christianos, & Tertullianus in libro de Resurrectione carnis, quamuis ibi paradisi nō meminit. Idem in libro de Anima, cap. 28. ait: Translatus est Henoch, & Elias, nec mors eorum reperta est; dilata scilicet: Ceterum morituri reseruantur, vt Antichristum sanguine suo extinguāt. &c. † Ambrosius (siue quis alter fuit) in Iud. 1. Cor. 4: Puto enim quod Deus nos Apostolos. &c. ait: Hoc ideo personæ suæ deputat, quia semper in persecutione fuit necessitates, & pressuras vltra cæteros passus, sicut passuri sunt Henoch, & Elias, qui vltimo tempore futuri sunt Apostoli. Mitti enim habent ante Christum ad præparandū populum Dei, & muniendas omnes Ecclesias ad resistendum Antichristo, quos & persecutiones pati, & occidi lectio Apocalypsis testatur. Idem ait Hippolytus martyr in Oratione de Antichristo, Hieronymus in epistola. 61. Aduersus errores Iohannis Ierosolymitani, paradisi colonos eos vocat. Et in epistola. 148. ad Marcellam, scribit: De Henoch autē, & Elia, quos venturos Apocalypsis refert, & esse morituros, nō est istius tēporis disputatio. Idē Hieronymus in illud Psal. 20: In reliquijs, tuis prę parabis vultū eorum, ita exponit: Hoc est, per Eliā, & Henoch crediturī sunt in finē. &c. Et Augustinus. 20. de Ciui. c. 29. de Elia docet hanc esse communē Ecclesiæ sententiam. Per hūc, inquit, Eliā, magnum, mirabilēque prophetā expositā sibi lege vltimo tēpore ante iudiciū Iudæos in Christum verū, id est, in Christū nostrū, crediturōs esse celeberrimū est in sermonibus, cordibusq; fidelīū. Sed simul cū eo vēturū esse Henoch eo tēpore docet in breui Tractatu de Antichristo. De eisdē scribit lib. 2. de Peccato originali. c. 23: Quos non dubitamus in quibus nati sunt, corporibus viuere. Et lib. 9. de Gene. ad lit. c. 6. Nā si Henoch, & Elias in Adā mortui, mortisq; propaginē in carne gestātes, quod debitū vt soluant, creduntur etiā rediturī ad hanc vitam, &, quod tādiu dilatum est, morituri. † Gregorius. 9. Mar. cap. 4. exponens illud Iob. 9: Et stellas claudit quasi sub signaculo, hæc ait post multa. Hinc est quod duo illi prædicatores eximij dilata morte subtracti sunt, vt ad prædicationis vsum in fine reuocentur. De quibus per Iohannē dicitur: Hi sunt duæ oliuæ, & duo cādelabra in cōspectu Domini terræ stantes. Quorū vnum in Euangelio per semetipsum veritas pollicetur dicēs: Elias venturus est, & restituet omnia. &c. Nec dubiū est quin alterū intelligat Henoch, nullū enim præter hos duos legimus mortē distulisse. Quod ipse palam testatur Hom. 12. in Ezec. his verbis: Sed qua Elia, & Henoch prædicante multi ex his, qui tūc ex Iudæis in infidelitate remāserint, ad cognitionē veritatis redeūt, sicut de eodem Elia dicitur: Elias veniet, & ipse restituet omnia: qui vtriq; per Zachariā duæ oliuæ, & per Iohannē duo cādelabra nominātur: redēte hic quoq; subiungitur: Cum autem loquutus fuero tibi, aperiā os tuū. Tunc enim, velut in extremo, os propheteæ aperitur, cū in prædicatione Henoch, & Eliæ Iudæis ad fidē redeuntibus prophetia fieri eloqui de Christo fuisse cognōscitur. [Prosper Aquitanic⁹ in libello, quē vocat Dimidiū tēporis. c. 13. & 15 & 16.

Matth. 17.

10

11

& 16. apertissimè hoc ipsum docet, & ad Eliā, & Henoch refert omnia, quę in hoc capite de duobus prophetis scripta sunt.]† Isidorus in libro de Vita, & morte sanctorum, qui Deo placuerūt, cap. 3. Henoch translatum fuisse dicit in paradisum, & posteà hæc addit: Manet autem hactenus in corpore, in consummatione mundi restituet cum Elia mortalem vitæ conditionem. Et cap. 35. idem scribit, apertēque de illis verba huius cap. Apocalypsis interpretatur dicens: Ira etiam vt bellum gerat Antichristus aduersus eum, vel qui cum eo venturus est, & occidet eos. Cadauera quoque eorum in plateis sepulta iacebunt. Dehinc suscitati à Domino regnum Antichristi plaga magna percutient. Hæc patrum consentio abunde comprobatur ex Scriptura, quādoquidem de Elia scriptum est Mal. 4: Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percutiam terram anathemate. Et Eccles. 48: Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum: qui inscriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Et Matth. 17: Elias quidem veniet, & restituet omnia. [De Elia quidē & Sibylla scripsit, vt est in secundo libro Sibyllinorum oraculorum:

Tunc quoque cœlesti curru deuectus in ibit.
Terras de cœlo Thesbites, signaq; trina
Ostendet toti mundo vitæ pereuntis.

12

13 † De Henoch autem similiter legimus Eccli. 44: Henoch placuit Deo, & trāslatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. Cumque in cœlestem paradisum non sit translatus, quia moriturus est, constat fuisse translatum in terrestrem. Siquis verò quærat qualis sit nunc in paradiso eorum vita, respondebimus ex Augustino lib. 1. de Peccatorum meritis, & remissione, cap. 3. Neque enim, inquit, Henoch, & Elias per tam longam ætatē senectute marcuerunt, nec tamen credo eos tam in illam spiritualem qualitatem corporis commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quæ in Domino prima præcessit: nisi quia isti fortasse neque his cibis egent, qui sui consumptione reficiūt, sed ex quo translati sunt ita viuunt, vt simile habeant satietatē illis quadraginta diebus, quibus Elias ex calice aquæ, & ex collyride panis sine cibo vixit. Aut si & his sustentaculis opus est, ita fortasse in paradiso pascūtur, sicut Adā priusquam propter peccatum exinde exire meruisset. Habebat enim, quantum existimo, & de lignorum fructibus refectionem contra defectionē, & de ligno vitæ stabilitatem cōtra vetustatē. &c. † Idē lib. 9. de Gene. ad lite. cap. 6: Nunc tamen in alia vita sunt, vbi ante resurrectionem carnis, antequā animale corp' in spirituale mutetur, nec morbo, nec senectute deficiunt. Et Tertullianus in libro de Resurrectione carnis ait: Quod hodie Henoch, & Elias nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi, quā tamen de orbe translati, & hoc ipso tam æternitatis cādidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & cōtumelia immunitatē carnis edisserunt: cui nam fidei testimonium signant, nisi quia credi oportet hæc futuræ integritatis esse documēta? Hieronymus in Epistola. 61. Aduersus errores Iohannis Ierosolymitani, itade illis scribit: Henoch translatus est in carne, Elias carneus raptus est in cœlum: nec dum mortui, & paradisi iam coloni, habēt quoque mēbra, cum quibus rapti sunt, atque translati. Quod nos imitamur fermio, illi possidēt Dei cōsortio. Vescuntur cœlesti pane, & saturārur omni verbo Dei, eūdem habentes Dominum, quem & cibum. Et paulò post: Tanto tempore in eadem permanent ætate, qua rapti sunt, & tamen nec cibis, nec vxoribus indiget. Ex his intelligimus eos nulli corporis iniuriæ, aut varietati subiectos viuentes, nec cibis vtentes in cōtemplatione Dei, qualis in hac vita haberi potest, iucundē cō quiescere.

Qualis sit vita Eliæ, & Enoch.

Et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta. Trium annorum, & dimidij tempus significat non expletum. Nam si more Hebræorum numere-

Vers. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus menses lunares; ex quibus alter habeat dies. 30. alter. 29. quadraginta duo menses habent dies mille ducentos triginta nouem, atque ita plus quã tribus annis, & dimidio prædicabunt. Sed quoniam Apostolus conuersis ex gentibus scribebat, verisimilius est menses numerasse iuxta Græcorum, & Romanorum consuetudinem, atque ita in mensibus quadraginta duobus, dies insunt mille ducenti octoginta, ex qua summa viginti circiter dies desunt tempori prædicationis Eliæ, & Henoch. Glossa: Nota quod hi dies non perficiunt tres annos, & dimidiũ.

15 Sicut & Christus non compleuit dimidium annum prædicationis. † Et quoniam probabile est eodem tempore incepturos esse prædicationem, quo tyrannis Antichristi incipiet, quandoquidem quasi in antidotum eius dati sunt, occidentur ab eodem Antichristo vigesimo die ante consummationem, & mortem eius.

Cur scriptura nunc mẽsibus, nunc diebus numeret.

Sed non est sine quæstione prætereundum, cur tempus prædicationis eorum diebus numerauerit, cum tempus Antichristi numerauerit mensibus? Simplex, & plana responsio est, tempus Antichristi non fuisse per annos numeratum, quod breuius erat, & facilius, quoniam anni integri non erant, sed per menses, quoniam quadraginta duo integri dati sunt persecutioni Antichristi. Ita ergo tempus prædicationis duorum prophetarum non computatur per annos, neque per menses, quoniam nec anni integri futuri sunt, nec menses, atque idcirco reliquum erat vt per dies computaretur. Atque hoc sæpe obseruari videmus in Scriptura, vt cum tempus exactissimè computandũ est, per annos computetur, si integri sint, aut per menses: si autem neque mẽses expleantur, per dies, vt Dan. 8: Vsque ad vesperam, & mane duo millia trecenti, & mundabitur sanctuarium. Et cap. 12: Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies

16 mille trecentos triginta quinque. † In eo autem quod dicit: Prophetabunt, videtur id confirmari, quod superius reiecimus cap. 10. num. 13. Prophetare accipi pro Prædicare Euangelium, At non ita est, testes dicuntur, & prophetæ. Testes, quia prædicando Euãgelium testimonium de Christo reddent: prophetæ, quia simul multa futura prædicent vt homines conuertant.

Amictisaccis. Agentes videlicet, & prædicantes pœnitentiam. *Vers. 3.*

His sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes. Participium, *Stantes*, ad candelabra referendum est, vt manifestũ est ex Græco: Δύο λυχνίαι ἑστῶσαι: atque idcirco Erasmus, & alij recentiores vertunt: *In conspectu Domini terræ stantia.* Verùm interpres, vt solet sæpe, nomen adiectiuum in eodem genere ponit, quo erat in Græco, etiã si genus illud nomini Latino non conueniat. Ita dixit cap. 10: Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel: respexit enim ad nomen βιβλαρίδιον. Et cap. 14: Et cũ eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomẽ eius. Ceterùm his verbis alludit ad Zachariæ caput quartum, in quo, cum quæreret Propheta quidnam sibi vellent duæ oliuæ, quas viderat ad dexteram, & ad sinistram candelabri aurei, respõdit angelus: Isti sunt duo filij olei, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Nam de eisdem loqui Zachariam, & Iohannem, docent planè Victorinus martyr, & Gregorius Hom. 12. in

17 Ezec. Arethas, & Thomas. † Duæ oliuæ dicuntur propter pinguedinem olei, quam ex se fundent, ideſt, propter fertilitatem magnam, quam habebunt, ac propter fructum multum, quem afferent, iuxta illud Psal. 51: Ego autem sicut oliua fructifera in Domo Dei. &c. Quod magis explicat angelus apud Zach. cũ ait: Isti sunt duo filij olei, ideſt, fertilitatis, vt Isa. 5: Vinea facta est dilecto meo in cornu filio, olei ideſt, in regno fertilissimo. Lxx: In loco pingui, siue vberi. Duo cãdelabra dicũtur propter lumẽ doctrinæ, & splẽdorẽ sanctitatis, quib⁹ tenebras hominũ illustrabũt & Iudæos vera Euãgelij luce perfundẽt.

Genus mutatum.

In

In conspectu Domini stant candelabra, quia nunc ab hominibus non videtur, sed coram Deo lucent, & ipsi parati sunt ad lucendum coram hominibus, cum à Deo mittentur, hoc enim significat Stare in cõspectu Dei, vt diximus c. 1. n. 26. & 27. Recte autẽ dicit, *Domini terræ*, quia cum Dominus, & creator sit vniuersorũ, omniũ quærit salutem, nõ solùm gentium, sed Iudæorum etiam, qui tanto tẽpore in cæcitate, & in infidelitate sua permanserunt. *Vers. 5.*

18 *Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum.* † Nemo eis nocere poterit toto tempore, quod illis ad prædicandũ concessum est, Quod si quis nocere tẽtauerit, ad eorum preces, aut (si ita dicere licet) ad eorum imperium, igne cœlesti consumentur. Ita etiam dixit cap. 9: Et de ore eorum procedit ignis, vt ibi explicauimus. Alludit ad historiam. 4. Reg. 1. cum Elias duos principes quinquagenarios cũ suis militibus ad se superbè accedentes igne demisso cœlitus occidit. Significat ergo eos habituros eam potestatem, quam optabant Iacobus, & Iohannes Luc. 9. cũ aduersus Samaritanos, qui Dominũ recipere noluerant, dixerunt: Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos? Vbi in Græco additur: Sicut & Elias fecit. Porrò in Græco est: Exit, & deuorat. ἐκπορεύεται, κατεσθίει, sed si vtrique verbo. 1. litera interponatur, futuri temporis erunt, atque ita putandum est Apostolum scripsisse, (quãuis apud Andream, & Arethã præsentis etiã temporis sint) facilior enim error est in Græcis, quam in Latinis. *Vers. 5.*

Sic oportet eum occidi. Sententia oris eorum feritur, & igne de cœlo crematur. *Vers. 6.*

Hi habent potestatem claudendi cœlum.

19 † Docet mirabilem potestatem, quæ illis concederetur ad miracula facienda. Et quid sit cœlum claudere, sequẽtibus verbis exponit: *Nepluat diebus prophetiæ ipsorum*, ideſt, toto illo tempore, quod illis datum est ad prophetandum. Alludit ad id, quod iam fecit Elias regnante in Israel Achab. 3. Reg. 17. cuius historiæ meminit Iacobus cap. vltimo: Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex.

Conuertendi eas in sanguinem. Sicut fecerunt Moses, & Aharon Exod. 7. *Vers. 6.*

Et cum finierint testimonium suum. Cũ finis venerit prædicationis eorum, nã ante illud tempus nemo eis obsistere valebit. *Vers. 7.*

Bestia, quæ ascendit de abysso. Antichristum significat, vt Victorinus, & Arethas, & reliqui hiũt, & vt in sequẽtibus videbimus. Bestia dicitur, vt idem Arethas exponit, propter crudelitatẽ, & inhumanitatem, ac humani sanguinis auiditatem. De abysso ascendere dicitur, ideſt, de mari, vt ipse manifestè exponit initio cap. 13: Et vidi de mari bestiã ascẽdẽtem, cuius rei causãm illic explicabimus. Est autem *Ascendit*, præsentis temporis, τὸ ἀναβαῖνον. Etiam nunc ascendit, quia in suis membris, & ministris, & præcursoribus iam operatur, sicut ait Paulus. 2. Thess. 2: Nam mysterium iam operatur iniquitatis. Et. 1. Ioh. 2: Et sicut audistis quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt. *Vers. 7.*

20 *Faciet aduersus eos bellum.* † Persequetur eos, & perdere conabitur. *Vers. 7.*

Et vincet illos. Non eos à prædicando deterrebit, aut eorũ constantiã flectet, sed quid fit, *Vincet illos*, continuò indicat: *Et occidet eos.* Efficiet quod volebat, efficiet occidendo ne amplius prædicent Christum. *Vers. 7.*

Iacebunt in plateis ciuitatis magnæ. Nõ patientur ea sepeliri, vt sæpe fecerunt martyrũ interfectores. Videtur autẽ dictum, *In plateis*, pro In vna platearum, more Scripturæ, quæ pluralivtsolet pro vno ex singularibus, sicut Ioh. 6: Est scriptũ in prophetis: Erunt omnes docibiles Dei, id est, in vno prophetarũ, nẽpe Isa. 54. Act. 13: Videte ergo ne superueniat vobis quod dictũ est in prophetis: Videte contemptores, & admirami ni, &c. id est, in Habacuc, vno ex prophetis, cap. 1. nec enim dicit trahenda esse corpora, sed iacebũt, (nisi dicamus in dũabus plateis eorum corpora esse relinquenda.) *Vers. 8.* *Pluralis pro vno ex singularibus.*

Quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus. Docet quæ nam sit ciuitas magna, nempe Ierusalem, quod adhuc apertius indicat, cum dicit: *Vbi* *Vers. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Dominus eorum crucifixus est. Et cum ciuitatem magnam vocat, haud obscurè significat magnam eo tempore futuram esse potentia, & numero ciuium, cum videlicet in ea regnabit Antichristus à Iudæis admissus, & tam quàm verus Messias honoratus. † Hãc, & quia Dominum occidit, & quia tunc regia erit Antichristi, omnibusque sceleribus, & impietatibus plena, Sodomam vocat, & AEgyptum: aut quia detestabilis Deo erit, sicut AEgyptus, & Sodoma, aut quia eisdem peccatis abundabit, ideſt, nefarijs libidinib⁹, vt Sodoma, & idololatria, atq; omni superstitione, vt AEgyptus: quid enim peccati, & impietatis non erit in illa regnante Antichristo? Verùm huic intelligentiæ fortiter obsistit Hieronymus in epist. 17. quam nomine Paulæ, & Eustochij scribit ad Marcellam. Hic cum Ierusalem miris ornet laudibus, obijcit sibi hunc locum, quo Sodoma vocatur, & AEgyptus, negatque Ierusalẽ Sodomã, & AEgyptũ dici, sed mũdum his nominibus indicari dicit, qui est vrbs magna, quam ædificauit Cain. Primùm, quoniam Scriptura Scripturæ contrariã esse non potest, & in hoc ipso capite Ierusalem vocata est ciuitas sancta: Et ciuitatem sanctam calcabunt mẽsibus quadraginta duobus. Quomodo ergo potuit post decẽ versus Sodoma, & AEgyptus vocari? Deinde, quoniã his nominibus mũdus significari solet, nõ Ierusalẽ. † De Sodoma profert illud testimoniũ, quod Ezec. 16. prope finẽ iuxta. LXX. legitur: Restituetur Sodoma in antiquum, quod non de vrbe illa dictum est, quæ iterùm ædificanda non erat, sed de mundo, qui restitueretur vt ante fuit. Postea subijcit: AEgyptum autem nunquam pro Ierusalem legimus, sed semper pro hoc mundo. Et quia longum est de Scripturis innumerabilia exempla congerere, vnũ testimonium proferamus, vbi manifestissimè mundus hic AEgyptus appellatur. In epistola canonica Iudas Apostolus frater Iacobi scribit dicens: Commonere autem vos volo sciẽtes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra AEgypti saluans, secundò eos, qui non crediderunt, perdidit. Et ne putares de Iesu dici filio Naue, statim sequitur: Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine reseruauit. Et vt credas vbicũq; simul AEgyptus, & Sodoma, & Gomorra nominantur, nõ loca, sed mundum hunc interpretari, statim subiungit: Sicut Sodoma, & Gomorra, & finitimæ ciuitates simili modo fornicatæ, & abeũtes post carnẽ alterã, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnã sustinentes. † Hęc Hieronymus, quæ mihi videtur magis disputandi causa, & quasi dicendi quod Paula, & Eustochiũ sentiebãt, quam quod ipse ita sentiret, scripsisse. Nam verba ipsa manifestissima sunt, & sine vi aliter exponi non possunt: neque enim quidquam certò signaret, si in plateis mundi huius cadauera futura diceret, cum tamen indicare velit vbi occidendi sint. Præterea res ipsæ cohærent inter se, quoniam cum sit Antichristus pro Messia à Iudæis adorandus, vbi magis eum regnare conuenit, quàm in Ierusalem, quę est ciuitas magni regis? Et cum ipse prophetas occisurus sit, vbi potius occidet, quam in eadem vrbe, in qua ipsi constanter Iudæis prædicabunt Euangelium? Deinde quid mirum est Ierusalem vocari Sodomam, cum Isaiæ. 1. legamus: Audite verbum Domini principes Sodomorum, auribus percipite legem Dei nostri populus Gomorræ? Et cui dicitur Eze. 16: Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nõ fecit Sodoma soror tua, ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ? De eadem etiam dicitur Thrẽ. 4: Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum. † Dẽniq; plerique veterũ expositorum hoc de Ierusalem interpretantur, vt Victorinus, Primasius, Andreas, Arethas, Ansbertus, Haymo, Rupertus, Ricardus, Anselmus, Thomas. Argumẽta Hieronymi nõ magno negotio diluuntur. Fatemur Scripturã sibi non aduersari, nec negamus Ierusalem etiam post Domini cædem vocari sanctam ciuitatem apud Matth. c. 27. At in hoc capite ciuitas sancta nõ Ierusalẽ intelligitur, sed Ecclesia, cuius typus fuit Ierusalem, vt iam suo loco diximus. Eadem autem vrbs sancta dicta est, quia Deo dicata fuit, & ab eo electa, & templum habebat, & sacerdotium: & Sodoma, propter peccata vocatur, sicut sacerdos, aut episcopus, & sanctus dicitur causa sacerdotij, & consecrationis, & sacrilegus, atque impius propter mores. Alterum argumentum hoc sibi iure dari postulat, Sodomam, & AEgyptum tẽpe mundi huius figuram portare, sed nunquam typum esse Ierusalẽ non probat, cum Isaias ciues Ierusalem appellauerit principes Sodomorum, & populum Gomorræ, sicut in eumdem locum Hieronymus ipse fatetur, similem etiam locum proferens ex Ezec. 16. vbi Ierusalẽ dicitur: Pater tuus Amorræus, & mater tua Chethæa. † Ego verò gentem Iudæorum familiam AEgypti planè vocatã esse puto apud Zach. c. 14: Et erit qui non ascenderit de familijs terræ ad Ierusalem, vt adoret regem Dominum exercituum, non erit super eos imber. Quod & si familia AEgypti non ascenderit, & non venerit, nec super eos erit. Negat enim descensurum imbrẽ gratiæ Sancti spiritus super eos, qui non venerint ad Ecclesiam, vt adorẽt Christũ. Deinde loquitur propriè de familia AEgypti, quasi de ea, quę maturius & frequẽtius ceteris venire deberet vt coniunctior cum Ecclesia, quod omninò soli Iudæorũ genti conuenit. Meritò ergo Dicit Iohannes: *Quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus*, Ideſt, quæ Allegoricè solet significari in Sodoma, & in AEgypto, quasi in figuris suis. Quod autem continuò addidit Hieronymus, vbicunque AEgyptus, & Sodoma, & Gomorra simul nominantur, mundum significari, quomodò ex verbis Iacobi comprobet, non intelligo.

De tribubus, & populis, & linguis. † De omnibus nationibus, quæ Antichristo ad hærebunt.

Per tres dies, & dimidium. Corpora iacebunt tanto tempore in sepulta, vt ab omnibus videantur, & nemo dubitare possit quin verè mortua fuerint, quò postea glorioſior, & mirabilior sit eorũ resurrectio. Arbitror autem tres dies, & dimidium, quibus ita manent cor-

pora continuò post ad resuscitanda, significare fidelibus Antichristi tyrannidem, & durissimam illam Ecclesiæ vexationem, atque bonorum occisionem non esse producendam vltra tres annos, & dimidium, iuxta illud Ezec. 4. Diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi, vt postea gloriã sperẽt, & resurrectionem.

Et inhabitantes terram gaudebunt. Dixi mus de habitantibus terram capite 8. numero 19. *Vers.* 10.

Et munera mittent inuicem. Sicut fieri solet in diebus festis, & in conuiuijs. *Vers.* 10.

Quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos. † Cruciabunt impios prophetæ reprehendendo acriter, & futuras, easdemque perpetuas calamitates comminando, præterea grauiter eos feriendo, atque puniendo, quos sibi obsistentes inueniebant. *Vers.* 10.

Spiritus vitæ à Deo. Spiritus viuificans à Deo missus, in quo animas eorum intelligit. *Vers.* 11.

Et steterunt super pedes suos. Surrexerunt verè viuentes, qui mortui iacuerant. *Vers.* 11.

Et ascenderunt in cœlum in nube. Glorificatis videlicet corporibus. Cui si quis putet illud aduersarij quod de veteribus sanctis scribit Paulus Heb. 11: Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt nõ sine nobis consummarẽtur, ideſt, consummationem beatitudinis, siuè gloriã corporis, acciperent: nequaquam aduersatur, quãuis in eo catalogo nominatus fuerit Henoch. Primò, quoniam paucorum priuilegiũ legi cõmuni non nocet, vt quod beatissima semper virgo Maria in cœlo glorioſum corpus possideat, nõ obstat legi, quam indicat Apostolus cum ait: Vt non sine nobis consummarentur, nec obstaret si verè idem probari posset de Iohãne Apostolo. Deinde quoniam cum post paucos dies futura sit resurrectio, non potest dici Henoch, & Eliam sine nobis consummari, simul enim fieri dicitur quod exigua mora interposita fit. † In eo autem, quod ait: In nube, Arethas hæc fere scribit: Semper nubes *Vers.* 11. *Nunc.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nubes ministrà essent Diuinis rebus, illisque familiaris est. Nam in nube est quedam obscuritas cum aliquo splendore, qui à refractione radij solaris perficitur, adeoque semper Diuinis manifestationibus attestando commiscetur, illud de signaris, quod Diuina hæc omninò nobis in certa sint, neque omninò manifestè præbentur, sed velut parùm huc illuc micantia per obscuritatem manifestantur: dux vbi incipsum sanè modum etiam nunc ministra sint nubes, assensus proprietarum in cœlum &c.

Ver. 13. *Et in illa hora factus est terræmotus magnus.* Vt magis eos redarguat impij, & pœnitentiam agant quòd tantis prophetis non crediderint.

Verſ. 13. Nomina hominum septem millia. De hac phrasi diximus cap. 3. nu. 4. & cap. 3. num. 4. & 5.

Verſ. 13. Et reliqui in timorem sunt missi. Reliquos dicit, qui superexerant in ciuitate, qui pœnas aliorum territi dederunt gloriam Deo cœli, ideſt, Deo altissimo, cum in cœlis regnaret: omnia subiecta sunt. Gloriam autem dederunt confitentes iusta esse eius iudicia, & iure occisos fuisse peccatores. Est autem probabile conuersos etiam eos fuisse, & pœnituisse eam egisse, vt inquit Haymo. At non omnes, sed electos intelligere debemus.

Verſ. 14. Væ secundum abijt. † Ex tribus væ, quæ prædixit cap. 8. aquila volans per medium cœli, iam transierunt primum, & secundum cum tubis quinti, & sexti angelis: nunc tertium superest, quod veniet septimo angelo tuba canente.

Verſ. 15. Et factæ sunt voces magnæ. Angelorũ, & animarum sanctarum.

Verſ. 15. Factum est regnum mundi huius Domini nostri, & Christi eius. [Hæc omnia, quæ ad tubam septimi angeli pertinent, per anticipationem hic scripta esse ostendi satis cap. 10. num. 19. & sequentibus.] Quoniam capit. 10. dictum est in diebus septimi angeli cõsummandum esse mysterium Dei, ideſt, iudicium vltimum futurum cum retributione integra bonorum, & malorum, iure nũc sancti præ lætitia vociferantur, & prædicant iam Deum patrem cum Christo suo vbique regnare, ideſt, destructum esse omnino regnum peccati, quod sancti sæpe optauerant, & orauerãt, ac nihil iam superesse quod Deo patri, & Christo subiectum non sit. Nam ante diem iudicij multis in locis, & in multis hominibus regnat Diabolus, & multi Deo subijci nolunt. Quod egregiè explanat Apostolus 1. Cor. 15. his verbis: Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Oportet autem illũ regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissima autem inimica destruetur mors, omnia enim subiecit sub pedibus eius. Et Hebr. 10. In sempiternum sedet in dextera Dei, de cætero expectãs donec ponatur inimici eius scabellum pedum eius. Et Hebr. 2. in eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit nõ subiectum ei. Nunc autem nec dum videmus omnia subiecta ei: &c. Hoc igitur nunc sancti clamant, omnia iam subiecta esse Deo, & Christo eius.

Verſ. 16. Ceciderunt in facies suas. Venerantes tantã maiestatem, atque ex animo ei congratulãtes quòd iam vbique regnatura sit. Hoc autem potissimùm decet viginti quatuor seniores, qui maiores sunt in cœlo, & magis Deum laudare debent, de quibus diximus ca. 4. nu. 13. & sequentibus.

Verſ. 17. Qui es, & qui erat. Vide horum verborum interpretationem cap. 1. n. 18. & sequentibus.

Verſ. 17. Quia accepisti virtutem tuam magnam. Et hoc iam exposuimus capite. 4. numero. 53.

Verſ. 18. Et iratæ sunt gentes. Videntes se inuitas rebus suis priuari, & occidi, & ad Dei iudicium rapi. Alludit ad illud Psal. 98: Dominus regnauit, irascantur populi: qui sedet super cherubim, moueatur terra.

Verſ. 18. Et aduenit ira tua. Quam hactenus repressera dissimulans peccata hominum vt pœnitentiam agerent: nunc iam omnes impios dignè plectes.

Verſ. 18. Et tempus mortuorum. Vt resurgant, & vindicentur de hostibus suis, quod tempus iussi sunt expectare capit. 6. donec impleretur numerus electorum.

Iudi-

Verſ. 18. Iudicatus est. Ideſt, tempus, quo iudicentur omnes mortui tam boni, quam mali.

Verſ. 18. Et exterminandi eos qui corruperunt terram. Subauditur ex principio: Et aduenit tempus exterminandi, διαφθεῖραι, id est, perdendi, vt diximus cap. 9. num. 12. eos, qui prauis doctrinis, prauisque moribus omnes homines corruperũt, & peccatis implenerunt.

Verſ. 19. Et apertum est templum Dei in cœlo. Significat ostensam sibi esse beatitudinẽ sanctorum, quanta futura sit, vt videlicet cognoscũ in hac vita ab homine potuit. Vtitur autem ad hoc, vt solet, similitudine veteris templi, in cuius penetralibus arca fœderis seruabatur. Intelligentur hæc rectè ex verbis cap. 21. quæ primo aspectu pugnare videntur cum his, non tamen pugnant, sed ea potiùs exponunt. Et templum (inquit de cœlesti Ierusalem) non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Non igitur negat templum esse in ea, sed quale sint apud nos, vt per ea deuotio in Deum excitetur. Templum, quod est in cœlo, est Deus ipse, & Agnus. Vt in Ierusalem nihil erat sacratius templo, ita in cœlo nihil est augustius Deo, & Agno. † Templum ergo apertum est cum Iohanni per illustriorem, & sublimiorem cognitionem, quam de Dei natura, & de humanitate Christi habuit, demonstratæ est quanta futura sint gaudia sanctorum, & vt doceat nos altissimam fuisse cognitionem, quam accepit, & vidisse se arcam Dei, quæ non licet homini loqui: dicit vitam esse arcam testamenti Dei in templo eius, hoc est, reuelata fuisse sibi magna, & recondita mysteria, nam arca erat in intima parte templi, quæ dicebatur Sancta sanctorum, & pariete, ac velo magno tegebatur, neque à quoquam videri poterat, nisi à summo sacerdote, idque semel in anno. At non dicit apertam fuisse arcam, aut vidisse se quæ in ea erant, quoniam, licet magna viderit ipsam tamen Dei naturam, vt a beatis aspicitur, non vidit. Arca, quæ erat in Sanctis sanctorum, dicta est arca restaurenti, siue arca fœderis, quod idem est, id est, legis, quoniam facta est vt in ea seruarentur tabulæ legis datæ Mosi.

Verſ. 19. Et facta sunt fulgura, & voces. Quemadmodum templum Dei apertum est, vt ostenderetur beatitudo sanctorum, ita etiam facta sunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando, vt indicaretur magnitudo pœnarum, quæ impios manebant, quandoquidem retributio bonorum, & malorum pertinet ad tubam septimi angeli. Quam obrem voces non quaslibet, sed terribiles, & ira, minisq; plenas intelligere debemus.

Argumentum. Cap. XII.

Videt mulierem stellis coronatam, amictam sole, lunã sub pedibus habẽtem, quæ parturiebat & draco magnus septiceps expectabat vt filium eius deuoraret, Michael, & angeli eius pugnant cum dracone, & angelis eius, eosque de cœlo deturbant in terram. Draco persequitur mulierem fugientem in solitudinem, quam cum comprehendere nõ posset, bellum magnum infert iis qui de semine eius erant.

Caput. XII.

1 *ET signum magnũ apparuit in cœlo: mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona*
2 *stellarum duodecim: & in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat. Et visum est aliud*
3 *signum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus eius*
4 *diademata septem: & cauda eius*

Universidad de Deusto
Biblioteca

trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram; & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cum peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est prœlium magnum in cœlo. Michael, & angeli eius prœliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terrã, & angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocẽ magnam in cœlo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorũ, qui accusabat illos ante cõspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinẽ Agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ, & mari: quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciẽs quod modicum tempus habet. Et postquam vidit draco quod proiectus esset in terram, persecutus est mulierem quæ peperit masculum: & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis a facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tamquã flumen vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem: & abijt facere prœlium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit supra arenam maris.

Vers. 1.

ET *signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole.* [Hæc est huius libri secunda para ea continens quæ in libro illo signato scripta erant, & tota ad Antichristum, & ad eius tempora pertinens, vt latius in fine cap. 10. explicauimus. Sed anticipatione hic vtitur, vt num. 23. dicemus.] Multi putãt ab illis verbis cap. 11. Et apertum est templum Dei in cœlo, nouam visionem incipere, cuius pars sit quod in hoc cap. 12. scriptum est. Sed planè verba illa pertinẽt ad tubam septimi angeli, quia de bonorum, & malorum retributione sunt, vt iam exposuimus, idemque omnino sentisse Arethas videtur. Rectè igitur caput incipit cum noua visione penitus diuersa à præcedente, vt prudenter animaduerterunt qui libri huius capita diuiserunt. Quamuis vidi quoque in codice manu scripto caput duodecimum incipere ab illis verbis: Et apertum est templum Dei: verùm hoc alia exemplaria imitata non sunt. Est autem in hac visione magna, & difficilis quæstio, quænam hæc mulier sit amicta sole, Ecclesia ne, an beatissima semper virgo Maria: nam de altera duarum omnes hoc dictum putant, & res ipsa indicat nullã præterea posse excogitari, in quam quæ hic

Quæsit ma mulier ami ta sole.

hic dicuntur, conuenire possint. Beatissimæ virgini optimè illud conuenit, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. Et illud: Et peperit filium masculũ, qui recturus erat omnes gẽtes in virga ferrea. &c. At illud cõuenire non potest: Et clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat. Nec illud: Et mulier fugit in solitudinẽ, vbi habebat locũ paratum à Deo, vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta, & alia huius modi. † Rursus de Ecclesia non videtur dici posse: Et peperit filiũ masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, nõ enim ipsa genuit Christum, sed per verbum Christi genita est. Præterea, si mulier est Ecclesia, id est, collectio fidelium, quomodò draco, cum ei nocere nõ posset, versus est ad prœliandum cum alijs, qui sunt de semine eius, vt in calce capitis legimus? constat siquidem hos, quibus cum prœliaturus dicitur, ipsam esse Ecclesiam. Nihilominus Historico sensu, quẽ semper quærimus, enarratores huius loci ferè omnes consentiunt in muliere Ecclesiam intelligi: idq; pro certo habendum est, nam qui de sancta Virgine interpretantur, Allegoricum sine dubio sequuntur. [Andreas Cæsariensis ait quosdam existimasse hanc mulierẽ esse matrem Dei. Sed magnus (inquit) Methodius de Ecclesia accepit, quæ de ea dicuntur minimè congruere cum Diuina generatione arbitratus. Deinde eiusdem Methodij verba refert ex libro, cui nomen est Symposium, id est, conuiuium, in hunc modum. Mulier amicta sole est Ecclesia. Quod autem nobis est, vestis, hoc illi lumen, quod nobis aurum, aut perlucidus lapis, hoc illi astra, astra autem meliora, & fulgentiora. Et posteà idem Methodius: Non oportet putare Christum esse qui gignitur, multò enim ante Apocalypsin impletum fuit mysterium incarnationis Verbi. Iohãnes autem de præsentibus, & futuris vaticinatur. Et post hæc: Itaq; necesse est fateri Ecclesiam esse eam, quæ parturit eos qui redimũtur.] Quomodò autem omnia in Ecclesiam quadrent, suis locis explicabitur.

At longè difficilior quæstio est, vtrũ de Ecclesia in primo statu, hoc est ante aduentũ Christi, vel certè in ipso aduẽtu primo, sermo sit, an in eo statu quem extremo mundi tempore habitura est; quod plurimùm refert ad exactam visionis intelligentiam. † Plerique de Ecclesia in primo statu explicant. At si accuratiùs omnia inspicianus, fortasse non erit dubium omnia ad vltimum Ecclesiæ tempus esse referẽda. Primùm quoniam iam dudum sermo est Apostolo de signis, & calamitatibus extremorũ temporum, nec opus erat, nec conuenire videbatur, in prophetia præsertim, quæ præcipuè de futuris est, nunc ad Christi natiuitatem, & prima tempora redire. Deinde quoniam continuò ferè ait: Et visum est aliud signum in cœlo: & ecce draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem, quæ planè ad tempora proxima Antichristo spectant, vt mox in eorum explicatione videbimus. Præterea illud: Et mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locũ paratum à Deo, vt ibi pascãt eam diebus mille ducentis sexaginta, totum de tempore Antichristi est. Illud etiam: Michael, & angeli eius prœliabãtur cũ dracone. &c. de pugna vltimi tẽporis dictum est, vt posteà apertè ostẽdemus.

De quo statu, siue tempore Ecclesiæ hæc intelligãtur.

4 † *Mulier* ergo Ecclesiam significat, quæ cur dicatur amicta sole, & lunam habere sub pedib⁹, Gregorius. 34. Mor. cap. 7. his verbis explicat: In sole verò illustratio veritatis, in Luna autem, quæ menstruis suppletionibus deficit, mutabilitas temporalitatis accipitur. Sancta autem Ecclesia, quia superni luminis splendore proregitur, quasi sole vestitur: quia verò cuncta temporalia despicit lunam sub pedibus premit. &c. Eadem est omnium expositorum explanatio. Ex qua facilè intelligitur cur signũ hoc factum dicatur *in cœlo*. Nam si sole amicta erat ostendenda, & lunã sub pedibus habens, necessariò fuit in cœlo ostẽdẽda, vbi est sol, & luna. Atque hoc altitudinẽ dignitatis, & sanctitatis Ecclesiæ indicat, & propterea in cœlo videtur, quia conuersatio eius in cœlis est, semota à tenebris errorum mundi, & supra humana sese attollens. Quod si quis obijciat, Ecclesiam non esse quasi Ideam Platonis, sed fideles omnes Ecclesiam vocari, multosq;

in eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eis esse terrenos homines, & ab spiritualibus bonis, ac desiderijs abhorrentes, immo plures multò ijs, quorum cõuersatio in cœlis est, ita occurremus: dici quidem hæc de Ecclesia, non tamen pro omnibus membris, sed pro electio
5 ribus. † Nec hoc satis est ad rem explicãdam, sed illud addendum, nõ tam hæc dici de his, vel illis hominibus, quã de ipsius Ecclesiæ instituto, id est, de eius legibus, & fine, quem sibi proposuit, ac denique de vitæ ratione, quam tradit, & quam omnes suos filios habere vult. Quemadmodũ si nunc statũ sacrarum religionum, aut vniuscuiuslibet earum describeremus, vitæ genus quoddam esse definiremus cœleste, longeque ab humanis vitijs, & à terrenis desiderijs semotum, atque Dei cultui, laudibusque omninò dicatum. Talis certè religio est, & ad hoc institura est, hoc docet, hoc teneri, atque obseruari vult, etiam si multi sint in ea, qui aliter viuãt. Ad hunc modum intelligẽda sunt quæ nunc Ecclesiæ tribuuntur, plurimaque hinc in prophetarũm libris aperiũtur, quæ de Ecclesiæ felicitate tempore legis gratiæ, siue de sanctitate in ea futura, scripta sunt. Vt Isa. 11: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer parutulus minabit eos. Vitulus, & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum, & leo, quasi
6 bos, comedet paleas. † Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, mittet manum suam. Non nocebunt, & non occident in vniuerso mõte sancto meo. Huiusmodi sunt multa Isa. 65. Iere. 31. Ezec. 34. Hos. 2. & 14. & Zach. vltimo, & passim in omnib' prophetis. Licet etiam eadem verba ita interpretari, vt sol Christum significet, quo amicitur Ecclesia, quia per Baptismum eum induit, (sicut ait Apostolus Gal. 3: Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis,) & ei adhæret, atque ab eo protegitur, indeque luce bonorum operum fulget, luna autem clarior est ceteris stellis, sed lumen accipit à sole, & minor eo est. Ecclesia ergo lunam habet sub pedibus, quia Christo adhærens, & ei se tradens, quidquid eo minus est, despicit, ideſt, non adhæret amore creaturis, sed solùm amat creatorem, à quo illuminatur, cetera autem omnia propter eum, & vt ipse docet esse amanda, amat.

Et in capite eius corõna stellarum duodecim. Duodecim stellæ duodecim Apostoli sunt, qui in cœlo positi, ideſt, cœlestem vitam agentes, tenebras huius sæculi splendore doctrinæ, & vitæ suæ illustrarunt. Et quoniam ipsis, tamquam stellis lucidissimis, nascens Ecclesia ornata est, meritò dicitur habere coronã in capite stellarum duodecim, caput
7 enim pro initio ponitur, quia primum membrum corporis est. † Quæ locutio frequens est apud Hebræos, vt Psal. 39: In capite libri scriptum est de me. Psal. 117: Hic factꝰ est in caput anguli. Apud Latinos quoque frequens est; inde à capite arcessere, & à capite repetere, & similia. Sed cur duodecim stellis coronata dicitur, cum extra hunc numerũ sint Paulus, & Barnabas magna huius coronæ ornamenta? Respondeo hunc numerum Apostolorum signari, quoniam à Domino electus est primùm, atque idcirco mutandus non fuit propter duos, qui additi sunt, præsertim cũ more Scripturæ, atque vulgari, in maiori summa minor quoque intelligi soleat, vt docet Augustinus Quæst. 42. in Exodum. Lxx enim & duo fuerunt discipuli Domini, totidemque interpretes veteris testamenti, qui tamen Lxx dici solent. Adde quod hic numerus vniuersitatem quamdam complectitur, vt ostẽdimus cap. 4. num. 20. Sed causam hãc potissimam esse censeo, quòd vbi certo numero ad aliquod officium eligũtur, vbique obseruari videmus, vt etiã si pauci posteà addantur, prior ille numerus maneat immutatus, quemadmodum in nonnullis Hispaniæ ciuitatibus viginti quatuor senatores primùm creati sunt, deinde, etiam si plures sint, quicunque illorũ dicitur viginti quatuor,
8 aut vigesimus quartus. † Ita Iansenius in Concordia Euangelica, cap. 146. putat collegium Apostolorum post Iudæ discessum dictum esse collegium vndecim, atque ideo, quamuis Thomas aberat, dictum esse à Luca, cap. 24: Et inuenerunt congregatos vndecim. Et Paulus, 1. Cor. 15. ait: Post hoc apparuit vndecim, pro quo in Græco est, duodecim; quam lectionem Augustinus. 3. de Consensu Euangelistarum, cap. 25. mutare non audet. Iud. 9. etiam legimus: Et occidit fratres suos filios Ierobahal septuaginta viros & tamen huic numero duo deerant, Ioathan, & ipso Abimelech: sed quoniam. lxx. vulgò dicebantur, numerus mutatus non est. Denique Apoc. 21. legimus: Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorũ Agni: & omnes vsque in hodiernum diem semper duodecim Apostolos dicimus.

Caput pro initio.

Apostoli cur sæpe dicantur duodecim.

Verſ. 2. *Et in vtero habens, & clamabat parturiens.* In Græco est. *Et in vtero habens clamat parturiens, & cruciatur vt pariat*; atq; ita legisse videntur Andreas, & Beda. [At alij codices Græci, ita habent vt est in nostra Translatione, & ita legit Arethas.] Primasius etiam nostram lectionem magis sequitur, legit enim: Et erat prægnans, & clamabat. &c. Sed nihil refert, cum sit sensus idem. Iuxta nostram lectionem clausula prioris sententiæ est: Et in vtero habens; & noua incipit cum ait; Et clamabat parturiẽs. Vt sit sensus: Mulier apparuit amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in vtero habens. Cur autem *In vtero habens* dicatur, aut prægnans, vt est apud Primasium, ex sequentibus intelligetur. *Et clamabat parturiens*: quoniam extremis temporibus Ecclesia filios, quos Deo paritura est, nõ sine magnis dolo-
9 ribus pariet. † Clamabat igitur præ dolore, & cruciabatur vt pareret, id est, vehementer affligebatur causa pariendi, aut donec pareret. Hoc propterea dicit quòd eo tempore magna erit falsorum doctorum, & præcursorum Antichristi copia, & multi, potentesq; Ecclesiæ, & catholicæ veritatis, religionisq; oppugnatores, ita vt ex infidelibus pauci tunc venturi sint ad Ecclesiam, atque ex ipsis Christianorum infantibus pauci sint baptizandi parentibus à religione, & ab Ecclesia abhorrentibus. Qui autem siue ex his, siue ex illis baptizabuntur, magnis cum laboribus, & doloribus, & persecutionibus filiorum Ecclesiæ, & prædicatorum veritatis, quos tunc Deus maximos mittet, baptizabuntur, multùm cruciabuntur antequam hoc perficiant. [Andreas: Cruciari dicimus Ecclesiam secundùm singulos eorum, qui ex aqua, & spiritu regenerantur, donec formetur Christus in illis, vt ait Apostolus.] Vt igitur illorum temporum peruersitatem, & & tenebras errorum intelligamus, ea, quæ præcesserunt de dignitate Ecclesiæ, posita sunt, quasi diceretur: Cum sit Ecclesia, quæ vera luce Dei illustratur, & in qua homines liberi sunt, quia terrestria cõculcant, cum sit hæc Ecclesia, quam Apostoli erudierunt ab initio, & quæ in fide & doctrina ab eis accepta semper mansit, paucos tamen tũc filios pariet, eosque non sine magnis doloribus.

Gala. 4.

10 *Et visum est aliud signum in cœlo.* † Signũ hic appellat, vt in principio capitis, rem mirabilem, & prodigiosam, vt in Euangelijs passim videmus. Cum autẽ hoc signum de Diabolo sit quærente filios Ecclesiæ deuorare, miru est cur in cœlo visum esse dicat. Sed hoc ex præcedentibus intelligetur. Si enim mulier in cœlo ostenditur propter doctrinæ altitudinem, vitæq; sanctitatem, & ibi paritura erat, necesse erat draconem eius fetui insidiantem in cœlo videri. Præterea cum ipse semper obseruet, & capere cupiat viros sanctitate præstantes, & vitæ cœlestis, qui stellæ dicuntur, vt mox videbimus, & inter eos versetur, iure apparet in cœlo.

Verſ. 3.

Et ecce Draco magnus rufus. Draco dicitur Diabolus propter venenum, quo animas occidit, *Magnus*, quia vires magnas habet ad nocendum, & quia fraudes, ac modos multos capiendi homines nouit. *Rufus*, propter crudelitatẽ, & cædes, quas fecit, quia homicida erat ab initio, vt ait Dominus Ioh. 8. Rufus enim color sanguineus est.

Verſ. 3.

Habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata septem.
11 † Iam hoc ita manifestum est pertinere ad tempora proxima Antichristo, & ad tempora ipsius Antichristi, vt nemo, qui Scripturam attente legat, negare possit. Hanc enim, aut similẽ bestiã vidit Daniel cap. 7. Post hæc, inquit, aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia

quarta;

Universidad de Deusto
Biblioteca

quarta, terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, &c. & habebat cornua decem. Et posteà: Porrò cornua decem ipsius regni decem reges erunt. [Hæc, quoniam ex ipsis pendet fere tota sequentium capitum intelligentia, & ab enarratoribus penè prætermissa esse video, semel sunt à me vberiùs explicanda. Augustinus quidem lib. 20. de Ciu. cap. 23. vereri se dicit ne in decem regibus, quos tamquam decem homines videtur inuenturus Antichristū, fortè fallamur, atque ita ille inopinatus aduenias non existētibus tot regib⁹ in orbe Romano. Quid enim (inquit) si numero isto denario vniuersitas regum significata est, post quos ille venturus est. &c. Sed hoc verendum non est, cum semper decem dicantur, & tres vincendi memorentur. Sciamus ergo vniuersi orbis imperium penes decem reges tantum futurum cū veniet Antichristus.]Hi ergo sunt decem illi reges, quos verbis his prænuntiauit Daniel, & nunc prænuntiat Iohānes. Qui cum venerit, tres eorum vincet, ceteros sibi sponte cedentes assumet, & solus dominabitur, ita enim ait continuò: Et alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Vt autem non dubitemus eum esse Antichristum, addit: Et sermones contra Excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret, & putabit quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Hieronymus in illud Dan. 7: Et habebat cornua decem; scribit hæc: Ergo dicamus quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt; in cōsummatione mundi, quando regnum destruēdum est Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se diuidant, & vndecimum surrecturum esse regem paruulum, qui tres de decem regibus superatur⁹ sit, idest, AEgyptiorum regem, & Africæ, & AEthiopiæ, sicut in consequentibus manifestius docemus. Quibus interfectis etiam septē alij reges victori colla submittent. &c. [De hoc Irenæus lib. 5. Aduersus hæreses, cap. 25. hæc scripsit: Daniel autem

Decem reges futuri cū veniet Antichristus.

nouissimi regni finem respiciēs, id est, nouissimos decem reges, in quo diuideretur regnum illorū, super quos filius perditionis veniet, cornua dicit decem nasci bestiæ, & alterum cornū pusillū nasci in medio ipsorum, & tria cornua de priorib⁹ eradicare à facie eius. Deinde refert omnia, quæ ex Daniele retulimus. Et cap. 26. ait: Manifestiùs adhuc etiam de nouissimo tempore, & de ijs, qui sunt in eo, decem regibus, in quos diuidetur quod nunc regnat imperiū, significauit Iohannes Domini discipulus in Apocalypsi edisserens quæ fuerint decem cornua, quæ à Daniele visa sunt, dicens sic dictum esse sibi: Decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum non acceperunt, sed potestatem quasi reges vna hora accipient cum bestia, hi vnam sententiam habēt, & virtutem, & potestatē suam bestiæ dant. Hi cum Agno pugnabūt, & Agn⁹ vincet eos, quoniam Dominus dominorum est, & rex regum. † Manifestum est itaque quoniam ex his tres interficet ille qui venturus est, & reliqui subijcientur ei, & ipse octauus in eis, & vastabunt Babylonem, & comburent eam igni, & dabunt regnum suum bestiæ, & effugabūt Ecclesiam. Et posteà ait hos decem reges in fine mundi futuros, esse decem digitos pedum statuę Danielis. Videmus decem reges ab Ironæo poni, & cornua decē bestiæ quartæ Danielis eadem affirmari cum decē cornibus bestiæ Apocalypsis. Hippolytus martyr in Oratione de Cōsummatione mundi, de statua illa loquens, quę est apud Danielem cap. 2. hæc scribit: Siquidem decem digitis pedum imaginis mysticè significauit decem reges in de exortos: quod Daniel est interpretatus. Considerabam enim (inquit) bestiam, quartam videlicet: & ecce decē cornua post eam. In quibus ascendit alterum cornu tamquam pullulus, ac tria se priora eradicabit. Quod cornu demonstrat pullulum alium non esse, nisi Antichristum, qui suscitabit regnum Iudæorum. Tria cornua, quæ ab eo radicitus euellentur, tres reges indicant, AEgypti, Lybiæ, AEthiopum, quos deleturus est acie bellica: quibus omnibus potitus, iam tyrannus formidabilis sanctos

Apoc. 17.

Dan. 2.

sanctos affliget, ac persequetur insurgēs
13 in eos, &c. † Lactantius cum dixisset regnum Romanorum sublatum iri ex orbe, hæc addit lib. 7. cap. 16. In primis multiplicabitur regnum, & summa rerum potestas per plurimos dissipata, & concisa minuetur. Tunc discordiæ ciuiles in perpetuum ferentur, nec vlla requies bellis exitialibus erit, donec reges decem pariter existant, qui orbem terræ non ad regendum, sed ad consumendum, partiantur. Hi exercitibus in immensum coactis, & agrorum cultribus destitutis, quod est principiū euersionis, & cladis, disperdent omnia, & comminuent, & vorabunt. Tum repentè aduersum eos hostis potentissimus ab extremis finibus plagæ Septentrionalis orietur: qui tribus ex eo numero deletis, qui tunc Asiam obtinebunt, assumetur in societatem à ceteris, ac princeps omnium constituetur. Hic insustentabili dominatione vexabit orbem. &c. Ab extremis finibus plagæ Septemtrionalis venturum dicit Antichristū, quoniam veniet ex vrbe Dan, vt diximus cap. 7. nu. 13. & sequentibus. quæ erat in extremis finibus terræ promissionis ad Septemtrionē. Theodoretus quoq; in Danielem Oratione septima, veteres patres secutus in illud cap. 7: Et habebat cornua decē: Significat, inquit, hoc loco fore, vt circiter regni finem decem simul exurgant reges, quorum alij potentes erunt, alij admodum imbecilles. Hoc enim in imaginis quoque somnio docuit: namque illic digiti pedum decem erant, quorum pars ferrea, pars fictilis. † Quod beatus Daniel
14 interpretās dixit, partem quidem regni robustam fore, partē verò imbecillem: ita vt apertè constet eadem vtroque somnio significari. Et in illud: Et alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit, inquit: Perspicuum igitur ita prædicere, fore vt decē circa finem simul exurgant, & postremus Antichristus exoriatur, regnumque obtinere contendat: quem cum ipsis bellaturum, ac tres ex ipsis euersurum asserit. &c. Prosper Aquitanicus in libello, cui nomē fecit Dimidium temporis, cap. 7. licet aliter etiam exponat, eandem sententiam sequitur, & huic capitis parti titulum præfixit: De decem regibus, quos Antichristus muniet.] Sed qd indicati scriptores dicunt de regno Romanorum, quia illud iam nullum est, nos de vniuerso orbe intelligere possemus, cui Romani imperarunt. [Sed cōiectura multum ducor vt Romam ad pristinam gloriam redituram esse ante tempus Antichristi dicam, & eius imperium tunc in decem reges esse diuidendum. De quo plura dicemus infra cap. 14. num. 50. & sequētibus.] Et quoniam vniuersæ terræ homines relictis suis regibus ad hos decem venient, & tandem ad septem, & mox ad vnum Antichristū, dictum est. 2. Thes. 2: Nisi venerit discessio primum. &c. Quod autem Hieronymus dicit de tribus regibus, legimus Dan. 11: Et mittet tabernacula suā in terras, & terra AEgypti non effugiet, &c. Per Lybiam quoque, & AEthiopiam transibit, &c. vbi iterum hoc cōfirmat Hieronymus.
15 † Idem Iohannes infra cap. 13. ait: Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem: & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. Idem interpretatur capita, & cornua cap. 17. in hunc modum: Et decem cornua, quæ vidisti, decem reges erunt qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tamquam reges vna hora accipient post bestiam. Hi vnum consilium habent, & virtutem, & potestatem suam bestiæ tradēt. Hi cum Agno pugnabunt, &c. Septem capita etiam interpretatur paulò ante: Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet: & reges septem sunt, &c. Quare meritò dicit: Et in capitibus eius diademata septem. Et quoniam hi reges persecuti sunt, & persequetur Christianos, & blasphematuri sunt aduersus Christum, & Deum, & sanctos eius, & nomina assumpturi gloriæ Christi aduersa; vt si dij & ipsi vocari velint, aut vindices veræ libertatis, aut propugnatores veræ religionis, aut nuntij Dei, quasi profitentes se velle euellere errores quibus homines vsque ad illud tempus fuerant imbuti, aut similia quæ is dixit cap. 13: Et super capita eius nomina blasphemiæ † Quæ omnia eodem

Locus. 2. Tessa. 2.

in cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cap. num. 10. & sequentibus, quantùm licebit explicabimus Deo fauente. Nunc satis sit Diabolum ita describi, quoniam per hos reges, qui de corpore eius sunt, & per eorum potentiam maximam pugnabit aduersùs Ecclesiam.

Vers. 4. *Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum.* Et hoc manifestissimè dicitur de tempore Antichristi, & de proximo illi, quo Diabolus ita erit potens, vt plurimos ex viris sanctis superaturus sit, & secum ducturus, tracturuſq; in terram id est, à cœlesti vita ad terrestrẽ, & turpibus voluptatibus deditam. Nam hos vocat stellas, quoniã in cœlo fixi videbantur, & ex alto virtutum vertice lumen alijs præbere. Hoc ita intelligi debere manifestissimum fit ex Dan. 8. vbi de cornu, quod typus erat Antichristi, hæc scribit: Et magnificatum est vsq; ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. Origenes Tract. 30. in Matth. citat hæc verba, & stellas quidem ita interpretatur, vt diximus. Sed cur dicantur trahi cauda draconis ita explicat: Existimo enim, quoniam qui debet audire: Post Dominum Deum tuum ibis, & Venite post me, & ad hæc quidem obstruit aures suas, peccatum autem sequitur, trahitur à cauda draconis vadens post
27 eum. † Gregorius verò 32. Mor. 6. 14. hæc eadem verba sic exponit: Sed draconis cauda in terrã stellas deiecit, quia illa Satanę extremitas per audaciam assumpti hominis (Antichristi) erecta, quosdam, quos velut electos Dei in Ecclesia inuenit, obtinendo reprobos ostendit. &c. Deinde stellas eodem modo interpretatur, & locum profert ex Daniele, quem iam retulimus. Sed vt ex verbis citatis, facilè cognoscitur, & ex ijs, quæ paulò ante, & paulò post dixit exponendo illud Iob. 40: Stringit caudam suam quasi cedrum, in cauda intelligit Antichristum, quoniam est extrema pars draconis, idest, corporis Diaboli. Quæ expositio ingeniosa mihi videtur, & elegãs. Quod si quis putat maiorem multitudinem, quam quæ tertia parte significatur, ab Antichristo esse peruertendam, animaduertat non de vniuersis Christianis nunc verba fieri, sed de ijs, qui tanta inter ceteros præstant sanctitate, vt stellæ dici mereantur, ex quibus tertiam partem vinci posse, satis mirabile est.

18 *Et draco stetit ante mulierem.* † Non solum perdere cupit iam genitos, & educatos, sed diligentissimè tũc dabit operam vt deuorer nascentes. *Vers. 4.*

Et peperit filium masculũ. Fortes enim viros esse oportet, & verè masculos, quos tunc pariet Ecclesia, vt tantæ inimicorum potestati, & persecutionum magnitudini resistere valeant. [Andreas: Masculus autem filius, Ecclesiæ populus voluptatibus indomitus. &c.] Sed filium dicit potiùs quam filios, seruata partus muliebris proprietate, quo plerunque vnus effundi solet. Deinde etiam aut paucitatem indicare voluit eorum, qui tunc nascentur, si comparetur cum multitudine peruentium: aut certè filium dixit, quoniã idem est de vno, & de multis iudicium, & vt vnum draco deuorare cupit, ita etiam omnes, qui ex Ecclesia nascẽtur, appetet vt deuoret. Simile est illud Matth. 22: Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. In vno multi significantur, sed satis fuit vnum dicere, quoniam idẽ de ceteris intelligendum est. *Vers. 5.* *Locus Matth. 22.*

19 *Qui recturus erat gentes in virga ferrea.* † Videntur hæc non nisi ad Christum referri posse, sicut & quod statim sequitur; atque ideo Arethas, & nõnulli alij ad eum tantùm referunt. At multi etiã referunt ad electa eius membra, vt Anſbertus, & Haymo, & Ambrosius. Sed autores citare non est necesse, cũ Christus ipse planè hoc doceat cap. 2. dicẽs: *Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur.* Quæ quoniam suo loco copiosè explicauimus; num. 43. & sequentibus, hoc tantùm dicimus, per hæc indicari quos nam intelligere debeamus in filio masculo, quem mulier peperit, nẽpe electos, qui simul cum Christo iudicabunt nationes, & damnabunt, punientque Christi aduersarios. *Vers. 5.*

Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius. Maximam eo tempore futuram Diaboli, & membrorum eius per- *Vers. 5.*

persecutionem in eos, qui tunc conuertentur, & baptizabuntur, satis ostẽsum est illis verbis: Et draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum pe-
20 periſſet, filium eius deuoraret. † Quoniam igitur qui tunc nascentur, cùm blanditijs, & promissis, tùm etiã omni tormentorum genere tentabuntur, ac demiq; paulatim occidentur, aut laboribus, & calamitatibus defatigati morientur, rectè ait: *Et raptus est filius eius ad Deum*, per mortem scilicet, vt meliùs cæteris exposuit Ambrosius, ij enim vi dẽtur esse, de quibus cap. 7. dictum est: Quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. [Andreas: Rapiuntur quidem & hic in tentationibus sancti. &c.] Quod addit: *Et ad thronum eius*, putabit quis soli Christo conuenire, qui sedet ad dexteram patris, sed de omnibus electis rectè dici fatebimur, si recordamur quod cap. 3. scriptum est: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Rapti ergo dicuntur ad thronum Dei, quia è tormentis, & tentationibus, quasi è draconis faucibus, erepti in cœlum sublati sunt vt sint heredes Dei, coheredes autem Christi, id est, eiusdẽ gloriæ participes.

21 † Sed hoc in præsentiarum quæritur, cur hæc Iohannes verbis exposuerit adeò ambiguis, vt non ijs, dequibus dicuntur, conuenire videantur, sed Christo: quod tantum negotij attulit expositoribus, vt alij de Christo ipso dici putarent, alij & quidem multi, ita interpretarentur, vt dicerent Ecclesiam parere Christum eum parit electos; hæc primùm de Christo dicta existimantes. Mihi sanè longè alia sententia est, ita enim hæc dicta puto, vt nullo modo ad Christum referri queant. Primùm quidem, quoniam cum de partu extremi temporis sermo sit, vt suprà demonstrauimus, nihil necesse erat subitò ad Christi natiuitatem transire. Deinde, quoniam Ecclesiam parere Christum in electis, multum Allegoricum est, nunc autem Historiam quærimus. Verùm, quoniam si verborum proprietatem spectemus, non potest de Christo dici: Vtcũ peperisset, filiũ eius deuoraret, neque enim Christum deuorare poterat, quę vincere, aut subijcere sibi non poterat, quãm occidi fecerat. Et enim sanctos, de quibus nunc loquitur, occidi fecit, sed non deuicauit, raptì siquidem dicuntur ad Deum, non deuorati: quod enim deuoratur, intra corpus mittitur deuorantis. Ne illud quidem in Christum quadrat: *Et raptus est filius eius ad Deum.*
22 † De Henoch quidem, & de Elia rectè hoc diceretur, qui quasi vi quadam externa, & nihil agentes aliena virtute sublati sunt, Christus autem propria virtute ipse ascendit, aut quatenus homo, assumptus à Deo est, non raptus. Deinde filius mulieris raptus dicitur, quasi liberatus, & ereptus ex insidijs, & cruciatibus draconis, ita enim rapi dicuntur qui ab imminenti periculo liberantur, vt Sapien. 4: Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. 2. Timo. 3: Quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. At Christus cum assumptus est ad Deum, & ad thronum eius, non est raptus ex insidijs draconis, quoniã nihil iam pati poterat à dracone, sed vitam habebat immortalem, cui draco nocere nullo modo poterat. Attamen hoc etiam dico, prudentissimè Iohannem vsum fuisse verbis, quæ possint omniaciuteqid Christum accommodari, in consolationem sanctorũ, qui tunc patientur, vt videant Diabolum eadem fere conatum fuisse in Christum, atque id eumdem in illos exitum manere passionum, vt sicut socij fuerunt dolorum, & persecutionum, ita sint & gloriæ. Nam & Christum recens natum perdere Diabolus voluit per Herodem membrorum suũ, & post mortem assumptus est in cœlum, & sedet ad dextras Dei.

23 *Et mulier fugit in solitudinẽ.* † Qui prio- *Vers. 6.*
ra de beata virgine, & Christo exponebãt, hic hæreses & expositionem mutare cogũtur, quoniam de Sancta Dei genitrice hęc nulla ratione exponi posse videntur. Quæ Andreas, & Arethas, mea sententia, multo melius reliquis explanarũt in hunc modũ. Mulieris fuga ad desertum significat electorũ fugam, qua in Antichristi aduentu facto per operationem Satanæ, fugient præcipui

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnium, qui in Ecclesia fuerint, à similibus turbationibus, mundanisq; voluptatibus fugientes annos tres, & dimidium, &c. Magnitudo igitur persecutionum Antichristi prænuntiatur, quarum timore magna pars fidelium ad deserta confugiet, donec finiatur regnum, & vita Antichristi, vt apertius postea explicauit Andreas Cæsariensis. Verùm hæc per anticipationẽ dicta sunt, non enim tunc fugit mulier in desertum, sed postquam draco proiectus est in terram victus à Michaele, sicut paulò post ait: Et post quam vidit draco quod proiectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum, & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum. &c. Nec tamen omnes simul, atque in eumdem locum fugere putandum est: sed cum in hac regione Antichristus, aut eius ministri persequentur Ecclesiam, fugiet illa in loca tutiora, atque ita in alijs regionibus.

Vers. 6. *Vbi habebat locum paratũ à Deo.* † Tutum videlicet, vbi ab Antichristi ministris aut non quæreretur, aut non inueniretur. 24

Vers. 6. *Vt ibi pascant eam.* Ita legendum est, non, Pascat, vt ex Græco, atque ex Andrea, alijsque expositoribus intelligitur. Loquitur autem de episcopis sanctis, & prædicatoribus veritatis, qui cum illis, qui fugient, versabuntur in solitudine, & eos verbo Dei pascent, & munient aduersus insidias Diaboli, & omnia tolerãda exhortabuntur.

Vers. 6. *Diebus mille ducentis sexaginta.* Totidem dies dati sunt prædicationi Henoch, & Eliæ, vt vidimus cap. 11. quare omnino ab illis etiam ex parte pascẽda videtur, qui tamen altos habebunt adiutores; vt & Ecclesijs consulant, & Iudæorum conuersioni non desint. Sed cum hi dies tres annos, & dimidium integros non conficiant, quibus regnaturus est Antichristus: hoc mihi videtur significari, aut iustos non ipso primo die regni Antichristi fugitiuos esse in solitudinem, sed paulò post apertis illius iniquitatem, & potentiam cognoscentes: aut certè cum capientur Henoch, & Elias, latebras relicturos, & exemplo illorum confirmatos in mortem, & in periculà ruituros. † Verùm huic expositioni aduersari videtur quod de eadem re posteà scribit Apostolus in hoc ipso capite: *Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Illudque simul refelli videtur, quod diximus capit. 11. num. 15. dies numerari, quoniam non erant integri anni, neque menses: Videmus enim iam idem temporis spatium per annos, & menses computari. Respondeo vtrumque verum esse, quoniam fortiores, & caritate feruentiores solitudinem relinquent, cum Henoch, & Elias occidentur, timidiores adhuc manebunt in solitudine, donec compleantur tres anni cum dimidio, id est, donec audiant mortuum esse Antichristum, quod probabilissimum esse nemo non videt. Cum igitur Ecclesia ex his, & illis constet, meritò vtrumque dictum est. 25

Vers. 7. *Et factum est prælium magnum in cœlo: Michael, & angeli eius, &c.* [Et quæ in hoc capite præcesserunt, & quæ hinc vsque ad finem illius sequuntur, per anticipationem dicta intelligenda sunt: non enim fient nisi regnante Antichristo, & draconе per eum efficiente. Sed quia prius loqui oportebat de dracone, qui excitabit Antichristum, & in regno collocabit, vt videbimus cap. 13. voluit Apostolus summatim perstringere quidquid draco aduersus Ecclesiam facturus erat, explicaturus capite sequenti, & alijs sigillatim quomodo per Antichristum faciet.] In Græcis codicibus non legitur, Magnum, neque apud Arethã, aut Tyconiũ Hom. 9. aut Primasium, neq; apud Gregoriũ Hom. 34. in Euang. neq; apud Victorinũ, neq; legendum videtur. † Hoc prælium vulgus initio mundi factum putat cum Diabolus, & angeli eius è cœlo ejecti sunt, sed sine dubio pertinet ad extrema tempora, quibus Diabolo & angelis eius superbiæ, atq; malitiæ sectatoribus seruietibus per Antichristum, & eius ministros in sanctos, Michael cum angelis suis pugnabit, aduersus 26

sus Diabolum eosdem sanctos orationibus suis, & exhortationibus, & omni opera sua adiuuans, vt fortiter resistant tentationibus, & insidijs Diaboli. Et quemadmodum angeli draconis dicũtur qui ei parent, eumque adiuuant ad nocendum hominibus: ita angeli Michaelis sunt ij, qui ad nos mittuntur ex inferioribus ordinibus, quibus præest Michael princeps Ecclesiæ, & quorũ opera vtitur ad adiuuandum, & ad confirmandum electos. Quod diximus ad finem sæculi hoc prælium pertinere, docet Gregorius Hom. 34. in Euang. dicens: Vnde & ille antiquus hostis, qui Deo esse per superbiam similis concupiuit, dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus, cum Michaele archangelo prælium cum Michaele archangelo. 27 &c. † Et Arethas apertiùs: Quum itaque Michael dux exercitus non tulerit Diaboli superbiam, & bellica virtute illum à sua in cœlo conuersatione iam olim abiecerit, rursum in aduentu Antichristi vnà cum Iudæis, & angelis sibi ministrantibus per tentationes aduersus fideles, & sanctos, perfectiùs excidet Diabolus, nempe ignominiosus redditus ab illius seruis, qui ipsum deiecerat. &c. Hoc ipsum est quod prophetauit Danie. capit. 12. de eisdem temporibus loquens: In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Cur hoc prælium *factum* dicatur *in cœlo*, difficillimum videtur explicatu: sed arbitror ex superioribus intelligi posse. Si enim mulier in cœlo videtur, & sancti viri in cœlo sunt propter insignem vitæ altitudinem, Diabolus aduersus eos pugnans, & ex illa altitudine deijcere nitens necessariò prælium facit in cœlo, [quod melius intelligetur infra. num. 30.]

28 *Et non valuerunt.* † Traxit quidem cauda tertiam partem stellarum, sed sublimiores, & perfectiores, id est, electos, nullo modo deijcere draco potuit.

Vers. 8. *Neque locus inuentus est eorum.* Hoc dicit quoniam victi sunt, & proiecti in terram, sicut ait continuò: Et proiectus est draco ille magnus, &c. non manserunt in cœlo, non potuerunt vincere electos, sed à Michaele, & angelis eius per eosdem electos proiecti sunt, & pugnare aduersus illos desierunt. Dicitur autem in Scriptura non inueniri locum alicuius, quando ipse in loco illo non inuenitur, vt Psal. 36: Vidi impium super exaltatum, & elouatum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Dan. 2: Quæ rapta sunt vento, nullusque locus inuentus est eis. *Locum alicuius inueniri.*

Vers. 9. *Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus.* Expressit vt potuit, interpres vim Græci articuli, ὁ δράκων ὁ μέγας, & cum posteà similiter dicatur, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, perinde intelligere debemus, ac si vertisset, Serpens ille antiquus. Draco dicitur propter ferocitatem, & crudelitatem, serpens verò propterea quod in silentio mordet, id est, tacitè, & quasi absque sensu eorum, quibus nocet, venenum 29 infundit. † Sed cum dicit, *Serpens ille antiquus*, ad primam patrum nostrorum tentationem alludit, ac si diceret, serpens ille, qui primos parentes perdidit, & ab initio sæculi filios eorum lædere, & perdere non desinit.

Vers. 9. *Qui vocatur Diabolus, & Satanas.* Diabolus Græcis, Satanas Hebræis. Diabolus, id est, calumniator, ab eo, quod est διαβάλλειν, Satanas id est aduersarius, & odio habens, à verbo שטן Hieronymus in illud Eph. 4: Nolite locum dare Diabolo: Diabolus Græcũ verbum est, quod Latinè dicitur criminatur, lingua verò Hebræa Satan appellatur, id est, aduersarius, siue contrarius. &c. Vult autem ex nominibus intelligi eius malitiã, & odiũ aduersũ humanum genus antiquũ, & damna quibus illud semper afficit, ac si diceret: Cum talis sit, & tam callidus, & potens ad *Vers. 9. Diabolus, & Satanas*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nocendum, tantumque nocere appetat, proijcietur, & electis Dei nocere non valebit.

Vers. 9. *Qui seducit vniuersum orbem.* Qui semper quærit omnes seducere, & ex omni conditione aliquos seducit, cuius ingenium, & officium est seducere homines. Eodem modo dixit Apostolus. 1. Thess. 3: Ne quo modo tentet vos is, qui tentat.

Vers. 9. *Et proiectus est in terram.* Coniunctio Et non est in Græco, neque apud Primasium, nec ea opus est, repetit enim quod priùs dixerat: Et proiectus est draco ille magnus, sed quia non dixerat quò proiectus esset, nunc ait: *proiectus est in terram*, ac si diceret:

30 *Proiectus est*, inquam, *in terram.*† Quid sit proijci in terram, possumus ex eo intelligere, quod paulò ante dicebatur in cœlo pugnare, videlicet cum iustos, & electos conabatur deijcere in terram. In terram ergo mittitur, quia victus à sanctis, & fugatus ad homines terrenos descendit, vt in eos rabiem, & furorem conferat suum. Ideoque paulò post ait: Væ terræ, & mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam. &c. Tyconius Homil. 9: *In terram*, id est, in homines, qui terrena sapiunt, & totam spem suam in terra constituunt. Ita etiam Primasius, & Beda; & Arethas eodem modo postea interpretatur illa verba: Væ terræ. &c. simile est quod Dominus ait Matthæ. 12: Cum autem spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, & arida quærens requiem, & non inuenit. &c.

Vers. 10. *Et audiui vocem magnam in cœlo.* Sanctorum hominum, qui in cœlo erant.

Vers. 10. *Nunc facta est salus, & virtus.* Eadem ferè verba dixerunt cœlites cap. 11. Sed tunc meritò, cùm omnia Christo subijciebantur, & nihil manebat ei non subiectum. At nunc quorsum dicant, cum & sanctis, qui in cœlo esse dicuntur, superfint adhuc certamina, & Diabolus magnam iram habens, & multos peruersurus proiectus sit in

31 terram? † Hoc ita videtur explicandum. Pugna illa draconis cum Michaele in cœlo, fuit multiplex tentatio Diaboli per Antichristum nitentis sanctos, & electos ad partes suas adducere, quæ & maxima, & diuturna fuit. Hac finita, & sanctis semper à Christo stantibus Diabolus, & Antichristus desperabunt posse illos sibi conciliare, & iam aut eos relinquent, aut certè persequentur vt inimicos, non vt ad se adducant, sed vt quasi inimicis noceant, qua persecutione sancti magis in bono confirmabuntur, & ardentiùs Christum amabunt. Propter hanc igitur victoriam sanctorum cœlites clamant.

Nunc facta est salus, & virtus. &c. Id est, Nunc apparet salus, quam Deus in hominibus efficit saluos eos faciens; *& virtus*, (δύναμις) scilicet, quam hominibus præbet ad pugnandum, & quã ipse habet ad protegendum, & ad liberandum suos: *& regnum*, quoniam omnes Diaboli artes non valuerunt efficere ne ipse regnaret in ijs, quos elegerat: victus enim est, & proiectus in terram Diabolus: *Et potestas Christi eius*, id est, nunc apparet quam potens sit Christus, & gratia eius quantum efficiat.

32 *Accusator fratrum nostrorum.* † Verum esse hoc non dubitamus, nam & inde nomen habet, siquidem Diabolus criminatorem significat. At quid ad rem præsentem attinet nomen accusatoris, & quod statim ait: Qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri? Sensus est. Quia victus, & proiectus est ille, qui fratres nostros sæpe vincebat, & ad peccata adducebat, de quibus eos posteà semper apud Deũ accusabat. Ex hoc discimus Diabolum, cum nos ad peccatum allexit, non solùm in morte accusare nos, sed etiam ad Diuinam iustitiam omni tempore clamare, vt nos æternis pœnis puniat, quemadmodum & ipse punitus est. Sed si nos eius accusationem præueniamus accusantes nos metipsos ex animo, nihil est quod eũ accusatorẽ timeamus. Haymo: Sed ab hac accusatione ille liber apparet, qui in se accusare studet quod ab aduersario suo accusari posse cognoscit. Cæterùm hæc verba: *Accusator fratrum nostrorum*, Arethas, & Ansbertus, & Haymo, & alij non

non solùm hominum esse volunt, sed etiam angelorum, qui nos, tametsi alterius naturæ simus, fratres vocare non dedignantur, quoniam Christus fratres vocauit, & eiusdem gloriæ cum ipsis participes futuri sumus. [Quod improbabile non est, tametsi non satis propriè angeli fratres nostri vocantur.] *Die autem ac nocte*, dixit pro semper, vt notauimus caput. 7: num. 23.

Vers. 11. *Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem*
33 *Agni.*† Sed ipsi considerantes Agnum pro se sanguinem fudisse, ac propterea meritò omnia pro eo esse perferenda; considerantes etiam se testimonium reddere debere de Christo, & tunc maximè, cum à multis ex suis deserebatur, viriliter pugnarunt, & Diabolum vicerunt. Alter sensus est simul cum priore ampliectendus: Vicerunt eum vtendo sanguine Agni, & vires ex eo capiendo, & reddendo testimonium de illo, etiam si hostes veritatis prohiberent.

Vers. 12. *Et non dilexerunt animas suas vsque ad mortem.* Non dilexerunt vitam suam adeò, vt mortem oppetere pro gloria Dei; & pro testimonio veritatis recusarent. Vel etiam: Non ita dilexerunt seipsos, vt se occidere voluerint, nam si metu persecutionum vt se ipsos seruarent, Antichristo cessissent, in mortem æternam semetipsos coniecissent, sicut ait Dominus Iohan. 12: Qui amat animam suam, perdet eam.

Vers. 12. *Væ terræ, & mari.* Luget viuentes in terra, & in mari, hoc est in insulis, atque etiam in mari versantes, terrestres videlicet homines, vt iam diximus nu. 29. & 30.

Habens iram magnam. Dolens quod victus sit à sanctis, & cupiens in alijs dolorem suum vlcisci.

Vers. 12. *Sciens quod modicum tempus habet.* Nã ex signis intelligit instare diem iudicij, & breuitatem temporis damni magnitudine compensare nititur.

Vers. 13. *Et postquam vidit draco, &c.* † Hæc iã
34 exposuimus in illud: Et mulier fugit in
Vers. 13. solitudinem, num. 23.

Persecutus est mulierem, quæ peperit masculum. Quoniam eos, qui Christo tunc nascentur per lauacrum regenerationis, deuorare non potuit, conuersus est ad eos persequendos, qui in Ecclesia erant antequam illi nascerentur, & tũc filij Ecclesiæ fugerunt ad solitudinem, vt supra dictum est.

Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ. Aquilæ volatus velox est, & validus. Thren. 4: Velociores fuerũt persecutores nostri aquilis, atque in altum tollitur, in Habdia: Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, atque ita facilè vitat persequentiũ insidias. Ex quo dictũ est Prou. 23: Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cœlum. Quoniam igitur Ecclesia celeriter fugit inimicos suos, quasi pennis aquilæ vtens, & aquilæ magnæ, quæ fortior est, & velocior: alæ aquilæ magnæ datæ illi dicuntur. Nec dicũtur nunc ei datæ alæ columbæ, de quibus scriptum est Psal. 54: Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Quoniam columbæ timidæ sunt, mulier autem non timore fugit, quasi pati pro Christo nolit, quo nihil sibi gratius, aut vtilius esse sentit, sed quomodò Apostoli, & martyres fugiobant, videlicet gratificari Deo cupiẽs, ne penitus nomen Christianum extinguatur, & Christus desinat in terra adorari. † Scit enim Deum velle vt vsque
35 ad finem sæculi fideles maneãt, & quæ Diaboli malitia perdidit, restituant. Pennas ergo habet aquilæ, quia non timore, sed amore Dei volat, & semper Deum intuetur, & conuersatione in altum tollitur, neque persecutione deijcitur. Vt rectè hęc faciat duabus alis opus habet, quoniam aquila, etsi fortis sit, non posset ala vna corpus graue leuare: ita electi, quia corpus habent peccato subditum, & terrestre, leuari non possent, & euadere persecutiones illas, nisi duas alas aquilæ haberent, quarum vna est desiderium gloriæ Dei, altera studium vitę immaculatæ, conuersatio nisque cœlestis. *Alæ aquilæ.*

Sed magna hic oritur dubitatio, quoniam quæ modò diximus, videntur ea tollere quæ hactenus dicta sunt. Si quidem draco victus à sanctis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

electis proiectus est in terram, id est ad terrestres homines oppugnandos descendit, & post hæc ait Apostolus: Et postquam vidit draco quod proiectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum: & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnę, vt volaret in desertum. Si iam desijt pugnare cum illis, quos in cœlo esse dixit, & versatur in terra inter eos, qui electi non sunt, & Antichristo cessuri sunt, sicut Dominus prophetauit Matth. 24: Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi: quomodò mulier fugit in solitudinem, aut quomodò nõ columbæ pennas habet, sed aquilæ? † Respondeo aliud esse pugnare, quod spe victoriæ fit, aliud persequi sine pugna desperata victoria. Diabolus pugnabit cum electis vt eos sibi per Antichristum subijciat, deinde victus descendet ad pugnandum cum Christianis terrestrem vitam, & à Dei lege abhorrentem degentibus, vt Christum abnegent, & ad Antichristum deficiant, & præualebit. De hoc dictum est: Factum est prœlium in cœlo. At mox eosdem sanctos hostiliter persequetur, & quantùm poterit lædet, non spe victoriæ, sed odio, & desperatione, & propterea non dixit: Pugnauit cum muliere, sed: Persecutus est mulierem. In muliere autem illi ipsi intelliguntur, qui prius in cœlo esse dicebantur, de ea enim dictum est: Et signum magnum apparuit in cœlo: mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius: Sed quoniam ij, quorum conuersatio est in cœlis, corpore in terra sunt, & simul cum terrestribus viuunt, missi enim nunc sunt ciues Ierusalem, & ciues Babylonis; non est mirum Diabolum in terra eos persequi.

Vers. 14. *In locum suum.* Quem Deus ei parauit vt in eo liberaretur.

Vers. 14. *Vbi alitur per tempus, & tempora.*

37 † Alitur verbo Dei, vt diximus num. 24. In eo autem, quod ait: *Per tempus*, &c. more Hebræorum loquitur, qui Tempus pro anno accipiunt, vt Dan. 4: Et septem tempora mutentur super eum. Et postea: Septem quoque tempora mutabuntur super te. Et cap. 7: Et tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium tẽporis. Et cap. 12: vsquequo finis horum mirabilium? Et audiui virum, &c. quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis. Ita adnotant Hieronymus, & Theodoretus in duos postremos locos Dan. & Augustinus. 20. de Ciuitate cap. 23. [Ita etiam locutus videtur Homerus, qui multas Hebræorum locutiones imitatus est. Is lib. 2. Iliados Vlyssem nouem iam annis obsidionis Ilij actis persuadere Græcis volentem vt ad decimum vsque manerent, quo Calchas vrbem capiendam esse prædixerat, ita loquentem facit.

Τλῆτε φίλοι, καὶ μίνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν
Εἰ ἔτεόν κάλχας μαντεύεται, ἦ καὶ οὐκί

Hoc est.

Tolerate amici, & manete in tempus, vt sciamus
Vtrùm verum vaticinetur Calchas, an non.

Vbi tempus annus est, qui restabat vatis prædictioni.] At si tempus pro anno accipitur, cur tempora pro duobus, & non propluribus annis hic accipi dicemus? Augustinus eodem in loco ita soluit quæstionem, Tempora duali numero posita esse: Videntur enim (inquit) Tempora indefinitè hic dicta lingua Latina, sed per dualem numerum dicta sunt, quem Latini non habent. Sicut autem Græci, ita hunc dicuntur habere & Hebræi. Sic ergo dicta sunt Tempora, tamquam dicerentur duo tempora. Et Hieronymus in verba citata ex cap. 7. Dan. ait: Tempus annum significat: Tempora iuxta Hebraici sermonis proprietatem, qui & ipsi Dualem numerum habent, duos annos præfigurant. † Hæc solutio nihil videtur habere, quod requiramus, si defendi queat. At pugnant in eam codices Hebræi, & Græci, in quibus tempora semper plurali numero dicuntur, in Chaldæo, cap. 7. & in Hebræo, cap. 12. & vtroque in loco in Græca translatione, & hic apud Iohannem. Immò verò Græci rarò Duali vtuntur, nisi in versu. Chaldæi eum non habent, nisi fortè mutuatum ab Hebræis.

38

Tẽpus pro Anno.

bræis: sed neque Hebræi eo vti solent nisi in nominibus rerum, quas natura, aut ars binas fecit, vt aurium, oculorum, alarum. De re quidem nulla est dubitatio, quoniam ipse Apostolus aperte explicat cap. 11. cum ait: Et data est ei potestas facere menses quadraginta duos: & cap. 11. iam legimus: Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus: sed cur in Tẽporibus duo anni, & non plures significentur, lõge difficilius est. Hieronymi me verba cogunt, vt putem eo tẽpore, quia nulla puncta erant, capit. 7. pro עדנין factum esse. עדנין [Duali numero, quod duo tẽpora significat,] & similiter c. 12. pro מערן, vt nõ legimus, legisse eos מערין, [quod Dualis numeri est, & similiter significat Hebræis duo tempora. Atq; hoc nõ nouum esse] apud Hebræos, indicat illud Gen. 49: Issachar asinus fortis accubans inter terminos, vbi, vt duo termini intelligerentur, Dualis numerus est in libris pũcta habẽtibus חמרתם. In Græco autem sunt his locis Danielis, & Iohannis] aut Dualem positum esse dicendum est, aut certè Pluralem pro Duali vsurpari, vt sæpe fit, sicut in loco citato Gen. 49. & in Psalm. 67: Si dormiatis inter medios cleros, lxx. verterunt, ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, cũ sit in vtroque Dualis apud Hebræos. atque idem faciunt cum de oculis, aut auribus, aut

39 similibus sermo est. † Sed si Pluralis legatur, vt nũc habent Chaldaica, & Hebraica, & Græca exemplaria, mihi ita respondẽdum videtur, Pluralem, quia inter coartatos numeros ponitur, per eosdem coartari, vt, quam minimum potest, significet. Nam qui annum vnum dicit, & postea dimidium anni, numerum valde definitum, & certum significare vult, quare Pluralem, quem interponit, coartare volet quàm maximè potest, vt duos tantùm significet, alioqui nihil definitum indicaret.

Vers. 14. *A facie serpentis.* Hyperbaton est, nã hæc verba non pertinent ad proximè præcedentia, sed ad priora, ac si dictum esset: Vt volaret in desertum à facie serpentis, ideſt, fugiens serpentem, in locum suum, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis, simile est illud capit. 8. (vt suo loco adnotauimus.) Et data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureũ, pro Et data sunt illi incensa multa de orationibus sanctorum omnium, vt daret super altare aureum.

40 *Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam, tamquam flumen.* † In aqua consentiunt expositores persecutionem significari: itaque cum sancti fugerent in solitudines, Diabolus, misit exercitum persequentem eos, vt ad se reuocaret, & torqueri, atque occidi (vt etiam Andreas interpretatur) auberet. Exore misit, quia præcepit eis per internam scilicet inspirationem, & eos commouit. Aquam eos vocat propter violentiam, volebat enim ab eis sanctos violenter auferri, & reuocari. Hoc magis explicat cum dicit: *Tamquam flumen*, quod scilicet violentum est, & quæcunque inuenit secum rapit: præterea cum ait: *vt faceret eam trahi à flumine.* Quod ita intelligendum est, ac si aquæ vim magnam emittat draco instar fluminis, quam iterum ad se trahere possit, vt cum aquæ maris fluunt, & refluunt: mittebat enim domesticos suos Antichristus, & per eum Diabolus, vt fugientes ad se retraherent. Tyconius Homil. 10: Misit post mulierem aquam, ideſt: violentiam persecutorum. Et postea: Aqua emissa de ore draconis exercitum persequentium eam significat. &c. Idem aiunt Andreas, Primasius, & Ansbertus, & Haymo, & citant, illud Psal. 123: Cum exurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. † In flumine violentiam, atque impetum indicari notum est, vt Psal. 45: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et 77: Eduxit aquam de petra, & deduxit tãquam flumina aquas. Matth. 7: Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam.

41 *Flumen.*

Et adiunit terra mulierem. Quomodò adiunerit ostendit verbis sequentibus. *Vers. 16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et aperuit terra os suum, & absorbuit flumen. Significat nuntios, & satellites Antichristi ad sanctos reducendos missos in medio itinere à terra esse absorbendos ad consolationem sanctorũ, & terrorem impiorum. Tyconius Homi. 10. Absorpta aqua, de persecutoribus facta vindicta. &c. Sunt qui putent persecutores absorptos dici, quòd iam mortui, & sepulti sunt; at non propriè, quoniam quod absorberur, motu quodam, & vi absorbentis rapitur, & trahitur, vnde & deuorari dicitur. Deut. 11 Et Dathan, atque Abiron filijs Eliab, quos aperto ore suo terra absorbuit cũ domibus, & tabernaculis. Et de eisdem scriptum est Num. 16. Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis. Isdem vocabulis nunc Iohannes vtitur. Quid igitur mirum si quod tunc accidit detrahentibus Mosi, & Aaroni, tempore Antichristi accidat semel exercitui magno persequenti sanctos?

Verſ. 16.

Verſ. 17.

Et abijt facere prælium cum reliquis de semine eius. † Si mulier, id est, Ecclesia, fugit in desertũ, qui sunt reliqui de semine eius, quibus cum prælium facit Draco? Sancti, qui in locis Antichristo finitimis versabantur, fugerunt in desertum, illi capti non sunt: propterea iratus draco quòd efficere non potuisset quod volebat, decreuit persequi eos, qui in remotioribus regionibus degebant, Antichristumque excitauit, vt ad eos mitteret persecutores. Quod bene indicatum est in eo, quod sic. *Et abijt facere prælium cum reliquis, &c.*

42

Et habent testimonium Iesu Christi. Hoc satis expositum est cap. 6. numero 38. & 39.

Verſ. 17.

Et stetit supra arenam maris. Locus est valde difficilis, nam quod omnes fere expositores tradunt, *arenam maris* dici multitudinem impiorum, mysticum videtur, & præcipue cum continuò sequatur 13 cap. 13. Et vidi de mari bestiã ascendentem. † Deinde cum draco abierat ad faciendum prælium cum sanctis quorsũ dicatur. Et stetit supra multitudinem impiorum, cum nihil aliud ad datur? Difficultas hæc oritur ex depravata lectione, neque enim legendum est, Stetit, sed Steti, vt manifestum est ex Græco ἐστάθην. Ita legitur apud Andream, & apud Arethan, & Erasmus sic vertit, & similiter in codice Complutensi legitur, Steti, & Rupertus ita legit, & interpretatur. Non ergo dicit draconem stetisse super arenam maris, sed se in spiritu ductum illò fuisse, vt sæpe contingit prophetis, vt Ezechieli ca. 8. & Dan. c. 8. & ipse Iohannes ait c. 17. Et abstulit me in spiritu in desertũ, & vidi mulierẽ. &c. Quorsum autẽ ductus fuerit, ex verbis continuò sequentibus in cap. 13. fit manifestum, ita enim ait: Et vidi de mari bestiam ascendentem. Vt ergo videret bestiam ductus est in spiritu ad littus. Quare caput 13. hinc incipiendum erat, vt incipit apud Andream, & Arethan, & apud Rupertũ, & Ricardum.

43

Argumentum. Cap. XIII.

Bestiam ex mari ascendentem videt ferocissimam, cui draco totam virtutem suam dedit, & quæ propter mira, quæ facit, ab innumera hominum multitudine adoratur, & eius causa adoratur draco. Hæc imperium in omnes nationes habet, & blasphemias loquitur, & aduersus sanctos pugnat. Deinde videt aliam bestiam quæ simulata mansuetudine homines ad prioris bestiæ adorationem adducit, & prodigia magna facit, & omnibus characterem bestiæ illius in dextera, aut in fronte imprimit, edicitque vt nemini aut vẽdere, aut emere liceat, qui charactere illo non fuerit insignitus. Postremò literas nominis bestiæ, id est, Antichristi, indicat, quæ efficiunt. Dc. lx. vi.

Cap.

Caput. XIII.

1 ET vidi de mari bestiam ascendentẽ, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. 2 Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam & potestatem magnam. 3 Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. 4 Et adorauerunt draconẽ qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? 5 Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. 6 Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant. 7 Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, 8 & adorauerunt eam omnes qui habitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi. 9 Si quis habet aurem, audiat. 10 Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia, & fides sanctorum.

11 Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra: & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut draco. 12 Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram, & habitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. 13 Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominũ. 14 Et seducit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. 15 Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ, & faciat vt quicumque non adorauerint imaginem bestiæ, 16 occidantur. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in 17 frontibus suis, & ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. 18 Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

1 ET vidi de mari bestiam ascendẽtem. Capite duodecimo summatim vniuersam Antichristi persecutionem per anticipationem, vti iam dixi, perstrinxit, quam ex hoc cap. 13. figillatim iam describere incipit. Bestia, & si apud Latinos generale nomen est, nunc propriè

Verſ. 1.

Bestia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro fera, & noxia bellua accipitur, quo modo etiam Latini accipiunt cum dicunt Pugnare cum bestijs, aut Mitti ad bestias, vt legimus etiam. 1. Cor. 15: Si secundum hominem ad bestias pugnauj Epheſi. Hinc Beſtiarios Latini vocant eos, qui damnati ſunt vt pugnent cum beſtijs, vt apud Ciceronem pro Sestio: Præclara ædilitas, vnus leo, ducenti beſtiarij. Quod etiã indicat nomẽ ἀγὼν, quo ſemper vtitur noſter Apoſtolus, & propriè ad ea accommodatur, quæ veneno, aut morſu nocent. Propterea diximus cap. 11. num. 19. ex Arethã, beſtiam dici Antichriſtum propter crudelitatem, & inhumanitatem, & humani ſanguinis auiditatem. Et Hieronymus Dan. 7. quatuor beſtias quatuor regna interpretatur, & ait: Et hoc notãdum, quod regnorum feritas, atque crudelitas beſtiarum nomine demonſtretur: Beſtia, quam vidit Iohannes Antichriſtus eſt, vt teſtatur Irenæus lib. 5. c. 28. de quã dixit cap. 11: Beſtia, quæ aſcẽdit de Abyſſo, faciet aduerſum eos bellum. [Arethas etiam ita interpretatur, & refert in eamdem ſententiam ſanctũ Meſſiodorum, & ſanctum Hippolytum, in Oratione videlicet de Conſummatione mundi.]

Beſtiarij.

Sed cur de mari aſcendere dicatur, plerique expoſitorũ hanc eſſe cauſam putant, quod de reprobis exeat, & de populo impiorum, quos ih mari ſignificari credunt. † Nos antequam id explicemus, ſermonis proprietatem obſeruemus; nam cum de mari exeuntem videret, rectè, & accommodatè nõ exeũtem dixit, ſed aſcẽdentem; quod littus ſuperius mari ſit, atque ideo ſemper in Scriptura qui intrant in mare deſcendere dicuntur, qui exeunt, aſcendere; vt Pſal. 106: Qui deſcẽdũt in mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, Iſa. 42: Qui deſcẽditis in mare, & plenitudo eius. Et Apoc. 11. Beſtia aſcendit de abyſſo, & Daniel. 7. cap. vidit beſtias aſcendentes de mari. Quod ſi quis aduerſari illud putat, quod eſt in Pſal. 105: Et irritauerunt aſcendentes in mare, mare Rubrum: ſciat primùm in Hebræo non eſſe, Aſcendentes, ſed, Irritauerunt ſuper mare, in mari Rubro, vt verũt Hieronymus, & Super mare, dictum eſt pro ſicca mare, vt Pſal. 136: Super flumina Babylonis illic ſedimus. Lxx. tamen poſuerunt Aſcendentes, habites ratione ſitus loci, eſt enim Aegyptus humilis, ideoque egredientes ex ea verſus deſertum Arabiæ aſcendunt. Itaque non de aqua loquuntur, ſed mare vocant litus maris, quod ſuperius Aegypto eſt, & in quo Deum irritauerunt fletes quòd educti eſſent ex Aegypto. Exo. 14. † Quid ſit autem de mari aſcendere intelligetur ex cap. 7. Danielis, qui quatuor beſtias vidit, ex quarum vna ortus eſt Antichriſtus vt, ipſe poſteà docet: Videbam, (inquit) in viſione mea nocte, & ecce quatuor vẽti cœli pugnabãt in mari magno. Et quatuor beſtiæ grãdes aſcendebant de mari diuerſæ inter ſe. In quem locum Hieronymus ait: Mare autem mundũ iſtũ, ſæculumque ſignificat, ſalſis, amariſq; fluctibus redũdantem, ſicut Dominus in parabola ſagenæ miſſæ in mare interpretatur. &c. Hæc Hieronymi interpretatio vera eſt, nam præter quam quod parabolæ vt ipſe ait, confirmatur, Daniel palam exponit. Priùs ſiquidem ait: Et quatuor beſtiæ grandes aſcendebãt de mari: & poſtea ita interpretatur: Hæ quatuor beſtiæ magnæ quatuor ſunt regna, quæ aſcendent de terra. Ex cornibus autem quartæ beſtiæ Danielis ortum eſt cornu paruulum, quod ſignificat Antichriſtum, de quo ait: Aſpiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellũ aduerſus ſanctos, & præualebat eis. Nõ eſt igitur dubium beſtiam, quam videt Iohannes aſcendere de mari, de terra aſcendere, ſiue de hoc ſæculo pleno fluctibus amaris, & tumultibus, quod idcirco iure Mare vocatur. † Arbitror etiam propterea dici aſcendere de mari, quòd ſubitò, & quaſi ex improuiſo apparebit eius poteſtas, & quòd maxima futura eſt, atque terribilis, & qualis antea non fuerit, ſumpta ad maximis, vaſtiſſimiſque belluis ſimilitudine, quę ſubitò exire ſolent è mari, & prodigioſa forma, atque nouitate terrere, ac terræ nocere. Quod ex parte intelligi poteſt ex ijs, quæ Plinius ſcribit de crocodilo, & hippopotamo lib. 8. cap. 25. & de Indici maris bellois. lib. 9. cap. 3. Atque hoc etiam de beſtijs Danielis ſimiliter intelligendum eſt.

Matthæi

Deſcendere in mare, & aſcendere de mari.

Verſ. 1. *Habentem capita ſeptem.* De his omnibus diximus ſatis cap. 12. num. 11. & ſequentibus, & iterum nonnulla in hoc capite dicemus. Hoc tamen eſt diligenter animaduertẽdum, quæ nunc de Antichriſto dicuntur, dicta eſſe cap. 12. de Diabolo: Et draco magnus rufus habẽs capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem. Sed in Diabolum optimè illa conueniunt propter membrorum eius multiplicẽ varietatem: in Antichriſtum quomodò conuenire poterunt, qui vnum eſt ex eius membris? † Reſpõdeo optimè conuenire, quoniam, vt ibidẽ diximus num. 11. illa omnia ad tempora Antichriſti maximè pertinent, & vt Antichriſtus mẽbrũ Diaboli eſt, ita omnes illi reges membra ſunt ipſius Antichriſti, & figuræ, & præcurſores, & ipſe propter exceſſum malitiæ, & iniquitatis caput eorum dicitur, atque ita vocatur à Gregorio lib. 15. Mor. cap. 28. De quo Habacuc. 3: Percuſſiſti caput de domo impij, ideſt, Diaboli, quod caput eſt Antichriſtus, vt ait Hieronymus in ſecunda expoſitione illius capitis. Hoc explicat eleganter S. Thomas. 3. part. Quæſt. 8. A. 7. & 8. quomodò ſcilicet Diabolus ſit caput omnium malorum, & quomodo Antichriſtus membrum Diaboli cum ſit, caput etiã dicatur propter perfectionem malitiæ. Quod autem cap. 12. diademata non cornibus, ſed capitibus tribuuntur, hic autem dicuntur eſſe in cornibus, indicat tam in ſeptem capitibus, quam in decem cornibus reges magnos, potenteſque deſignari, vt ibi diximus, & plenius in hoc ipſo capite explanabimus.

Verſ. 2. *Et beſtia, quam vidi, ſimilis erat pardo.* 6 † Daniel cap. 7. quatuor beſtias ſe vidiſſe dicit aſcendentes de mari, quarum prima ſimilis erat leænæ, ſecunda vrſo, tertia pardo, quarta fortior ceteris erat, & decem cornua habebat. Quę omnes ad regna magna pertinent futura in terra ante regnum Antichriſti, ſed quarta ei proxima eſt, adeò vt de medio decẽ cornuum naſcatur cornu paruulum, quod eſt Antichriſtus. Cum ergo Antichriſtus caput ſit malorum, omneſq; eius figuræ ſint, & præcurſores, vt iam diximus, atque omnium malitiam excellentiori quodam modo habeat, meritò ei tribuitur quod aliorum eſt. Et quoniam ipſe in ſe includit, & continet beſtiam quartam decem cornuum, aſſignatur illi nunc reliquarum trium ferocitas, & crudelitas, vt ſit ſimilis pardo, & pedes habeat vrſi, atque os leonis. Pardus dicitur qui maſculus eſt in pãtheris, vt autor eſt Plinius lib. 8. cap. 17. Eſt autem pardus maculoſus, & velociſſimus, præcepſque fertur ad ſanguinem, vt ait Hieronymus in cap. 7. 7 Danielis. † Rectè ergo Antichriſtus ſimilis pardo dicitur, maculoſus propter varietatem nationum, & hominũ, qui eũ ſequentur, vt aiunt Tyconius Hom. 10. & Primaſius, & Beda: velociſſimus, quia breuiſſimo tempore omnia ſibi regna ſubijciet, & præterea crudeliſſimus, & auidiſſimus ſanguinis.

Pardus.

Verſ. 2. *Et pedes eius ſicut vrſi.* De vrſo Plinius lib. 8. cap. 36. ſcribit: Nulli animalium in maleficio aſtutia ſollertior. &c. Pedes præterea vrſi fortiſſimi ſunt, quibus & rectus incedit more hominis, & victa animalia conculcat. Ita Antichriſtus humanitatem ſimulabit, & quaſi homo ambulare videbitur, ſed vrſi tamen malitiam, & crudelitatem habebit, & omnes bonos pedibus conculcabit. Dan. 7: Et reliqua pedibus ſuis conculcans.

Verſ. 2. *Et os eius ſicut os leonis.* Cùm propter rugitum omnia animalia terrentem, tum propter crudelitatem, & cædes.

Verſ. 2. *Et dedit illi draco virtutem ſuam.* Hoc eſt, quantam ipſe habet virtutem, & poteſtatem ad nocendum, tantam dabit Antichriſto. [Vt enim ait Irenæus lib. 5. cap. 25. omnem ſuſcipiet Diaboli virtutem.] Vel apertiùs: Implebit illum omni malitia, & iniquitate, & per illũ exercebit quantam maximam poteſtatem habere poterit ad malefaciẽdum, habebit autem eo tempore magnam 8 permittente Deo. † Virtutem, id eſt, δύναμιν vocat ingenium, aſtutiam, vires ad conterendum omnem aduerſariorum vim, & potentiam. Statim ſequitur in Græco: καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, id eſt, *Et thronum eius.* Thronũ eius, vt ipſe ſcilicet pro dracone in eo ſedeat, hoc eſt, vt ei pareant omnes, qui Diabolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

bolum regem habent, ipse autem est rex super vniuersos filios superbiæ. Atque ita legunt Andreas, & Arethas, & Primasius, immo & Ironæus lib. 5. cap. 28. Sed quamuis non legatur, *Et thronũ eius*, satis intelligitur in eo, quod sequitur: *Et potestatẽ magnam*, videlicet ad fallacia miracula facienda, & ad dominãdum vniuersis filijs superbiæ. *Iob. 41.*

Vers. 3. *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem.* Multi putant Antichristum simulaturum se mortuum esse, & poste à resurrecturum, quasi imitari volentem mortem, & resurrectionẽ Domini. In his sunt Primasius, Beda, Ansbertus, Haymo, Anselmus, Ricardus, Thomas. Glossa etiam ait: Simulabit se Antichristus mortuum, & per triduum latens post apparebit dicens se fuscitatum. &c. Propterea dictum putant: *Quasi occisum in mortem*, quòd re vera Antichristus occisus non fuerit. † Hãc expo
9 sitionem qui dicunt bestiam esse Antichristũ, quomodò rectè tueri possint, non video; non enim dicit bestiam fuisse occisam, sed vnum ex eius capitibus. Deinde cum cap. 17. ipse Apostolus dicat septem capita esse septem reges, & cap. 12: *Et* in capitibus eius diademata septem, necesse est in hoc capite regẽ aliquem intelligi ex ijs, qui præcursores, & membra fuerunt Antichristi, [quod etiam Andreæ placuisse video.] Nam illam priorem sententiam profectò, si rectè attendamus, verba ipsa refellunt, non enim dicit Apostolus fuisse occisum, sed percussum grauissimè ad mortẽ, id est, vt moreretur, & ideo ait: *Quasi occisum*, quoniam parum à morte abfuit. *Et* quoniã non fuit occisum, ideo nec resurrexisse dicitur, sed tantũ ait: *Et plaga mortis eius curata est*, id est, plaga illa, quæ verè letalis erat. Et postea ait: Vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij. Vt ergo res obscurissima, quò ad eius fieri poterit, elucidetur, cogimur ante quã institueramus exponere fusiùs. † *Septem capita quid sint.*

10 *Septem capita quæ sint.*

Diximus cap. 12. nu. 11. & sequẽtibus ex decẽ vniuersi orbis regibus, qui designãtur in decẽ cornibus, tres esse occidẽdos ab Antichristo, reliquos septẽ ei quoq; spõte sua esse subijciendos. Hos ego septem, qui ei subditi regnabũt & ipsi, existimo in septem capitibus significari. Quod ex Dan. 7. confirmari potest, vbi bestia illa magna, atque terribilis decem cornua habere dicitur, neq; de capitibus quidquam dicit, quoniam re vera septem capita in illis decẽ cornibus continentur. Sed Iohannes, vt res fieret planior, decem cornua commemorat, quia prius quam veniat Antichristus, vniuersus orbis terræ decem regibus parebit: ac simul septem capita ponit, quoniam post eius aduentum, & victorias septem tantum relinquẽtur. Quare eleganter dixit in hoc cap: Et sic per cornua eius decem diademata, quoniam potentissimi reges erunt hi ante aduentum Antichristi, sed super capita non dicit fuisse diademata, quoniã & ipsi Antichristi serui erunt, tametsi reges appellentur. Pro diadematibus tamen habebunt nomina blasphemiæ, quiã se contra Christi voluntatem regnare; & eius regnum euersuros esse
11 prædicabunt. † Atque hoc necessariò affirmandum esse ex eo confici videtur, quod de superiorum ætatum regibus Iohannes intelligi non potest, quando quidem plagam huius capitis curatam esse dicit à bestia, idest, ab Antichristo, & ob eam causam plurimi fieri cœpit ab hominib⁹, ita enim ait: *Et* plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerũt draconem, qui dedit potestatem bestiæ, &c. sicut olim Christo miracula faciente homines Deum laudabant, qui dedit illi hanc potestatem. Necesse est ergo vt de altquo rege illius temporis intelligatur, qui faueret Antichristo, quandoquidem ab eo curatus est. Tunc autem nulli reges erunt præter ipsos septem, vnus ergo ex illis fuit. Ex quibus etiam intelligitur septem capita huius bestiæ, idest, Antichristi, non esse eadem, quæ tribuũtur bestiæ illi. c. 17. idest, Diabolo, quoniam licet illa quoque reges significent, vt ibi Apostolus docet, reges illi tam præcesserãt magna ex parte, sicut ibi legimus: Septem capita septem mõtes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Quinque ceciderunt, vnus est, alius nondum venit. &c. de quibus suo loco

12 loco dicemus. † Videtur ergo vnũ de capitibus poni pro primo, vt cap. 6: *Et* vidi quod aperuisset vnum de septem sigillis, id est, primum, vt ibi diximus. Primus ergo ex his siue dignitate, & opibus, siue qui prior se Antichristo dedidit, percutietur letali plaga, vt apparet, quod forte in bello cõtinget, quod geret Antichristus cum illis tribus regibus AEgypti, & Africæ, & AEthiopiæ: & ab Antichristo virtute Diaboli mirabiliter curabitur, ita vt quasi à morte fuscitatus videatur. Quem sensum confirmare videntur sequentia.

Vers. 3. *Et admirata est vniuersa terra post bestium.* Videntes homines terreni, & carnales insignes Antichristi victorias de tribus regibus, & mirabilem illam curationem, admirabuntur Antichristum, & omnes post eum ire incipient, idest, illi se se sponte tradent.

Vers. 4. *Et adorauerunt Draconem, qui dedit potestatem bestiæ.* Cum Christus miracula faciebat, sicut iã ante diximus, omnes Deum laudabant quòd talem homini potestatem dedisset, vt Luc. 7: Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deũ dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia visitauit Deus plebem suam. Ita hi videntes prodigia Antichristi adorabunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ.

13 † Quæritur tamen, cur ita locutus fuerit Apostolus, idest, cur dixerit homines adoraturos esse draconem, cum minimè credendum sit Antichristum dicturũ se habere à dracone, aut à Diabolo potestatem, sed potiùs se esse filium Dei, & eius virtute illa facere. Ex positores ita respondent, homines Antichristum esse adoraturos, sed quia ille potestatem à Diabolo habebit, eum adorantes adorabunt Diabolum. Ita Arethas ferè, & Primasius, & Ansbertus, & Haymo, & Ambrosius, & Anselmus. At si verba intueamur, omninò duas adorationes diuersas inueniemus: *Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam dicẽtes, &c.* Quare melius Beda exposuit, putabunt illi quidem se adorare Deum, nõ tamen Deum adorabunt, sed Diabolum, qui illi potestatem dedit. Mihi, si coniecturis locus est, non apparet im-

probabile Antichristum insigne draconis, qualis hic depictus est, gestaturum aut in clypeo, aut in signis militaribus (quemadmodũ Romani aquilas gestabant, & per singulas cohortes dracones, quos qui portabant, Draconarij dicebantur, vt est apud Vegetium lib. 2. de Re militari, cap. 13.) quasi Deum intelligi velit in illo signo, quo ipse mis-
14 sus sit, & potestatem acceperit. † Neq; enim mirum hoc, aut nouum videbitur gẽtilibus, quoniam & Babylonij draconem, quasi Deum, adorabant, vt legimus Dan. 14. & Romani AEsculapium draconis forma acceperunt. Quare fortasse & in aris draconis imaginẽ adorabunt: [nam & Iuppitet in multis Græciæ vrbibus serpentis forma colebatur.]

Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Duo habebit Antichristus, quibus homines terreat, & ad sui admirationem, atque ad adorationẽ rapiat; potestatem ad signa, & miracula, quæ vera credentur, & secularem potentiã atque imperium maximum. Quorum alterum (vt rectè aiunt Ansbertus, & Haymo) posset fortasse contemni sine altero, at vtrumque coniunctum in errorem inducet, si fieri potest, etiam electos, vt est in Matth. 24. Hoc ergo nũc dicũt: *Quis similis bestiæ*, potestate miraculorum, & sanctitate? *Et quis poterit pugnare cum ea*, quæ tres reges potentissimos vicit, & cui ceteri septem sponte paruerunt? Quis poterit tantæ potentiæ resistere? Nec ipsi vocabunt eum Bestiam, sed Iohannes, quia vt bestiam vidit, ita appellat: ipsi autem dicent, vt ait Beda, Quis similis Christo?

Vers. 4.

Vers. 5.

15 *Et datum est ei os loquens magna.* † Ideo scriptum est Dan. 7. Ecce oculi, quasi oculi hominis, erant in cornu isto, & os loquens ingentia. Et posteà: Et de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens grandia. Quid sit autem os loquens magna ex eo intelligitur, quod paulò post ait: Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret, & putabit quod possit mutare tempora, & leges. &c. Et hic apertissimè ostendit Apostolus: Et aperuit os suum in blasphemias ad Deũ, blasphemiare nomen eius, & tabernaculo eius,

& eos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Loqui magna.

& eos, qui in cœlo habitant. At visu Scripturæ loqui magna non solùm est blasphemias in Deum, & cœlites iactare; sed etiam tumidè, & superbè loqui, siue de suis laudibus quis loquatur, siue inimicis comminetur, siue hostibus victor insultet. Quod etiam dicitur magnificare os, magnificare linguam, dilatare os, loqui sublimia, vt latè explicauimus in Habdiam prophetam, num. 66. &c. 67. vbi prophera ait: Ernon magnificabis os tuũ in die angustiæ. Psal. 11: Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Psal. 37: Et dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Psal. 34: Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt: Euge, viderunt oculi nostri. † Ex his cernitur mendosè legi in eodem Psalmo in multis exemplaribus: Induãtur confusione, & reuerentia qui magna loquũtur super me, pro, Qui magna loquuntur, vt est Græco, ὁ μεγαλο ῥημονοῦντες, & in Hebræo המגדילים, id est Magnificantes se, aut, vt vertit Hieronymus. Qui magnificantur, hoc est, qui magnifica verba loquũtur contrà me. His modis omnibus intelligẽdum est Antichristum magna esse locuturum. Similiter etiam intelligere possumus loqui blasphemias, in Deum videlicet, & in beatos, & in sanctos in terris viuentes, nam blasphemare propriè nihil aliud est quã malè dicere, vt in Epist. Iudæ: Non est ausus ei iudicium inferre blasphemiæ. Tit. 3: Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse. 1. Cor. 4: Blasphemamur, & obsecramus.

Blasphemare.

Vers. 5. Facere absolutè.

Et data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Facere absolutè dicunt Hebræi pro eo, quod est quidquid velis facere, ita vt nemo impedire possit. Vt. 1. Reg. 25: Benedictus eu filii mi Dauid. Et quidẽ faciẽs facies, & potens poteris. Dan. 8: Vniuersa vastabit, & properabitur, & faciet. Quare viciosè positum est in verbis Apostoli apud Aretham: Et data est potestas ei faciendi prælium, cùm verus sensus sit: Regnabit, & quidquid volet faciet nomine impedire audente quadraginta duos menses, id est, per annorum trium, & dimidij spatium.

Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum. † Prius sanctitatem simulabit, sed tandem aperiet os suum in blasphemias, id est, blasphemare Deum incipiet. Hoc enim est Aperire os, incipere loqui, vt Marth. 5: Et aperiens os suum docebat eos. &c. Hoc & Apostolus prædixit. 2. Thess. 2: Et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus. *Vers. 5.*

Et tabernaculum eius. Cœlum possemus intelligere, nisi statim diceret: Et eos, qui in cœlo habitant, si enim tabernaculum vocasset cœlum, dixisset: Et eos, qui in eo habitant. Restat vt templa intelligamus, quoniam ipse deridebit omnia templa Deo dicata, & prosanabit, ac sibi dicanda esse dicet, sicut dixit Paulus: Ità vt in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus. Rectè etiam dicemus, tabernaculum Dei vocari Ecclesiam, quæ est domus Dei viui, quam Antichristus blasphemabit. *Vers. 6.*

Et vincere eos. Ita hoc intelligendum est vt cap. 11. exposuimus illud: Faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Occidet quidẽ eos, sed eorum constantiam non superabit. *Vers. 7.*

Et data est illi potestas in omnem tribum. † Vniuersi sub eius ditione erunt, ipse super omnes regnabit, & quos volet, cruciare poterit. *Vers. 7.*

Et adorauerunt eam omnes, qui inhabitant terram. Docet innumerabilẽ eorum multitudinem, qui Antichristo adhærebunt, omnes scilicet inhabitantes terram, de quibus diximus cap. 8. num. 19. *Vers. 8.*

Quorũ non sunt scripta nomina. Nequis putaret absolutè omnes, qui erãt in terra, Antichristũ fore secuturos, explicat quod dixit: *Quorum non sunt, &c.* id est, omnes illi, qui prædestinati non sunt, hi enim sunt qui scripti dicuntur in libro vitæ, vt latiùs exposuimus cap. 3. n. 8. & sequentibus. Quo loco etiam ostẽdimus num. 10. Hyperbaton esse in his verbis: Agni, qui occisus est, ab origine mundi, atque ita esse intelligendum, ac si diceretur: Quorum nomina non sunt *Vers. 8.*

sunt scripta ab origine mundi in libro vitæ Agni, qui occisus, est, idque apertè probari ex verbis cap. 17: *Et mirabuntur* inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi. [Ita etiam Andreas intellexit, qui ait: Illos superabit, quorum nomina in libro vitæ scripta non sunt.] De quo sic scribit Arethas:

19 † Per Hyperbaton hoc intelligendum est, vt sit sensus: Quorum non sunt scripta nomina ab origine mundi in libro vitæ Agni, qui occisus est. Si quidem quorum scripta sunt, ab origine mundi scripta sunt, ita enim oportet intelligere, non vt Scriptura habet, quia neque ab origine mundi facta est occisio Agni. &c. Tyconius etiam Hom. 10. hæc verba, Ab origine mundi, ad prædestinatos retulit, non ad Agnum: ita enim legit: Quorum non est scriptum nomen in libro vitæ Agni, signati ab origine mundi. *Et* ita exponit: Quia in præscientia Dei Ecclesia ante præordinata est, atque signata. Ita, vt diximus, intellexisse videtur Primasius, qui legit: Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni occisi, qui est ab origine mundi, Et Beda, & Ambrosius eũdem sensum approbant. Neque hoc mirum videri debet, solent enim crebrò Apostoli his Hyperbatis vti. De Iohanne iam hoc adnotauimus cap. 12. num. 39. Et in Euang. cap. 1: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Quod ita intelligendum est: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis plenum gratiæ, & veritatis, & vidimus gloriam eius, gloriam, quasi vnigeniti à patre. † De Paulo idem adnotauit Irenæus libr. 3. Contra Hæreses, cap. 7, vbi illud. 2. Corint. 4: In quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium', Hyperbaton esse dicit, sensumque esse: In quibus Deus excæcauit mentes infidelium huius sæculi, & qui aliter intelligunt, nescire legere Paulum. Et posteà ait: Quoniã autem Hyperbatis frequenter vtitur Apostolus propter velocitatem sermonum suorum, & propter impetum, qui in ipso est, spiritus, ex multis quidem alijs est

Hyperbatõ frequens in Apostolis.

20

inuenire. Sed in ea, quæ est ad Galatas, sic ait: Quid ergo lex factorum? Posita est vsquequo veniat Semen, cui repromissum est, dispositа per angelos in manu mediatoris. Ordinatio enim sic est: Quid ergo lex factorum? Dispositа per angelos in manu mediatoris posita est vsq; dum veniat Semen, cui repromissum: vt sit homo interrogans, & spiritus respondens. † Et iterum in secũda ad Thessalonicenses de Antichristo dicens ait: Et tũc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus Christus interficiet spiritu oris sui, & destruet præsentia aduentus sui, illum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & portentis mendacij. Etenim in his ordinatio dictorum sic est: Et tunc reuelabitur iniquus, cuius est aduentus secũdùm operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & portentis mẽdacij, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet præsentia aduentus sui. &c. [Scio non deesse quibus hæc explanatio optimorum autorum consensu, & consuetudine locutionis Apostolicæ confirmata minimè probetur, quòd ita sensum spiritus inuerti dicant. Sed vnde probant inuerti, aut vnde probare possunt? Ego ab illis potiùs inuerti puto, qui dicunt Christum occisum esse ab origine mũdi, quia ab initio mundi figuris significata est eius mors. Primùm videant Iohannem dicere Ab origine mundi, pro eo quod est, Ab æterno, sicut ait cap. 17: Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi, vtroque enim in loco est in Græco: ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Quare idem est A constitutione mundi, & Ab origine mundi: nomina autem electorum ab æterno scripta sunt in libro vitæ Agni. Eadẽ locutio est apud Matth. cap. 25, vbi legimus: Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Quod cap. 3. num. 10. latiùs explicauimus. Deinde, etiam si ita vt ipsi volunt acciperetur Ab origine mundi, quod falsum est: vnde docere poterunt factũ dici quod figuris significatum est? Sã ideò dicitur Christus occisus ab origine mundi, cur non dicatur natus ab origine mundi, aut vinctus, aut Crucifixus?

Gal. 3.

Cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xus? Cur nō dicatur resurrexisse, ascendisse in cœlum, sedisse ad dexteram patris ab origine mundi, quandoquidem huius rei figuræ abinitio præcesserunt? Quando vnquam dixit Scriptura Ecclesiam ædificatam esse de latere Christi ab origine mundi, aut populum gentium vocatum esse ab origine mundi in locum Iudæorum? Si hæc nusquā dixit quæ similia sunt, cur cogatur dicere Agnum occisum esse ab origine mundi? Non ergo sensum Spiritus sancti inuertimus, sed verbis ipsius Spiritus sancti legitimè explicamus.]

Verſ. 9. *Si quis habet aurem, audiat.* Beda: Quoties Scriptura hoc dictum interponit, intentum præ obscuritate rei quærit auditorem. &c. Possunt autem hæc tā ad dicta referri, quam ad dicenda, vt vidimus cap. 2. &. 3. Sed hic præstat vt referantur ad dicenda, vt Primasius, & Beda, & Ansbertus, & Haymo, & alij intelligunt.

Verſ. 10. 22 *Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit.* † In alijs codicibus legitur: In captiuitatem vader, Ita legit Irenæus lib. 5. cap. 28: In captiuitatē ibit. & Primasius, & Ansbertus. In Græco est ὑπάγει, id est vadit, sensus est idem, tametsi apertius est, Vadet. Rectè autem interpretantur Primasius, & Beda, & Ansbertus, & Ambrosius hæc dicta esse neque is magni pendendam esse putarer potestatem illam magnam Antichristi, ac si diceretur: Simite Antichristum cum suis exultare, & persequi sanctos, citò pœnas suorum scelerum dabunt. Antichristus, qui capit iustos, & alligat, ipse quoque à Diabolo capietur, & alligabitur æternis vinculis. Et idem, qui gladio iustos occidit, gladio occidē tur. Gladiū hoc loco intelligi arbitror Dominæ sententiæ seueritatem, qua ferientur impij, & quæ in gladio significata est cap. 1: Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Et cap. 19: Et de ore eius procedit gladius acutus, vt in ipsi percutiat gentes. Hæc ergo nūc ad consolationem sanctorum de Antichristo, & eius comitibus dicit, sed quia si legem proponit vniuersis positam, quoniam re vera vniuersis posita est. Ex his veram intelligentiam accipimus

Gladius.

Locus Matth. 26. verborum Domini Matth. 26: Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribūt: Quasi diceret, Gladio peribūt nō illo ferreo, sed alio multo grauiore, & nocentiore, nempe Diuinæ sententiæ seueritate.

23 *Hic est patientia, & fides sanctorum.* † Id est. Hic spectabitur, hic examinabitur patientia, & fides sanctorum: si æquo animo, & forti omnia patiantur credētes verum esse, quod Deus pollicetur, nempe Antichristum, & suos, qui potestate, & superbia elati sanctos pro libito trucidant, citò tandem esse Diuinæ sententiæ vltione feriendos. Hortatur ergo sanctos vt Antichristo sæuiente ne deficiant, sed spe ruinæ eius in sua iustitia permaneant, & libenter mala perferant. *Verſ. 10.*

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra. Hanc bestiā armigerum Antichristi ☐ (Græcè ὑπηρετικὸν, vt adnotauit Andreas eius verba referens, idest, satellitem, propugnatorem, protectorem)] vocat Irenæus lib. 5. cap. 28. dicens: Post deinde & de armigero eius, quem & Pseudoprophetam vocat, Loquebatur, inquit quasi draco, & potestatem primæ bestiæ omnem faciebat in conspectu eius. &c. Ex quo perspicitur prædicatorem aliquem magnum significari præcursorem Antichristi, qui eloquentia sua, & potentia ad prodigia facienda, & simulatione sanctitatis innumeram hominum multitudinem adducturus sit ad eumdem Antichristum. Iterum enim sicut Christus præcursorem in primo aduētu habuit Iohannem, in secūdo habiturus est Eliam: ita Antichristus hunc præcursorem habebit. † Et 24 quamuis dubitet Ambrosius, vnus ne præcursor intelligi debeat, an plures, nonnullique plures putent: mihi vnus omnino videtur, non solum quia ita intellexit Irenæus, & testem cum citans, ac sequens Andreas Cæsariensis, sed etiam quoniam Apostolus ita de eo semper loquitur vt de vno. Vt cap. 19: Et apprehensa est bestia, & cum ea Pseudo propheta, qui fecit signa coram ipso. &c. Et cōtinuo: Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis. Vbi & cum articulo ponitur ὁ ψευδοπροφήτης. *Verſ. 11.*

Sed cur ascendere dicitur de terra? Tycomus Hom. 11. & Beda, aiunt idem hic

hic significari in terra, quod priùs significatum est in mari, cū dixit: Et vidi de mari bestiam ascēdentem. At cur priùs de mari ascendere dixit; nunc de terra? Cur non eodem modo idem dictū est? Bestia illa prior de mari ascendit, vt initio cap. diximus, quoniam inusitata forma, & inusitato terrore subitò hominibus apparuit ad nocendum, vt marinæ bestiæ solent. Hæc autem bestia secunda similis illis apparebit, quæ videntur in terra, non magna videbitur, neq; terribili forma, sed agno similis, neque subitò, cum potestate erumpet vt Antichristus, sed paulatim se in animos, & 25 in benevolentiam hominum insinuabit. † Itaque vt terra, & mare nūc quasi contraria cēsentur, ita ascensus secundæ bestiæ cōtrarius est ascensui primæ. Præterea à ascendere de terra dicuntur quæ ex paruis orta principijs multùm crescunt, (vt ostendimus Hos. 1. n. 133. & 134) & latè se per terram effundunt. Vt Gen. 2: Sed & fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiē terræ. Hos. 1: Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra. Recte ergo de terra ascendit, qui initio solus videbitur, & posteà incredibilem multitudinem hominum sequentem habebit.

Ascendere de terra.

Et habebat cornua duo similia agni. Cornua in hac bestia non reges significant, vt in decem cornibus draconis, aut primæ bestiæ, neque enim regia potestate, aut armis hæc bestia pugnabit: Sed tantummodo vires, & potentiam quamdā indicant. Metaphora ab animalibus cornutis sumpta, quæ cornibus in aduersarios pugnant. Duo cornua, quibus hæc bestia nocebit, sunt sermones simplices, & mansuetudinem, sanctitatemque redolentes, & potestas, quæ res mirabiles & prodigiosas efficiet. 26 † Quæ quia non violenta sunt, sed blanda, & amabilia, & mansuetudine plena, similia agni cornibus dicuntur. Cornua enim agni non sunt recta, & acuminata, sed recurua, & tenera, & minimè apta ad feriendum. In agno Arethas Christum significari censet, quod cum sensu consentaneum est, neque prorsus improbo, sed agnum propriè accipi magis existimo pro animali, quoniam semper ἄρνιον cum Christum significat, Articulum habere solet, qui hoc loco positus non est. Hoc eodem argumento & Arethas ipse vtitur in re simili, vt videbimus cap. 14. num. 3. Scio sine Articulo poni Agnum cap. 5: Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tamquam occisum. &c. Verùm ideo sine Articulo ponitur, quia indefinitè accipitur, ac si diceret: Vidi quemdam agnum, cum nondum explicauit qui sit. Ita cap. 1. dixit: Et in medio septē candelabrorum aureorum similem filio hominis. Et cap. 12: Mulier amicta sole. Et posteà: Et ecce draco magnus rufus. Et iterum: Et peperit filium masculum. Et capit. 13: Et vidi 27 de mari bestiam ascendentem. † In his locis, & in alijs huiusmodi non additur Articulus, quia res quædam indefinita significatur, vt quidam homo, quidam draco, quædam bestia. Et tamē posteà de ijsdem rebus loquens Articulis vtitur, quia iam notæ, & definitæ sunt, vt Agnus ille, scilicet, de quo dixi, draco ille, mulier illa, bestia illa. Ita nūc cornua simili agni, id est, similia cornibus cuiusdā agni. [Itaq; quāuis fortasse interdū hoc, qd de Articulis dixi, apud Græcos nō obseruetur, ego quod Apostolus noster multis in locis facit, & quod plurimum fieri solet, ostendi.]

Articulus curaddatur apud Græcos.

Et loquebatur sicut draco. Nec hic in draconē Diabolum accipio cum Aretha, eadem ratione, id est, quia Draco sine articulo ponitur. Loquebatur igitur sicut draco, quoniā licet agnus videretur externa illa, & simulata sanctitate, & mansuetudine, intus crudelitate, & veneno draco erat, atq; ita suis verbis, quasi nocentissimo quodā veneno, animas hominū interficiebat. Itaque non cōparatur eius locutio locutioni draconis, neq; enim draconis est loqui, sed ipse, dū loquitur, draconi comparatur, quia venenum infundit vt draco. *Verſ. 11.*

Et potestatē priotis bestiæ, &c. Hoc est, Faciebat eadē falsa miracula, quę Antichristus faciebat, Iho enim nūc de draconē loquitur, quē priùs vidit, sed de priorib a rū bestiarum, quas cōmemorat in hoc *Verſ. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

repite: nec enim draconē bestiam vocauerat. Ita etiam Arethas interpretatus est,] idque in conspectu eius, id est, ipso Antichristo cernente, & approbāte, vt carus ipsi Antichristo, & intimus iudicetur, atque vbique magni fiat, sicut & Christus laudauit Iohannem.

28 † Vel (quod potiùs existimo) *In conspectu eius* significat ante ipsum ambulans, ipsum proximè præcedēs, vt videri possit; & viam illi parans. Sicut dictum videtur Psal. 49: Ignis in conspectu eius exardescet: & Psal. 17: Præfulgore in cōspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis. Psal. 67: Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cū pertransires in deserto. Psal. 79: Dux itineris fuisti in conspectu eius. *Potestatē* autem dixit pro re, quæ cum potestate sit, more vsitato Hebræorum.

In conspectu.

Vers. 12. *Et fecit terram, & habitantes in ea adorare bestiam primam.* Idem intelligit in terra, & in habitantibus in ea, idest, nō omnes homines, sed terrenos, & habitatores terræ. [Ita mox ait: Et seducit habitantes in terra. Quod ita interpretatur Andreas: Seducit (inquit) habentes in terra perpetuam cordis habitationem, habentes enim in cœlo conuersationem non seducit. &c. Nunc autem terram etiam adoraturum Antichristū dicit amplificationis causa, quasi dicat, Non solum ipsi Antichristum adorabunt, sed omnia etiam, quæ possident, Antichristo subijcient, vt ipse vbique regnet. [Omnia seruient Antichristo, illum terra sua templa ædificabunt, fructus terræ offerent, eius satellitibus alēdis seruiet, ac foēdis, quidquid in ea erit exquisitum, & pretiosum ad eum afferent, efficientque vt terra eum adorare videatur.] At quid hoc præcursore opus fuit, aut quomodo ipse fecit terram adorare bestiam, cum ante ipsius prædicationem scriptum sit: Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestiæ? &c. Possemus respondere illud per anticipationem esse dictum, & tunc factum cum bestia secunda ascendit, &

29 fecit signa illa. † Probabilius tamē puto ante ascensum bestiæ secundæ homines non tam in adorationem Antichristi, quam in magnam quamdam admirationem esse excitandos, & adoraturos quidem eum vniuersos, qui aderūt, sed subita adoratione, non quasi se illi perpetuò addicentes. At cum præcursor prodibit, & cum magna specie sanctitatis potestatem prodigiorum comiū get, animos eorū, qui priùs adorauerāt, cōfirmabit, & plurimos deinde quocū que profect*erit, peruertet: mirabiliter enim augebitur autoritas Antichristi, cū videant hominem, quem sanctissimum putabunt, eius laudes prædicare, & accepta ab eo virtute prodigia facere. Hoc autē, quod diximus, ex vtrisque verbis cognosci potest: priùs enim dixit: Et admirata est vniuersa terra post bestiam, &c. Et adorauerunt bestiā dicentes: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Quibus admiratio magna, & subita, atque admiratione extorta, potius quā voluntaria, & firma adoratio indicatur. In secunda autē adoratione dicitur: Et seducit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi vt faceret. Quæ verba deliberatam iam, & voluntariam adorationem, firmamque declarant.

30 *Cuius curata est plaga mortis.* † Amplificabit enim Antichristi potentiam prędicans semper regem illum ab eo fuisse quasi resuscitatū. [Videri posset hoc de ipso Antichristo dici, nisi ex cap. 12. constaret non de ipsa bestia, sed de vno ex eius capitibus dici. Et vidi (inquit) vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est. Quia ergo rex in hoc capite indicatus membrum erat Antichristi, & caput vnum ex eius septem capitibus, plagam Antichristi curatam esse dicit, sicut plaga mea curatur, si brachiū meū curetur.]

Vers. 13. *Vt etiam ignem faceret de cœlo descendere.* Inter reliqua miracula hoc maximè prædicatur, quod de cœlo ignem descēdere fecerit. Solēt enim homines illa signa præcipuè præferre, quæ de cœlo sunt, quoniā Diuina planè virtute fieri videntur, indeq; iudicant eum qui facit, aut propter quem fiunt, Deo esse quam gratissimum. Et ideo Pharisæi à Christo huiusmodi signum petebant:

Matth.

Matth. 16: Et accesserunt Phārisæi, & Sadducæi tentantes, & rogauerunt eū vt signum de cœlo ostenderet eis. Quoniam igitur Elias, & Henoch, vt vidimus cap. 11. ignem de cœlo deducent, ne quid minus præcursor Antichristi habere videatur, Diabolus etiam efficiet vt ignis hominibus appareat de cœlo descendere. [Andreas Cæsariensis: Omnia hæc per deceptionē facient apostatæ Antichristi mites, vt Deus existimetur Antichristus testimoniis de eo reddente talium prodigiorum effectore, & indubitabilem gloriam accipiat, ad imitationem Baptistæ, contēdit enim mendacium, vt homines decipiat, imitari veritatē. Nec mirum est in eorum oculis, qui decepti sunt, ignē videri è cœlo venientem, cum ex historia Iob didicerimus eum descendisse, & iumenta ipsius consumpsisse per Diuinam permissionem, & Satanicā operationem.]

Vers. 14. *Et seducit habitantes in terra propter signa.* Irenæus lib. 5. cap. 28. recitatis his verbis ait: Hoc nequis enim Diuina virtute putet signa facere, sed magica operatione. Et non est mirandum si dæmonijs, & apostaticis spiritibus ministrantibus ei per eos faciat signa, in quibus seducat habitātes super terrā. &c. † Hoc ipsum docuit Apostolus. 2. Thes. 2. nempe non verā, sed fallacia futura esse miracula Antichristi, & ministrorū eius; ait enim: Cuius est aduentus secūdum operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, &c. Et o nim vera miracula, nisi diuina virtute fieri nequeunt. [De his etiā legimus in lib. 2. Sibyllinorum Oraculorum.

Ἥξει τότε κἀκεῖνα πρόσωπον
Νεκρωθέντος πελάσσασα ἐπὶ χθονὶ φωτὶ ἐοικὸς
Καὶ βελίαλ ἥξει, καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει
Ἀνθρώποις, ----

Hoc est,

----Cum quidam pro prophetis
Deceptores appropinquauerint in terra laturi,
Et Belial veniet, & signa multa faciet
Hominibus, ----

Et libr. 3.

Ἐκ δὲ Σεβαστείων ἥξει βελίαρ μετόπιθεν,
Καὶ στήσει ὄρεων ὕψος, γήσει δὲ θάλασσαν,
Ἥέλιον πυρόεντα, μέγαν, λαμπρόν τε σελήνην,
Καὶ νεκύας ἐγερεῖ, καὶ θήσεται πολλὰ τοιήσει
Ἀνθρώποισιν, ἀλλ' οὐκ τέλεσφόρα ἔσσεται ἐν αὐτῷ
Ἀλλὰ πλανᾷ. Καὶ δὴ μερόπων πολλοὺς πλανήσει,
Πιστοὺς, ἐκλεκτοὺς τ' Ἑβραίους, ἀνόμους τε, καὶ ἄλλους
Ἄνδρας, ὅτινες πάρος θεὸν λόγον εἰσεμόησαν.

Hoc est,

Ex Sebastenis veniet Beliar posteà,
Et sistet montium altitudinem, sistetque mare.
Solem ardentem, magnum, lunamque splendidam,
Et mortuos sistet, & signa multa faciet
Hominibus: sed non vera erunt in ipso,
Sed decipit. Et quidem multos homines decipiet
Fideles, electosque Hebreos, sine lege quæ vivente, & alios
Homines, qui nondum Dei verbum audierunt.]

Sed cur dictum est: *Seduxit*, cum videretur dicendum, Seducet? Quidam legunt, Seduxit, vt Primasius, & Ansbertus, & Ambrosius, alij, Seducet, vt Haymo. Non dubito nostrū interpretem vertisse, Seduxit, sicut habetur in vetustioribus codicibus, & maximè in Complutensi. Nam quamuis in Græco sit, Seducit, idest, πλανᾷ, tamen omnia huiusmodi verba, quæ apud Græcos sunt præsentis temporis, ipse in præteritum vertit, vt: Potestatem prioris bestiæ omnem faciebat. † Et sic rursum: Et fecit terram, & habitantes in ea, &c. Et fecit signa magna, &c. Quare consequens erat vt similiter verteret, seduxit, Hoc autem fecit, quoniam videbat plerumque Apostolum futura verbis præteriti temporis efferre more prophetico, siue potius, vt ego arbitror, quoniā exemplaria nactus est emendatiora, quam quæ nunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

habemus. Sed neque Græca lectio repudianda est, sæpe enim prophetæ de futuris loquuntur verbis præsentis temporis, vt res certa esse, & non tam prædici, quam geri videatur; vt Malac. 3. Ecce ego mitto angelum meum. Et pro eo, quod dictum est Isai. 28: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, &c. Petrus. 1. Epi. cap. 2. dixit Ecce pono in Sion lapidem. &c.

Regula.

Verſ. 14. *Vt faciant imaginem beſtiæ, quæ habet plagam gladij.* Reuera persuadebit hominibus vt imaginem Antichristi faciant, eamque in templis adorēt, dicet enim eum resuscitasse ferè regē illum, ideoque verè Deum esse. Sed quoniam rex, qui ferè credetur resuscitatus, mēbrum erit bestiæ prioris, & vnum ex eius capitibus, ipsa bestia dicitur habere plagam gladij, vt iam diximus.

Verſ. 15. *Et datum eſt illi vt daret ſpiritum imagini beſtiæ.* Non dabit spiritum, id est, animam, imagini Antichristi, sed videbitur dare, quoniam loquetur imago, sicut olim idola multa responsa reddebant rogantibus Diabolo in ijs occultè loquente. Andreas, & Arethas: Hoc autem ceca simulatera credendum est, quod multa eorum & sudare, & loqui scripsæ sint temporibus Græcorum, operatione Diabolica. Quod autem statuæ, vt dictum est, locutæ sint, ex historijs discere licet, cum scriptum sit per impolluras, & arbores, & aquas fuisse locutas per Apollonium, aliosq; artifices. &c.

Verſ. 15. *Et faciat vt quicunque non adorauerint.* † Ita legendum, vt habent Græci codices emendatiores, & Andreas, & Arethas, & est sensus: Ita datum est illi vt faciat vt quicunque nō adorauerint imaginem bestiæ, occidantur. Iam simulata sanctitas in apertam exit crudelitatem.

Verſ. 16. Character. *Habere Characterē in dextera manu ſua.* Characterem, siue, vt est in Græco, χαραγμα, vocat notam impressam, dicturum χαραγμα siue χαραγη, formā expressā ex alio, aut formam vel cuiuspiā impressa. Vt igitur Christianis signum Crucis in frontibus imprimitur, ita Antichristus per hūc suum præcursorem efficeret, vt omnes, qui sibi parent, palam signum impressum portent siue in frōte, siue in dextera, vt sicut circumcisione Iudæi à ceteris gentibus secernebantur, ita hoc signo Antichristiani distinguantur à Christianis. Sed quæritur quinam futurus sit character. Primùm certum est non esse nomen Antichristi, neque literas, quibus numerus in nomine significatus conficitur, vt putauit Hippolytus martyr in Oratione de Consummatione mundi, de quibus statim dicemus, ait enim: Nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerū nominis eius. Aliud ergo est character, aliud nomen, & numerus nominis, id est, literæ numerum
34 indicantes. † Mihi probabile videtur characterem futurum, quo in sigillo suo vretur Antichristus, & quem in anulo gestabit, & in supellectile sua. Solent enim reges proprium signum, seu proprium characterem habere, quo literas obsignent, vt continuò regis esse agnoscantur, idque ferè in anulis gestant. Esther. 3: Tulit ergo rex anulum, quo vtebatur, de manu sua, & dedit eū Haman; vt scilicet signari literas iuberet vt volebat: Et posteà: Et literæ signatæ ipsius anulo missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias, Dan. 6: Allatusque est lapis vnus, & positus super os laci, quē obsignauit rex anulo suo, & anulo optimatū suorū, ne quid fieret cōtra Danielē. Dicerē characterē esse formam draconis, quem Antichristus adorari iubebit, vt diximus nu. 13. Sed mouent me maximè verba cap. 14: Et si quis acceperit characterem nominis eius, ex quibus conijcio characterē non futurum nomen eius, sed notam aliquam, quæ occultè nomen illud indicet, quo ipse maximè gloriabitur. Ita igitur erit character nominis eius, vt cap. 14. scriptum est, quia illud indicabit: & non erit nomen eius, sicut scribitur in hoc capite, quia non constabit literis, quibus apertè nomen il-
35 lud solet scribi. † Aliter quoque hæc conciliari queunt. Aliud est nomen eius proprium, quod est à parentibus inditum, aliud, quo ipse insigniri volet, & dignitatem suam indicari. De priori nomine nunc dicitur: Nisi qui habet characteram, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.

Quis nam eſſe poſſit Character Antichriſti.

Depo-

De posteriori dicitur cap. 14: Et si quis acceperit characterem nominis eius, id est, notam aliquam nomen illud dignitatis indicantem. Quare mihi valde probabile videtur quod ex Primasio sumpsit Ansbertus, characterē futurū, in quo totum Christi nomen copendio includatur, quem ita signat, de quo ita certus est, vt à Deo se acepisse indicet his verbis: Et ecce dū erāmus loquor, præsentiam tui adesse cognosco, qui etiam inuocātes te pia munera largiturus præoccupas dicens: Antequam me inuocauerint, dicam: Ecce ad sum. Quæ ergo à te mihi elucent, perducā necesse est ad cognitionem tuos, &c. Et quoniam nullum nomen magis amabit Antichristus, nullumque tibi gloriosius putabit quā nomen Christi, siue Messiæ, quo Iudæos decipiet, & multos etiam Christianorum, & Agarenorū, quorū maxima, & infinita pene turba est, character nominis eius notam habebit, in qua compendio fit hoc nomen Christus, aut Messias, sed potius Christus, quia familarius omnibus nomen est, & notius, & celebrius. [Accedit quod Constantinus Deo, hominibusque carus imperator, qui, vt in arcu triumphali illi erecto Romæ nunc etiam legitur, liberatorvrbis, & fundator quietis appellatus est, hanc eamdē notam nominis Christi in labaro portabat, vt Onuphrius scribit in Fastis, nisi quod lineam trāsuersam secantē has duas literas. X. &. P. non habebat. Eamdem posteà in labaro portarūt Leo. V. & Michael Constātinus imperatores, eodem Onuphrio autore. Quare Antichristus, qui liberator orbis, & tyrannorum expulsor, & fundator quietis publicæ videri volet, lt benter, vt videtur, hac eadem nota vte
36 tur, & illā imprimi suis volet.] † Pingi tur autem character in fronte, siue in dextera, quoniam & partes sunt corporis principales, & oculis omnium expositæ. Frons etiam sedes est verecundiæ, in dextera fortitudo est. Qui ergo in frōte habēt characterem, profitetur nō pudendū sibi esse, sed glorioſum talē ducē sequi. Qui in dextera habebūt, profitebūtur se milites esse Antichristi, & totis viribꝰ p eiꝰ gloria pugnaturos.

Et ne quis poſſit emere, aut vendere. Quoniam magno cum labore poterūt omnes occidi, qui characterem habere nolent, præ multitudine, & ne nimiū crudelis videatur rem excogitabit laeius multò parentem, ideoque multò nocentiorem, vt nemo quidquam emere, aut vēdere possit, nisi fuerit characterē insignitus. Nam cū nemo viuere possit nisi emat, aut vendat, ita infinitā multitudinem ad sui adorationem coget. Ita hoc interpretantur Hippolytus martyr in Oratione de Consummatione mundi, & Arethas, & multi alij, & ita omninò interpretandum est. Simile quid in Christianos licet minus sæuum fecit Iulianus apostata, vt scribit, Nicephorus lib. 10. cap. 24. *Verſ. 17.*

37 *Aut numerū nominis eius.* † Idest, has tres literas χξϛ, quibus, vt, statim dicemus, numerus nominis signatur. *Verſ. 17.*

Hic ſapientia eſt. Hic cernetur sapientia Christianorum, sapientes enim ex ijs, quæ dicta sunt de characterē, & ex ijs, quæ nunc dicentur de numero nominis, poterūt intelligere an sit ille Antichristus. Quod magis explicat verbis sequentibus. *Verſ. 18.*

Cōputet numerum beſtiæ. Vt ex numero in literis nominis incluso intelligat sit ne ille Antichristus. *Verſ. 18.*

Numerus enim hominis eſt. Arethas ita expotuit: Nomen eius est numerus hominis, id est, familiare est eius nomen, & non insitetum, nec occultarū, ac duplicem habens intellectum, sed consuetus calculus, & inter homines cognitꝰ. Mihi hoc potiùs dicere videtur. Qui habet intellectū, cōputet bene, numerus enim prius hominis est, & intellectū habētis, ac ratiocinantis est numerare. *Verſ. 18.*

Et numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex. 38 † Irenæus martyr Christi multa de his scripsit lib. 5. cap. 30. vbi ait: Hunc autem numerum nominis ostendit, vt caueamus illum venientem, scientes quis est. Nomen autem tacuit, quoniam dignum non est præconari à Spiritu sancto. Et cap. 29: Congruenter autem & nomen eius habebit numerum sexcentos sexaginta sex, recapitulans in se metipso omnem, quæ fuit ante dduuium, malitiæ commistionem, quæ facta est angelica apostasia. *Verſ. 18.* *Ratio numeri nominis Antichriſti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Noe enim fuit annorũ sexcentorum, & diluuium aduenit terræ. &c. Deinde ait, recapitulari etiam in hoc numero omnem idololatriam, quæ fuit à diluuio, & prophetarum interfectionẽ, & successionem iustorum, qui idololatriæ restiterunt. Nam statua illa erecta à Nabuchodonosor Dan. 3. sexagintacubitorũ habebat altitudinis, & sex latitudinis: & quæ mineri coniuncti cum numero annorum Noe efficiunt. 666. In hac statua omnis idololatria significata est, sed maximè illa Antichristi, qui solus ab vniuersis volet adorari. Et ter pueri missi in caminum ignis, quia eam adorare noluerunt, designant iustorum interfectionem, & cruciatus, quia adorare nolent Antichristum.

39 *Nomina habẽtia numerorũ nomina Antichristi.* Affirmat etiam multa nomina inueniri apud Græcos, quæ hoc numero constent, vt Euan. l. ateinos, quod valde verisimile ubi vsi fuerit, dicit, quoniam verissimum, inquit, regnum hoc habet vocabulum. Latini enim sunt qui nunc regnant. Sed omnium probabilissimum putat Τειτὰν scriptum per ει, quorum nullus rex ita vocatus est, & apud ethnicos Diuinum putatur hoc nomen, & idolis datur, & sol ita vocatur alibi, qui nunc tenent, id est, à Romanis. Et ostentationem habet vltionis, & vindictam inferentis, quod recte conuenit Antichristo, qui simulabit se malè tractatos vindicare, & in libertatem asserere eos, qui quasi seruitute tenebantur. Hoc dicit quoniam τίσασθαι idem est quod Vlciscor, vnde deductum videri potest Titan. Postremò dicit, etiam si hoc nomen aptissimum videatur, & regale, & tyrannicum, non tamen ideò nomen Antichristi inuentum esse, quoniam alia esse possunt, quæ eumdem numerum habeant. Primasius alia nomina addit, quorum primum est Ἀντιτὴς, quod significare dicit, Honori contrarius, sed id vt significaret, scribendum erat Ἀντιμὴς, quod numero non conuenit, aut potius Ἀντίτιμος. Alterum est Ἀρνούμενος, quod martyri Hippolyto, & multis placuit, & significat Nego, nisi quod vt hoc significaret, scribendum erat, Ἀρνεῖσθαι. † Ansbertus aliud

40

nomen Gothicum affert Τεσσαρακοντα, quod significare dicit idem quod Gentium seductor. Alia protulit Andreas, & Arethas, vt Λάμπετις, quod ab splendore dicitur, ὁ νικητὴς, id est, Victor, κακὸς δόλιος τε ἰὸς dolus dux, ἀλιτήριος βλαβερὸς, id est, Vere nocens, πάλαι βλάπτων, id est, Iam olim inuidens, ἀμνὸς ἄδικος, id est Agnus nocens. [Addit etiam Andreas, Βενέδικτος, quod est, inquit, εὐλογημένος, id est Benedictus,] & multa alia huiusmodi fingi, aut inueniri poterunt. Quomodo autem in his ratio subducatur, norunt qui linguæ Græcæ non sunt imperiti, numerant enim Græci per literas, A, vnũ, B, duo, atque ita deinceps vsque ad, ι, quæ litera decem valet, quoniam licet nona sit in Alphabetò, interponitur hæc nota, ϛ, quæ valet sex. Litera, quæ sequitur Iota, efficiunt denarios vsque ad, ϟ, Sed nonaginta ita notantur, ϟ. Inde incipiunt centenarij, quos efficiunt literæ sequentes vsque ad finem Alphabeti. Sed cum ϡ, valeat, 800, nongenti ita notantur π, aut ϡ. Deinde millenarij incipiunt ab Α cum linea deorsum tẽdente, ita, ͵α, &c. Ex his videmus hęc nomina eumdem numerum habere, eumque tribus literis Græcis signari X. ſ. 5. Hebræi etiam per literas numerãt, sed quoniam Euãgelista Græcè scribebat, nec id Iudæis, sed conuersis ex gentibus, id, quod omnes sentiunt, verisimum videtur, Græcis notis computari debere nomẽ Antichristi. † At nomen Græcũ futurũ esse, vt multi ex scriptoribus volunt, nõ est necessariũ, cũ ipse natione Græcus futurus non sit, & sit probabile eum ex tribu sua Dã, aut certè ex Iudæorum nominibus aliquod accepturum, vt fieri solet. Sed Græcum esse posse non nego, immò probabilius arbitror, nam si Hebraicũ sit, aut alterius linguæ, literas habere potest quibus Græci careant, nec poterit Græcè numerari. Satis igitur constat ex dictis non posse certũ nomen haberi, cũ tot in omnibus linguis inueniri possint. Quorsum igitur Apostolus nos numerare iubet, & numerũ nominis docet? Vt cũde aliquo dubitari cęptũ erit, numerũ nomi-

41

Numeratio Græcorum.

nominis computemus, etsi numerus non conueniat, certum sit illum non esse Antichristum. Et quamuis nunc nomen nesciamus, vbi ille venerit, numerus inuenietur in nomine, quod cum alijs, quæ de eo dicta sunt, conferentes facilè intelligetur eum esse Antichristum.

Argumentum. Cap. XIIII.

Videt in cœlo Agnum stantem, & centum quadraginta quatuor millia virginum sequentium eum semper, & canticum nouum canentium. Deinde tres angelos loquentes audit, quorum primus hortatur homines ad pietatem vicinitate iudicij, alter Babyloni ruinam prædicit, tertius multa comminatur adorantibus bestiam, & imaginem eius, aut eius characterem suscipienti. Audit etiam vocem de cœlo beatos prædicantem eos, qui in Domino moriuntur. Mirabili postea visione docetur & fine mundi instare, & magna impios manere supplicia.

Caput. XIIII.

ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius
2 scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cœlo, tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de
4 terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocũque ierit. Hi empti sunt ex hominibus
5 primitiæ Deo, & Agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum
6 Dei. Et vidi alterum angelum volantem per medium cœli habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: dicens magna voce, Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt,
8 & fontes aquarũ. Et alius angelus secutus est dicẽs, Cecidit cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.
9 Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna, Si quis adorauerit bestiã, & imaginẽ eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in
10 manu sua: & hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante con-
11 spectum Agni. Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: nec habent requiem

Universidad de Deusto
Biblioteca

die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit caracterem nominis eius. Hic pa-
12 tientia sanctorum est, qui custodiunt
13 mandata Dei, & fidem Iesu. Et audiui vocem de cœlo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.
14 Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua fal-
15 cem acutam. Et alius angelus exiit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis ter-
16 ræ. Et misit qui sedebat super nubē, falcem suam in terram: & demessa
17 est terra. Et alius angelus exiuit de templo quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutā. Et alius angelus
18 exiuit de altari qui habebat potestatem super ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt uuæ eius. Et misit angelus falcem suam
19 acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ
20 Dei magnum: & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta.

1 ET vidi, & ecce Agnus stabat su- *Vers. 1.*
pra montem Sion. Consentiunt ferè cōmentarij, & ita est, quæ in hoc cap. dicuntur, ad consolationem iustorum scripta esse, vt quoniam Antichristi insidias, & crudelitatem viderunt, nunc præmia virilit certantium audiant. At quomodo hoc fiat difficillimū est explicare. Agn⁹ inquit, stabat *supra montem Sion*, quem iam ex præcedentibus nouimus esse Christum, & Iohanni quasi agnus ostēditur, quia pro peccatoribus oblatus est, & glorificatio sanctorū præmium sanguinis illius est. Ac si diceret: Qui, vt agnus, se metipsum obtulit pro hominibus, nūquam eorum obliuiscitur, sed certantes de cœlo adiuuat, & post certamina coronat, & cum illis libenter versatur. Stat Agnus, quia licet occisus sit, resurrexit morte deuicta, vt discant omnes, qui pro eo patiuntur, gloriosam expectare resurrectionem. Mōs vero *Sion*, in quo erat Ierusalem, & templum, interdum Ecclesiam significat, vt Psal. 2: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Interdum verò cœlum, sedemque beatorum, vt hoc in loco, quoniam tāmons ipse, quam Ierusalem, & templū figura sunt & Ecclesiæ, & beatitudinis, vt Psal. 83: Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. Denique paulò post ait: Et audiui vocem de cœlo, tāquam vocem aquarū multarū.

Et cum illo centum quadraginta quatuor *Vers. 1.*
2 *millia.* † Magna est & difficilis quæstio, qui sint hi, & quorsum nunc de virginibus mentio fiat. Hieronymus lib. 1. Aduersus Iouinianum, versus finem, ita hoc interpretatur. De singulis tribubus excepta tribu Dan, pro qua reponitur tribus Leui, duodena millia virginum signatorum creditura dicuntur, qui cū mulieribus nō sunt coinquinati. Ac ne putaremus de ijs dici, qui scorta non norunt, statim intulit: Virgines enim sunt. &c. Manifestè itaque Hieronymus illos, quos cap. 7. creditūros esse diximus in fine sęculi ex duodecim tribubus Israel, hoc loco commemorari intelligit. Et quidem numerus conuenit, sed difficillimum est, neque probari posse videtur, Iudæos omnes, qui in

in fine sæculi conuertentur, virgines futuros esse, ita vt nullus eorum vxorem duxerit, cum rara semper fuerit apud Hebræos virginitas. Nec ylus, opinor, affirmare audebit nullum ex coniugibus tunc esse conuertendum. Tunc etiam quæreremus, cur de Iudæorum virginibus mentio facta sit, ac non etiam eorum, qui ex gentibus conuersi virginitatem coluerunt?
3 † Arethas etiam alia ratione sententiam hanc refutat, suamque exponit, quę certè videtur probabilior. Numerus, inquit, horum millium, non illorum est, de quibus prædictum est quod ex vnaquaque tribu crediderūt in Christum; nam si id fuisset, cum Articulo protulisset dicēs: Illorum quadraginta quatuor millium. Quoniam autem sine Articulo protulit, reliquum est vt intelligatur hos dixisse, qui ex gētibus crediderunt, dum gratia Diuini seminis, quæ in vnoquoque fuit Apostolorum, duodecies operata sit in millecuplo fructum perfectum fidei eorum, qui salui fiunt: quibus attestatur quod virginitatē præstiterint, quæ apud Hebræos rara fuit. &c. Itaque virgines propriè accipit, vt & Hieronymus, sed eos esse dicit, qui ex gentibus crediderunt per vniuersum orbem. At non minus hoc difficile videtur, ex tot nationibus, & tot sæculis tantum centum quadraginta quatuor millia virginum memorari, cū vel vna die vndecim millia virginum celebret Ecclesia, quæ martyrium cū virginitate copularunt. † Beda, & multi alij has anguillias facilè sibi videntur effugere, affirmantes numerum finitum pro infinito accipi. At vnde id probare possunt? Non est enim ex numeris, qui ita accipi solent, quales sunt Ternarius, Senarius, Septenarius, Duodenarius? Tot numeros coniunctos, centum quadraginta quatuor millia, pro infinitis poni non est probabile, alioqui nullum numerum certū habere possemus in Scriptura, omnes pro indefinitis vsurpari, qui vellet, diceret. Aliud est dicere Millia millium, aut Mille, aut Millia, aliud tam definitè tot numeros signari. Quare hoc potiùs dicendum arbitror, virgines numerari, qui illis extremis temporibus florebūt, tam ex gentibus, quā ex iudæis, qui conuertentur. Nam si ex gentibus tantùm esse diceremus cum Aretha, continuò quæri posset, cur non etiam ex Iudæis? Etenim, sicut ante dicebamus, neminem ausurum esse affirmare nullum ex ijs, qui coniuges apud Hebræos erunt, crediturum: ita nec erit qui priam, qui dicere audeat solos coniuges ad Ecclesiā esse venturos, nullumq; ex eorum pueris & puellis esse baptizandum. Post baptismum autem tam breui tempore, multos ex ijs virginitatem conseruare non est difficile. † Rursus eodem tempore grassante vbique libidinum licentia centum quadraginta quatuor millia virginum vtriusque sexus (ita enim intelligendum est) inuenuri, satis optabile est, nec paruus numerus hic censeri debet. Sed quorsum commemoratio virginum ad id, quod nunc Iohannes agebat? Hoc enim secūdo loco quærebamus, martyres potiùs videbantur commemorandi, qui fortiter pro pietate occubuissent, Respondeo nec martyres esse præteritos, vt in hoc ipso capite videbimus, sed virgines priùs fuerunt recensendi, quoniam nō solùm cruciatus, & capitis pericula contempserunt, sed etiam integritatem mentis, & corporis accuratè seruauerunt: quod cum sit omni tempore magnum; illo, quo regnabit Antichristus, multò erit maius, atq; illustrius propter magnitudinem tentationum, & licentiam libidinum vbique regnantium, præsertim cum illis magnos viros, & sanctitate celebres turpiter cedentes visuri sint, & hoc vnum futurum sit ex maximis,
6 & potentissimis telis Antichristi, † Reté ergo victores libidinum, qui in tot periculis, & difficultatibus non castitatem modò, sed etiam virginitatem seruauerunt, magno in honore nūc ostenduntur apud Agnum in cœlo, vt qui eo tempore certabunt, hac visione, atque hoc honore confirmentur ad resistendum Diabolo, & ad pugnandum cum potentissima cupiditate.

Habentes nomen eius, & nomen patris *Vers. 1.*
eius. In fronte habent, quia non erubuerunt testimonium Domini nostri Iesu Christi, neq; patris eius: frons enim sedes est verecundiæ. Quid autem sit nomen habere scriptū, intelligitur ex ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis cap.3: Et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum nouum. Quæ ibi exposuimus num.31. & sequentibus: Et hic genus commutauit, vt facere solere adnotauimus cap.11.nu. 16. dicendum erat: Et cum eo centum quadraginta quatuor millia habentia nomen eius, ita tamen vertit, quoniam in Græco erat, χιλιάδες χιλιάδες. Quamuis fieri poterit vt hic iuxta consuetudinem suam locutus subaudiri voluerit. Viri, solet enim dicere, Duo millia viri, vt ca.7: Centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorũ Israel, & quæ sequuntur.

Vers. 2. *Tanquam vocem aquarum multarum*, idest, Magnæ cuiusdam multitudinis, vt exposuimus cap.1.num.73.

Vers. 2. *Et tanquam vocem tonitrui magni.* Vocem tonitrui dici magnam, & terribilem exposuimus ca.6.nu.6. Sed quomodò nunc terribilis intelligitur, cum dicat continuò: Et vocem, quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in
7 citharis suis? † Possumus intelligere vocem tonitrui dici, quoniam magna est, atque cœlestis, & ex altitudine angelicæ vitæ, quam imitati sunt virgines, profecta. Sed rectius fortasse quoniam hæc vox, quæ virginum concentus est, terrebit maximè sectatores Antichristi omni libidinum turpitudine coinquinatos. Non quòd ipsi eam audituri sint, sed quòd hac prophetia, quam scribit Iohãnes, cum prædicabitur, omnes impuri terrebuntur, sicut & nunc multi terrentur.

Vers. 2. *Et vocem, quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.* Eadẽ vox, quæ impijs erit terribilis, sanctis erit valde suauis (sicut & hodie est) cũ præmia sublimia virginitatis enuntiabuntur. Vox igitur est citharœdorum, quoniam & eos, qui canunt, & qui audiunt, suauitate implet, & magnæ lætitiæ testis est. Beda: Cum citharistæ Dei omnes sancti sint, qui carnẽ suam crucifigentes cum vitijs, & concupiscentijs laudant eum in psalterio, & cithara: quanto ampliùs illi, qui angelicæ priuilegio castitatis totos se Domino faciunt holocaustum, singulariter abnegantes semetipsos, & tollentes crucem suam sequuntur Agnum quocumque vadit?

Et cantabant quasi canticum nouum. *Vers. 3.*
8 † Non dixit Nouum, sed *Quasi nouum*, quale videlicet Iohannes cantari non audierat, licet prius voces cœlestes audisset. Canticum hoc erat gratiarum actio plena suauitatis, & exultationis, quam Deo reddebant pro magno illo, & raro dono integritatis corporis, & animæ, præsertim in tantis tentationibus, & in tantis periculis violandi. Græ
9 gorius in 3. parte Pasto. Admonitione. 29: Singulariter quippe cãticum Agno cantare est cum eo in perpetuum præcuntis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere.

Et nemo poterat dicere canticum. *Vers. 3.* In Græco est μαθεῖν, ex quo cernitur legendum esse Discere, sed paulatim in vna litera erratum est, quod facile fuit in tãta verborum similitudine, præsertim cum aptius etiam sententiæ videretur, Dicere canticum, quam Discere. Atq; adeò error increbuit, vt non solùm in codicibus, verùm etiam in expositoribus, & in patribus semper legamus Dicere, vt apud Hieronymum lib.1. contra Iouinianũ, & apud Augustinum in libro de Sancta virginitate, cap. 27. & 29. & apud Gregorium in Admonitione citata, & lib.5.cap.3. expositionis in lib. 1. Regum. Et Hieronymus quidem nihil dicit vnde scire possimus Dicere ne legerit, an Discere, sed Gregorius, & Augustinus haud obscurè indicãt se
9 legisse, Dicere. † Nihilominus tamen legendum censeo Discere, quemadmodũ etiam legitur in codice Cõplutensi, quoniã in Latinis verbis Discere, & Dicere, magna similitudo est, quæ nulla est inter Græca, μαθεῖν, & λέγειν: atque ideo non in Græcis hoc loco error est, sed in Latinis: quamuis ad sensum nõ multum referat, canticũ enim ideo discitur vt dicatur. Est itaque sensus: Ceteri beati nesciebant ita canere, ignorabant illud harmoniæ genus, quia virginitatem non seruauerant. At non dicit: Non discebant, sed, *Non poterant discere*, quo significari videtur illos dare operam vt discant, sed non posse assequi quod conantur. In quo non co-

natus

natus aliquis intelligendus est, quo frustrentur, quasi velint discere, & non possint: sed hoc tantùm indicatur, sanctos videntes Christi puritatem, & quã grata ei sit virginitas, gauisuros fuisse si sibi quoque virginitas contigisset, quo Christo meare & similiores essent, & gratiores. Sed neque illis, qui habent, inuident, neque ipsi quòd non habue-
10 runt, dolent. † Ansbertus, & Ambrosius laborant Apostolis defendendis, quòd, cum quidam eorum vxores habuerint, absurdum videatur eos hoc canticum discere non posse. Verùm facilè hoc soluitur, si rẽ paulò accuratius consideretur. Non de Apostolis nunc loquitur, neque de sanctis priorum sæculorum, in quibus plurimi sunt vtriusque sexus virgines, qui canticum idem canunt: sed de virginibus extremi temporis, quos propterea solos canentes audit, vt hoc cantu & ipsi, illum in hac vita erũt, & alij alacriores sint ad virginitatem seruandam. Quare cum dicit: *Nemo poterat discere canticum.* De ceteris eiusdem temporis electis sermo est. Et tamen Apostoli ij, qui virgines non fuerint, non poterunt canere hoc canticum virginum. Sed quid mirũ? Quid hoc aliud est, quam si diceremus, qui virgines non sunt, non agere Deo grãtias quòd virgines fuerint? Sed agent tamen quòd alia multo maiora, & illustriora acceperint. Quid vetat, quod simpliciter, & multis ex partibus maius est, ex aliqua minus esse? Nũm ideo minus censetur? Beatissima virgo viram martyrio non finiuit, sed nemo ex martyribus cum ea comparabitur.

Vers. 3. *Qui empti sunt de terra.* Omnes electi
11 empti sunt sanguine Christi, vt sint peculiũ Dei, sed virgines peculiari quodam modo empti sunt, vt Deum in corpore, & in anima haberent, & tamquã primi fructus, qui gratiores esse solent, Deo offerrentur. Atque hoc est, quod paulò post ait hęc ipsa verba exponens: Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno, idest, hos sibi dari voluit Christus, & pretio sui sanguinis emptos sibi selegit, vt se corporis, & animæ puritate imitarentur: primitiæ enim sunt de primis, & præstantioribus fructibus, atque ideò gratiores sunt.

Qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati. *Vers. 4.*
De omnibus mulieribus loquitur, etiã coniugibus suis, vt docet Hieronymus lib.1. Aduersus Iouinianum, ex verbis sequentibus: *Virgines enim sunt.* Etenim quamuis in vsu matrimonij peccatum non sit, tamen cãro ipsa concupiscentia illa, & seminis effusione quodam modo inquinatur. Hieronymus ibidẽ aliam huius rei causam reddit dicens: Ex quo ostendit omnes, qui virgines non permansiserunt, ad comparationẽ puritatis, & angelicæ castitatis, & ipsius Domini nostri Iesu Christi, esse pollutos.

His sequuntur Agnum quocumque ierit. *Vers. 4.*
12 † Difficilius est quòd nunc dicitur, nãm si aliquid dicatur, quod proprium virginum non sit, sed illis commune cum beatis reliquis, parum dici videtur. Dici autem aliquid proprium nõ apparet, neque enim sine iniuria beatitudinis aliorum dici posse videtur, solos virgines sequi *Agnum quocumque ierit*: Quò enim ibit Agnus, quò eum omnes beati qui volent, non sequãtur? Certè Ecclesia canit: O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes sancti, Amicti stolis albis sequũtur Agnum quocunque ierit. Parte alia proprium esse hoc virginum & Iohannes videtur indicare, & Ecclesia eodẽ modo intelligere, cum in hymno virginum canit.

Quocunque pergit virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.

Idem sentire videntur Augustinus, & omnes expositores. Deinde hoc etiam quærendum est, an ita hæc sint intelligenda vt sonant, Christum per cœlum discurrere nunc huc, nũc illuc, & post eum ire virgines. Augustinus in libro de Sancta virginitate, cap. 27. & 28. & 29. hæc interpretatur, cuius verba referunt, & laudant Primasius, & Beda, & Ansbertus, nec aliter locum exponen-
13 dum esse cẽsent. † Cap.27. quærit: Quò putamus eum ire, in quos saltus, & prata, quò nemo eum sequi vel audeat, vel valeat, nisi virgines? Deinde respondet, prata hæc esse gaudia beatorum, virgineſque sequi Agnum in gaudia

Virgines quomodò Agnum sequantur.

à cere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

à cæterorum omnium gaudiorum sorte distincta, propria virginum Christi. Nam sunt (inquit) alijs alia, sed nullis talia. Et posteà ait: Quid est eum sequi, nisi imitari? Hunc in eo quisque sequitur, in quo imitatur. Ceteri igitur beati sequuntur Agnum, sed non quocunque ierit, quia in gaudia virginitati non sequuntur. Virgines autem in omnibus eum imitantur, & ideo quocunque ierit, sequuntur. Inter opera sancti patris Hieronymi libellus quidam est, qui inscribitur, Virginitatis laus, in quo hæc verba legimus: De his & beatus Iohannes Apostolus loquitur, quod *Sequuntur Agnum quocunque ierit*: Quod ita intelligendum puto, nullum eis locum in cœlesti aula claudendum, & cuncta eis Diuinarum mansionum habitacula reseranda. &c. † Verùm his rerum modum satis explicatus, quàdocendam facilè his autoribus obijcere possimus, si ita intelligatur, nec virgines sequi Agnum quocunque ierit, nec aliud esse de illis, atque de reliquis beatis iudicium. Nam si in gaudia virginum sequuntur Agnum coniugati, aut alij non virgines: nec virgines cum sequuntur in gaudia martyrum, aut doctorum, aut prophetarum, aut Apostolorum, atque hæ illis mansiones non reserabuntur. Hæc obiectio à nemine ex ijs, quos viderim, soluitur, potest tamen ita solui, si de omnibus virginibus verba intelligantur. Qui virginitatem amiserunt, non possunt sequi Agnum quocunque ierit, quoniam recuperari illa non potest: at virgines, & martyres esse possunt, & in ceteris alijs Agnũ imitari, vt meritò posteà Agnum in cœlo sequi dicantur, quocunque ierit. Hæc solutio haud obscurè colligi potest ex Augustino in eodem libello, cap. 27. & duobus sequentibus. Verùm aliud est sequi posse, aliud re vera sequi, omnes virgines hoc possent dum in terra sunt, sed multi non sequetur in cœlo Agnũ quocunque ierit, & tamen de illis iam in cœlo positis loquitur Apostolus.

† Melior, & solidior erit interpretatio, si dicamus virgines sequi Agnum quocunque ierit, quoniam in virginũ multitudine omnia virtutum merita inuenientur, multi enim erunt martyres, alij doctores, & episcopi. &c. quæ omnia omnibus ijs, qui virgines nõ sunt, inueniri non possunt. Mihi tamen, quia nam. 4. & 5. ostendi hæc non de omnibus virginibus hoc loco dici, sed de ijs, qui extrema tempore florebunt, aliter hæc videntur exponenda, vt illorum virginum merita commendari intelligamus, qui tantæ sanctitatis erunt, vt eum corporis, & animæ integritate reliquas omnes virtutes cõpulent, de quibus statim ait: Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno, & in ore eorum nõ est inuentum mendacium, sine macula enim sunt, &c. Hos quoniam plurimum omnibus virtutibus præstabunt, non est dubium hortatores, & magistros aliorum futuros esse miserrimis illis temporibus, & exemplo præituros, & ante omnes alios à ministris Antichristi torquendos & occidendos, nullamque ijs coronam defuturam, vt meritò dicantur sequi *Agnũ quocunque ierit*: Ceterum hæc verba omnibus sanctis alia ratione tribuentur, quatenus omnibus commune est nunquam à Christi conspectu discedere, sed cum illo esse vbicunque ipse sit: atque ita verumque verum est, & modo quodam conuenit omnibus sanctis, alio non nisi virginibus.

His empti sunt. † Hoc iam expositum initio numeri vndecimi. *Vers. 4.*

Et in ore eorum non est inuentum mendacium. Maius quippiam dicit quam primo aspectu apparet, nam cum vnam virtutem commendare videatur, nullam eis non tribuit. Qui enim ita verax est, vt in ore eius nunquam inueniatur mendacium, nihil ambiet, nulli adulabitur, nullum timebit, nihil magnum putabit in rebus sæculi, omnia contemnet, vnique Deo totus inhærebit, ac denique erit omni ex parte perfectissimus. Ita de Christo dictum est. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et Dominus ait de Nathanaele Ioh. 1. *Ecce* verè Israelita, in quo dolus non est. Et Psal. 31: Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. E contrario dolus maximis scelleribus adiungi solet, vt Psal. 5: Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. *Vers. 5. Veracitas quanti ea mi iudicii puritatem.*

nus. Psal. 108: Quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est, Et deficiẽte veritate virtutes omnes deficere cẽsentur: Psal. 11: Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Hos. 4: Audite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictio, & mendacium, & homicidium, & furtũ inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Sed cum in omnibus hoc summæ laudis sit, multò maioris est in his, qui nec Antichristi potentia, aut minis terrebuntur, nec promissis capientur vt veritatem Christi tenere, aut docere desinant. His verbis notum est nõ repugnare illud Psal. 115: Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. Est enim homo mendax natura sua, & qui decipi, ac decipere possit, sed gratia Dei effici potest vt nunquam mentiatur.

Vers. 5.

17 *Sine macula enim sunt ante thronũ Dei.* † Hæc vltima verba, *Ante thronum Dei*, codex Græcus Complutensis non habet, alij recentiores habent, & Latina eiusdem Complutensis translatio. Sed delenda videntur, quoniã nec in omnibus Latinis codicibus leguntur, nec apud Hieronymum lib. 1. contra Iouinianũ (qui ita hunc locum refert: Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium, & sine macula sunt) neque apud Andreã, neque apud Arethan, neq; apud Ansbertum, neque apud Ambrosium. Quod autem ait: *Sine macula enim sunt*, idem Ambrosius negat de ijs, qui in hac vita sunt, intelligi posse, quoniam si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed si præcedentia respiciamus, dubitare nõ possumus quin de illorum sanctitate, quam in vita habuerunt, sermo sit. Nam si de puritate beatorum nunc Iohannes loqueretur, quid de his virginibus dicit, quod non æquè de reliquis omnibus verissimè diceretur? Nõ dicit eos sine leuioribus peccatis victuros esse, pro quibus omnes sancti non solùm humiliter, sed veraciter etiam dicunt: Dimitte nobis debi-

1. Iohan. 1.

Macula, immaculatus.

18 ta nostra. † Sed maculam intelligit grauiorum peccatorum, ac si dicat, eos singularem quandam animæ puritatem habituros esse, quæ non solùm mortalia peccata non admittat, verùm nec venialia grauiora, minora autem crebrò pœnitentiæ operibus, & lacrymis deleat. Atque hoc, quod nunc Iohannes dicit, posse in hac vita per Dei gratiam obtineri facilè intelligemus si Græcam vocem consideremus, ἄμωμοι, id est, immaculati, irreprehẽsibiles, quæ vox hominibus sanctis in hac vita sæpe datur, vt Eph. 1: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in caritate. In Græco est eadem vox, & Erasmus vertit: Irreprehensibiles. Colos. 1: Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. 2. Pet. 3: Satagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace, vbi pro Inuiolati est ἀμώμητοι, id est, Irreprehensibiles. Eadem voce Latina similibus vocabulis Græcis respondente sæpe vtitur hoc modo noster interpres, vt Sap. 4: Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Iac. 1: Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. † Ex his iam intelligimus: *Sine macula enim sunt ante thronum Dei*, si ita legere velimus, idem valere, atque, sine macula enim sunt ante Deum, siue in conspectu Dei, fortasse ab hominibus reprehendentur, sed apud Deum, qui intuetur corda, sine macula sunt. Aut certè, non solùm in conspectu hominum sine macula erūt, quorum sæpe iudicia falluntur: Sed in conspectu etiam Dei. Cum autem dixisset: Et in ore eorum non est inuentum mendacium, similiter dicendum videbatur, sine macula enim fuerunt: Sed solet crebrò, quemadmodum verbis præteriti temporis, ita etiam præsentis vel ad futura significanda more prophetarum, vt quod dicitur perinde certum esse intelligatur ac si gestum esset, vel iam gereretur, vt ostendimus cap. 13. num. 31. Hoc etiam notandum, ratio-

Immaculatus.

Regula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem illius dicti: Et in ore eorum nō est inuentum mendacium, reddi hoc: *Sine macula enim sunt*, quoniam à viris perfectis, qui Deo similes euadere cupiunt, nihil est alienius quam mendacium, quia Deus veritas est, & veritatē maximè diligit, & omne mendacium detestatur.

Vers. 6. *Et vidi alterum angelum volantem per medium cœli.* † Alterum dicit ab eo, scilicet, qui sibi ea, quæ prædixerat, ostendebat. Per medium cœli volat vt ab omnibus videri, audiriq; possit.

Vers. 6. *Habentem Euangelium æternum*, Idest, Cui datum est prædicare Euangelium, siue bonum nuntium regni æterni sanctorum, vel vitæ æternæ, vt ea faciant, per quæ vitam æternam consequantur. Dicitur etiam Euangelium æternum, quoniam non erat periturum, aut alia lege antiquandū, vt vetus testamentum: & quoniam quæ docet, quæq; promittit, perpetua erunt, nō vt vetus lex, in qua temporalia bona magna ex parte promittebantur, [& cum tempore transeunt. Opportunè verò nunc æternum vocasti Euangelium, vt spe bonorum æternorum homines excitati contemnāt diuitias, & voluptates breui perituras, easque æterna bona præponant: nec metuāt temporalia supplicia eterna pro illis vita donandi, sed ea; quæ sempiterna sunt, & nūquam finientur.]

Vers. 6. *Vt Euangelizare sedentibus super terram.* Ideo Euangelium æternum habebat, vt Euangelizaret, idest, vt illud hominibus annuntiaret, eosque à terrenis tolleret ad cœlestia, à temporalibus ad æterna, vt verba eius indicant. Quare meritò dicit; *Sedentibus super terram*, id est, hominibus cœli oblitis, & tantū terrena curantibus, hi enim dicuntur habitare terram, & sedere super terram. Luc. 21: Et supereueniat in vos repentina dies illa, tāquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedēt super faciem omnis terræ. Quare rectè Beda exposuit: Conueniet eos, qui cœlesti attolluntur volatu, terrena quoque metas de sede sui corporis prædicando lauare. † Sed quæritur an existimādum sit hunc verè futurum esse angelum, qui iudicium instare prædicet? Respondeo Iohannem quidē angelum vidisse hæc dicentem, sed in angelo tamen illo significantur veri prædicatores à Deo missi, qui nuntij Dei sunt, & illis temporibus Diabolo, & prædicatoribus Antichristi pacem & securitatem pollicētibus diem iudicij iam iam adesse clamabunt. Ita intellexerūt Tyconius Hom. 11, & Beda, & Ambrosius, & Ansbertus, Anselmus, Rupertus, & alij. Ratio expositionis hæc est, quòd prædicatio Euangelij nunquam per angelos facta est ciuitatibus & prouincijs, sed per homines, atque hic Diuinæ prouidentiæ conuenientissimus ordo semper seruatus, & semper seruandus est. Non enim angelis, sed Apostolis Dominus dixit: Prædicate Euāgelium omni creaturæ. Et Paulus ait 2. Cor. 5. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbū reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur. Quod autē de hoc angelo dicimus, id de secūdo, & tertio intelligendum est. *Mar. vlti.*

Sedere super terram.

Quis sit angelus habēs Euangeliū æternum

22 *Et super omnem gentem, & tribū*, † Vt Euāgelizaret illud super omnem gentem, &c. Consultò autem copulat tot vocabula idem fere significantia, vt intelligamus vbique prædicandum esse hoc Euangelium, nec vllam fore nationem; aut vllum populum, qui non audiat. *Vers. 6.*

Dicens magna voce. Prædicabitur magna contentione animi propter rei ipsius magnitudinem, & ita prædicabitur vt neminem latere possit. *Vers. 7.*

Timete Dominum. Ne timeatis Antichristum, aut eius minas, nolite timere eos, qui occidūt corpus, & post hoc nō habent amplius quid faciant. Timete Christum, qui animam, & corpus potest mittere in gehennam, & iam venit ad iudicium, vt bonos honore, malos æternis supplicijs afficiat. Hoc autem est Euangelium, idest, bonus nuntius, clamare proximum esse diem iudicij, quo nihil lætius bonis nuntiari potest, sicut ait Dominus Luc. 21: His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. *Vers. 7.*

Qui fecit cœlum, & terram. Qui cum omnium creator sit, infinitā habet virtutem, cui nemo inimicorum, quāuis potentissimus sit, resistere possit, quin omnia faciat, quæ velit. *Vers. 7.*

Et fontes aquarum. † Cur, cū omnia 23 ab eo facta esse dixerit, quæ in cœlo, & quæ in terra, & quæ in mari nascuntur, fontes nunc aquarum commemorat, nec aliud præterea? Hanc quæstionem & intactam, & insolutam relinquunt expositores præter Aretham, & Thomam. Ille per fontes omnia subterranea significari censet, quoniam incertum est vnde sit fontium progressus, quemadmodum etiam eorum, quę sub terra sunt. Melius Thomas iudicat, ideò fontes commemorari, quia in eis manifestatur Diuina sapientia, & bonitas, & potentia. Quod magis explicandum est. Cum sine aqua conseruari vita humana non possit, & ad eius vsus ea, quæ in mari est, inepta sit, summæ prouidentiæ, & bonitatis, & potentiæ fuit aquam maris salsam per subterraneos meatus excolare, & edulcorare, atq; ex varijs locis tenues stillas in vnū locum contrahere vnde fontes erumpant, & riui, & flumina, atque ex tam paruis principijs tot, tantos, tāque pulchros fontes educere: aut certe ex aquis 24 maris pluuiā gignere, vnde hæc omnia fiant. † Quare cum aqua nihil sit vtilius in vita, meritò inter præclariora Dei opera fontes numerantur, vt Tob. 8: Benedicāt te cœli, & terræ, mareque, & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt. Et Psal. 103: Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ. Cum ergo ait: Adorate eum, qui fecit cœlum, &c. *Et fontes aquarum*, & hoc videtur dicere: Adorate eum, qui vos fecit, & qui ad vitam vestram tuendam mirabiliter è terræ cauernis eduxit fontes aquarum. Tacitè quoque indicat Dei potentiam, qui etiam profundissima nouit, & in eis potest, quæ velit, operari.

Vers. 8. *Et alius angelus secutus est.* Alij prædicatores veritatis clamabunt post hos finem malis imminere suarum voluptatum. Fieri etiam potest, vt in his tribus angelis tres prædicatores Euangelij intelligantur, qui illo tempore erunt celeberrimi. Certè Victorinus primū angelum dicit esse Eliam, secundum alterum prophetam eius comitem.

Cecidit cecidit Babylon illa magna. † So- 25 pe nobis occurret Babylon in hoc libro, quare semel explicandum est quid sit, vt rectè omnia intelligantur. Communis fere sententia expositorum est in Babylone intelligi ciuitatem malorum, quæ ex omnibus impijs constat, & in qua Diabolus dominatur, eam nē pe, quæ aduersatur ciuitati Dei Ierusalem, & quam ædificat amor sui vsque ad contemptum Dei, vt dixit Augustinus. 14. de Ciui, c. vltim. in quibus libris multa scripsit de vtraque ciuitate. Hæc est sententia Tyconij Hom. 11. Bedæ, Ambrosij, & Ansberti, & Haymonis, & Primasij, & Anselmi, & Thomæ. Idem intelligit Arethas cum mundum significari dicit, nā & multi ex ijs, quos nominauimus, ciuitatem Diaboli, & hunc mundum, hoc est mundanorum hominum congregationem, pro eodē accipiunt, & vtroque modo Babylonē interpretantur. Sed, si ita accipiamus, multa erunt, quæ vel nullo modo, vel admodum violenter exponentur. Nam quod nunc occurrit: *Quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes*, Quomodo ciuitati Diaboli, siue vniuerso corpori malorum conuenire potest, cū hæc ciuitas sint ipsę gentes, quas illa potauit vino iræ fornicationis? De eadem dicitur cap. 17: Cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui habitāt terram de vino prostitutionis eius. Et tamen reges terræ, & omnes, qui sunt inebriati, sunt ipsa ciuitas Diaboli. Oportet ergo aliam esse ciuitatem, vel aliam congregationē, quæ eos inebriet. Respondet Beda: Ciuitas impiorum ex omnibus congregata gentibus ipsa gentes, idest, sua membra, vino inebriat erroris. Atque eodem modo cetera exponūt. At repugnare omnino videtur huic sensui quæ legimus ca. 18: Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur, id est, vna die tota finietur cum suis; & tamen sequitur: Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in delicijs vixerunt, cum viderint fumum incendij eius, longè stantes propter timorem tormen- *Vers. 8.*

Babylon quæ nā intelligatur in hac Apocalypsi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

mercatorum eius. Eiusmodi sunt & cetera, quæ in eodem cap. sequuntur. Cum ergo hi reges, & mercatores, sint extra Babylonem, quia illam deplorant vno die cõbustam, & si ipsi pars eius essent, non venirent vno die plagæ eius: cumque ipsi non sint extra ciuitatem Diaboli, alia est Babylon, alia ciuitas Diaboli, siue malorum. † Atque, vt alia
27 omittamus, illud cap. 17: Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, quomodo potest de ciuitate Diaboli intelligi, aut cur illa dicatur super septem montes sedere? Et in eodẽ cap. Et decem cornua, quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatã facient eam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt: quomodò potest ad ciuitatẽ Diaboli referri, quam decem reges pro viribus augere, & tueri nitentur?

Roma figuratè Babylon dicitur.

Alia itaque via eundum videtur. Et hoc primùm constet, nomen Babylonis hic non propriè accipi, sed figuratè, vt apertè Iohannes docet eodem cap. 17: Et in fronte eius nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna. &c. Cum dicit, Mysterium, Mysticum indicat esse quod dicit, idest, arcanum quippiam latere in nomine Babylonis, nec ita accipi debere vt sonat. Arbitror ergo ☞ (quẽ Andreas episcopus Cæsareæ, & Arethas in huius libri Commentarijs nonnullos sensisse testantur.) ☜. Romam
☞ nomine Babylonis designari, [nõ quæ nunc est post Christi confessionem, sed quæ tunc erat, cum hæc scribebat Apostolus.] Etenim cum Babylon ante aduentum Christi reges haberet potentissimos, & populo Dei infestissimos, in eaque Iudæi captiui seruisti conditione diu vixissent: Apostoli Romam Babylonem appellarunt quòd Iudæos cepisset, sibique subiecisset, & eius imperatores totius orbis terræ Domini vehementer Christianos affligerent, & plurimos eorum occiderent, & Babylon verè Romæ figura fuisset. Quare merito Augustinus scripsit. 18. de Ciui. cap. 2. Babylonem esse quasi primam Romam: & cap. 22. Romam esse velut alteram Babylonem, & velut prioris filiam Babylonis. Et Orosius lib. 2. cap. 4. multis in rebus eas similes esse demon-

28 strat. † Hinc Petrus in prioris epistolæ calce scripsit: Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta, & Marcus filius meus, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans, vt ait Hieronymus in Catalogo scriptorũ, in vita Marci. Quod etiã sentit Eusebius lib. 2. Hist. Eccle. cap. 15. secutus Papiã Iohannis Apostoli discipulum, & Nicephorus lib. etiam. 2. Histo. Ecclesi. cap. 15. & Beda in eumdem locum Petri, & in Procœmio Commentariorũ in Marcum, & OEcumenius, & S. Thomas, & alij ex recentioribus. Similiter in Apocalypsi nomine Babylonis Romam intelligi sæpe martyr Victorinus docet. Et Hieronymus idem significat in illud Isa. 24: Attrita est ciuitas vanitatis, his verbis: Atteretur ciuitas vanitatis, siue omnis ciuitas, vel spiritualis Babylon, quæ sedet in septem mõtibus purpurata, cuius supplicia in Apocalypsi Iohannis legimus. Pulchrèque dixit vrbem vanitatis: si enim de cœlo, & terra, & de omnibus, quæ terrena sunt dicitur: Vanitas vanitatum, omnia vanitas: quantò magis hoc de vna vrbe dicendum est,
29 quæ totius orbis pars modica est? † Idẽ apertiùs alludens ad mulierem meretricem cap. 17. quæ vocata est Babylõ, in Prologo librorum Didymi de Spiritu sancto, quos vertit è Græco, ita exordit: Cũ in Babylone versãrer, & purpuratæ meretricis essem colonus, & iure Quiritũ viuerẽ, &c. [Et in calce posterioris libri aduersus Iouinianũ: Sed te, inquit, alloquar, quæ scriptam in frõte blasphemiã Christi confessione delesti, vrbs potẽs, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata. Interpretare tuum vocabulum. Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos. In Epistola etiã 151. ad Algasiã Quæst. 11. hoc idẽ docet, ac blasphemiam in fronte scriptam his verbis declarat: Nec vult apertè dicere Romanum imperiũ esse destruendũ, quod ipsi, qui imperant, æternum putant. Vnde secundũ Apocalypsin Iohãnis in fronte purpuratæ meretricis scriptum est nomen blasphemiæ, idest, Romæ æternæ. &c. Et in cap. 47. Isaiæ initio: Non ipsam, inquit, Babylonem quidam, sed Romanam vrbem interpretã

tur

Ecclesia.

tur, quæ in Apocalypsi Iohannis, & in epistola Petri Babylon specialiter appellatur. &c.] Et in Epistola 17. ad Marcellam, Romam cum Bethlehẽ efferẽs ait: Et hic puto locus sanctior est Tarpeia rupe, quæ de cœlo sæpius fulminata ostendit quod Dño displiceret. Lege Apocalypsin Iohãnis, & quid de muliere purpurata, & scripta in eius fronte blasphemia, septẽ mõtibus, aquis multis, & Babylonis cãdetur exitu, cõtuere. Exite, inquit Dñs., de illa popul" me", & ne participes sitis delictorũ eius, & de plagis eius nõ accipietis. Fugite de medio Babylonis, & saluate vnusquisque animã suã. Cecidit enim, cecidit Babylõ magna, & facta est habitatio dæmoniũ, & custodia spiritus immũdi. &c.
30 † Eamdẽ sententiã cõfirmat Tertullianus, qui in libro Aduersus Iudeos, in capite: Itẽ probationarium ait Christi: Sic & Babylõ, inquit, apud Iohãnẽ nostrũ Romæ vrbis figurã portat proinde & magnæ, & regno superbæ, & sanctorũ debellatricis. &c. [Idẽ sensit, & eisdem verbis explicauit lib. 3. contra Marcionẽ nõ longè à principio. Eadẽ sententia est Sixti Senensis, lib. 2. Bibliothecæ. Verbo: Meretricis magnæ inscriptio: eãq; noster Robertus Bellarminus in primo tomo suarũ Disputationũ, lib. 2. qui est de summo põtifice, cap. 2. & Latius cap. 13. eruditè cõfirmat. Testẽ etiã citarẽ Ludouicũ Viuẽ qui in cap. 22. lib. 18. de Ciuitate Dei idõ affirmauit, nisi in eodẽ parum modestè locutus fuisset. Citabo tamẽ episcopũ Lindanũ lib. 4. suæ Panopliæ, cap. 82. & eo episcopum eius Franciscũ Horantiũ lib. 6. Locorũ catholicorũ, cap. 12. & Marianũ Victorium episcopum Amerinũ, in Scholijs *Epist.* 17. Hieronymi, vt alios huius ætatis scriptores omittã. Hoc dicã, Ambrosius, qui priùs negauerat, tandẽ in cap. 17. veritate cõuictus Babylonẽ Romã significare cõfessus est.] Huic conueniunt aptissimè omnia, quæ de Babylone dicũtur in hoc libro, vt suis locis videbimus, quibus omnia cõfirmabuntur, Atque illud in primis, quod alij cõuenire nõ potest: Septẽ capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, Constat enim Romam super septẽ mõtes fundatã fuisse, de quib" Virgilius ait.

Septemque vna sibi muro circumdabit arce. 6. Æne.

Et Ouidius. 1. Trist.

Sed quæ de septem totum circumspicit orbem Eleg. 4.
Montibus, imperij Roma, Deumque loci.

Et Horatius in Carmine seculari, quod est vltimum libri Epodon:

Dijs, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.

Hi sunt Palatinus, Quirinalis, Auentinus, Cœlius, Viminalis, Aesquilinus, Ianiculanis. Hinc Tertullianus in Apologetico Aduersus Gentes, cap. 35: Ipsos, inquit, Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem conuenio. &c. Optimè etiam conuenit quod est in eodem cap. Et mulier, quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super
31 reges terræ: [& quod nunc ait: *Cecidit, cecidit Babylon illa magna, &c.* id est, iam iam cadet, & penitus subuertetur: more enim prophetico, vt semper solet, præterito vtitur pro futuro, vt certissimũ esse sciamus quod dicit. Habet autẽ emphasin Romæ cõuenientẽ pronomẽ. Illa, quæ est in Græco multò apertior. ἔπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν, ἡ πόλις, ἡ μεγάλη. Idest: Cecidit, cecidit Babylõ illa, vrbs illa magna: quod egregiè in Romã conuenit. Illa vrbs, illa quæ omniũ ore per Antonomasiã vrbs dicebatur, illa quæ vbiq; intelligebatur cũ sine addito Vrbs dicebatur. Si ergo omnia cõiungamus, quæ de Babylone dicũtur, planius eam Romam esse intelligemus. Si meminerimus Babylonẽ Chaldæorũ ab Augusti nõ dici quasi primã Romã, & Romam esse alterã Babylonẽ tumentẽ imperio, & populũ Dei persequentẽ: atq; ita Babylonẽ illã figurã esse Romæ, ac peruulgatũ esse in Scriptura vt res figuratæ nomẽ habeat figuræ, vt cũ Christus vocatur Dauid, aut Salomõ. Addamus hanc Babylonẽ sedere super septẽ mõtes, esse vrbẽ magnã quæ apud omnes sine addito Vrbs dicitur, habere eam regnum super reges terræ, matrẽ esse fornicationum, & abominationum terræ, reges terræ cum ea fornicatos esse, à regibus, & à negotiatoribus diuersi, sub se habere decẽ cornua, idest, decẽ reges magno, sedere super aquas

Universidad de Deusto
Biblioteca

multas) à decē regibus esse vastandam. Nā etsi quę dā ex singulis vel in congregationē malorū, vel in aliā vrbem conuenire possint: omnia profectò, nisi in Romam, non conueniunt.]

† At magnā quæstio est, & à patronis nostræ sententiæ nō explicata, cur Iohānes tot mala prædicat huic vrbi, quæ, licet tūc caput idololatriæ esset, nūc caput est sanctitatis, & catholicæ fidei præfidiū: & cū Ecclesia cū suo capite vsque in finē sæculi durata sit, locusq; capitis proprius Roma sit, eo ipso tēpore, quo Ecclesiam vastabit Antichristus, nulla vrbs, vt apparet, Deo gratior futura est? Præterea Iohannes describit vrbem potentissimā, & locupletissimā, & orbis reginā: Roma autē nec talis nūc est, neque extremis tēporibus futura videtur, vt illi cōueniat prophetia. [Antequā ad hæc respōdeā, quæ perdifficilia sunt, & nisi explicētur, totā de Babylone prophetiā ignorari necesse est, offensionē pio lectori amouere volo: cui forte molesta, & ingrata erit hæc explicatio, quòd hæreticorū maledicētiæ fauere videatur, qui Romā iniuriæ causā Babylonē appellāt, quasi tyrānicē Ecclesijs imperantē, & hinc multa in Romanū pontificē cōuicia proferunt. Quin & Magdeburgenses ob hoc maximē Apocalypsin recipiunt, quod multa in ea aduersus Romā sub Babylonis nomine dicatur.† Cui hoc primū respōsum volo, hæreses cū hæresibus pugnare: ita si Babylonē Romā esse negamus, Vlderico Veleno, & alijs hæreticis fauere videbimur, qui, vt Petrū Apostolū nunquā Romæ fuisse cōfirment, pugnacissimē cōtendūt in Babylone Romā non intelligi, neq; in Apocalypsi, neque in priori Petri Epistola, in qua legimus: Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta. Quibus quoniā eruditissimē à nostro Bellarmino respōsum est, nos quod huius loci postulat explanatio dicere satis erit. Nego me aut his, aut illis fauere, sed pugnare potiùs cū vtrisq; vt par est, & veritatē simpliciter tueri. Ego nō leuibus argumētis, vt spero, cōfeci Babylonis nomine Romā indicari in Epistola Petri, & in Apocalypsi: itaq; illis certē contradico, qui Babylonē aliter interpretabātur, ne Romæ principē

32

1. Pet. 5.

Apostolorū aliquando vixisse fateri cogerētur.† Illis verò, qui Babylonis nomē in Romæ iniuriā detorquent, adeò nō faueo, aut assentior, vt non tā veræ intelligētiā Scripturarū in eis, quā sensum cōmunē requirā. Etenim Iohānes aduersus illā ciuitatē vaticinaturus, quę tūc gentiū regina, & caput idololatriæ, & persecutrix Christianorū erat, rectè eā & Babylonē, & meretricē, & matrē fornicationū, & abominationū terræ appellat, nō enim tūc meliori nomine digna fuit. At posteà quā scriptā in fronte blasphemiā Christi cōfessione deleuit, vt dixit Hieronymus, Babylō nō appellatur: nā neq; infidelis est, sed fidei magistra, nec Christianos persequitur, sed, vt pia mater, protegit, & fouet, nec fornicationū mater est, sed pietatis, & religionis. Si quando hæc eadē fecerit quę Iohānis tēpore faciebat, iterū Babylon vocabitur. Sic Ierusalē cū pietatem colit, ciuitas fidelis dicitur, cum adorat idola, meretrix appellatur. Quomodo, inquit, facta est meretrix ciuitas fidelis. Eidē ciuitati dicitur: Audite verbū Domini principes Sodomorū, auribus percipite legē Dei nostri populus Gomorræ: quæ tamē posteà audit: Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalē ciuitas sancti. De eodē populò dictū est: Filius meus primogenitus Israel, &: Filij alieni mētiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt. Et in Hosee legimus: Et erit, in loco vbi dicetur eis: Nō populus meus vos, dicetur eis: Filij Dei viuentis: Mutatis ergo moribus mutātur vocabula, & ficut Israel, qui olim erat filius dū fidelis fuit, nūc inimicus est, ita Roma, quæ olim erat Babylō, vbi in Christū credidit, Babylō esse desijt, & per Petri sedē mater religionis effecta est. Quæ ergo hæc aut insania, aut stultitia est, quæ de Roma idolorū cultrice dicūtur, ea ad Romā Christianā, & sanctā, siue ad Ecclesiā Romanā, aut ad Apostolicā sedē, dignitatēq; transferre? Ac ne putet hæreticus se ingeniosē argumentari, si dicat, quo tempore hæc Iohannes scripsit, sedem Apostolicam Romæ iam fuisse collocatam, atque in ea Clementem martyrem sedisse, vt testatur Eusebius in Chronicis, ac propterea Romam vocatam esse Babylonē: hanc etiā

Isai. 1.

Isai. 52.

Exo. 4.
Psal. 17.

Hos. 1.

eius

eius temeritatē cœrceamus. Quis, nisi vel sensu, vel oculis etiā careat, vrbem ab Episcopatu secernere nesciat? Si ciuitas Salmanticensis Babylon propter scelera appellaretur, num episcopatus eius Babylon etiam appellabitur? Petrus ergo cum Romam Babylonem vocauit, Ecclesiam Romanā, cui præerat & pontificiā, dignitatem, quam ad salutē orbis terræ ab ipso Christo acceperat, irrisit, & summa iniuria affecit, atq; illam tyrānidē quādam esse sensit, seq; ipsum tyrannū confessus est. Quis hæc sanus dicere audeat? Fuerit sanē vetus illa Roma Babylon, Ecclesia Romana, aut sedes Apostolica quid habet cum Babylone cōmune? Potuit illa in alia vrbe collocari, nisi Christus eā Romæ collocari maluisset.† Si igitur Pisis, aut Senis collocaretur, esset ne rum etiam Babylon, aut in eam incarent conuicia Babylonis, quæ sunt in Apocalypsi? Quid habet amplius mali, aut vitij Romæ, quam Pisis haberet? Age verò cū Isaias clamat: Audite verbum Domini principes Sodomorū, auribus percipite legē Dei nostri populus Gomorræ, lesit ne illius vrbis, & gentis pontificatū à Deo institutū? Auderet ne isti eū Sodomā, aut Gomorrā appellare, Quid? cū Ierusalē dicitur: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaā, pater tuus Amorræus, & mater tua Chætteа: aut cū Dominus eādem interfectricē prophetarū, lapidatricemq; eorū, qui ad illā missi sunt, appellat: fuit ne vnquā vllus tam demēs, tā audax, tā perditus, qui hæc ad sacerdotium cōuicia referret? Fuerit cū hæc dicebat Isaias, impius aliquis in illo populo pontifex, fuit & cum Christus dicebat: quid ergo? impius ne pontificatus, quia impius pōtifex est?† Nō potest hominis impietas quamuis magna, sanctā, & à Deo institutā potestatē polluere, ipse erit de semine Chanaā, aut Sodomæ, aut Gomorræ, si opera Chanaā, aut Sodomæ aut Gomorræ fecerit, eius Ecclesia, eius potestas, & dignitas, sancta, & integra & omni honore digna est. Veniamus ad Apocalypsin. Quomodo Angelus de ea dicat, *Cecidit, cecidit Babylon illa magna*, cum Dominus dixerit angelorū: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiā meā, &

Isai. 1.

Ezech. 16.

Matth. 13

Apoc. 14.
Matth. 16.

35

36

37

38

& portæ inferi nō præualebunt aduersus eā? Et illud: Vidi mulierē ebriam de sanguine sanctorū, & de sanguine martyrum Iesu: vtrùm de vrbe Roma dici putamus, in qua innumeri martyres occisi sunt, an de Apostolica sede, de qua multi sancti pōtifices sanguinē fuderunt pro Iesu? Ac cū posteà ait angelus: Et mulier, quā vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ: potuit ne apertiùs indicari de vrbe hæc omnia dici, nō de Ecclesia Romana, in qua pauci tunc erant, aut de sede Apostolica, cui pauci parebāt? † Legant caput decimūoctauum, occurrent plurima, quę in vrbem dirutam optimē cōueniāt, ad Ecclesiā Romanā, aut ad sedē Apostolicā, quæ est in vrbe, referre insignis dementiæ sit. Vt illud: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorū, & custodia omnis spiritus immūdi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis. Et ideo in vna die veniēt plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne cōburetur. Et illud: Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illā, quoniā merces eorū nemo emet amplius. Nemo ne erit Romæ sublato inde pontifice, qui merces illas pretiosas, & delicatas emat, cū plena futura sit diuitibus, & principibus viris? Et mox, Et clamauerunt videntes locū incēdij eius dicētes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Postremò cum dixit: Exulta super eā cœlū, & sancti Apostoli, & prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium vestrū de illa: quomodò gaudere possunt Apostoli de euersione Ecclesiæ Apostolicæ, aut Apostolicæ sedis? † Quē Apostoli, quē prophetam persecuta est Ecclesia Romana, aut sedes Apostolica, vt exultare debeāt Apostoli, & prophetæ? Qua iniuria eos affecit, vt dicatur eis: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrū de illa? Quis ergo quāuis indoctus, sanus modò sit ad Ecclesiam Romanam, aut ad sedē Apostolicā referat quę de Roma dicta sunt? Satis opinor hæc erant, vt nemo suspicaretur expositionem nostrā opem hæreticis afferre: sed vt omnia, quæ de Babylone dicuntur in hoc libro, optimē intelligātur, satis non sunt: quæ thioni enim paulò ante propositæ dum satisfa

Apoc. 17.

Apoc. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cio, & plenius rem elucidabo, & malā mentem, malumque animum hæreticorū (nam insciam in eis tantam vim possum suspicari) manifesta veritatis ipsius luce conuincam.

Pono ergo, quod verissimum est, in omnibus, quæ de Babylone, ideſt, de Roma, ab Apostolo nostro dicta sunt, nihil non solū de Ecclesia Romana, aut sede Apostolica dictum esse, verū neq; de ipsa ciuitate, qualis sub Apostolica sede ante plurimos annos fuit, & nūc est, & qualis Romano pontifice Domino, ac moderatore semper est futura. † Babylon, quæ casura prædicitur, Babylon meretrix purpurata, Babylō mater fornicationū, & abominationū terræ, quæ vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes, Roma quidē est, at nō Roma Christiana, non Romano Pontifici obtemperās, nō sedē Petri Apostoli in se retinēs, & seruans (hæc enim nō mater abominationū, aut fornicationū est sed mater pietatis, columē fidei catholicæ, magistra sanctitatis) sed Roma illa superstitionū, & impietatū autor, & cō seruatrix, idololatriæ princeps, scelerū omniū sentina, Christiani nominis hostis teterrima, sanctorū persecutrix, atque interfectrix: qualis sub ethnicis imperatoribus olim fuit, & qualis postquā à Romano pontifice defecerit, in fine sæculi futura est. † Diuinare me dicet quispiā, sed hūc ego orabo vt præiudiciū deponat, rē totā apud se maturo iudicio examinet, nec plus mihi credat, quā ratio, & veritas persuaserint. Hæc vrbs in grauissima apud Deū offensione erat cū hęc scribebat Iohānes, quòd mater erat abominationū, & fornicationū terræ, & quòd plurimū Christiani sanguinis effudisset. Hic, (inquit sanctus Leo) conculcādę Philosophiæ opiniones, hic dissoluendæ erant terrenæ sapientiæ vanitates, hic cōfutandi dæmonum cultus, hic omnium sacrilegiorū impietas destruenda, vbi diligentissima superstitione habebatur collectum quidquid vsquā fuerat vanis erroribus institutū. Et prius: Hęc autē ciuitas ignorans suæ prouectionis autorem, cū penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentiū seruiebat erroribus, & magnam sibi videbatur assumpsisse religionē, quia nullam respuebat falsitatē &c. † Legamus Ciceronis libros de Natura Deorū, primū, & secundū Lactantij Diuinarum institutionū, Tertulliani Apologeticū, Arnobij aduersus Gentiles volumina, vt innumeros prętereā, videbimus illam ciuitatē plenam fuisse Dijs, nō solū plurimis, atq; ridiculis, sed etiā portentosis, & turpibus, eosq; quos ipsā colebat, ceteris etiā gentibus colēdos dabat. Hinc effectum est vt veræ religionis, sapientiæque magistros vehemētius oderit, adeò vt duo orbis terræ lumina Petrum, & Paulū vno die occiderit, & sęuiente primū Neronis persecutione, deinde etiam Domitiani, cuius tēpore hæc scribebantur, incredibilis martyrū multitudo, & in vrbe ipsa, & eius autoritate, atq; imperio in omnibus prouincijs interfecta sit: de vtrisq; enim scriptum est cap. 18: Et in ea sanguis prophetarū, & sanctorū inuentus est, & omniū, qui interfecti sunt in terra: ipsa enim occidit omnes qui iussu, & potestate suorū occisi sunt. † AEquum ergo erat vt tāta eius vrbis impietas tristissimo, atque atrocissimo excidio aliquando plecteretur, præsertim cū prope finē sęculi nō minus impia futura sit, vt paulō post explicabimus. Quod Iohannes Apostolus prædicit ad cōsolationē sanctorū, qui tunc persecutione Domitiani grauissimè vexabantur, & post paucos annos multò grauiùs erāt vexādi persecutione Traiani, & aliorū, posteà imperatorū, vt æquo animo ferrent omnia scientes illā potentiā, qua opprimebātur, esse aliquādo finiendā, & cædes suas esse à Domino vindicandas. Deinde etiā admonere nos voluit, vt quamuis multas videremus eiusdem vrbis ruinas, & captiuitates, intelligeremus nōdū dignum supplicū accepisse immania eius facinora, donec aduentā te iā sęculi fine omnino deleatur. † Idē ergo Romæ cōtinget quod Ierusalem, quę occidit prophetas, & lapidauit eos, qui ad illā mittebantur, multa enim diuersis temporibus passa est, variēque afflicta: & quamuis multi fuerint in ea sancti pontifices, & sacerdotes, & prophetæ, ciuesq; non pauci omni virtute præstantes: cum eò impietatis deuenit vt rægē gloriæ in cruce agere audere-

39 *Babylon nō est Roma Christiana, sed Roma gentilis.*

40

41

42

43

Serm. 1. de Petro, & Paulo.

ret, atrocissimè à Romanis excisa est, & ruina illa omnium præteritorū parricidiorū pœnas dedit, sicut ait Dominus: Vt veniat super vos omnis sanguis iust⁹, qui effusus est super terram à sanguine Habelis iusti vsq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quē occidistis inter templū, & altare. Exigēdas autē esse pœnas ab hac ciuitate propter persecutiones illas Neronis, & Traiani dubitare non possumus, cum cap. 18. scriptū sit: Exulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & prophetæ, quoniā iudicauit Deus iudicium vestrum de illa: illa enim olim occidit Apostolos, & prophetas, quos Deus in eius excidio vlciscitur. At quo modo hoc fieri potest, cū populus Romanus qui nunc est, nihil habeat commune cum antiquo illo præter nomē, & situm vrbis: ac multò minùs habiturus sit ille qui erit in fine mundi? Dico vrbem esse eamdem, & locum illum tot sceleribus inquinatū aliquādo hoc igne purgari debere. Dico etiam multos esse hodie Romæ, qui & nominib⁹, & stemmatis se ex veterum Romanorum genere esse gloriātur, qui semper numero & multitudine in eadem vrbe creuerē. Prætereà vt vrbs vna censetur, quę olim fuit & quę posteà in ei⁹ ruinis ædificata est, ita cives idē cēsentur, etiā si ex genere priorū non sint; illis enim se adiungunt, & quasi vnum cū eis corpus, atque vna respublica fiunt. Atque tunc maximè vnum corpus censentur cum veterum facta, & scelera imitantur, cuius imitationis causa eorum filij fiunt, quorū natura non erant filij. Ita Iohan. 8. filij Diaboli dicūtur qui imitatores eius sunt, & Ezec. 16. Iudæi nō patriarcharū filij appellantur, sed Chananæorum. Hæc dicit Dominus Deus Ierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaā. Pater tuus Amorræus, & mater tua Chetthæa. Et Daniel seni impio loquitur cap. 13. Semen Chanaā, & nō Iuda. Dequa re Origenes Hom. 4. in Ezechielē eleganter, & copiosē docet patres & filios in Scriptura sæpe non tam natura, quā similitudine morū appellari. Et Hom. 6. ait de Ierusalē: Quādiu non peccauit, pater eius Deus erat, quādo verò peccauit, pater eius Amorræus. Quamdiu non peccauit, radicem habuit Abraham, Isaac, & Iacob: quando peccauit, radix eius Chananæa facta est. &c. Quare etsi liquidò constaret cives Romanos in fine sæculi futuros nullo modo pertinere ad stirpem veterum, satis esset eorum scelera imitari, vt propter ea etiam puniretur. Æternum Iudæi nullo modo pertinebant ad stirpem Cain, qui Habelem fratrem occidit, & tamen venit super illos sanguis Habelis iusti. Multi etiam erant, qui nō essent de stirpe eorum, qui occiderunt Zachariam filium Barachiæ, cuius tamen sanguinis vltio expetitur ab illo populo, qui post multos annos Domino in terris viuente successit. † Quoniam ergo in fine sæculi recordabitur Deus peccatorū, quæ olim Romani fecerūt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, videbitque eos qui tunc erunt, cum peccata maiorum suorum non ignorēt, obstinato ànimo illorum impietatem imitari, etiam in eis maiorum peccata punier, quia illis propter imitationem eadem peccata imputantur & aliquātò grauiùs punientur quā si nullā vnquā Romæ impietas fuisset, quia & aliquātò grauiùs peccabūr dum illis placēt scelera maiorum, & imitari ea volunt, & audaciùs atq; impudētiùs peccāt dū facere nō timent quod Deo in maiorib⁹ suis displicuisse animaduertūr. Et quoniam cum nouis vetera etiā Babylonis peccata luenda erant, Apostolus noster quasi de re iam diu gesta loquitur cap. 16: Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare illi calicem vini indignationis iræ eius. In memoriam venit, quia iam eius vetera scelera oblationi data erant propter religionem, quam amplexa fuerat: sed posteà nouis, similibusque accedentibus prisca reuocantur in Dei memoriam. Et cap. 18: Quoniam peruenerūt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est Deus iniquitatum eius. Quare vt Ierusalem non esset à Romanis vastata propter vetera scelera, nisi ea posteà nouis, grauissimisque cumulasset cum tēpus visitationis suæ non cognouit, vt ait Dominus, sed ipsum, à quo seruanda erat, occidit; ita Roma post tot idolorum cultum, post incredibiles superstitiones, post tot martyrū sangui-

7

Luc. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem crudeliter effusum maneret vsque ad finē seculi extremum, quia sedes vicarij Christi effecta est, nisi pristinā illā impietatem nouis sceleribus, & immanibus peccatis æquatura esset. Etenim nō propter priora tātūm peccata eam cōflagraturā esse magno incēdio, vt ante diximus, sed etiam propter illa, quæ extremis illis tēporibus cōmissura est, ex huius Apocalypsis verbis adeò perspicuè cognoscimus, vt ne stultissimus quidē negare possit. † Hic legimus: Ce
45 cidit cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et cap. 17: Veni ostēdam tibi damnationē meretricis magnę, quę sedet super aquas multas: cū qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitāt terrā de vino prostitutionis eius. Hęc qui leget, de illis dicta putabit, qui & ante Iohannē, & eius tēpore vixerūt, & est hoc quidē verū: sed de illis quoq; dicūtur, qui extremo mūdi tēpore viuent, & cū ea fornicabūtur; cap. enim. 18. vbi de eius incēdio sermo est, hoc scriptū est: Et flebunt, & plāgent se super illam reges terræ, qui cū illa fornicati sunt, & in delicijs vixerunt, cū viderint fumum incēdij eius, longè stantes propter timorē tormentorum eius, dicentes: Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniā vna hora venit iudicium tuū: Et negotiatores terrę flebunt, & lugebūt super illam, quoniā merces eorū nemo emet amplius. &c.
46 † Vērūm illi lugebūt, qui ante mille, & multò plures annos mortui sunt, an qui tunc viuēt, & videbunt fumum incendij eius? Ex quo etiam manifestè perspicitur, peccata, quæ extremo tēpore patrabit, omninò similia futura ijs, quæ fecit cū imperium tenebāt imperatores. Vnde & de sanctorū persecutione illius nouissimi tēporis eodē modo loquitur Apostolus, ac de illis priorū tēporum: *Cap. 18.* Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorū eius, & de plagis eius non accipiatis. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundū opera eius: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplū. Quoniā igitur dubium nō est Babylonem omnis idolatriæ, & omnium scelerum officinā futurā esse: si fidē fecimus Babylonem Romā dici, dubitari nō potest quin Roma propè finem seculi hæc omnia habitura sit. † Et quoniā dum Christiana fuerit, & pōtifici suo paruerit, hæc illi contingere nō possunt: necesse est dicere eā à fide, & ab obedientia vicarij Christi eo tēpore esse defecturā. Itaq; dum sub pontificis maximi dominatu fuerit, longè ab huiusmodi sceleribus aberit: erit, vt sub eo fuit semper, orbis terræ caput, Apostolicę fidei custos, & magistra, do
47 miciliū pietatis: cū ab eo defecerit, eiq; cum multitudine sanctorū vel expulerit, vel fugauerit, in nefariorum scelerū sentinā couertetur. Itaq; quidquid mali de Roma scribitur in hac Apocalypsi, vel ad tēpus illud spectat, quo gētilibus imperatoribus seruiebat, vel quo pontifice suū à se ejecerit. Nec cū pontifice ex ea ejiciēdum esse dico, affirmo vniuersum populū Romanū à fide esse defecturū, multi enim viri boni ex hac potissimū ciuitate, & ex alijs ejecto pōtifici adhærebunt, & fidem cōstanter retinebunt. Fieri etiā potest vt Christiani nōnulli, qui non sint sanctitate conspicui Romę tunc degere aliquo tempore sinantur. Num hæreticis auxiliamur cū Babylonē Romam interpretamur, an eorum inuerecundā maledicētiam, & imperitiā Scripturarū vera illarū interpretatione detegimus? Non erit ergo vicarius Christi eo tēpore episcopus vrbis Romæ? Vnde datū hoc sumis? vitio
48 sissimè colligis. † Ego vicariū summum Christi semper Ecclesiā habituram esse sine vlla dubitatione cōfirmo: atq; hic semper vbicunq; sit, Episcopus Romæ erit, etiam si illa penitus excisa sit. Si Salmanticēses episcopū suum vrbe ejicerent, quocūq; ille in loco exularet, sine dubio episcopus Salmanticensis esset. Fac vrbem cuerti, episcopū fugari, pati hæc, & alia multa potest ab hostibus, sed vt episcopus eiusdem vrbis nō sit, facere non poterunt hostes. Cum Romę imperatores ethnici pontifices, Ecclesiamque crudelissimè persequebantur: quis tam stultus vnquam fuit, vt negaret Romæ episcopos semper fuisse sanctos illos pontifices, qui diuersis temporibus in syluis, & in specubus latebāt, aut in exilium mittebantur? Sed hæc notissima sunt.

Illud

Illud potiùs videamus, qualis postquā à suo pōtifice recesserit, futura Roma sit. † Dudum demōstrauimus summa in ea idololatriæ omnis, & omniū
49 peccatorum licētiam futuram, qualem fuisse scimus cum ethnicis parebat imperatoribus. Addamus & illud eiusdem *Cap. 18.* Apostoli: Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt. Non dixit: Ipsa cum regibus terræ *fornicata* est, quo verbo significaretur eā idololatriam ab illis accepisse, sicut cum Ierusalem dicitur: Et fornicata es cum filijs *Eze. 16.* Ægypti vicinis tuis. Et postea: Et fornicata es in filijs Assyriorū. Fornicatio Ierusalem (inquit Hieronymus) cum Ægyptijs idololatriæ eorum imitatio est. Sed reges terręcū ea fornicati sunt, quia eius idololatriā ipsi imitabantur.
50 † De persecutione sanctorū iam diximus. Hoc dicere satis nunc erit: Et audiui aliā vocē de cœlo dicentē: Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius nō accipiatis: quoniā peruenerūt peccata eius vsq; ad cœlū, & recordatus est Deus iniquitatū eius. Ex eisdē intelligitur summa eius potētia, qua si careret, nō formi carētur cū ea reges terræ. Diuitiæ etiā erūt incredibiles, & delicię, quę in toto capite. 18. copiosissimè describūtur. Et mercatores (inquit) terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et superiùs: Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illā: quoniā merces eorum nemo emet amplius, merces auri, & argenti, & lapidis prētiosi, & margaritę, & byssi, & purpurę, &c. Et postea: Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantū date illi tormētum, & luctū.
51 † Qua verò ratione ad tam incredibilem potentiā, & diuitiarū, ac deliciarū magnitudinē peruētura sit, certò scire hominē arbitror neminē, cōijcere tamen ex verbis Apostoli, quodāmodo licet. Capite. 17. meretrix purpurata sedet super bēstiā habētem decē cornua, in quibus decē reges intelliguntur, qui orbē terræ vniuersum inter se diuident, ac sibi subijcient, vt diximus ex veterū patrum sententia in cap. 12. nu. 11. & sequentibus. Horū tempore regnabit Antichristus, vt eodē in loco dictū est, & ex Danielis. 7. apertè cognoscimus. Ex quo suspicor Romam ejecto pontifice breui ad antiquam rediturā esse potentiam; ita vt sub ditione sua habeat illos decem, qui paulò post in vniuersā terra regnaturi sunt, ideo enim, vt arbitror, sedet super bestiā habētem illa cornua, vt intelligamus quidquid Diabolo pa-
52 reret, illi quoq; parere. † Mirū hoc videtur, & ego magnopere mirandū confiteor: sed ideo dictū est: Et mulier, quam *Apo. 17.* vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnū super reges terræ, id est, cui nunc obsequūtur illi, qui decē cornibus significātur, & terrę omni dominaturi sunt. Et ca. 18: Quia in corde suo dicit: Sedeo Regina, & vidua nō sum, & luctū non videbo. Ac si dicat; Quāuis pōtificē ejecerim, qui vir meus erat, nō sum vidua, cū tot reges mihi pareant. Quod si quis putat hæc verba ad antiquā illam eius felicitatē esse referēda, cum nec dū collum iugo Christi subdiderat: legat præcedētia, quæ fidelibus tunc in ea futuris dicūtur, cum illa vastabitur: Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorū eius. Reddite illi sicut & illa reddidit vobis. &c. Quātum glorificauit se, & in delicijs fuit, tātum date illi tormentū, & luctū, quia in corde suo dicit: Sedeo regina, & vidua nō sum. &c.
53 † Nō olim dicebar, sed nūc, cum exire vos ex ea iubeo, ne simul incendio pereatis, dicit: Sedeo regina: olim pōtifici parebam, nūc regina sedeo, nemini pareo. Quod si Alexander cū rex Macedoniæ esset, vnus duodecim annis orbē terræ sibi subiecit: non est cur tāto opere miremur Romā, quæ plena erit fortissimis viris, brēui tēpore in antiquam gloriam resloresscere. Certè nec reges terræ fornicarētur cum ea, nec negotiatores terræ flerent in eius excidio, & suas merces nemo iam esset empturus, nec ipsa diceret: Sedeo regina & vidua non sum, sed luctum non videbo, nec super aquas multas, id est, super populos multos, & super bestiam decem cornuum sederet, nisi florentissima, & potentissima esset. Sed caduca, & fluxa erit eius felicitas, nam citò totum eius imperium decem illi reges inter se diuident, & in eam ducent exercitus, eamque miserabili excidio terræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

æquabũt, sicut apertissimè scripsit Apo
54 stolus cap. 17. † Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabũt. Atq; ita tãdem fiet quod Irenæus lib. 5. cap. 25. & 26. & omnes Ecclesiastici scriptores tradiderunt (vt est apud Hieronymũ in cap. 7. Danielis) decem reges partituros esse inter se imperium Romanum. His autem temporibus passuram esse Ecclesiam in suo capite Romano Pontifice, & in electissimis quibusque membris quod tempore imperatorum ethnicorum in minoribus persecutionibus passa est, vt fugere, & in solitudinibus vagari, ac latebras in magna rerũ omniũ egestate quærere cogatur, & Irenæus lib. 5. cap. 26. scripsit, & notius est quam vt in eo sit immorandum. Longius excurri quam putabam, sed operæpretiũ me fecisse arbitror: his enim, quæ dixi, omnia, quæ de Babylone obscurissimè in hoc libro scripta sunt, ex parte nõ solùm exposita, sed explicata etiam videntur.

55 †Vt omnia quæ dicta sunt, confirmentur, subijciam & vaticinia Sibyllarum, quibus manifestè Romæ ruina, & incẽdia prædicta sunt, & septem eius montes nominati, quorum Iohãnes cap. 17. meminit.

Lib. 2.

Δὴ τότε καὶ γενεὴ δεκάτη μετὰ ταῦτα φανεῖται
Ἀνθρώπων, ὅτε τοι σεσιγήσῃ ἀγέρωχος
Ἐκ βελέων ξίφεος θρασύνει, λαοὺς τε τινάξει
Ῥώμης ἐπταλόφοιο, μέγας ὅτε τλῶτ' ὀλέσσαι
Δεσμοῖσιν πυρὶ πόλλῳ ὑπὸ φλογὸς ὑφαίσσοι.

Hoc est.

Tunc sanè generatio decima post hæc apparebit
Hominum, cum terræ concussor astrorũ conditor
Idolorum amorem franget, populumq; conculcet
Romæ septem vertices habentis, magnæq; dignitiæ peribunt
Irrigatæ multo igni à flamma Vulcani.

Et lib. 8.

Lib. 8.

Ἥξει σοὶ πότ' ἄνωθεν ὑπ' οὐρανὸν ἀστεροειδῆ
Οὐράνιος πληγή, μὴ καλὰ δείκε αὐχένα πρώτη,
Καξεσεφιθήσῃ, μὴ πῦρ σε ὅλον διαπαντὸς ἔσται,
Κεκλιμένην μέσαφεται νεοῖς, μὴ πλῶτ' ὀλέσσαι.
Καὶ σὰ θεμέλια λύσει, ἀλώσεις τ' ἀμύσεις.

Hoc est.

Καὶ τότ' ἔσῃ πανέρημος ὅλη, ὡς μὴ γεγονυῖα.

Hoc est.

Veniet tibi cœlitus æqualis ò erecta ceruice Roma
Cœlestis plaga, & flectes ceruicem prima
Et terræ allideris, & ignis te totam absumet
Inclinatam nouæ terræ, & diuitiæ peribũt.
Et in fundamentis tuis lupi, & vulpes habitabunt.
Et tunc eris tota deserta omnino, ac si nunquam fuisses.

56 †Hoc idẽ est quod cap. 18. scriptũ est: Cecidit cecidit Babylõ magna, & facta est habitatio Dæmoniorũ, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis. Et posteà: Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur, quia fortis est Deus, qui iudicabit illam. Ac ne dubitemus de qua eius euersione loquatur Sybilla, paulò post ait:

Ἐγγὺς γὰρ μόρσιμα τέλος, μὴ βαρχατον ἦμαρ,
Καὶ δοκίμοισι κλητοῖς κρίσις ἀθανάτου θεοῖο.
Πρῶτα δὲ Ῥωμαίων ἀπορώτατον χόλον ἕξει,
Ἀμπότις καιρὸς, μὴ δύσλιον βίον ἕξει.

Hoc est.

Prope quidem mũdi finis, & extremus dies,
Et probatis melytis iudicium immortalis Dei
Sed priùs Romanorum ineuitabilis ira erit,
Hoc est supplicium,
Tempus sanguineũ, & infelix vita veniet:

Multis autem nationibus Romam eo tempore esse dominaturam, vt ex cap. 17. demonstrauimus, non obscurè mox indicat cum ait:

Σὺ πρώτη πόλασαι Ῥώμη, μὴ βαρυμόρους
Κἠπέτι σοὶ δύλειον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει
Οὐ Σύρος, οὐκ Ἕλλην, ὐ βάρβαρος, οὐκ ἔθνος ἄλλο.

Εκπορ-

Ἐκπορθήσειεν, κἀκπραχθήσῃ ὅσ' ἔπραξας.
Δώσει σ' ἀμυξέσσα φόβῳ μέχρι πάσῃ ἀποίσεις.
Καὶ σὺ θέσεαι Θ' ἕως πάσῃ, καὶ ὄνειδος ἀπάσῃσιν,

Hoc est.

Tuam primam punitionem Roma, & fremitum videns.
Nec amplius tibi seruili sub iugo ceruicem ponet
Non Syrus, non Græcus, non barbarus, non gens alia.
Subuerteris, & fies quæcunque fecisti.
Et cum fleueris timebis donec omnia luas.
Et tu triumphus eris mundo, & opprobrium omnium.

57 †Quid hoc est nisi quod infrà cap. 18. legimus: Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis. Et duplicate duplicia secundùm opera eius: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplũ? Et rursus: Exulta super eam cœlũ, & sancti Apostoli, & prophetæ, quia iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. Et quamuis Sibyllini versus ordinem non seruent, sed repente ab alio ad aliud tempus transeãt, quia nõ simul dicti, aut scripti sunt: hæc omnia satis constat de extremo vrbis excidio dicta esse, neque enim vnquam ante facta sunt.

Summa ergo omnium est, Iohãnem in omnibus, quæ de Babylone loquitur, aduersus vrbem Romam vaticinari post quam & pontificis maximi obedientiam, & omnem pietatem abiecerit: Babylonemque dici quòd hoc illi nomen tempore quo ipse hæc scribebat, maximè conueniret, & tempore, quo hæc explebũtur, non minus quam ante conueniret.

Vers. 8. Fornicatio

Quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Fornicationẽ vocare solet Scriptura omnem declinationem à bono, vt ait Arethas: siue, vt magis propriè loquamur, omnem animæ recessum à Deo, cui priùs per fidem, & caritatem desponsa fuerat. Vt Psal. 72. Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Sed idolorum cultus maximè hoc nomen obtinet, quoniam tunc maximè anima recedit à Deo, & Diabolo se tradit corrumpendam. Hoc passim occurrit in prophetis, vt in Ierè. cap. 3. & in Ezec. 16. 59 sæpe repetitur, & alibi sæpissime. Vtroq; modo hic accipere possumus. Ceteru hæc verba finistrè plerique interpretantur putantes Babylonem cadere, quoniam errore idololatriæ inebriauit omnes gentes. Etenim si hic esset sensus, diceret: A vino fornicationis, non *A vino iræ fornicationis.* Alij laborãt in explanando cur additum sit, *Iræ*: Sed rem tamen non videntur explicasse. † Nos scimus, cum Deus iratus, & pœnas de peccatoribus sumpturus describitur, cum calice pleno vini describi, ex quo *Calix.* vnicuique propinat quantum meretur, aut quantum satis esse iudicat, ne quis videlicet existimet aut fortè fortuna, aut temere & absque iudicio pœnas infligi peccãtibus, vt latiùs exposuimus in Mich. cap. 2. nu. 41. & duobus sequentibus. Præterea per vinum (vt aiunt *Calix vini* Euthymius, & Theodoretus, & Basilius in Psal. 74) supplicia intelliguntur, quæ æquè ac vinum & vires hominibus tollunt, & mentis harmoniam dissoluunt, & aberrare nos faciunt à via. Ita dictum est Psal. 74: Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto: & inclinauit ex hoc in hoc; verum tamẽ fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Ierè. 49: Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibẽs bibes. Et cap. 51: Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, de vino eius biberunt gentes, & ideo commoti sunt, id est: Per Babylonem puniet Deus omnem terram. Et in hoc ipso cap. ait Iohannes: Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure. †Legitimus ergo sensus est: Ipsa bibet vinum iræ fornicationis suæ, id est, per soluet pœnas debitas tot peccatis, & tantæ idololatriæ. Et quoniam exemplo suo alias ciuitates in idolorũ cultũ allexit, faciet vt ipsæ quoque bibãt de eodẽ calice, id est, vt similiter puniantur, & hoc vocat potare, *gentes vino iræ fornicationis suæ.*

Et imaginem eius. De qua diximus cap. 13. nu. 52. *Vers. 9.*

Et acceperit characterem. Ibidem hoc exposuimus num. 33. & sequentibus. *Vers. 9.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vers.10. *Et hic bibet de vino iræ Dei.* Non tantùm Antichristus, & eius prædicatores, & ministri bibent, sed quicunque eum adorauerit, aut eius characterem acceperit.

Vers.10. *Quod missum est mero in calice iræ ipsius.* Cetera ex ijs, quæ diximus de calice nota sunt, hoc tantùm nunc explicari oportet, quomodo missum est, si merũ est, vinum enim, quod miscetur, diluituri Erasmus affirmat, κεράσωσι, ideſt, miscerí, dici quod infunditur in calicẽ bibituro, etiam si non diluatur aqua, aut alio potus genere. Quare cum in Græco sit τῷ κεκερασμένῳ ἀκράτῳ, ideſt vino mero misto, sensus erit: Bibet de vino iræ Dei, quod merũ est, & in calicem iræ eius infusum vt peccatores bibant.

Quomodo vinum dicatur merũ, & mistum.

60 †Hanc Erasini sententiam non desunt qui laudent, & reliquis veriorem esse contendant. Sciendũ ergo est κερανύω, quoverbo hic Iohannes, & cap.18. vsus est, pro quo interpres vertit Misceo, deductum esse à nomine κέρας, quod est cornu, quoniam veteres cornibus vtebantur ad porandum. Docet hoc Athenæus lib.11. Dipnosophistarũ ante medium, atque hanc veterum consuetudinem confirmat autoritate Pindari in Centauris, Xenophontis lib.6. & 7. Expedirionis Cyri, AEschyli in Perrhæbis, Sophoclis in Pandora, & aliorum. Et vas, (inquit Athenæus) in quo vinũ miscetur, craterem appellant ἀπὸ τοῦ κεράσθαι, quasi κεραστήρα. Manet etiam nunc cornuum ad hunc vsum fabrica. &c. Hinc factũ videtur vt κεράννυσθαι sit infundere quod bibendum est, siue in cornu, siue in aliud quodcunque vas. Inde apud Homerum libr. 5. Odyssææ Calypso Mercurio, qui ad se venerat, mensam posuit.

Κερανύω, & Misceo.

Ἀμβροσίην τ' ἐκέρασσε, νέκταρ τε ἑρυθρόν, ideſt,

Ambrosia implens, & miscuit nectar rubens.

61 † In quem locum Didymus vetus Homeri Scholiastes interpretans verbum κέρασε, quod vertitur Miscuit; Κέρασε, inquit, nũc infundit, ab antiqua consuetudine, in cornu enim infundentes bibebant. &c. Nectar autem in illis fabulosis deorum conuiuijs aqua non diluebatur. Et lib.2.

Τοῖς δὲ ὁ γέρων ἐλθοῦσιν ἀνὰ κρητῆρας ἐκέρασσεν, ideſt,

His autem senex venientibus craterem miscuit.

Et Plato in Philebo: Τοῖς δὲ θεοῖς, ὦ Πρώταρχε, εὐχόμενοι κερανύωμεν, ideſt, Dijs, ô Protarche, precãtes misceamus, Neque enim dijs vinum dilutum libabant, sed merum, vt est apud Virg.

Hic duo rite mero libans Carchesia Bacho Fundit humi.---- 5. Æneï.

vbi Seruius ait: Rite, secundùm ritum sacrificij, quod exigebat vt libaret de mero Baccho, ideſt, puro. Quod etiam multorum veterum testimonio probat Barnabas Brissonius lib.1. de Formulis, & Sollennibus populi Romani verbis. Eodem modo & Latini vtuntur interdum verbo Misceo, pro eo, quod est Propino, vt Cic.2. de Finibus: Dico ergo in eadem voluptate eum, qui alteri misceat mulsum ipse non sitiens, & eũ, qui illud sitiens bibat. Et de eodem mulso, quod ex vino, & melle fiebat, Martialis scripsit: *Miscere.*

Attica nectareum turbatis mella Falernũ *Martialis*
Misceri decet hoc à Ganymede merum. *lib.13. prope finem.*

62 †Ita etiã dictũ est Apoc.18: Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundùm opera eius, in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum. Ibi etiam est in Græco verbum κερανύω. Erit sensus igitur: Et hic bibet de vino mero iræ Dei, quod mistum est in calice iræ ipsius, id est, quod infusum est ad propinãdũm in calicem, quo vindictam sumit de ijs, quibus iratus est, est enim Hyperbaton, & ita ordinãda sunt verba, vt diximus. Quod apertius est in Græco: Καὶ οὗτος πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. Ac si diceret: Ex calice vini iræ Dei misti, meri: nã si sensus esset: *Ex* vino, quod mistũ est cum mero, sine dubio dixisset: Τῷ κεκερασμένῳ τῷ ἀκράτῳ, Omnia quæ diximus confirmat Arethas dicens: Merum furoris affabrè comparauit vino mero, quod in calice mistum est, siquidem vinum merum facilius inebriare potest quã mistũ. &c. Et pòste i: Verùm si tale est, quomodò dicitur vinum mistum in calice? Manifestum

festũ est igitur quod τὸ κεκεράσθαι, ideſt, Mistum esse, nõ significat temperaturam aliquam, sed additionem, vt sit iste sensus: Quod mistum est, ideſt, appositum in calice iræ. † Similiter exponitur locus vulgatus Psal. 74: Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto, ideſt, Qui calix vini meri plenus est misto, κεράσματος, ideſt, mistione, siue infusione vt propinetur: nomen enim illud, Mistum, siue κέρασμα, poturos respicit, quia non miscetur nisi porrigendum sit poturis. At verò communis omnium ferè expositio tam in hũc locum Psalmi, quam in verba Apocalypsis, quæ nunc interpretamur, minimè contemnenda est, habet enim plurimum probabilitatis, & fortasse multò plus quam prior, cùm propter autores suos, & multos, & valde eruditos, tùm propter proprietatem vocabulorum, quam tenacius seruat. Hæc autem est vt κεράσασθαι, atq; misceri dicatur cum res diuersæ iunguntur, & confunduntur. Plutarch⁹ in Symposiacis, siue Cõuiualibus quæstionibus, lib.8. Quæstione.6. κεράσαι interpretatur Latino verbo Miscere, καὶ τὸ κέρασαι μιαχῶρε. † Ac nequis fortè diceret Miscere accipi ab eo, pro eo quod est propinare, docet se propriè accipere Miscere, pro diuersa cõfundere, & cõungere in vnũ, ex Homero id comprobans; qui de vino loquens non est vsus verbo κερανύειν, vt aliàs soleat, sed verbo μίγνυμι, quod non dicitur, nisi de rebus diuersis in vnum confusis. 63 64

Ita ergo ait: Καὶ ἓν κεράσσαι μισγέμεν οἴνῳ Ἴκμεν.

Ἠὲ δύ' ἀνηρείψαι κελαινεφέϊ ἔνδον ἐόντε.

Hoc est: *Et κεράσσαι miscere iuxta Homerum:*

Hæ antè in cratere dulce vinũ miscebat.

videlicet vinum cum aqua miscebatur, & adeo, misceri dicitur potiùs quàm fundi. Nec minùs aperta sunt verba Athenæi loco indicato, qui fauere priori expositioni existimabatur, ita enim ait: Priscos fama est, atque primos hominum boum cornibus olim bibisse. Liquet hoc ex eo, quod adhuc dũ aquæ vinum permiscent κρατῆρα dicunt, & vas, in quo vinum miscetur, craterem appellant. &c. Et Cælius Rhodiginus lib.27. Antiquarum Lectionũ, cap.27. de eadem veterum consuetudine loquens ait: Cui rei argumento est quod κεράσαι dicunt Græci permiscere vino aquam. † Euthymius etiam Græcus autor illud in Psal.74. Plenus misto, siue, vt legitur in eius translatione, Plenus mistione, πλήρες κεράσματος, ita interpretatur: Plenus misericordia. Mistio enim (inquit) vini aqua, & mistio austeritatis misericordia. Similiter in Hebræo accipitur verbum מָסַךְ, quod verti solet in κερανύω, vt Psal.101: Et potũ meum cũ fletu miscebam, vbi lxx. verterunt, ἐκίρνων. per quod verbum interpretantur id, de quo nunc loquimur, κερανύω, Suidas, Helychius, Fauorinus. Ex quo etiam colligimus autores hos accepisse κερανύω pro eo, quod propriè significat Misceo. Et Plutarchus dixit in Numa: Κεράσας οἴνῳ καὶ μέλιτι τὸ ὕδωρ ἔπιε, id est, Miscens vino, & melle fontem. Aliaque huiusmodi innumera occurrunt in Græcis autoribus. Idem verbũ est in Hebræo, & in Græco Isai.19. vbi ait: Dominus miscuit in medio eius Spiritum vertiginis, ἐκέρασε, Sed ideo quoniam pro Vertiginis in Hebræo est. עִוְעִים, id est, Errorũ, vt etiam in Cõmentarijs vertit Hieronymus, id est, varios errores miscuit, qui capitis vertiginem efficiunt. Cùm ergo simpliciter dicitur vinum misceri, rectè intelligemus cũ aqua, tam in Hebræo, quam in alijs linguis. Vt Prou.9: Bibite vinũ, quod miscui vobis. Et paulò ante: Miscuit vinũ, & propposuit mensam suam. 65

66 †Mulsum autem apud Ciceronem, & Martialem misceri dicitur vel quia mel cum vino miscebatur cum fiebat, vel fortè quia cum bibebatur, aqua simul infundebatur ad vini vim temperandã, longinquitate enim temporis vinum in mulso meracius fieri docet Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 12. vel quid aliud fortasse miscebatur. Ita omnia, quæ diximus, & multa similia, quæ in libris occurrunt, explicari possunt, vt quod est apud Iuuenalem:

Nescit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Satyr. 5.

Nescit tot millibus emptus.
Pauperibus miscere puer.
Quod cur dictum sit altero ab hoc ipso versu explanat:
Quando ad te perueniet ille?
Quando vocatus adest calidæ, gelidæque ministet?
Calidam enim aquam cum frigida miscebãt Romani. Homerus autem vinũ nectar vocauit, vt indicat epitheton Rubens. Nam & nonnulli nectar vinũ esse dicunt in Lydia factum, vt refert 68
Cælius Rhodiginus lib. 7. Antiq. lect. c. 13. Idemque ait Homerum non nouisse nectar esse Deorum potũ. Platonis verba in Philebo similiter videntur intelligenda, Dijsò Protarche precantes misceamus, vinum enim, quod humidijs fundebatur, merum erat, vt docuit Virgilius, quod sacrificantes dijs bibebant, probabile est mistum fuisse cum aqua, sicut & id, quod in mensa bibebatur. Verùm cum vinum ad supplicia, & calamitates accomodatur, nusquam ei aquam admisceri intelligendũ est, quæ vim illi adimit, sed aliquid, quod aut horrorem faciat, & deterreat, aut magis inebriet. Vidit hoc Andreas Cæsarienſis, qui inerum esse dixit, quia non erat mistum Diuinis miserationibus: mistum autem, quia diuersas vltiones & supplicia habebat.] Ex quibus videmus, hanc posteriorem expositionem aut probabiliorem priore, aut fortasse
67 solam esse veram. † Ad hunc ergo modum conuenientissimè hæc verba interpretabimur: *Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius*: Bibet de vino mero iræ Dei, quod mistum est aut fœcibus, aut potius altero vino mero, nam vina dissimilia permista fortiora sunt ad ebrietatem. Idcirco non dixit cuius rei esset illa mistio, cum enim dixisset: *De vino mero*, nihil aliud addere necesse fuit, cum iam ex dictis cognosci posset mistionem fuisse vini meri. Atq; ita fortè intelligitur quod Isa. 5. dictum est: Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, idest, ad ea misceda, quæ magis inebrient, nempe dissimilia vina. Idem est iudicium de
Locº Psal. 74. verbis Psal. 74. Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Calix est vini meri, sed plenus misto, idest, mistione, siue fœcum, vt quidam dicunt, siue dissimilium vinorum, vt ego arbitror, ad augendam ebrietatem. Hoc autem posteriorem hanc interpretationem iuuat, quod cum in Hebræo sit:

מִי כוֹס בְּיַד יְהוָה וְיַיִן חָמַר מָלֵא מֶסֶךְ

quòd ad verbum sonat: Quoniam calix in manu Domini, & vinum merum est plenum mistione, mollius intelligitur vinum esse plenum mistione quam calice. † Quod si priorem explanationẽ sequamur, nihil refert calix ne plenus sit mistione, an vinum ipsum, idẽ enim est. At si non calicem, sed vinum plenũ mistione dicamus, quod, vt dixi, mollius est, & sine vlla verborum transpositione exponitur, ruet prior expositio, quæ mistionẽ pro infusione, siue propinatione capiebat.

Et *cruciabitur igne, & sulphure.* Sulphur igni additum significat perpetuũ eum fore, quia sulphur aptissimum ignis nutrimentum est; tũ etiam graue, ac molestũ odorem in eo esse indicat. Sit ne autem apud inferos sulphur cũ igne, dicémus cap. 19. num. 37. & sequentibus, vbi verba magis cogunt id vt explicetur, quę sunt huiusmodi: Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. *Vers. 10.*

In conspectu angelorum sanctorum. Vt qui curam hominum gesserunt, lætentur eorum supplicijs, qui nec Deum veriti sunt, neque eorum salutaribus consilijs acquiescere voluerunt. Psalm. 57: Lætabitur iustus cum viderit vindictã, manus suas lauabit in sanguine peccatoris, &c. *Vers. 10.*

Et ante conspectum Agni. † Vt scilicet 69 videat quas pœnas sibi dent illi, qui se spreto Antichristum sequi maluerunt, & ipsi magis crucientur intelligentes se abeo videri. Ceterùm in Græco eodem modo dicitur ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων, & ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, ne quis forte putet aliud esse *Ante conspectum*, quam in conspectu. *Vers. 10.*

Ex fumus tormentorum eorum ascendet. In Græco est ἀναβαίνει, Ascendit, quomodo etiam forte vertit interpres, sin minus certè in Græco præsens pro futuro ponitur, vt adnotauimus cap. 13. n. 32. *Vers. 11.*

num. 32. Et statim ait: Nec habent requiem die ac nocte, pro Nec habebũt. Et quoniam fumus sine igne esse non potest, & eiusdem ignis præsentis, & mox futuri indicium est; vt ostendat impios sempiterno igne cruciandos esse, semperque beatis nota futura esse eorum supplicia, dicit fumum tormentorum eorum ascensurũ esse in sæcula sæculorum. Nec enim verus fumus est apud inferos, quoniam fumus ex resolutione materiæ, quæ igne consumitur; exhalatur: apud inferos autem nihil est, quod resoluatur igne, alioquin haberetur id aliquando. 72

Vers. 11. *Nec habent requiem die, ac nocte.* Præmagnitudine scilicet tormentorum. Et quamuis apud eos perpetua nox erit, tamen loquitur more nostro cum dicit, *Die ac nocte*, vt ait Ambrosius. Dixi mus autem cap. 7. nu. 13. Die, ac nocte accipi in Scriptura pro eo, quod est Semper.

Vers. 12. *Hic patientia sanctorum est.* Hic spectabitur, & examinabitur patientia sanctorum, si non finant se vllis terroribus Antichristi à via recta dimoueri, sed semper custodiant patienter, & perseuerãter mandata, & fidem Iesu Domini nostri. Non satis est fidem tenere, mandata etiam seruanda sunt. Ita interpretati sumus etiam similia verba cap. 13: Hic est patientia, & fides sanctorum. 70

Vers. 13. *Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi.* Quoniam videbat fidem, & patientiã sanctorum magnis cruciatibus per Antichristum esse examinandam; ad consolationem sanctorum, vt æquo animo & forti omnia perferant, & nullis doloribus deficiant, vocem refert, quam de cœlo audiuit, & verba, quæ per angelũ sibi loquentẽ à Deo iussus est scribere.

Vers. 13. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Nihil his verbis videtur facilius, sed si cogitationem in ea intendamus, videbimus non facilè posse explicari quid sit Mori in Domino, si ad Scripturæ cõsuetudinem, & ad locutionis proprietatem explicandum est. † Communis fere expositorum sententia est, quam etiam Andreas Cæsarienſis sequitur, hæc de omnibus iustis dici, & Beda ait: Gratias tibi ago Iesu, qui beatificas eos in cœlo, qui in te moriuntur in terra. 71

Quisint qui moriuntur in Domino

Quantòmagis illos, qui & in tua, & pro tua fide felices ponunt animas? Verùm cur id significetur, & an id tãtùm significetur, non docent. Nos, si Scripturæ consuetudinem requiramus, videbimus ב apud Hebræos (ף apud nos valet In) interdũ idem valere quod Propter, aut Pro, vt Gen. 18. vbi nos habemus: Delebis propter quinque vniuersam vrbem; in Hebræo est, בַּחֲמִשָּׁה, idest, in quinque. Gen. 29: Seruiam tibi pro Rachel filia tua. Et ibidẽ: Seruiuit ergo pro Rachel septem annis. In Hebræo est in vtroque loco, In Rachel. Immo & eamdem locutionem solet vsurpare noster interpres, vt Hos. 12: Et seruiuit Israel in vxore, & in vxore seruauit, idest, propter vxorem. Et Mich. 3. Principes eius in muneribus iudicabant. Ita nunc mori *in Domino* est pro Domino, aut propter Dominũ, quod optimè cohæret cum præcedentibus. Cum enim multa eos passuros esse prædixisset illis verbis: Hic patientia sanctorum est, &c. vt omnes ad resistendum Antichristo, & ad mortem generosè oppetendam pro Christo exhortetur, beatos esse prædicat eos, qui moriuntur *in Domino*, idest, Propter Christum mori malunt, quàm viuere cum Antichristo. Atque hic sensus, qui solis martyribus conuenit, probatus est etiam Ambrosio, & Ansberto, & Haymoni. *In pro Propter.*

72 † Hæc locutio frequentissima est & in epistolis Pauli, vt Rom. vltimo: Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris, vt eam suscipiatis in Domino dignè sanctis, idest, Propter Dominum, propter amorem Domini. Ibidem: Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino. Et Salutate Persidem carissimam, quæ multùm laborauit in Domino.

Sed quæritur an probanda sit communis illa expositio, quam retulimus? Respondeo veram etiam esse, & probandam, eique fauere consuetudinem Ecclesiæ, quæ in Officio defunctorum hæc verba proponit, quasi de omnibus velit quodã modo intelligi. Causa est quòd Esse in Domino, siue Esse in Christo, significat intrà eius corpus contineri, non quomodocunque, sed vt viua mem- *In Domino.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽbra. Rom. vltimo: Salutate eos, qui sunt ex Narcisi Domo, qui sunt in Domino. Ibidem: Salutate Andronicum, & Iuniam cognatos, & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerũt in Christo, ideſt, Qui ante me crediderunt in Christum
73 vt exponit Theophilactus. † Gal. 1. Erã autem ignotus facie Ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo. Deniq; idem est Esse in Domino, & Manere in Domino, nec dicuntur in Domino manere, nisi qui cum fide iungunt caritatem: Ioh. 15: Manete in me, & ego in vobis. Et ibidem: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Ita etiam in Domino moriuntur qui vsque ad mortem in eo manent, & cum moriuntur, vnã Christi membra sunt. Est autẽ & hic sensus ad id, quod Apostolus agit, apertissimus, quoniam & priorem illum complectitur, & latius manat, ad omnesque iustos pertinet. Et quamuis plurimi eo tempore martyrio vitam finient, tamen multi etiam fugari, & spoliari à ministris Antichristi, & multis incommodis affecti tandem fine martyrio morientur in summa sanctitate, de quibus etiam Apostolo loquendum fuit, & quos non est putandum ab hac beatitudine excludi: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*, cum eis causa, quæ reciditur conueniat: Amodò enim iam dicit spiritus vt requiescant, &c.

74 *Amodò iam dicit Spiritus.* † In Græco
Vers. 13. paulò aliter legitur, Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ λέγει ἵνα ἀναπαύσονται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν, Ideſt: Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodò. Ita, siue, Etiam, dicit Spiritus vt requiescant à laboribus suis. Et Arethas ita verba ordinat: Scribe amodò. Beati, &c. vt eos qui tunc viuent, & certabunt, consoletur. Sed multò melius ordinantur in nostra Translatione, quomodò etiam sunt in Græco codice Complutensi, & in alijs nonnullis. Nam Scribe amodò, durum est. Si autẽ dicamus: Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodò, cur ibi additum est, *Amodò* cum semper beati fuerint, qui in Domino moriuntur? Dicamus ergo, *Amodò iam dicit Spiritus*, Siue, vt legit Primasius: Ab hinc etiam dicit spiritus, ideſt: Quoniã Spiritus sanctus dicit, & iubet vt ex hoc tempore requiescant à laboribus suis, ideſt, à tempore mortis, vt exponunt Ambrosius, & Haymo, & Beda, qui etiam affert illud Psal. 126: Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Et Spiritus cum articulo ponitur τὸ πνεῦμα, ex quo Spiritus sanctus intelligitur. † Porrò Etiam posuit
75 Primasius pro Ναὶ, sicut cap. 1. legimus Etiam, amen; & est affirmantis idem valens quod Ita, Certe, Verè, vt diximus c. 1. nu. 59. & 60. Est ergo ac si diceret: Amodò profectò dicit spiritus, & c. Quare suspicor, *Iam*, vitiosè legi pro Etiã, posuisseque nostrum interpretẽ: *Amodò etiam*, postea scriptum, Et iam dimissa in duas particula *Etiam*, deinde cum Et redundare videretur, scribi cœpisse *Amodò iam*. Apud Augustinum 20. de Ciui. cap. 9. legitur. Amodò iam etiam dicit, &c. Ansbertus: In quibus verbis ostenditur, sanctos in hoc mundo ne quaquam à labore cessaturos, nec requiem illis esse quærendam. Quousq; enim labor consummetur, necesse est vt ab opere manus intentionis nõ dissoluantur. Qui enim dicit: *Amodò iam requiescant à laboribus suis*, ostendit quia ante nequaquam debẽt cessare à laboribus, sed cum nihil ad laborandum remanserit, tunc perfectam quietem percipere. Hinc Paulus admonet dicens: Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Hinc Dominus ait: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

76 *Opera enim illorum sequuntur illos.* † *Vers. 13.*
Ansbertus, & Haymo: Tropica locutione mercedem laboris dicit subsequi sanctos post laborem. Hinc per prophetam dicitur: Cesset vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus. Quia enim opus efficit mercedem: cum merces post laborem electos subsequitur, quasi ipsum opus eos comitari dicitur. Ambrosius, Sequi pro comitari posuit. Et posteà: Opera igitur sanctorum sequũtur illos, quia merces operum illorum comitatur illos in perpetuum, &c. In Græco

Gal. 6.
Math. 10.
Ierem. 31.

Græco est hoc etiam expressius: Τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν, ideſt, Opera autem illorum sequuntur cum ipsis. Est autem ἀκολουθεῖν sequi quomodò familiares sequuntur. Maluitque dicere, ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν, ideſt, cum ipsis, vt intelligeretur peracto labore continuò præmium adesse, quam ἀκολουθεῖ αὐτοῖς, sicut dicendum videbatur.

Vers. 14.

Et super nubem sedentem similem filio hominis, ideſt, similem quidam homini, ponitur enim hoc articulo Filius hominis, & ideo non pro Christo accipitur, sed pro homine indefinitè. Cum enim Christum significat, duplicem etiam articulum habet, vt latius confirmauimus cap. 1. nu. 82. & sequentibus, per hunc tamen Christus significatur, vt & in cap. 1. Semper autem solet in rebus, quas videt, dicere Quasi, aut Similis; quoniam non ipsas videbat visione illa prophetica, sed earum similitudines.

77 † Sed iam visionem difficillimam Domino adiuuante, quantùm licebit, elucidemus. Ambrosius ita hæc cum præcedentibus copulat. Nunc, inquit, quia pœnam illorum, qui in Antichristum crediturí sunt, narrauit, beatitudinemque illorum, qui in fide Christi perseueranerint vsque in finem, breuiter comprehendit: consequens est vt diem iudicij describat, in quo hæc cuncta complebuntur, &c. [Per anticipationem ergo (vt solet sæpe) hæc nunc scribit Apostolus, quoniam rerum ipsarum contextus supplicia malorum exigebat, quæ hic prædicturus est.] Nubes candida Christi maiestatem significat, Deus enim sæpe in nube apparet in Scriptura, vt per eam doceamur Diuinam naturam neque nobis apertè cognitam, neque omnino ignotam esse, vt ex Aretha diximus capit. 11. numer. 28. Sed in Christo hoc habet peculiare, quod, cum in nube ascenderit, & in nube descensurus sit ad iudicium, sicut legimus Act. 1: Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum: meritò nunc, cum proximum est iudicium, super nubem candidam videtur, vt is esse intelligatur, qui paulò post indicaturus est. Similiter describitur apud Dan. cap. 7: Et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit. Sedere dicitur, quia res hominum de cœlo quietus despicit, vt videat an complera sint bona merita iustorũ, & mala impiorum, vt finis mundi veniat.

Nubes candida.

78 *Habentem in capite suo coronam auream.* *Vers. 14.*
Corona insigne regni est, aurea autem est, vt per eam indicetur esse rex regũ, & Dominus dominantium, quoniam aurum pretiosissimum metallorũ est: [Andreas Cæsariensis: Christum esse existimamus eũ, qui in nube visus est similis filio hominis; coronã autẽ, quæ erat super eum, significare regnum visibilium, & inuisibilium potestatum, auream autem esse propter pretiũ, quod apud nos materia eius habet: &c.]

Et in manu sua falcem acutam. Index tera videlicet, qua messurus est. Falx acuta, & parata ad metendum proximum iam finem mundi esse demõstrat, qui per messionem significatur, sicut Dominus aperte docuit Matth. 13. dicens: Messis vero consummatio sæculi est, & sumitur messis, vt & in alijs locis eiusdem parabolæ, pro messione, quæ Græce ibi dicitur θερισμὸς, sicut & messores θερισταί. [Andreas: Falx consummationem significat: etenim & ipse Dominus messionem mundi consummationem vocauit.] Ergo, qui finem mũdo afferre parat, cum falce acuta videtur à Iohanne.

Vers. 14.
Falx quid significet.

Et alius angelus exiuit de templo, ideſt, De loco, in quo beati sunt Deum semper laudantes, & ex se ipsos, vt hostias viuas, offerentes; sicut intelligimus ex verbis cap. 7: Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius. De hoc eodem ait statim: Et alius angelus exiuit de templo, quod est in cœlo.

Vers. 15.

Clamans voce magna. Vox magna magnum indicat desiderium, vt ex Gregorio ostendimus cap. 6. nu. 40.

Vers. 15.

79 *Mitte falcem tuam, & mete.* † Commune beatorum desiderium profert, vt scilicet, regnũ peccati finiatur, & Deus solus regnet in omnibus, quod cap. 6. magna etiam voce postulabant animæ san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctorum martyrum, vt suo loco explicauimus. Merito ergo hoc petitur, vt exiuat angelus de loco beatorum, quem templum vocauit, vt quasi omnium legatus maturet consummationem peteret, quam optabant. [Andreas: Vox angeli per Periphasin significat supplicationem omnium sanctificatarum potestatum cupientium iustorum honorem, & peccatorum exitium.]

Vers. 15. *Quia venit hora vt metatur.* In Græco, ὅτι ἦλθε ἡ ὥρα, quia venit tibi, & præteriti temporis est. Venit, vt & verba sequentia indicant. Ex signis, quæ præterierunt, aut potius ex Dei reuelatione, cognoscent sancti iam impletum numerum electorum, ac propterea dicit angelus, *Venit hora vt metatur.* Metere autem est colligere ex hac vita eos, qui tunc vius inuenientur.

Vers. 15. *Quoniam aruit messis terræ.* Aptissima est vt metatur, nihil iam restat ad collectionem viuentium, numerus electorum cõpletus est. Ita etiam Andreas. Hic locus ex c.3. Ioelis sumptus est, ex quo & plenius intelligitur, ait enim: Cõsurgant, & ascẽdant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicẽ omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit messis.

Vers. 16. *Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram.* Idest Cœpit metere, & sustulit de vita homines.

Vers. 17. 80 *Et alius angelus exiuit de templo, quod est in cælo.* † De loco beatorum, vt dictum est. Multi putant hunc angelum eundem esse cum filio hominis, quod nec mihi fit verisimile, nec ipsi dicere poterunt cur in eo loco filius hominis dicatur Christus, hic verò angelus. Exiuit ergo vt angelus alter, qui exierat, vt beatorum votis consentiens mundi cõsummationem efficiat, vt continuò explicabimus.

Vers. 17. *Habens & ipse falcem acutam.* Ad eius similitudinem, qua vindemiatores vtũtur, nam & ipse vindemiatoris officio functurus est. Similis falx est, videlicet putatoria, de qua Isa. 18: Et immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius falcibus.

Vers. 18. *Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignẽ.* Locus est difficillimus. Ansbertus & Haymo ignẽ Spiritum sanctum interpretantur: Ambrosius caritatem: qui sensus literæ non sunt. Arethas ignem accipit, quo impij puniuntur, & angelum hunc præpositum esse dicit huiusmodi igni, & idem sentit Beda. † At, cum hic nulla fiat mẽtio de igne, sed supplicium malorum torcularis, & calcationis nomine signi ficatum sit, non satis apparet quid ad rẽ pertinet dicere: *Qui habet potestatem supra ignem.* Longè ergo aliter locus videtur explicandus. In cœlo templum posuit ad similitudinem eius, quod erat in Ierusalem, vt iam vidimus cap. 7. & in hoc capite. In eadem ergo Metaphora permanens ponit in eo altare cum ait: Et alius angelus exiuit de altari, sicut c. 8. posuit altare thymiamatis dicens: Vt daret de orationibus sanctorũ omnium super altare aureum, quod est ante thronum. Et quoniam nũc altare dicit, nec addit aliquid, vnde altare thymiamatis esse intelligamus, vt fecit cap. 8. altare holocaustorũ significari arbitror, quod semper intelligi solet in Scriptura cum absolutè altare ponitur. Super altare holocaustorum ignis erat, quo incendebantur holocausta, & partes victi-
82 marum. † Porrò holocausta, & victimæ sanctorum martyrum oblationẽ, & sacrificium significant, quorum corpora Deo immolabantur in odorem suauitatis. Ignis huius altaris ardentissima eorum caritas est. Rursus quemadmodum dæmones non omnia peccata hominibus inferunt, sed alius ad superbiam, alius ad gulæ voluptates, alius ad fornicationem incitat, sicut scribit Cassianus Collatione. 7. cap. 17: ita putandum est sanctos angelos hunc ad hanc, illum ad illam virtutem excitare. Vnde & Origenes Hom. 13. in Ezec. angelũ pœnitentiæ commemorat ex libro Pastoris, qui docet pœnitentiam. Angelus ergo, qui potestatem habet supra ignem, angelus magnus est, cui commissum est vt martyres in certamine adiuuet, & confirmet, ignemque eorũ accendat quantùm potest, atque ideo potestatẽ habet supra ignem, quia hic ignis illi commissus est, & ipse suis consilijs, ac precibus cum, quasi flatu quodam, excitat, & auget. De hoc angelo fortasse dictum est illud Psal. 33: Immittet

tet angelus Dñi, (idest, castra ponet) in circuitu timentiũ eum, & eripiet eos. Hic etiam videtur angelus ille, de quo Dan. 3: Angelus autem Domini descẽdit cum Azaria, & socijs eius in fornacẽ, & excussit flammam ignis de forna
83 ce, &c. † Ergo quoniã sancti martyres supplicium malorũ optãr, euersionẽq; regni peccati (vt cap. 6. copiosius explicatu est, vbi ipsi clamant: Vsquequo Dñe sanctus, & verus nõ iudicas, & nõ vindicas sanguinẽ nostrũ de ijs, qui habitant in terra:) angelus, qui eos ad martyrium hortatus est, & adiuuit, exit *de altari*, idest, de loco illo, & de illa sede, in qua sunt sancti martyres, qui, vt victimæ, Deo oblati sunt, & pro illis clamat vt mali puniantur, & finiantur. Itaq; nõ de igne nũc absolutè sermo est, sed de igne altaris, & cũ figuratè altare capiatur, necesse est & ignẽ figuratè accipi. Possumus etiam aliter explanare, vt altare hoc sit locus, ac requies beatorum martyrũm, de quo cap. 6. dictũ est: Vidi subtus altare animas interfectorũ propter verbum Dei: vt quomodò corpora eorũ sub altari in terra quiescunt, ita Metaphoricè idẽ nomen habeat locus, in quo quiescũt in cœlo, vt cap. 6. n. 36.
84 &. 37. latiùs expositũ est. † De illo exit angelus quasi legatus martyrũ, vt iã diximus. Sed *potestatem* habet *super ignem*, quia illi commissus est ignis tuẽdus, &
☞ conseruandus, [(vt enim ait Andreas hinc discimus angelicas potestates præpositas esse creaturis, hãc quidẽ aquis, hanc autẽ igni, hanc autẽ alij cuidã parti creaturæ,)]& ideo eius est ignẽ, quo mundus in fine conflagraturus est, incendere, vt impij exurantur, & omnia illorũ opera, & labores, & voluptates in cinerem vertantur, de quo scriptum est Psal. 96: Ignis ante ipsum præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. Beda quidẽ intelligere videtur hunc angelum præesse cruciatibus ignis, ita vt de inferorum igne hoc accipiamus, ita enim ait: Duplex est, vt Hieronymus
Psal. 103. ait, angelorũ officiũ, aliorũ, qui præmia iustis tribuãt, aliorũ, qui singulis præsint cruciatibus, sicut dicitur: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignẽ ardẽtem. Locus Hieronymi est in Dan. c. 7. in illud: Millia millũ ministrabãt ei, vbi verba à Beda citata legimus,

85 nec plura, nec pauciora. Sed Hieronymus omnino de sanctis angelis loqui videtur: tametsi ad finẽ lib. 9. in Ezec. dicat: Neq; enim boni, sed mali angeli tormẽtis præpositi sunt. † Verũ aliud est tormẽtis præponi, vt exerceant illa per se, quod etiã in hac vita sæpe malorũ angelorũ est: aliud verò præponi tormẽtis, vt per alios exerceri iubeãt ad exequendã iustitiã Dei, quod est bonorũ angelorũ, & ita sunt hi duo Hieronymi loci cõciliãdi, vt ex præcedẽtibus intelligi potest. Verũ nos his, siue vera, siue falsa sint, nequaquã indigemus, quoniam si ignẽ propriè accipere velimus, quod absurdè nõ fiet, hoc etiã modo probabilissimè explanabimus, dictũ esse angelũ habere põtestatẽ supra ignẽ, quia dãnatos in ignẽ mittet, sicut Dominus ait Matth. 13: Et in tẽpore messis dicã messoribus: Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendũ, triticũ autẽ cõgregate in horreũ meum. Quod posteà ita exponit: Mittet filius hominis angelos suos, & colliget de regno eius omnia scãdala, & eos, qui faciũt iniquitatẽ, & mittẽt eos in caminũ
86 ignis. † Et paulò post in alia parabola: Sic erit in cõsummatione sæculi: exibũt angeli, & separabũt malos de medio iustorũ, & mittẽt eos in caminũ ignis. Atque hoc fortasse senserũt Hieronymus, & Beda. Sed quoniam semper Dñs de multis angelis loquitur, Iohãnes autem de vno: probabiliter dicere possumus, angelũ, de quo loquitur Iohãnes, esse Michaelẽ, qui, vt princeps eorũ, qui mittũtur ad nos, per alios minores angelos de quibus Dñs loquitur, dãnatos mittet in caminũ ignis. Et quãuis in hoc supplicio malorũ Apostolus ignis nõ meminerit, tamẽ quia aliàs meminisse solet, & certũ est eos in ignẽ esse mittẽdos, nõ est mirũ ignẽ ita, vt diximus, accepisse.

Et vindemia botros vineæ terræ. Si iam demessa erat terra, idest, homines mor- *Vers.* 18.
te consumpti erant, quomodò nunc vindemiare iubet botros vineæ? Huic quæstioni rectè satisfacere videtur Ambrosius his verbis. Videtur itaq; mihi per messem terræ electos, per botros autẽ, ex quibus vinũ oritur, quod mentes homi-
87 nũ alienat, reprobos esse designatos. † Ista est messis, de qua Dominus di- *Matth.* 13.
cit in Euangelio: In tempore messis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicā messoribus, Colligite primū zizania, & ligate ea in fasciculos ad cōburē dum, triticum verò recōdite in horreis meis. Qui enim illic per triticū, ipsi in hoc loco per messem designātur. Et qui illic per zizania, ipsi in hoc loco per botros vineæ terræ figurātur. &c. [Ita etiā Andreas interpretat' est supra in illud: *Et* alius angelus exiuit de templo, ℣ est in cœlo. &c. Et posteà ait in botris significari impios, & iniquos, qui calicē indignationis Dei implēt.] Siquis autē quærat cur per messem electi intelligātur, potiùs quā per botros vineę, & vice versa, respōdet paulò ante idē Ambrosius: Et primus messem terræ, secūdus verò botros vineæ præcidisse dictus est. Sed primus quo loco messem terræ posuerit, nō dicitur: secūdus autem botros vineæ terræ in lacū iræ Dei magnū misisse dictus est. &c. Hæc Ambrosij sentētia vera est, & abūde cōfirmatur verbis Ioelis, cap. 3. ad quæ Iohannē allusisse diximus. Mittite, inquit, falces quoniam maturauit messis. Venite, & descēdite quia plenū est torcular, exuberāt torcularia, quia multiplicata est malitia eorū. Quo loco Propheta & messem posuit, & torcularia: sed de messe nihil mali dixit, de torcularibus autē ait: Quia multiplicata est malitia eorū, vt in illis pœnas malorum significatas à se doceat.

Messis. *Botrus.* *Messis.*

88 † Præterea Messis in bonū semper accipi solet, & Triticum electos designat, vt Matth. 3: Et cōgregabit triticū in horreū suū. Et cap. 13: Triticū autē cōgregate in horreū meū. Calcatio autē vuarū in torculari pœnā significat, & vltionē, quia Deus malos premit, quēadmodū vuæ prælo premūtur, vt Thrē. 1. Torcular calcauit Dominus Virgini filiæ Iuda. Et Isa. 63: Torcular caluaui solus, & de gentibus nō est vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & cōculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorū super vestimēta mea. Et Apoc. 19. de eodē iudicio: Et ipse reget eas in virga ferrea, & calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotētis. Et hoc ipsum est quod hic legimus: Et misit in lacū iręDei magnū & calcatus est lacus, &c. Lacū iræ Dei vocat quia vuæ in illo calcandæ erant, & ira Dei ostendēda, ideſt, in eo impij torquēdi erant. Ita etiā Arethas: [Andreas: Lacus Dei, est qui Diabolo, & angelis eius parat' est supplicij locus. Magnus autē, propter multitudinē eorum, qui in illo torquētur: lata enim est via perditionis, & spatiosa.]

Calcare vuas. *Calcare torcular.*

89 *Et calcatus est lacus extra ciuitatē.* † Ciuitatem vocat Ecclesiā, vt rectè exponūt Ansbertus, & Rupertus, & Tyconius Hom. 11. quę dici sol et Ciuitas Dei, vt Psal. 86: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ambrosius: Per calcationem demersionē in infernū possumus intelligere. &c. Quid sit autē calcare extra ciuitatē, Dominus docet Matth. 13: Exibūt angeli, & separabūt malos de medio iustorū, & mittēt eos in caminum ignis. Et quoniā per illā separationē iā nec in Ecclesia esse possunt impij, neq; ijs nocere, qui in Ecclesia sunt, rectè dicitur lacus calcari extra ciuitatē. Alij ciuitatē vocari volunt cœlestē patriā, vt Andreas, & Beda, & Ambrosius, quod haud incōmodè etiam intelligi potest, nam & illa ciuitas Dei vocatur, vt videbimus satis cap. 21.

Vers. 20.

Et exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorū. Sanguinē vocat mustū ex vuis expressum, quia simile sanguini est. Et enim cū de vinea, & botris loquatur, sanguinē vuæ, siue botrorū intelligere videt. Ita enim appellari solet in Scriptura, vt Deut. 32: Et sanguinē vuæ biberet meracissimū. Gen. 49: Lauabit in vino stolā suā, & in sanguine vuæ palliū suū,

Vers. 20. *Sanguis vuæ.*

90 † Per hoc, quod nunc dicit, illud significare voluit, quod est apud Ioelē: Plenū est torcular, exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorū, ideſt plurimos esse dānandos. Sed Iohannes multò magis expresit, cū ait tantū exilla calcatione musti effluxisse, vt non solùm lacus fuerit ad summū vsq; implet us, sed etiā in proximam terrā redundauerit vsq; ad stadia mille sexcenta, atq; ita redūdauerit, vt per tota illa stadia nemo iter facere posset, nisi eques, & vsq; ad ipsos frenos equorū mustū peruenerit. Significat ergo magnā quamdam, & insolitam inundationem, ideſt, maxima, & inaudita supplicia malorum. Sed cur hac Metaphora potiùs quā alia vsus fuerit, & qui in equis, qui in frenis intelligātur, deinde cur mille sexcēta stadia signata fuerint, nec plura, nec paucio-

pauciōra, difficillimū est explicare, cūque variæ sint scriptorum explanationes, vnam habere vellemus, quā sine

91 errore sequeremur. † Pleriq; per *frenos equorū* rectores populorū intelligūtque interpretatio Victorini est, & posteà Tyconio Hom. 11. placuit, & Primasio, Bedæ, Ansberto, Haymoni, Anselmo, & alijs, & in Glossa posita est. Rectores autē populorū dęmones esse volūt Beda, & Glossa, & Anselmus, pervenisseque supplicia etiā vsq; ad dæmones. At præterquā quod de dæmonum supplicio, quod & antiquissimū, & manifestissimū est, loqui necesse nō erat, si freni equorum dæmones sunt, equi ipsi erūt homines, quos dæmones frenabāt. Qui igitur erūt sessores equorū? [Idem Andreæ obijcimus, qui equos interpretatur esse vltores angelos, frenos verò sanctos angelos habētes. Diuinā ordinationē, qua ducuntur ad ea, quę iussa sunt.] Verum neq; his, neq; alijs, quæ posteà dicunt, refellendis moremur, id potiùs quod nobis videtur probabilius, proferamus. Ego his verbis pœnarū magnitudinē indicari existimo. Sed vt bene intelligamus, in similitudine Apostoli iā explicata persistendū est. Qua propter neq; in equis, neq; in equitibus homines, qui populos gubernauerunt, intelligi posse arbitror, nec vllū omnino ex numero dānatorū, quoniā omnes mali, de quibus supplicium sumēdum est, in botris vineæ intelliguntur, qui missi sunt in lacū iræ Dei vt exprimātur, & calca-

92 tio est eorū supplicij. † Alij ergo sunt equi, & equites, quos beatos esse necesse est, quādoquidē nō possunt esse ē numero dānatorū. Puto ergo hūc locum ex eo elucidari, quod cap. 19. scribit idē Apostolus: Et vidi cœlum apertū, & ecce equus alb', & q sedebat super eū, vocabatur Fidelis, & verax, & cū iustitia iudicat, & pugnat, &c. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius Verbū Dei. Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebātur eū in equis albis vestiti byssino albo, & mūdo. &c. Describit in his Christū ad subueniendū electis, & ad puniēdum peccatores extremo tēpore venientē, quasi bellatorē equo albo vectū, & sanguine cæsorū hostiū respersum. Angelos etiā, qui eū

93 eo vement, quasi milites in eius exercitu veniētes ponit in equis albis propter lætitiam futuræ victoriæ, dequibus latiùs suo loco dicemus. † Ad horum ergo equorum similitudinē equos alios intelligamus, ad quorū frenos sanguis peruenit, cū post iudiciū, & victoriam Christi exeunt ad videndū pœnas dānatorū, iuxta illud, quod in fine Isaiæ scriptū est. Et egredietur, & videbunt cadauera virorū, qui pręuaricati sunt in me. Vermis eorū nō morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsq; ad satietatē visionis omni carni. Solent enim victores pōst prœliū exire vt videant hostium cadauera, præsertim cū insolita multitudo occisa est. Verūm sancti exibunt nō loco, sed intelligētia, vt in eumdē Isaię locū ait Hieronymus, exire enim dicūtur quia læti Christi victoria multitudinē dānatorum mirātes intuebuntur, & (vt idē inquit) omniū sanctorū oculis eorū supplicia mōstrabuntur. Vt autē plurimos esse doceat, qui tunc dānandi sunt, sanguinē affirmat exiturū vsque ad frenos equorum.

94 † Nam cum cāpus sanguine totus madet, nō pedibus exeunt ad videndum, sed equis: & cum sanguis ad frenos vsque peruenit, summa quæ esse potest, sanguinis copia indicatur, ad quā videndam exire possint: nā si maior esset, nemo exiret, quoniā natare equos necesse esset. Idēautem, quod nos sub militum si militudine exeuntiū ad spectāda cadauera diximus, intelligitur, & significatur in altera similitudine sanguinis vuarum pressarum exeūtis ē lacu: quam doquidē nō ibi vuas pressas, sed impios extremo supplicio affectos indicari scimus. Immo & probabilissimē dicere possumus Apostolum subitò trāsisse à Metaphora ad rē ipsam, vt sæpe fit in Scriptura, ideſt, de cæde hominū iā loqui, vt Hamos. 9. In die illa suscitabo tabernaculū Dauid, quod cecidit. &c. Vt possideāt reliquias Idumææ, & omnes nationes, &c. Hab. 1: Propter hoc expādit sagenā suā, & semper interficere gētes nō parcet. In eade quoq; similitudine rectè cōuenit multos in equis exire ad videndum mustī copiā inundātem.

Regali. Scriptura subitò transire solet à Metaphora ad rem ipsam.

Per stadia mille sexcenta. Victorinus, Tyconius Hom. 11. Primasius, Beda, *Vers. 20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ansbertus, Haymo, & alij nonulli ita interpretãtur verbis Victorini omnes vtētes: Per omnes quatuor mũdi partes, quaternitas enim est cõquaternata, id est, In hoc numero mille sexcẽtorũ est quãternitas cẽtenariorũ quater repeti tã, q a quater quadringẽta efficiũt mille
95 sexcẽta. † Hãc tot, tantorũq; virorũ explanationẽ si sequamur, citò nos ex magnis difficultatibus expediemus, dicemusq; locũ supplicioru infernorũ vsus omnes mũdi partes extẽdi latè. At quæremus tũc, quod à nemine allorum explicatũ, aut quæsitũ est, cur *stadia* nũminẽtur, cur *mille sexcẽta*, cum quatuor mũdi partes quatuor stadijs significarẽ posset: aut certe, si quaternarius in semetipsum ducere necesse erat, per sedecim stadia dicere potuisset. [Andreas magis hoc videtur explicare, ita enim ait: Per mille sexcenta stadia magnũ hiatũ iustos à peccatoribus diuidentẽ docemur, propter perfectionẽ malitię, & abominationẽ actionũ, decade centenariũ malitiæ perfectã magnitudinẽ significante, senario autẽ earũ sedulam peccati operationem per abusum creaturæ senario dierũ factæ, & quia sexcẽtesimo anno Noe omnis terra diluuio inundata est. &c. Sed cadẽ illi, aut simili obijciẽtur, quæ nequeant fortassẽ diluiri. Mihi diu de hac re cogitanti alia sese obtulit ratio explanandi, quæ & melior, & ab his omnibus difficultatibus libera videtur, vt hi numeri nõ figuratẽ, sed propriè accipiantur. Stadiũ centũ viginti quinque passus habet, quod spatiũ vno spiritu Hercules percurrisse dicitur. Octo stadia milliarũ conficiunt, quatuor milliaria leucam nostram Hispanicam reddunt, vt tradunt qui accuratè dimensi sunt. Ita in mille sexcentis stadijs quinquaginta leucę nostrates inueniuntur. † In lacu cõmunis expositorũ sentẽtia est infernum intelligi. Rursum, quoniã nunc, vt ex præcedẽtibus manifestũ est, nõ de omnibus dãnatis loquitur, sed de illis, qui tẽpore iudicij viui inuenientur, qui, vt botri, vindemiabũtur, & mittentur in lacũ iræ Dei: in eadem similitudine persistẽtes cõtẽplari lacũ illum debemus magna ex parte plenũ dãnatis priorũ sæculorum. Mox cũ dãnati extremi tẽporis in illũ

Stadium.

96

97

98

conijciẽtur, redundabit lacus, & sanguis exibit per mille sexcẽta stadia. Totus locus hoc sanguine perfusus locus tormentorũ est, quandoquidẽ sanguis suppliciũ dãnatorũ significat. Ex quo fit in lacu nõ vniuersum infernũ intelligi, sed quasi magna quædam, & profunda fouea intelligẽda est cũ ora magna circũiacente, quæ extrema, atq; summa pars eius est, atq; has duas partes coniũctas infernũ appellamus. † Quoniã ergo tunc dãnati cũ suis corporibus in infernũ mittẽtur, & lacus plenus fẽrè erit præteritorũ sæculorũ dãnatis, tunc impletum esse dicit, & totã illã lacus orã corporibus illorũ occupandã esse per mille sexcenta stadia versus omnẽ sui partẽ, idest, perducẽta miliaria, siue per quinquaginta leucas Hispanicas quoquo versum. Quod spatiũ paruũ videri nõ debet, cũ valde probabile sit, quod quidã tradũt, corpora dãnatorum apud inferos futura esse quasi aceruũ quẽdã in cõpositum, atq; cõfusum. Possumus etiã intelligere, ac fortassẽ meliùs, lacũ vocari locũ proprium dãnatorũ illius extremi tẽporis, & vt magnã fore loci illorũ latitudinẽ intelligamus, affirmat lacum, idest, profundiorẽ partẽ, in qua erunt sceleratores, implendã esse, locũque circumiacentẽ per mille sexcenta stadia opplẽdum fore corporibus eorũ, qui minora admiserint flagitia. Et sanguis de lacu exit, quia ij, qui in lacu, id est, in profundiore parte sunt, reliquis tãtorum malorum autores fuerunt. Et enim (vt iã dixi) nisi ita mille sexcẽta stadia accipiamus, quæ ratio afferri poterit huiꝰ mẽsuræ, quæ mystica nõ sit? † Dicẽ stadia poni, quoniã lõgior mensura est, atq; ideo nõ pedes, aut passus cõmemorari, vt ostendatur maxima, atq; vastissima capacitas inferorum: dicerem etiã ad eãdem capacitatẽ ostendendã poni quaternarium cẽtenariorũ ab scriptoribus illis positum, vt initio dixi, qui plenissimus numerus est, eumq; propter quatuor partes terrę in se ipsum duci. At facilè obijci poterit miliarium lõgiorẽ multò esse mensurã, quæ Apostolis ignota nõ fuit, legimus enim Matth. 5. *Et quicunq; te angariauerit mille passus, vade cũ illo & alia duo*: vbi ꝓ Mille passus, in Græco est μίλιον, i. miliarium.

Vt. F. Dominicus Sotus in 4. d. 50. Quæst. vnic. A. 4.

Obie-

Obijcietur etiã tantã magnitudinẽ melius exprimi maioribus numeris. Cur igitur, si quaternarius sumẽdus erat per se ipsum ductus, nõ sumptus est quaternarius millenariorũ, q per se ipsum multiplicaretur? Quæ quoniam solui posse nõ videtur, præstat vt mille sexcẽta stadia propriè intelligamus.

Argumentum Capitis XV.

Videt septem angelos habentes septem plagas nouissimas, & mare vitreũ, & super illos, qui vicerũt Antichristum, canentes laudes Deo. Templum, quod est in cœlo aperitur, & septem angeli exeunt habentes septem plagas, & vnum ex quatuor animalibus dat illis septem phialas plenas ira Dei, & fumo impletum est templum, ita vt nemo introire posset donec septem plagæ consumentur.

Caput. XV.

1 ET vidi aliud signum in cœlo magnum, & mirabile, angelos septẽ, habẽtes plagas septem nouissimas: quoniam in illis consummata est ira
2 Dei. Et vidi tãquam mare vitreum mistũ igne, & eos qui vicerũt bestiã, & imaginẽ eius, & numerũ nominis eius stãtes super mare vitreũ, habẽtes
3 citharas Dei, & cãtantes canticum Moysi serui Dei, & cãticum Agni, dicẽtes, Magna, & mirabilia sunt opera tua Dñe Deus omnipotẽs: iustæ, & veræ sunt viæ tuæ rex sæculorum.
4 Quis nõ timebit te Dñe, & magnificabit nomẽ tuũ, quia solus pius es, quoniã omnes gẽtes venient, & adorabũt in cõspectu tuo, quoniã iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc vidi, & ecce
5 apertũ est templum tabernaculi testimonij in cœlo, & exierũt septẽ angeli,
6 habentes septem plagas, de templo, vestiti lapide mundo, & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et
7 vnum de quatuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in sæculum sæculorum. Et impletum est tẽplum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius, & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

1 ET vidi aliud signũ in cœlo magnũ, & mirabile. [Postea, quæ per anticipationem dixit capite præcedenti, nunc ad rectum propheriæ, rerũque gerẽdarum ordinẽ reuertitur.] Quã mirabile sit hoc signũ, quod vidit, tũc videbimus, cum septem plagæ explicabũtur capite sequẽti. Magnũ ergo erat, & mirabile, quia magna, & mirabilia malorũ in toto orbe suppliciа prænũtiabat de cœlo ventura, atque ideo in cœlo videtur.

Verſ. 1.

Angelos septem habentes septem plagas nouissimas. Hos ego arbitror esse septẽ illos spiritus, de quibus dixit cap. 1: Et à septem spiritibus, qui in cõspectu throni eius sunt: & quibꝰ datæ sunt septẽ tubæ, c. 8. Ad eos enim, qui custodes sunt rerũ humanarũ, pertinet sumere vindictã de impijs, qui sanctos affligũt, & omnia humana perturbant. In *septem* non multas intelligo, vt Arethas, & Beda, & alij sed propriè septem, vocat enim *septem plagas nouissimas* eas, quæ phialis septẽ angelorum continentur, & quæ capite sequenti numerantur, vt posteà videbimus. Cur autem *nouissimas* dixerit, ipse exponit: *Quoniam in illis consummata est ira Dei*, idest, vltimæ erunt omniũ plagarũ, quibus impios in hac vita afficiet. Sicũ verò ordo parũ aptus videatur, vt cum de extremo dãnatorũ supplicio locutus fuerit, nunc ad septẽ plagas re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prophetæ non seruant semper ordinem rerũ gestarum.

deat, quæ hoc supplicium præcedẽt: sciat prophetas nequaquam ordine seruare solere rerũ gestarũ etiã in eadem visione, sicut in historia seruatur, vt docuit Hieronymꝰ in illud Hamos. 2: Ego sum qui ascendere vos feci, &c. Quare minus mirũ esse debet nõ seruari in diuersis visionibus. † Prætereà oportebat, vt
2 extrema, eadeq; maxima pœna damnatorũ sæpe inculcaretur, vt homines illius tẽporis, quo abundabit iniquitas, & refrigescet caritas, magis, crebriusque terreãtur. Sicut & beatorũ felicitatẽ sæpe cõmemorat, vt iusti in tot laboribꝰ, & persecutionibus tãtorũ bonorũ spe vehementiùs excitẽtur. Atq; ideo Iohãnes redire solet ab vltimis ad ea, quæ ante illa sunt, vt vidimus initio c. 8. & 12. & etiã in reliquis, pphetis obseruare licet.

Vers. 2. *Et vidi tamquam mare vitreũ mistũ igne.* Mare vitreum vocat multitudinẽ hominũ, qui Antichristum sequẽtur. Mare, quoniã scriptũ est Isaiæ. 57: Impij autẽ quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest, & redundant fluctus eius in conculcationẽ, & lutũ. Non est pax impijs, dicit Dominus meus: Hoc est semper feruent, & tumescunt varijs cupiditatibus, quasi fluctibꝰ quibusdã, qui fluctus in lutũ tandẽ desinunt, id est, in turpissima peccata. Vitreũ dicitur, quia quãtũ
3 vis impij scelera sua contegant, etiã eorum cogitationes Deo manifestissimę sunt, ac si lucido quodã vitro tãtũ tegerẽtur. † Hoc mare mistũ igne vidit, quoniã & igne, qui iudicẽ Christũ præceder, flagrabunt, & prius æstu, atq; igne affligẽtur, sicut legimus cap. 16: Et datũ est æstu homines affligere, & igne, & æstuauerũt homines æstu magno, & blasphemauerũt nomẽ Dei, &c. Hęc omnia copiosẽ explicauimus cap. 4. num. 25. & duobus sequentibus, quæ nunc idcirco breuiùs attigimus.

Vers. 2. *Et imaginem eius.* Qui noluerunt adorare imaginem Antichristi.

Vers. 2. *Et numerum nominis eius.* Qui noluerunt insigniri charactere nominis eius, vt exposuimus cap. 13. n. 34. & 35.

Vers. 2. *Stantes super mare vitreum.* id est, Prope mare vitreũ ad littus illius. Capitur enim interdum Super pro Iuxta, vt diximus cap. 13. n. 2. Stãtes videtur, quia nõ vincentur ab Antichristo, non cadent. Iuxta mare autẽ stant, non intra, quia pars illius maris nõ sunt, nec amaritudinẽ eius cõtrahent, quamuis iuxta sectatores Antichristi viuent:

4 *Habentes citharas Dei.* † Id est, à Deo datas citharas habentes videntur, quia iusti, cum viderint supplicia illa magna impiorũ, lætabũtur, & gratias Deo agẽt toto corde, quòd per eius gratiã liberati fuerint. Psal. 57: Lætabitur iustus cũ viderit vindictã, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. 2. Machabæo. 1. De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipsi. *Vers. 3.*

Et cantantes canticum Moysi serui Dei. Illud videlicet, quod Moyses cũ populo cecinit post transitũ maris Rubri: de quo Exodi. 15: Tunc cecinit Moyses, & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerũt: Cãtemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equũ, & ascensorẽ dereiecit in mare. Iure autẽ optimo hoc cãticũ canent iusti victores Antichristi, quoniã sicut filij Israel cecinerunt, quia capti non sunt à Pharaone, nec mersi aquis, quibus hinc inde cingebãtur, ita iusti canent, quia nõ sunt victi ab Antichristo, cuius figura fuit Pharao rex affligentiũ filios Dei, & inter impios versantes, quasi inter mare plenũ fluctibus, nequaquã illis fluctibus, id est, peccatis illorũ hominũ absorpti sunt. Et vt filij Israel cecinerũt in littore maris Rubri, ita iusti canẽt in littore huius maris vitrei.

5 *Et canticum Agni.* † Sicut cãticũ Moysi vocat, quod à Moyse acceperũt, & didicerũt, ita canticũ Agni dicitur, quod illos Agnus docuit, quod acceperunt ab Agno, vt canerent. *Vers. 3.*

Magna & mirabilia sunt opera tua. Cãticũ Moysis nõ retulit, quia notũ erat ex Scriptura, sed canticũ Agni, quia ignotũ nobis erat, referendũ fuit. Est autem hoc: Magna, &c. Dicituretiã canticum Agni, quia illo Agnũ laudant. Opera eiꝰ magna, & mirabilia esse dicũt, quòd tanta Antichristi, & eius ministrorũ, tamq; crudelia facinora sustinuerit, & tandem dignis eos supplicijs affecerit. *Vers. 3.*

Deus omnipotẽs. Cuius nunc omnipotentia cernitur in tãtæ potentię subuersione, & in tot inimicorum maximis supplicijs. *Vers. 3.*

Iustæ, & veræ sunt viæ tuæ rex sæculorum

rum. Regẽ sæculorũ eum vocat, quod æternus sit, neq; eius regnũ certo tẽpore finiatur, vt aliorũ regũ, sed per sęcula omnia semper idẽ sit. Ita etiã Paulus. 1. Tim. 1. Regi autẽ sæculorũ immortali, & inuisibili, &c. Nã in sæculo æternitas etiã intelligi solet, præsertim cũ sæcula dicũtur, aut sæcula sæculorũ, aut etiã sæculũ sæculi, vt latiùs ostendimus
6 in. c. 5. Michææ, n. 39. & 44. † Psal. 44: Sedes tua Deus in sæculũ sæculi. Psal. 18: Timor Dñi sanctus permanens in sæculũ sæculi Psal. 47: Ipse regebit nos in sęcula. Psal. 80: Et erit tepus eorũ in sæcula. Psal. 103: Sit gloria Domini in sęcula. Psal. 83: Beati, qui habitãt in domo tua Dñe, in sæcula sæculorũ laudabunt te. *Sæculum.*

Viæ. Viæ opera vniuscuiusq; dicũtur, aut institutu, & ratio viuẽdi. Gene. 6. Omnis quippe caro corruperat viã suã. Iob. 34: Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorũ restituet eis. Eze. 36: Et recordabimini viarũ vestrarũ pessimarũ, studiorũq; nõ bonorũ, & displicebũt vobis iniquitates vestræ. Iusta ergo vocat opera Dñi, quia iure de impijs vindictã sumit, & vera, quia constans est, & verax in promissis, & iustos eripit è periculis, & coronat sicut promisit. Ceterùm vbi nos legimus, *Rex sæculorum*, in Græco est τῶν ἁγίων, id est, sanctorũ, & ita etiam habent nõnulli codices Latini. Alij Græci habẽt: Rex τῶν ἐθνῶν, id est, Gẽtiũ: ita legitur apud Andreã, & apud Arethã, & in Complutensi codice, &
7 apud Primasiũ. † Nec mihi displicet Frãcisci Lucę Brugensis cõiectura, forrasse dictionũ contractarũ affinitate factũ esse, vt p Sãctorũ legeretur Sæculorũ: nã si scribas Sãcorum, vtrumq; videtur posse legi, & quædã vetera exẽplaria ita habẽt, quædã verò Sciorum. Verũ quoniã & Latinus eo dex Cõplutẽsis, & omnes ferè Latini habẽt: *Rex sæculorum*, hæc videtur lectio probabilior, & cũ Græca exẽplaria variauerint, credẽdũ est olim lectũ esse τῶν αἰώνων, id est, sæculorũ, atque hãc lectionẽ secutũ fuisse nostrũ interpretẽ. Rex autẽ sanctorũ dici potest, quia eũ sancti colunt, & solũ regẽ agnoscunt, & ipse ijs consulit, vt filijs, & fauer, eosque semper liberat.

Vers. 4. *Quis nõ timebit te?* De timore reuerentiæ loqui magis videtur, quoniã sequitur: *Et magnificabit nomẽ tuũ?* pro quo est δοξάσει, id est, Glorificabit, prædicabit. *Vers. 4.*

Quia solus pius es. In Græco est ὅσιος, quod propriè idẽ est, quod sanctus, iustus, purus, innocẽs: Atq; hoc idẽ significat Pius, purus, & mũdus, & sanctꝰ, vt: *Ipsa mala manibusq; pijs altaria tinxit*, id est, mũdis, siue ablutis vt mos sacrificiorũ exigebat. † Inde Piare, & explare, Solus pius dicitur, quia ab eo omnis sanctitas est, & qui eã habẽt, ab eo habent, & nemo cũ eo cõparatus sanctus videbitur. Opportunè verò hoc dicitur, cũ grauissimè animaduertit in impios, & iustos magnis periculis liberat. Hoc autẽ in loco, *Quia*, & *Quoniam*, licet causam etiã indicare possint, magis videtur poni pro Quod more Hebræorũ, & apud Latinos redũdare, vt sit sensus: Quis nõ magnificabit nomẽ tuũ? Quis nõ te laudabit dicẽs te solũ piũ esse, & omnes gẽtes venturas esse ad adorãdũ te, & manifesta esse iudicia tua? Hæc locutio vsitatissima est in Scripturavt Isa. 2: Dicite iusto quoniã bene, quoniã fructũ adinuentionũ suarũ comedet, id est, Dicite iusto bene illi futurum, &c. & Psal. 105. & 106. Cõfitemini Dño quoniã bonus, quoniã in sæculũ misericordia eius, id est, Laudate Dñm dicẽtes eũ esse bonũ, & misericordiã eius esse in sæculũ. Matth. 7. Et tũc cõfitebor illis: Quia nunquã noui vos. Lucæ. 19. Videṡ ciuitatem flexit super illã dicẽs: Quia si cognouisses & tu, &c. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &c. *Virg. 4. Æneid.* *Pius.* *Quia & Quoniam.*

Quoniã omnes gẽtes venient. † Nemo erit
9 ex omnibus gẽtibus, quite nõ adoret, & ante te nõ procedat venerabũdus: si qui te ante nõ nouerãt, tũc cõuertẽtur. Quod autẽ addit: *In conspectu tuo*, auget quodãmodo, ac si diceret: Tu ipse videbis, & te spectante palã te adorabunt. *Vers. 4.*

Quoniã iudicia tua manifesta sunt. Id est, Nemo nõ videt te iustè fecisse, ac meritò tã grauiter impios punisse. Iudicia Græcè δικαιώματα, id est, iustificationes, hoc est opera iustè facta, quæ rectè appellãtur iudicia. Hęc autẽ omnia per anticipationem mihi dicta videntur, vt non ante sæpè plagas dicãtur, sed dũ illis impij feriuntur, à iustis liberatis canantur. Quare prius dixit, se vidisse *Vers. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

septem angelos habentes septē plagas nouissimas: & posteà: Et vidi tanquam mare vitreum, &c.

Ver.5. *Et ecce apertum est templum tabernaculi testimonij.* Sæpe vidimus Iohānem templum in cœlo ponere ad similitudinem tabernaculi, aut templi, quod fuerat in Ierusalem. Nunc autem etiam tabernaculi meminit, in quo secū videtur ipse pugnare, cum templū vocat, & tabernaculum. † Siquidē tabernaculū nunquā templum appellatum est, sed dum in itinere erant filij Israel, habebant tabernaculum vsque ad vndecimum annum regni Salomonis, quo templum absolutum est. 3. Reg. 6. Quare si tabernaculū est, templum non erit, & vice versa. Hāc quæstionem ab expositoribus prætermissam meliùs soluemus, si pauca prius dixerimus. Tabernaculū testimonij dicebatur, quia in eo seruabatur lex, quæ Testimonium appellatur, vt Psal. 118. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor. Et quanuis totum tabernaculū ita vocari soleat, nūc illa eius pars, in qua arca seruabatur cū lege, quæ à Paulo. Heb. 9. appellatur Secundum tabernaculum, propriè videtur dici Tabernaculum testimonij, quę & Sancta sanctorum dicebatur. In ea locus beatitudinis sanctorū significatur, vnde cap. 11. dictū est: Et apertū est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamēti eius, vt illic Latiùs explicauimus. Bene autē lex in Sanctis sanctorum seruabatur, vt intelligeremus in custodia mandatorū Dei virtute contineri beatitudinē. † Et quoniam omnes plagæ in homines mittentur, quoniā voluptates sequi voluerunt, & legem Dei contēpserunt, iure angeli ferentes impijs plagas exeunt è tabernaculo testimonij. Quæstio igitur proposita ita soluitur. Non tabernaculū solùm nominat, sed templum etiam: *Apertum est templum tabernaculi testimonij*, ideſt, ea pars templi, quæ propriè dicitur Tabernaculū testimonij, siue ea pars, in qua seruatur testimonium. Templum dicitur, vt rem firmam, & immobilem intelligamus. Et cùm posset dicere: Apertū est templū, in quo erat lex, maluit dicere: *Apertum est templum tabernaculi testimonij*, quoniā in tabernaculo semper seruata est lex, in templo autem nō fuit arca, neq; lex ex quo Ierusalem euersa est à Nabuchodonosor, sed ab Ieremia abscondita est cū ipso tabernaculo, vt legimus. 2. Macha. 2. Deinde quoniam tabernaculū habuerant filij Israel ter faciētes: & vt docet eo omnibus plagis ferendos esse a Deo rens, qui dū in via huius vitę sunt, legē non obseruant, aptissimē nominatur Tabernaculum: præsertim cum paulò ante de bonis iustorū loquēs eiusdē itineris meminerit dicens: Et cātantes Canticum Moysi serui Dei. † Præterea tabernaculum, quod à Mose ædificatū est, synagogam significat, templum verò, quod à Salomone figura Christi fuit extructū, significat Ecclesiam, vt autor est Beda in lib. de Templo Salomonis, cap. 5. Atq; eadem ratione in tabernaculo lex vetus, & prophetæ, in templo Euāgelium, & Apostoli intelliguntur. Recte ergo tabernaculū, & templū nominantur, quoniā qui doctrinā Christi, & Apostolorum, ideſt, legē nouā violant, ijdem etiam violant legem, & prophetas, quia mysteria Christi, ac bona cœlestia in lege, & prophetis significata, & in Euangelio expressa continent. Nec prætereundū est in parte tabernaculi, de qua loquimur, præter legem etiā seruata esse vnā manna, & virgam Aharō, quæ fronduerat, & ei sacerdotiū à Deo datum esse demonstrauerat, vt docuit Paulus Hebræ. 9. Et quia impij, qui puniēdi sunt, non solùm legē Christi trāsgressi fuerāt, sed etiā sacrā Eucharistiā, cuius figura est mana, iniuria affecerāt, & sacerdotiū Ecclesię aspernati fuerāt, ideſt, increpationes Ecclesiæ, & sacramēta, elegāter angeli plagarū è templo tabernaculi testimonij egrediuntur.

Tabernaculum testimonij.

Ver.6. *Et exierunt septem angeli habentes septē plagas de templo.* De parte illa templi, quā diximus, exierūt septē angeli, per quos videlicet Deus temporibus illis plagas impijs immittet. Pleriq; prædicatores in angelis intelligi malunt, qđ mihi cū de sensu Historico agitur, minimè placet. Aliud est enim plagas prædicere, atque à vitijs deterrere, quod prædicatorum est, magis quam angelorum, vt diximus cap. 14. n. 21: aliud plagis ferire, quod non est prædicatorum, sed angelorum.

Iterum, vt cap. 4. Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angelos terræ, &c. quod in illā verba satis expositum. Et cap. 8. Septem angeli habentes septem tubas, & calamitates hominibus inferentes, non prædicatores sunt, sed angeli, vt dictum est. Angeli autem hi non prædicunt plagas, sed inferunt, quare vere angeli sunt, quoniā non inferuntur plagæ per prædicatores, sed per angelos.

Ver.6. *Vestiti lapide mundo.* Magna Latinorū codicum varietas est in hoc loco, quidam enim habent, *Lapide mundo*, quidam, *Lino mundo*. Huius varietatis meminerunt Beda, & Haymo, & vtrumque exponunt, nec tamen docent 14 verum præferendum sit. † Idem facit Arisbertus, sed meliùs conuenire dicit *Linū mundo*. Atque ita omnino legendum est, & vitiosa est lectio, ☞ *Lapide mundo*, † quamuis illius etiam Andreas meminerit.] Nam angeli non possunt dici vestiti lapide mundo, nec vnquam Scriptura ita locuta est. Linō autem indutos angelos solet inducere, vt Ezec. 9. & Dan. 10. Primasius legit vestiti lintea munda. Arethas: vestiti lino mundo; & ita habetur in codice Complutensi, tam Græco, quam Latino. Erroris occasio ijs, qui legunt, Lapide mundo, Græcum exemplar vitiatū fuit, in quo pro λίνῳ, ideſt, lino, legebatur λίθῳ, ideſt, lapide. Lino candido, & mundo vestiti apparent, vt gaudium sanctorum de pœnis obstinatorum peccatorum indicent, albus enim color lætitiæ index est, vt diximus cap. 3. nu. 6. & 64. Significat etiam puritatem angelorum, propter quam æquum est, vt puniant homines, qui se fœdis libidinibus sordidārūt. Et quoniam de loco in quo lex erat, exeunt, hoc etiā indicat, per legis custodiā homines mundari, & dealbari, & in lege Euāgelica homines exigi mundos, cui per carnis mortificationem, quæ in lino intelligitur per macerationem, & rursionem ad candorē perducto, corpora sua castigando dealbent, atque ita meritò eos puniri, qui 15 non faciunt. Adnotauit Erasmus quoniam in Græco erat, κοὶ λαμπρὸν, non tam candido, quam splendido fuisse vertendum, sed meliùs noster Interpres intellexit, qui vidit candidum colorem, quoniam plus ceteris habeat lucis λαμπρὸν Græcis dici, vt aduersarium cap. 3. nu. 64.

Ver.6. *Et præcincti circa pectora zonis aureis.* Zonæ aureæ caritatem significant, qua sancti angeli homines in terra laborantes in cultu Dei prosequuntur, cuius rei causam reddidimus cap. 1. num. 86. vbi Iohannes vidit filium hominis præcinctum ad mamillas zona aurea. Caritas enim eos mouet, vt impios affligant, qui iustos vexant. Significat etiam puritatē sanctorum angelorum, qui non solùm peccatum ab opere, sed etiam à cogitatione excludunt, & ideo optant supplicium peccatorum, qui & opere, & cogitatione impuri sunt. Nec non legem Euangelicā cordis, & operis munditiam exigere, & tales per eam homines reddi, digneque plecti, qui immundi sunt, vt diximus nunc de vestibus albis.

Ver.7. *Et vnum de quatuor animalibus.* † Bene vnum de quatuor animalibus phialas plenas iracundię Dei angelis dedit, quoniam, vt scripsit Paulus Rom. 2. Qui per legē peccauerūt, per legē iudicabuntur, ideſt dānabuntur. Euangelistę autē legē Euāgelicam nobis scriptā reliquerunt, per quam impij dānāntur, quia eā non seruauerunt. Quare per vnum quemlibet ex quatuor intelligere possumus, omnes enim hoc fecerunt, & quod de vno dicitur, de omnibus dictum accipitur. Diceremus autem probabilissimè vnum pro primo accipi, vt fieri solere notauimus cap. 6. nu. 1. atque hunc esse Matthæum, qui hominē Christum peculiariter descripsit, & secundum eius in monte rerum accuratissimè, in quo vitæ Christianæ forma tradita est, nisi Primum accipiendum videretur ordine ab eodem Apostolo seruato, cap. 4. vbi primum animal simile leoni esse dixit, Marcum significans. Iuxta Ezechielis ordinem cap. 1. primum animal Matthæum significat, cui optimè hæc conueniebant. Ceterū Phialæ aureæ. Phialæ dicuntur, quoniam hæc supplicia non occulta futura sunt, sed manifesta omnibus, phialarumque memīnit potiùs, quam aliorum vasorum, vt aiunt Primasius, & Beda, quia phialæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

parent. † Aureæ sunt, quoniam aurum purissimum metallum est, & pretiosissimum, & ira Dei pura est, & pretiosa, quia nihil habet admissum perturbationis, sed vero, & incorrupto iudicio punit, & semper iustitiam intuetur. Possunt etiam phialæ aureæ vocari, quoniã Deus has plagas immittit non cupiditate nocendi, sed caritate, vt electos vlciscatur, & excitet ad amorem supernorum bonorum, & vt impij corrigantur, aut certè minùs noceant, atque ita minùs postea puniantur in inferno. Notũ autem est in auro caritatem sæpe indicari.

Vers. 7. *Plenas iracundiæ Dei.* Diuersa continentes supplicia, vt videbimus cap. 16.

Vers. 7. *Viuentis in sæcula sæculorum.* Hoc ad terrorem impiorum additum videtur, vt his plagis maturè conuertantur, sciãtque Deum viuere in æternum, atque æternis supplicijs eos punire posse.

Vers. 8. *Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius.* † Fumus Diuinã præsentiam consequi solet, vt per eum Diuina natura significetur in comprehensibilis, & à nobis in hac vita obscurè cognita. Nam quod fumo plenũ est, non potest foris videri, Exo. 19: Totus autè mõs Sinai fumabat, eo quòd descẽdisset Dominus Deus super eũ in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis. Isai. 6. Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo. Et nũc replũ impletur *fumo à maiestate Dei*, ἐν δόξῃ θεοῦ, idest, fumus ille exibat è maiestate, & gloria Dei, & ex virtute, siue potentia eius. Vtroque enim loco est in Græco ἐκ, quod est, Ex præsentia maiestatis, & virtutis Dei. Significat autẽ homines, qui erunt in terra, videntes tot, tantaq; supplicia, & tantam Dei potentiã, quasi in tenebris fore versaturos stupentes, & nescientes quorsum illa tendant, & quid sibi velit Deus tali ostensione maiestatis, & fortitudinis suæ. Ita interpretantur Primasius, Ansbertus, Haymo, Ambrosius.

Vers. 8. *Et nemo poterat introire in templum.* † Nonnulli ita interpretantur. Nemo poterat corpore, & anima introire in beatitudinem, donec finirentur septẽ plagæ, idest, donec dies iudicij veniret, vt Ambrosius: & idem sentire videtur Arethas. At facilè intelligitur neminẽ posse introire propter fumum locum caligine complentem: nec de beatitudine corporum nunc agitur, nec illi fumus obstat. Multò melius Primasius, & Ansbertus, & Haymo interpretantur, neminem posse penetrare hoc secretũ iudiciorum Dei, donec finiãtur plagæ, tunc enim fiet iudicium, & omnia omniũ peccata patebunt, & intelliget quisque Deum acerbitate illa pœnarum efficere voluerit. Itaque cum dixisset templum impletum fuisse fumo, quia videri à mortalibus non poterant quę erant in eo, nunc consequenter dicit neminẽ posse introire, quia illi, qui extra templum erant, cognoscendo illa Dei iudicia quodammodo in templum introibãt, quod fumus tegebat. † Hanc expositionem confirmant satis probabiliter ex Psal. 72. vbi de ijsdẽ iudicijs Propheta loquens ait: Existimabam vt cognocerem hoc, labor est ante me donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligã in nouissimis eorum, idest, cogitabam mecum, si quomodo causam huius rei scire possem: sed dum cognoscere voluero, semper laborabo donec intrem in templum Dei, à quo hæc consilia, & iudicia exeũt: hoc est, donec particeps fiam Diuinorum secretorũ, quod fiet, cum horum hominum finem videro, per quem mihi Dominus hoc indicabit. Quare nõ immeritò dicere possumus alluisse Iohannem ad hæc verba Psalmographi. Atque hæc expositio etiam ad beatos referri potest, qui sine noua reuelatione scire non possunt apertè cur ex malis hos Deus potiùs puniat, quam illos, qui aut æquè mali, aut peiores sunt, cur sic, & non aliter, cur hic, & nunc, &c. Et ideo non possunt introire in tẽplum, donec consummentur plagæ, & sciant eorum opera, & cõsilia, & exitus, & quid Deus de singulis decreuerit, tunc enim constabit non aliter omnia debuisse fieri quam facta sunt. Licet & ita simpliciter interpretari, vt intelligamus septem angelis exeuntibus, quasi exijsse simul cœlites ad spectandum de cœlo tam inusitata supplicia, atq; ita admiratione eorum, & rerum nouitate per moros spectassẽ, vt oculos auertere non potuerint, donec omnia finirentur. In qua expositione apertiùs intuemur cur nõ sit dictũ: Donec veniret dies iudicij sed, Donec septem plagæ consummarentur.

Argumentum Capitis. XVI.

Septem angeli iubentur effundere septem phialas iræ Dei, quas habebãt, & ad vnuscuiusque effusionem magna prodigia, & supplicia sectatorum Antichristi videntur. Tres spiritus mali mittuntur ad concitandos reges in prœlium contra Ecclesiam, & in vnum locum congregantur.

Caput. XVI.

1 ET audiui vocem magnam de templo dicentem septem angelis: Ite, & effundite septem phialas iræ
2 Dei in terram. Et abijt primus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimũ in homines, qui habebant characterem bestiæ: & in eos qui adorauerunt
3 imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tamquam mortui: & omnis anima viuens mortua est in
4 mari. Et tertius effudit phialam suã
5 super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es Domine, qui es, & qui eras, sanctus, quia hæc iudicasti: quia sanguinem sanctorum, & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bi
7 bere: digni enim sunt. Et audiui alterum dicentẽ: Etiam Domine Deus
8 omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialã suam in solem, & datum est illi æstu
9 affligere homines & igni: & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomẽ Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam vt darent illi glo-
10 riam. Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas
11 præ dolore: & blasphemauerunt Deũ cœli præ doloribus & vulneribus suis, & nõ egerũt pœnitẽtiam ex operibus suis. Et sextus angelus effudit
12 phialam suam in flumen illud magnũ Euphraten: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab Ortu
13 solis. Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore Pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ra
14 narum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedũt ad reges totius terræ congregare illos in prœlium ad diem magnum omnipo
15 tentis Dei. Ecce venio sicut fur: Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Et congre
16 gabit illos in locum qui vocatur Hebraicè Armageddõ. Et septimus an
17 gelus effudit phialam suam in aerem, & exiuit vox magna de templo à throno

Universidad de Deusto
Biblioteca

throno dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus, sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes, et ciuitates Gẽtium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicẽ vini indignationis iræ eius.

Et omnis insula fugit, et montes nõ sunt inuẽti. Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines, et blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer.

Verſ. 1. *Audiui vocem magnam de templo.* Vox Dei erat per superiorem angelum iubentis. Vox magna magnitudinem instantium plagarum indicat.

Ite, & effundite. Iam tẽpus est vt percutiaris homines plagis, quæ vobis cõmissæ sunt.

Verſ. 2. *Et abiit primus.* Hic nonnulli addunt, Angelus, sed non est addendum, neq; enim est in Græco, neque in veteribus expositoribus.

Et factum est vulnus sœuum, & pessimũ. Hæ plagæ in modum illarum, quibus AEgyptus afflicta est, intelligẽdæ sunt, quãus multò graviores sint, Ita enim ait Irenæus lib. 4. contra Hæreses. cap. 50: Siquis autem diligentiùs intendat ijs, quæ à prophetis dicuntur de fine, & quæcunque Iohannes discipulus Domini vidit in Apocalypsi, inueniet easdem plagas vniuersaliter accipere gentes, quas tunc particulatim accepit AEgyptus. &c.] Nec explicat quod nã vulnus sit. Multi hæc Moraliter interpretãtur de spiritualibus animæ plagis, vt Beda, sed nos Historicum sensum querimꝰ. Andreas & Aretas figuratè putant vulnus dici ardentem in corde cruciatum. Ego potiùs propriè accipiendũ puto, & vlcera significari in interiori corporis parte latentia, quæ, quo magis latent, eo sunt graviora, admodum videlicet AEgyptiacæ plagæ Exod. 9: Factaque sunt vlcera vesicarum turgentium in hominibus, & iumentis: nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera, quæ in illis erãt, & in omni terra AEgypti. † *Pessimum* autem vocat more Scripturæ, valde affligens. Vt Ecclesiastæ. 1. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum. Et cap. 4: In hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. Nahum. 3. Pessima est plaga tua. Inde bonum dicitur quod iucundum est, vt Psal. 33: Quis est homo, qui vult vitã, diligit dies videre bonos? Quomodo etiam Poeta dixit:

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus, &c.

Et bonitas, ideſt, iucunditas: Psal. 105. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ. Verùm quoniam locus vulneris indicatus non est, vt solet, fortè melius intelligemus in toto corpore fuisse, vt Iob. 2. Egressus igitur Satan à facie Domini percussit Iob vlcere pessimo à plãta pedis vsque ad verticem eius. Simile est illud Deut. 28. Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanarique non possis à planta pedis vsque ad verticem tuum.

In homines, qui habebant characterem bestiæ. Hos ante reliquos peculiariter vulnerari par erat, qui publico testimonio à Deo recesserant palàm bestiam, id est Antichristum, adorantes, aut eius charactere se insignientes.

Et secundus angelus effudit phialam suã in mare. Inquibusdam Græcis codicibus ita legitur. Primasius, & Beda nõ legũt, Angelus, sed nihil refert. Effundere phialã in mare est operari in mari, vertit enim illud in sanguinem.

Et factus est sanguis tãquã mortui. † Aqua maris similis erit sanguini, qui effunditur, cum homo occiditur. Aut ita mare rubebit, ac si multorum occisorum sanguine tingeretur. Ita maximus poeta-

Arua nouæ Neptunia cæde rubescunt.

Et

Verſ. 3. *Et omnis anima viuens mortua est in mari.* ideſt, Omnes pisces, qui erant in mari, sicut Exod. 7: Et omnes pisces, qui erant in flumine, mortui sunt.

Verſ. 4. *Et tertius effudit phialam suam super flumina.* Plæc omnia ita fient, vt sonant; at non simul, sed paulatim fient, vt plagæ AEgyptiacæ, vt dictum tẽpus præsentiæ. Atq; ita paulatim etiam creuerit plaga, multò enim grauius est flumina, & fontes verti in sanguinẽ, vndesitu enecari necesse sit, quã mare, & minus vtibus seruit humanis. Eade plaga afflicti sunt AEgyptij. Exo. 7. Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas AEgypti, & super fluuios eorũ, & riuos ac paludes, & Omnes lacus aquarũ, vt vertantur in sanguinem, & sit cruor in omni terra AEgypti tã in ligneis vasis, quã in saxeis. Et mox: Et pisces, qui erat in flumine, mortui sunt, & putruitque fluuius, & non poterant AEgyptij bibere aquam fluminis & fuit sanguis in tota terra AEgypti.

Verſ. 5. *Et audiui angelum aquarum.* † Elementa, & res inferiores etiam angelorum curæ cõmissa sunt. Illic ergo, cui aquæ cõmissæ sunt, angelus dicitur aquarũ, Ita & cap. 14. dictum est: Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem, quod ad ignem corporeum etiam referri posse diximus. Arethas: Non gentibus tantùm præfectæ sunt Diuinæ virtutes iuxta legislatorem Mosem, sed & mundi elementis, quemadmodum hęc reuelatio Diuinitus nos docet. Origines Hom. 14. in Nume: Opus est tamen ipsi mũdo etiã angelis, qui sint super bestias, & angelis, qui præsint exercitibꝰ terrenis. Opus est angelis, qui præsint animalibũ natiuitati, virgultorum, plantationumque, & ceteris plurimis incrementis. Augustinus lib. 83. Quæst. Q. 79. Vnaquæque res visibilis in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi præpositam. Idem docet lib. 3. de Trinitate, cap. 4. & Sanctus Thomas hos autores secutus. 1. p. Q. 110. A. 1. Gaudet igitur angelus per aquas sibi commissas iustitiam Dei exercere aduersus impios.

Iustus es Domine, qui es, & qui eras, sanctus. † Non est sensus, qui es sanctus, & eras sanctus, sed, vt in Græco apertiùs mum est, Iustus es Domine, qui es ipse qui est, & ipse qui erat, & ipse sanctus: ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ὅσιος. Sanctus autem, ideſt, ὅσιος, dicitur innocens, & purus, & amator puritatis, vt diximus cap. 15. hui. 7. quod in eo loco noster interpres vertit, Pius: Quia solus pius es. Acsi dicat: O Domine, qui semper fuisti, & semper es, & natura sanctus es, & amator puritatis, iustus es quoniam iam iudicasti. Quare nõ rectè vertit Erasmus: Iustus es Domine, qui es, & qui eras, & sanctus, quia hæc iudicasti.

Et sanguinem eis dedisti bibere. Ideſt, Aquam in sanguinem versam. *Verſ. 6.*

Et audiui alterum dicentem. Ex his non constat, qui nam hic angelus fuerit, aut cur potius quam alius prodierit ad confirmandum iudicium Dei. Sed ex Græco manifestius fit, vbi legitur: *Et audiui alterum ab altari dicentem*, additur enim, ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ideſt, ex altari. Ita etiam legunt Beda, & Ambrosius. † In codice Complutensi, tam Græco, quam Latino legitur: Et audiui de altari dicentem. Antiqui codices Latini variabant olim, quidam enim habebant: Et audiui alterum dicens, quomodo legunt Anſbertus, & Haymo, qui subaudiri volũt, Verbum. At alij, vt testatur Rupertus, habebant: Et audiui altare dicens, quã lectionem ipse magis sequitur, ex eaq; intelligitur occasio erroris. Cum enim initio scriptum esset: Et audiui de altari dicentem, aut alterum de altari dicentem, quæ vera lectio est, paulatim corrupta sunt exẽplaria, vt legeretur: Audiui alterum, siue, Audiui altare. Angelus ergo hic de altari thymiamatis clamat, & iusta esse Dei iudicia dicit. In hoc altari incensa Deo offeruntur, ideſt, preces sanctorum è terra clamantium, sicut vidimus cap. 8. dicit enim Apostolus: Et alius angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. Cum ergo sancti de terra aduersus impios clament pro iustitia Dei, & pro libertate iustorum vt puniantur, rectè angelus, qui illorum preces offert Deo, gratu-

Verſ. 7. *Et audiui alterum dicentem.* Ex his non constat, qui nam hic angelus fuerit, aut cur potius quam alius prodierit ad confirmandum iudicium Dei. Sed ex Græco manifestius fit, vbi legitur: *Et audiui alterum ab altari dicentem*, additur enim, ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ideſt, ex altari. Ita etiam legunt Beda, & Ambrosius. † In codice Complutensi, tam Græco, quam Latino legitur: Et audiui de altari dicentem. Antiqui codices Latini variabant olim, quidam enim habebant: Et audiui alterum dicens, quomodo legunt Anſbertus, & Haymo, qui subaudiri volũt, Verbum. At alij, vt testatur Rupertus, habebant: Et audiui altare dicens, quã lectionem ipse magis sequitur, ex eaq; intelligitur occasio erroris. Cum enim initio scriptum esset: Et audiui de altari dicentem, aut alterum de altari dicentem, quæ vera lectio est, paulatim corrupta sunt exẽplaria, vt legeretur: Audiui alterum, siue, Audiui altare. Angelus ergo hic de altari thymiamatis clamat, & iusta esse Dei iudicia dicit. In hoc altari incensa Deo offeruntur, ideſt, preces sanctorum è terra clamantium, sicut vidimus cap. 8. dicit enim Apostolus: Et alius angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. Cum ergo sancti de terra aduersus impios clament pro iustitia Dei, & pro libertate iustorum vt puniantur, rectè angelus, qui illorum preces offert Deo, gratu-

Res inferiores angelis commissæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratulatur Diuinæ iustitiæ, & iusta iudicia eius esse testatur. Si autem de altari holocaustorum hoc intelligamus, quoniam nihil additur, quo intelligatur altare thymiamatis, dicemus angelū clamare ab altari, ideſt, à loco, in quo martyres in cœlo quiescunt, & vindictam petunt. Inde approbat iudicia Dei, quoniam sanguinem sanctorum vlciscitur, vt latius exposuimus c. 14. n. 82. & 83. & fortasse est idem angelus, de quo ibi dictum est. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem.

Verſ. 7. *Etiam Domine.* ναί, ideſt. Ita est Domine, ita fieri debet, vt sæpe diximus.

Verſ. 7. *Vera, & iusta iudicia tua.* † Vera, ideſt, incorrupta, ex veritate orta, non ex falsi suspitione, vera etiam, ideſt, fidelia, recte præstas quod promisisti, te vindictam de malis sumpturum fore. Iudicia vocat sententiam, siue opera illa, quæ vt verus index facit.

Verſ. 8. *Effudit phialam suam in solem.* Egit vi tore sua vt sol multò vehementius, atque ardentius calefaceret.

Verſ. 8. *Æstu affligere homines, & igni.* καυμα τὶ σαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρὶ, quod sonat, æstu facere homines igni, itaque quamuis æstum dicat, tã tam esse eius magnitudinem ostendit, vt ignis potiùs videatur, quam æstus.

Verſ. 9. *Et æstuauerunt homines.* ἐκαυματίσθησαν, ideſt, æstu afflicti sunt, sicut priùs dixit: Æstu affligere.

Verſ. 9. *Habentis potestatem super has plagas.* Qui talib⁹ plagis homines affligit, nec remouet earum acerbitatem, cum possit.

Verſ. 10. *Super sedem bestiæ.* Super regnum Antichristi, vt ait Andreas. Percussit regnum Antichristi.

Et factum est regnum eius tenebrosum. † ἐσκοτωμένη, ideſt, obscuratum est eius regnum. cur autem obscuratum dicat, statim exponit: Et commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus suis. Significat omnes homines, q Antichristo parebãt, maximis vulneribus percussos esse, atque ita obscuratam esse illorũ prosperitatem, & lætitiam.

Verſ. 10. *Et commanducauerunt linguas suas præ dolore.* Linguas suas mordebũt, & quasi concident, quod est vehementissimæ indignationis, & impotentissimi doloris. Hyperbolicè enim dictum videtur, commanducare linguas, pro Mordere & concidere perinde ac si manducare vellent. Eadem significatione Latini dicunt Mordere labrum, Græci, ἐσθίειν τὰ χείλη, ideſt, comedere labra. Aristophanes in Vespis: χὠ' ὀργῆς τἄν χείλη δάκνων ἐσθίω, ideſt, præ ira labra comedens.

Verſ. 11. *Et blasphemauerunt Deum cœli.* Conuicijs affecerunt ipsum Deum, qui in cœlo regnat, vnde mala illa immissa cernebant.

Verſ. 12. *In flumen illud magnum Euphratem.* Euphrates fluuius Babylonis est lõgus, & magnus, atque ideo venientibus ex Oriente versus Occidentem, præsertimque in Iudæam, transeundus, sicut & cum transijt Abraham è Mesopotamia veniens in terra Chanaan, vnde & Hebræus, ideſt, transitor dictus est.

Verſ. 12. *Vt præpararetur via regibus ab Ortu solis.* † Vt citò & expeditè trãsire possent. Qui autem sint reges, & quò veniant, statim dicemus.

Verſ. 13. *Et vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ.* Non est addendum, Exire, neq. in Græco additur: immo & Arethas dicit subaudiendum esse: Egredientes. Tres spiritus immundos, quos exire videt ex ore draconis, ideſt, Diaboli, & ex ore bestiæ, ideſt, Antichristi, & de ore Pseudoprophetæ eius ministri, de quo multa dixit cap. 13. nõ est putandum ita exituros esse, vt verba sonant. Quoniam & si de ore Antichristi, & de ore Pseudoprophetæ exire poterãt, ex ore Diaboli, quod nullum est, exirenõ possunt: nisi fortè diceremus tunc Diabolũ speciem draconis videndum esse simul cum Antichristo, quod non videtur probabile. Quare meliùs dicemus spiritus de ore eorum exire, quia eorũ iussu missi sunt, sicut cap. 12. legimus: Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tamquam flumen, ideſt, exercitum per sequetium. Tres autem spiritus immũdos ab eis mitti non est mirum, habebunt enim Antichristus, & Pseudopropheta potestatem omnem Diaboli, & mittere poterũt spiritus. † Nam si nũc magi

magi mittunt spiritus quò volunt, quãtò magis hoc facient Antichristus, & Pseudopropheta. Quos similes ranis Ioh innes videt, quoniam rana imbelle animal est, & turpe, & loquax, & vocẽ, & strepitum habet maiorem quã pro corpore, sed viribus caret. Ita hi spiritus immundi magnum tunc strepitum edent, & multos ad arma concitabunt, sed omnis armatorum conatus in nihilum tandem recidet, ipsi potiùs vincentur, & occidẽtur, vt mox indicatur.

Verſ. 14. *Facientes signa.* Ostendent prodigia, quibus hominibus persuadeant bellum esse suscipiendum, & his signis multos excitabunt.

Verſ. 14. *Et procedunt ad reges totius terræ.* Ibũt sine dubio ad septem reges, qui contra Antichristum non pugnauerunt, vt eos ad eum adducant, quò iunctis totius orbis viribus potentiùs contra omnes Christianos pugnent, nec sit quisquam, qui Antichristo obstet, aut resistat. Et hoc est, quod paulò ante, dixit: Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem, & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis, ideſt illis ex his septem regibus, qui erunt tunc in prouincijs Orientis, & venient ad Antichristum, vt cum illo pugnent aduersus Christianos. [Neque enim hi reges longè admodum aberunt, sed vnde citiùs venire possint: itaque illis solus Euphrates obstare poterit, nullus præterea à venientibus occurret fluuius tantus, vt impedire iter exercitus eorum possit. Andreas quidem putat Antichristum cum his regibus esse venturum ex Oriente, ideſt, ex Perside, in qua erat tribus Dan, de qua ipse nascetur. At hoc fieri non potest, cum ipse eos vocari iusserit ad se, vt dictum est.] Ex quo intelligitur hos spiritus fore ex principibus, & ex aptioribus ad bella concitanda, ideò pauci mittuntur.

Verſ. 14. *Congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.* † Congregare illos volent ad prœlium, vt Christi nomen, & Ecclesiam deleant, sed reuera congregabunt eos, vt omnis eorum potentia vno die à Christo superetur, & omnes simul occidantur. Hoc confirmatur, & exponitur verbis illis cap. 17. de decem cornibus: Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniã Dominus dominorum est, &c. Atque ita toto illo strepitu suo, atq; terrore nihil efficient, nam neque nomen Christi tollent, neque Ecclesiam destruent, neque vel vnum ex electis Deo adiment. *Diem*, quo reges occidendi sunt, *magnum* vocat, quia magna Christus in eo facturus est, & miem orandã. Rectèque dicit *Omnipotentis Dei*, quia eo die virtutem, & potentiam suam multis, magnisque argumentis demonstrabit. Hic dies non idem futurus est; quo iudicium omnium fiet, nam post hãc plagam sequetur septima ante diem iudicij, erit tamẽ valde illi proximus, vt indicant verba sequentia.

Verſ. 15. *Ecce venio sicut fur.* Hæc possunt de extremo die intelligi, ac si diceret, Cũ hæc fient ego citò adero, vt omnes iudicem, & eximprouiso veniam, sicut fur, cum homines non sperabunt, cum mali minimè timebunt exitum suum, sed bene de rebus suis sperabũt. Quod optimè explicauit Paulus. 1. Thessa. 5: † De temporibus autẽ, & momentis, fratres, non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti, & nõ effugient. Nec improbabile videtur loqui etiam de aduentũ, quo veniet vt hos reges disperdat, veniet enim sicut fur, ideſt, cum iam illi omnia mala finita, & omnia pericula se euasisse putabunt, & omnia sibi læta promittent.

Verſ. 15. *Beatus qui vigilat.* [Hæc de aduẽtu ad iudicium intellecta, minimè indigent expositione. In altero sensu: *Beatus qui vigilat*, ideſt,]qui bonis operibus intentus inuenietur, nec ad partes horũ regũ transibit, sed me solum adorabit aduentum meum ad iudicium vigilanter expectans.

Verſ. 15. *Et custodit vestimenta sua.* Sanctitatẽ, & fidem, & virtutes, quibus anima ornatur, & sine quibus turpis apparet, & pudenda, de quibus cap. 3. dixit: Et nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Quæ iam suo loco exposuimus. Est autem sumpta Metaphora ab illis, quibus, dum dormiunt, vestimenta fures auferunt.

Vers.15. *Ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.* Ideſt, ne amissis omnibus virtutibus nudus inueniatur, cum ego reges percussero, & tunc simul puniatur inuentus nudus, & hac pœna appareat eius turpitudo, ideſt, nuditas, per quam mala, & pudenda opera designat.

Vers.16. *Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddõ.* Quæ dicta sunt ab illis verbis: Ecce venio sicut fur, per parentheſin posita sunt occasione diei illius magni, nunc redit ad id, quod agebat. Omnes hos reges, vt simul vincantur, & occidantur, congregabit in eum

Armageddon. locum, qui vocatur *Armageddon.* † Nomen Hebraicum posuit, quia Hebræo-

13 rum locus erat, nec apud alios notus, aut nominatus. Vbi autem sit, nullus expositorũ docuit, nec autor libri de Nominibus Hebraicis, nec certò scire possumus, quia nusquam eius meminit Scriptura. Suspicor tamen locum esse prope Ieruſalem, & vallem Iosaphat, vbi iudicium futurum est, temporeque Apostoli fuisse obscurum, extremo autem tempore futurum nobilem. Varias eius nominis interpretationes scriptores afferunt, sed quæ ad rem pertinere non valde videantur. Verisimilius esset dici עֵרְמַגְדּוֹן ab עָרַם, quod significat dolosè agere, & גדד, congregare exercitum, quod videatur Deus quasi dolosè congregasse exercitum illorũ regum, vt vno die cum suis perirent. Itaque Diuina prouidentia loco nomẽ inditum videtur ab eo, quod in illo futurum est. Verùm quoniam nemo vbi hic locus sit indicare potuit, nec in Scriptura inuenitur, vehementer suspicor corruptum esse nomẽ (vt passim in nominibus peregrinis euenire solet) legẽdumque esse Mageddon. Mageddo enim, siue Mageddon, vt videmus Zach. 12. vrbs fuit prope Iezrahelem metropolin olim decẽ tribuum, sitamq; ad radices montis Gelboe versus occidentem. Habuit autem Mageddon cãpum magnum aptissimũ adpugnandũ, in quo contra regem AEgypti pugnãs Iosias interfectus est. Huius campi meminit secũdus Paralip. cap. 35. & Zach. cap. 12. Atque hunc omnino significari arbitror à Iohanne; & quia exercitibus regum aptissimus erat, & quia de illo, quasi de loco noto ex Scriptura loquitur. Quod ostendit Tyconius, qui Hom. 13. legit: In loco, qui vocatur Hebraicè Mageddon, Quod si constiterit

97 legendum esse Harmageddõ, dicemus eumdem locum vocari campum, quia magna quædam planities erat, & Harmageddon, ideſt, montem Mageddon, quoniam hæc planities erat in excelso loco. ☞ Quorsum reges cõgregẽtur, docet Apostolus cap. 19: Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prœlium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Cupient vt vbique regnet Antichristus, & Christiani nominis delere memoriam, ac prouidere ne possint vllo tempore Christiani rebellare, aut templa sua reædificare, & ad pristinã redire libertatem. ☞ Sed antequam id fiat, in cãpo illo occidentur, vt exercitus Senacherib. 4. Reg. 19. & Isa. 37. De horum morte scriptum est cap. 20. Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos, vt suo loco dicemus.

Et exiuit vox magna de templo à throno. *Vers.17.* A templo, ideſt, à sede beatorum. At non ex qualibet parte tẽpli, sed à throno, in quo scilicet Deus sedebat, hęc enim vox & finem omnium adesse indicat, & quasi sententia Dei est, ideoq; à throno exijt.

14 *Factum est.* † Ideſt, omnia terminata *Vers.17.* sunt, finis omnium rerum iam venit. Est enim hæc septima plaga illarum, de quibus dixit cap. 15: Septem angelos habentes septem plagas nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei. Significat autem post has plagas citò venturum esse diem iudicij.

Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua. *Vers.18.* Ad demonstrandum magnam irã Dei iam proximè malis imminentem. Voces etiam articulatæ horrificæ audiẽtur (sicut sæpe in aere audirę sunt) hanc ipsam iram indicantes ad maiorem terrorem impiorum. Eadem verba latiùs exposuimus cap. 4. num. 22. Fortasse voces

ces erunt quasi magni exercitus ad prœlium venientis, vt significetur aduentus Domini ad iudicium cum suis sanctis.

Vers. 19. *Et fuit in tres partes ciuitas magna in tres partes.* Præ vi maximi illius terræmotus scinditur, & diruũpetur vrbs in tres partes, ſhoc est, tribus magnis hiatibus terræ diuidẽtur mutuò tres partes ciuitatis, ac si tres essent ciuitates. ☞ Hanc vrbẽ Arethas Ierusalẽ esse credit, quod verissimũ est; nam & cap. 11. ciuitas magna dicta est, & tunc magna erit: Et corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, &c. Et quamuis de Roma hoc dictũ accipi posse videbatur, quæ ciuitas magna dici solet: nequaquã accipendũ est, quoniã Roma cũ hæc fiet nulla erit, ante initiũ enim regni Antichristi excindenda est ãdecẽ regibus, vt apertè prædictũ est ab Apostolo infra c. 17. & nos in calce huius operis, cũ de ordine rerũ prædictarũ agemus, demonstrabimus. Ieruſalẽ autẽ Antichristi potẽtia, atq; opibus aucta, maxima tunc erit, atq;

25 opulentissima vrbs. † Nec tamẽ ideo, quis hoc esse putet, quod scriptũ est Zach. vltimo de monte Oliuarũ scindẽdo, & de terræmotu magno. Illa enim in eius loci cõmẽtarijs & grauissimorum virorũ auctoritate, & verbis ipsis prophetæ satis ostẽdim⁹ de excidio Ieruſalẽ sub Tito omnia intelligi. Et cũ lõga sit, atque obscura prophetia, satis nũc fuerit locũ indicasse, ne quis erret: præsertim cũ hic vrbs scindẽdа dicatur, ibi autem non vrbs, sed mons Olineti scindendus sit, qui est extra vrbẽ.

Vers.19. *Et ciuitates gentium ceciderunt.* Multæ vrbes gentilium, & cultorum Antichristi ceciderunt impetu illius terræmotus.

Vers.19. *Et Babylon magna venit in memoriã.* Cũ hæc fient, iã Babylõ erit excisa, vt modò dixi nu. 14. Sed cũ Deus hæc de Ieruſalẽ Apostolo ostẽdebat, etiã illi prædixit Babylonẽ esse diruẽdam, atq; vastandã, atq; ideo simul hæc posuit, cũ ad valde diuersa tẽpora pertineant. Ex quo magnũ, atq; euidẽs argumenti desumitur, Babylonẽ nõ esse ciuitatẽ malorũ, quoniã cũ veniet Antichristus, Babylõ iã nõ erit, & regnũ eius destructũ erit: at ciuitas malorũ nunquã fuit tã diues, tã potens, tã omniũ victrix, & domina, quã erit regnante Antichristo. More autẽ nostro dicit *venire in memoriã* vsitata Scripturæ locutione. Vt enim qui beneficiũ, aut iniuriã accepit, & post longũ tẽpus vicẽ repẽdit, recordari eius dicitur: ita in Scriptura solet dici recordari Deũ alicuius: cũ aut bene, aut male illi facere vult. Vt Gene. 9: Recordatus autẽ Deus Noe, cũctorũq; animantiũ, & omniũ iumẽtorũ, quæ erant cũ eo in arca, adduxit spiritu super terrã, & imminuræ sunt aquæ. Iere. 2: Recordatus sum tui miserãs adolescentiã tuã, &c. Hos. 7: Et ne fortè dicant in cordibus suis omnẽ malitiã eorũ me recordatũ. Et cap. 8: Nũc recordabitur iniquitatis eorũ, & visitabit peccata eorum.

Dare illi calicem. Ideſt, vt daret illi calicem bibendũ indignationis suæ, de quo diximus cap. 14. num. 58. *Vers. 19.*

Indignationis iræ eius. Satis videbatur dicere *Indignationis eius.* Sed *Iræ*, auget adhuc, & ostẽdit iram esse ex multo tempore, multisq; peccatis collectã, hanc irã vocat. Indignatio autẽ, ideſt, θυμὸς, est motꝰ efferuescens ad vltionẽ tunc sumendam, qui ortus est ex nouo peccato, & ex illa veteri ira, quæ in corde seruabatur. *Vers. 19.*

Et omnis insula fugit, & montes nõ sunt inuenti. Hæc intelligetur satis ex verbis c. 6: Et omnis mõs, & insulæ de locis suis motæ sunt. Vbi hæc terræmotu fieri posse ostẽdimus. n. 54. & 55. diximusq; mõtes, & insulas crebriùs huiusmodi magnis terræmotibus quari solere. Quare cum hic, de quo nũc loquimur, omniũ maximus futurus sit, & qualis nunquã fuit, ex quo homines fuerunt super terram, nõ est mirũ multò maiorã videri in illo, quam in vllo alio visa sint. *Vers. 20.*

Et montes non sunt inuẽti. Quia vi terræ motus longiùs pulsi, & scissi eriã, aut cõminuti sunt, aut in mare deturbati, de maritimis enim mõtibus loquitur. *Vers. 20.*

Et grãdo magna sicut talentũ descẽdit, ὡσεὶ τάλαντιαία, quod possumus interpretari, vt ea, quæ talẽtaria vocãtur, nã Græci quidquid magnũ est, vocãt Ταλαντιαῖον, ideſt, talentare. Significat ergo fuisse inusitatæ cuiusdã magnitudinis. Hoc incredibile fortasse videbitur, & spiritualiter potiùs interpretandũ. Sed nihil incredibile videri debet in signis illius extremi tẽporis, quo virtutes cœlorũ cõmouebũtur, i. angeli illi, qui potestatẽ habẽt edendorũ miraculorũ, insolita edent, & multò maiora, quã antea. Idcirco ait: *Et blasphemauerũt Deũ homines ppter plagã grãdinis, quoniã magna facta est vehementer.* Propterea *Vers. 20.* τάλαντια ῖον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim blasphemabant, ideſt, conuiciis inceſſebant D. cũ, quòd cũ grando eſſet maxima póderis, & maximi lapides decíderent, homines, & iumẽta interficiebat, & domos euertebat. Similis ex parte grãdo fuit in plagis AEgypti: Exo. 9: Et grando, & ignis pariter miſta ferebãtur, tantæq; fuit magnitudinis, quanta ante nunquã apparuit in terra vniuerſa AEgypti, ex quo gens illa condita eſt. Et percuſſit grãdo in omni terra AEgypti cuncta, quæ fuerunt in agris, ab homine vſque ad iumentum, &c. Nec mirum hoc, cum ſæpe magni lapides è cœlo cecidiſſe viſi ſint, ſiquidem Iulius Obſequens in libro de Prodigijs, cap. 63. affirmat C. Claudio Pulchro, T. Sẽpronio Gracho, Coſſ. Lapidem ingentem in agro Cruſtumino in Iacem Martis de cœlo cecidiſſe: & lapidibus pluiſſe ſæpe in eodem libro docet, vt cap. 3. 32. 33. 36. 37. 40. 42. 45. 51.

Argumentum Capitis. XVII.

Purpuratam meretricem videt ſuper aquas multas beſtiæ inſidentem habenti ſeptem capita, & decem cornua, & ab angelo accipit omnium interpretationem, eiuſque vaſtitatem futuram diſcit.

Caput. XVII.

1 ET venit vnus de ſeptem angelis qui habebãt ſeptẽ phialas, & locutus eſt mecum dicẽs, Veni, oſtendam tibi dãnationẽ meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terræ, & inebriati ſunt qui inhabitant terram de vino proſtitutionis eius. Et abſtulit me in ſpiritu in deſertum. Et vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenã nominibus blaſphemiæ, habentẽ capita ſeptem, & cornua decem. Et mulier erat circũdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculum aureũ in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen ſcriptum, Myſteriũ: Babylõ magna, mater fornicationum, & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriã de ſanguine ſanctorũ, & de ſanguine martyrũ Ieſu. Et miratus ſum cùm vidiſſem illã admiratione magna. Et dixit mihi angel⁹: Quare miraris? Ego dicam tibi ſacramentũ mulieris, & beſtiæ quæ portat eam, quæ habet capita ſeptẽ, & cornua decem. Beſtia quã vidiſti fuit, & nõ eſt, & aſcẽſura eſt de abyſſo, & in interitũ ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum nõ ſunt ſcripta nomina in libro vitæ à conſtitutione mundi) videntes beſtiam quæ erat, & nõ eſt. Et hic eſt ſenſus, qui habet ſapientiam. Septẽ capita ſeptẽ montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptem ſunt. Quinq; ceciderunt, vnus eſt, & alius nondũ venit: & cùm venerit, oportet illum breue tẽpus manere. Et beſtia quæ erat, & nõ eſt: & ipſa octaua eſt, & de ſeptem eſt, & in interitũ vadit. Et decem cornua quæ vidiſti, decem reges ſunt, qui regnum nõdum acceperunt, ſed poteſtatẽ tam quam reges vna hora accipient poſt beſtiam. Hi vnum conſilium habẽt, et virtutem, et poteſtatem ſuã beſtiæ tradent. Hi cũ Agno pugnabunt, et Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum eſt, et Rex regum, et qui cum illo ſunt, vocati, et electi, et fideles. Et dixit mihi: Aquæ quas vidiſti vbi meretrix ſedet, populi ſunt, et Gentes, et linguæ. Et decem cornua quæ vidiſti in beſtia: hi odiẽt fornicariam, et deſolatã facient illam, et nudam, et carnes eius manducabunt, et ipſam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum eſt illi: vt dẽt regnum ſuum beſtiæ, donec conſummentur verba Dei. Et mulier quã vidiſti, eſt ciuitas magna, quæ habet regnum ſuper reges terræ.

Vers. 1. ET venit vnus de ſeptem angelis: Si vnum pro primo accipiamus, vt hactenus fecimus ſecuti locutionem Hebræorũ, angelus, qui primus effudit phialam, & afflixit eos, qui adorauerant Antichriſtũ, & characterẽ eius acceperãt, nunc Iohannẽ alloquitur oſtenſiturus damnationẽ Babylonis, in qua multos futuros eſſe ſimiles his, ideſt, qui ante aduentũ Antichriſti æquẽt eorũ ſcelera, qui Antichriſtum adorabunt,] probabile eſt, vt quæ ſit mater fornicationum terræ. [Quilibet etiã illorum ſeptem angelorum oſtendere hãc viſionẽ Apoſtolo potuit, quia ipſi afferunt plagas nouiſſimas, & illa erit nouiſſima plaga Babylonis, & nulla nouiſſimarum minor. Cumque par futura ſit impietas ciuium Babylonis, & eorum, quos plagæ nouiſſimæ horũ angelorum ferient, & paria ſupplicia, non immeritò ab eiſdem angelis prædicuntur. Propriè autem oſtẽſio damnationis Babylonis tribui poteſt quinto, aut ſexto angelo propter ſimilitudinẽ plagarum, de quibus agitur capite. 16.]

Verſ. 1. Meretrix. *Damnationem meretricis magnæ.* De vrbe matre fornicationũ, & plena idololatria, quaſi de meretrice, loquitur, iuxta moré prophetarũ. *Sicut enim* in fornicatione omnia vitia, ſed maximè idololatria intelligitur, vt diximus cap. 14. n. 57. ita ciuitates idola colẽtes appellãtur meretrices. Mich. 1. Et omnes mercedes eius cõburentur igne, & omnia ido la eius ponã in perditionẽ, quia de mercedibus meretricis cõgregara ſunt, & vſque ad mercedẽ meretricis reuertẽtur, ideſt, à meretrice tranſibũt ad meretricẽ, à Samaria ad Niniuen. Nahum. 3. de Niniue: Propter multitudinẽ fornicationũ meretricis ſpecioſæ. Lege cap. 3. Ieremiæ &. 16. Ezechielis. [Ceterum quãuis excidium Babylonis non eo tẽpore cõtinget, quo ea, quæ in præcedẽti capite ſcribuntur, vt diximus cap. 16. n. 14. &. 15. Apoſtolus hanc viſionẽ cõiũxit aut quia hoc tẽpore vidit, aut quia rectè cõiungebatur cũ eo, quod paulò ante dixerat cap. 16: Et Babylon magna venit in memoriã ante Deum dare illi calicẽ vini indignationis iræ eius. Et fortaſſe occaſione horum verborum nũc illi oſtenſa eſt.]

2 *Cũ qua fornicati ſunt reges terræ.* † Cuius idola reges aliarum ciuitatum coluerunt olim, & poſteà colent, vt diximus cap: 14. num. 49. & 50. *Verſ. 2.*

Et inebriati ſunt, qui habitãt terrã de vino proſtitutionis eius. Non loquitur nũc de vino, vt hactenus, nõ enim dicit: De vino indignationis, aut iræ, ſed, *De vino proſtitutionis eius.* Et quoniã meretricis Metaphoram ſeruat, quæ omnibus ad fornicandũ proſtituta eſt, eius illecebras, & blãditias, quibus ad fornicandũ alliciebat, vocat vinum proſtitutionis, quia illis, quaſi vino ſuaui, homines inebriabat, & demẽtabat. Significat ergo Romã plurimos ad ſuam idololatriã allexiſſe, & allecturam eſſe ſpe lucri, & honorum, & voluptatum. *Verſ. 2.*

Et abſtulit me in ſpiritu. Viſione imaginaria, vt diximus in vltima verba cap. 12. In deſertũ verò abſtulit, vt meliùs oſtẽdere poſſet vrbem ab alijs ſeparatã, aut mulierem ſedentẽ ſuper aquas multas, hæc enim viſio meliùs in deſerto loco oſtenditur. Significat etiam eam in magnam ſolitudinẽ eſſe cõuertendam poſt ſuppliciũ, vt videbimus cap. 18. *Verſ. 3.*

Et vidi mulierẽ ſedentem ſuper beſtiã coccineã. † [De muliere, atq; de Babylone multa eſſent nũc dicẽda, niſi dictaeſſent ſupra. c. 14. n. 33. & ſequentibus, quorũ nunc recordari lectorem volumus.] Ce- *Verſ. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tetum apud nos ambigua est oratio, nec enim colligatis verum bestia coccineam, & plena nominibus blasphemiæ, an mulier ipsa. Sed in Græco manifestum est bestiam dici coccineam, & plenam nominibus blasphemiæ, & habentem capita septem, & cornua decem. Καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον γέμον ὀνόματα βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ, καὶ κέρατα δέκα. In quo primùm est obseruandum mulierem, & bestiã sine vllo Articulo poni, vt intelligamus mulierẽ, & bestiã nũc induci, quæ hactenus inductæ non fuerint, ideo enim non poni Articulum diximus cap. 13. nu. 26. & 27. cum tamen posteà Articulos addat in hoc ipso cap. quasi de rebus iam notis loquens. Itaq; de Babylone quidem locutus fuerat ante, sed sub vrbis nomine, non sub nomine mulieris. Et de Diabolo multa dixerat cap. 12. sub nomine draconis, de hac tamen bestia, qualis nũc describitur, nihil hactenus dictum est, quæ videlicet mulierẽ sustineat, & vehat, quod draconi cõuenire non videtur, sed alteri bestiæ aptiori ad vectionem. Non est ergo hæc bestia, quæ cap. 13. & sequẽtibus
4 cõmemorata est. 1. Antichristus. † Bestia hæc regnũ Diaboli est, aut potiùs Diabolus regnãs in mũdo per sua mẽbra, qui ab initio ferè mũdi regnare cœpit in hominibus. Coccinea dicitur nõ propter crudelitatẽ, vt putauerũt Victorin*, & Arethas, aut certè nõ tã propter crudelitatẽ, quæ colore rufo significari
Coccina. solet, vnde c. 12. draco rufus appellatus est, qui color Græcè dicitur πυῤῥὸς, quã propter diuitias, & fastũ regiũ, atq; delicias, vestis enim coccinea (id est, puluere vermis infecta, qui oritur ex cocco, siue ex grano arbusculæ, quæ Cusculium dicitur) diuitum, & regũ vestis est, & valde pretiosa. Inde Nahum. 2: Viri exercitus ei* in coccineis, & 2. Reg. 1. Flete super Saul, qui vestiebat vos coccino in delicijs. Matth. 27: Et exuentes eũ chlamydẽ coccineã circũdederunt ei, volebant scilicet eũ ornatu regio induere. Plinius etiã autor est lib. 22. c. 2. imperatorũ paludamenta coccineo colore fuisse tincta. Super bestiã mulier sedet, quia tyrannicũ regnũ Romanorũ Diabolus portabat, & iustẽtabat vt per illud persequeretur, & occideret Christianos, & maneret vbiq; cultus idolorũ. [Altera etiã causa est, quia decẽ reges futuros, & orbẽ terræ inter se partituros sub ditione sua habebit, quod latiùs explicauimus cap. 14. n. 51.]

Plenã nominibus blasphemiæ. Regnum Diaboli plenũ est vndiq; nominibus blasphemiæ, quia mẽbra eius regnãtia, id est, Romani imperatores, & qui eos in monarchia præcesserẽt, semperverũ Deũ blasphemabãt, & iustos persequebantur, & se Deos appellari, atq; in tẽplis adorari volebãt, atq; idẽ posteà fiet. [Prosper Aquitanicus in Dimidio tẽporis, cap. 7. ita hoc exponit: AEterna cũ dicitur quæ tẽporalis est, vtiq; nomẽ est blasphemiæ. Cũ mortales licet reges in ea dicantur Diui, eisq; supplices dicãt, Numini vestro, Altaribus vestris, Perennitati vestræ, & cetera, quæ vanitas, nõ veritas tradidit, atq; execrabilia sunt: hæc enim æterno Deo debẽtur.]

Habentem capita septem, & cornua decẽ.

5 † Dequib* paulò post suo loco dicem*.

Et mulier erat circũdata purpura, & coccino. Vrbs, quæ omnib* gẽtibus dominabatur, & vniuersi orbis terræ opibus abũdabat, rectè purpura, & coccino circũdata dicitur. Nã purpura (quę sanguine tingitur purpuræ piscis ex cõchyliorũ genere, & nigrantis rosæ colore sublucet, vt tradit Plinius lib. 9. c. 36.) vestis etiã regũ est, & nobilium, & diuitũ. Dan. 5: Purpura vestietur, & torquẽ aureã habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Lege Plinium in eodẽ loco. Erat ergo mulier pretiosissimis vestibus amicta, partim coccineis, partim purpureis, & auro, ac lapidibus pretiosis, & margaritis tecta: quoniã Romani omniũ gentiũ victores omnes diuitias in vrbem suam inferebant. Hæc omnia ad futura etiã tẽpora referenda sunt, vt diximus cap. 14. nu. 49. & sequentibus.

Habens poculum aureũ in manu sua. Romani innumera idola habebãt, & vbiq; gẽtibus, apud quas versabãtur, & quarũ terris præerãt, & ijs, qui ad vrbẽ veniebãt, sua idola tradebãt, suisq; mores corruptissimos. Et quoniã omnes Romanorũ, quib* & ipsi, & vniuersi parebãt, gratia, & auxilio indigebant, libẽter hæc
6 suscipiebant. † Ad hæc reges, & principes

Purpura.

Vers. 3.

Vers. 4.

Vers. 6.

terræ, qui ante alios placere Romanis cupiebant, vt ab eis regnum acciperent, aut per eos tuerentur acceptum, facilè eorũ idola colebant, & in suis regnis coli iubebant. Atque hinc cap. 18. causã dãnationis ei* hæc traditur. Quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis errauerũt omnes gẽtes. Quod in nullã aliã ciuitatẽ cõuenire potest. Idcirco mulier depingitur cũ calice aureo pleno abominationũ, (ita enim legendũ est, vt est in Græco, & apud Andream, & Aretham, & Primasiũ) & immunditia fornicationis eius, id est, idololatriæ eius: quẽ propinabat omnibus gentibus: & ideo dictum est paulò ante: Et inebriati sunt qui inhabitãt terram de vino prostitutionis eius. Quod & in fine sæculi futurum putandũ est, vt diximus cap. 14. n. 49. Abominationes autẽ vocat grauiora, turpioraque peccata. Calix aureus diuitias eius indicat, qua ratione etiam dictũ est Ier. 51: Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnẽ terram. Sed magis nunc indicat spẽ diuitiarũ, qua gentes ad idola, & ad turpitudines suas alliciebat.

Vers. 5. *Et in fronte eius nomen scriptum est.* Frons sedes est verecundiæ: quia ergo nequaquam se occultabat, aut tantorum scelerum conscientia latebat, sed palam vbiq; nominari, & cognosci vo-
Vers. 5. lebat, nomen habet in fronte.

7 *Mysterium, Babylon magna.* † Cum dicit Mysteriũ, arcanum significat latere in nomine, id est, nõ propriè accipi, sed figuratè, quemadmodum de Ierusalem dixit cap. 11: Et corpora eorum iacebũt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & AEgyptus. Ceterũ cum Articulo dicitur Magna, & Mater, quòd eximia sit inter vrbes magnas, & inter matres fornicationũ, &
Vers. 6. abominationum terræ, quod iam exposuimus. num. 5. & 6.

Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum. Hoc in nullam vrbem æquè cõuenit, ac in Romã, in qua innumerabiles martyres occisi sunt. Quamuis non ebria dicitur tantùm propter sanguinẽ in ea fusum, sed etiam propter sanguinem, qui eius iussu, & potestate in alijs vrbibus effusus est: nã hunc etiam ipsa fudit. Nec de *sanguine* vsq; ad Iohannis tempora effuso tantum loquitur, verũ & de eo, qui posteà erat effundendus. *Ebria* dicitur, vt plurimum sanguinis fusum indicetur, Ebrietas enim copiam magnam soler significare. Vt Psal. 35: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Deut. 32: Inebriabo sagittas meas sanguine. Gen. 43: Biberuntque, & inebriati sunt cum eo, id est, abunde biberunt. † Erat autem ebria & sanguine sanctorum, & sanguine martyrum: quoniam multos quoque Christianorum extra martyrium occidit non odio Christi, sed auaritia, & crudelitate, & appetitu dominandi. Multos quoque Iudæorum ante aduentum Christi in prælijs interfecerunt Romani duces.

Ebrietas, & Ebrius.

Et miratus sum. Non intelligebat magnam, & obscuram, & multiplicem visionem. *Vers. 6.*

Et dixit mihi angelus. Qui mihi hęc ostendebat. *Vers. 7.*

Ego dicam tibi sacramentum mulieris. Quod Græcè Mysterium dicitur, hoc noster interpres semper Sacramẽtum vertit, & vtrũque nomẽ arcanũ quippiam absconditum in re alia, & latens significat. Et quãuis in alijs interdũ, priè tamẽ in rebus sacris hæc nomina vsurpantur, vt vtriusq; etymologia indicat. Nam Sacramẽtum à sacrando dicitur, mysteriũ autem à verbo μυέω, quod est sacris initiari, institui doctrina ad res sacras pertinẽte. Inde Mystes sacris initiatus, aut sacrorum peritus, & Mysterium, arcanum, quod in doctrina sacrorum traditur, siue arcanum sacrorum, aut ad sacra pertinens. Sap. 6.
9 † Quid est autẽ sapientia, & quemadmodum facta sit, referam, & no absc*dam à vobis sacramenta Dei. Dan. 2: Mihi quoque, non in sapientia, quæ est in me, plusquam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est. Eph. 5: Sacramẽtum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & Ecclesia: Et cum sæpe occurrat hoc vocabulum, in nostra Translatione modò Sacramentũ, modò Mysteriũ ponitur, in Græco semper est Mysteriũ. Vnde etiã septẽ Ecclesiæ sacramẽta per excellentiã dicta sunt, quoniã in illis sub tegumẽto rerum sensibilium gratia latet.

Mysteriũ.

Sacramenta septem cur ita dicta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vers. 8. *Bestia, quam vidisti, fuit, & non est.* Quoniam in bestia non Diabolus intelligitur, sed Diabolus regnans, rectè de illo ait: *Fuit, & non est. Fuit*, ideſt, regnabat olim Diabolus in mundo ante aduentum Christi: nunc autem eiectus est à Christo, & fugatus, ac victus. Ita Beda, & Arethas, & Ambrosius Ioh. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia, quę possidet. Si autem fortior eo superueniens vincit eũ, vniuersa arma eius auferet, &c. Etenim licet postea etiam multis dominatus fuerit, potestas eius cum illa priori comparata nulla censetur. Ita etiam exponit hæc Andreas. Sed hoc vberius cap. 20. explicabitur.

Vers. 8. *Et ascensura est de abysso.* † In Antichristo membrorum suorum potentissimo. Hoc est, licet nunc eiectus sit, & regnare desierit, iterum redibit eius regnum cum Antichristus ascẽderit ex abysso, ideſt, ex mari, quod latè explicauimus initio cap. 13. Hoc etiam de ipsa bestia in seipsa intelligendum est, quæ ligata tenetur apud inferos tenetur, & ideo nõ est: sed tempore Antichristi soluetur, & exibit, vt plenius exponemus cap. 20. num. 5. 6. & 7.

Vers. 8. *Et in interitum ibit.* Interibit, Cum occidetur Antichristus, ideſt, regnare desinet.

Vers. 8. *Et mirabuntur inhabitantes terram.* Cũ bestia venerit in Antichristo, & tot per illum signa fecerit, mirabuntur terreni homines. Hæc & sequentia superius explanauimus cap. 13. n. 18. & sequẽtibus.

Vers. 8. *Quæ erat, & non est.* Sed iam tunc erit, ideſt, regnabit in Antichristo.

Vers. 9. *Et hic est sensus, qui habet sapientiam.* Hoc videtur dicere. Hæc est intelligẽtia, siue expositio visionis bestiæ, longè tamẽ aliter se res habet. Nã *Hic* Aduerbium est, ὧδε vt cum Matth. 12. legimus: Et ecce plusquam Ionas hic. Et ecce plusquam Salomon hic. Ita ergo Græca habent: ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Ideſt, Hic mẽs quę habet sapiẽtiã, scilicet, adsit, aut animaduertat. Qui sapiẽs est, & intelligere potest quæ dicẽtur, intẽdat animũ vt percipiat interpretationẽ. Andreas: Cũ spiritualia sint quę explicãtur Spirituali sapientia, & non mundana opus est, inquit, vt intelligantur quæ dicuntur. &c. † Sed *vũs* sensum quoq; & intelligentiam significat, atque hoc magis nostro interpreti placuit, ac si diceret: *Hic*, ideſt in his, quæ nunc dicam, *est sensus*, ideſt, explanatio huius visionis, habẽs *sapientiã*, ideſt, vera, & sapiẽs, verè, & sapienter hæc ita intelligetur.

Vers. 9. *Septem montes sunt.* Hoc iam satis exposuimus cap. 14. nu. 36.

Vers. 9. *Et reges septem sunt.* Videmus hic vnã & eamdem rem duo significare, quod ad sensus præsertim mysticos diligenter obseruandum est.

Vers. 10. *Quinque ceciderunt, vnus est, alius nondum venit.* Sine coniunctione legendũ est: *Alius nondum venit*, vt est in Græco, & apud Victorinum, & Primasium. Hoc loco Victorinus insigniter lapsus est, putauit enim Neronem resuscitandum esse, & Antichristum fore, quod etiam multi ex veteribus Ecclesiæ scriptoribus crediderũt, vt refert Hieronymus in illud Dan. 11. Et cor eius aduersus testamẽtum sanctum. *Quinque* autẽ *reges qui ceciderunt*, eos esse dicit Victorinus, qui post Neronẽ Romanũ imperiũ tenuerunt vsque ad tẽpus, quo Iohãnes scripsit Apocalypsin, ideſt, vsq; ad Domitianũ. Hi sunt Vespasianꝰ, Titus, Galba, Otho, Vitellius. † Vnũ, qui *est*, interpretatur Domitianum, qui tũc imperabat, aliũ, qui *nondum venit*, vult esse Neruã, qui succesſit Domitiano, & breue tempus mansit, quoniam biennium nõ impleuit. Sed quid dicet de tot imperatoribus, qui fuerunt inter Neruam, & finem sæculi, quo Neronẽ putat esse resuscitandum?

Septem ætates mundi.

Vt locũ intelligamus obscurissimũ, sciendum est septem mundi ætates numerari. Prima est ab Adã vsq; ad Noe: secunda à Noe vsq; ad Abraham: tertia ab Abrahã vsque ad Dauid: quarta à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis: quinta hinc vsque ad aduentum Christi: sexta ab aduentu Christi vsq; ad Antichristum, septima ab Antichristo vsque ad diem iudicij. In his ætatibus semper Diabolus per reges, & principes sæculi seruos Dei affligit, & vexat. † In prima ætate sicut Cain occidit Habelem, ita eius posteri potentiores persequebantur posteros Seth iusti filij Adam. Fuerunt enim tunc Gigãtes potentes à sæculo viri famosi, vt legimus Gen. 6. quos Iosephus. 1. Antiq. cap. 4. progeniem insolentem fuisse dicit, & fiducia roboris omne ius, & fas contemnentem, quorum facinora (inquit) non absimiliajs, quæ de Giganti bus Græci memorant, posteritati sunt tradita. In secunda ætate extitit Nemrod, de quo Gen. 10: Ipse cœpit potens esse in terra, & erat robustus venator coram Domino, ideſt, vi terras innocentium opprimens, & occupans. De quo lib. 1. Antiquit. cap. 5. hæc scripsit Iosephus: Hanc superbiam, Deiq; contemptum excitauit in eis Nabrodes nepos Chamæ filij Noe, vir audax, & manu promptus, subinde iactans non Deo, sed propriæ virtuti præsentem felicitatem eos debere, atque ita paulatim rẽ ad tyrannidem trahebat, ratus fore vt homines ad sedeficerent à Deo, si se illis ducem præberet. &c. In eadem multos etiam huiusmodi fuisse non est dubium, quos nimia vetustas ex hominũ memoria deleuit. In tertia ætate reges AEgypti, & aliæ nationes vehementer afflixerunt populum Dei. † In quarta afflictus est grauiter idem populus à regibus Assyriorum. In quinta, à regibus Chaldæorum, & Græcorum. In sexta, ab imperatoribus Romanorum primũ, deinde à regibus Agarenorum, & à Turcis, & ab alijs, qui post hos insurgẽt. In septima, ab Antichristo affligetur, & à sociis eius regibus multò grauiùs, quam à reliquis omnibus. Septem igitur reges significati in septẽ capitibus Diaboli regnantis, sunt reges septem ætatum, è quibus *quinque ceciderunt*, id est, perierunt, atque suo regno, & sua potentia voluntate Dei deiecti sunt. *Vnus est*, in quo intelliguntur omnes, qui in hac sexta ætate afflixerunt, & affligent populum Dei. *Alius nondum venit*, ideſt, Antichristus, qui veniet in septima ætate. *Et cum venerit, oportet illum breue tempus manere*, ideſt, tres annos cũ dimio, vt videmus cap. 11. &. 12: † Quod si cui durum videtur in vno rege multos significari, id est, omnes illius ætatis reges, putatque septem esse tantùm, is primum sciat omnes expositores intellexisse in singulis horum septẽ multos comprehendi, neminemq; septem tantùm homines esse dixisse præter Victorinum, cuius sententiæ meritò omnes reclamant. Neq; enim de Romanis regibus, aut imperatoribus loquitur Apostolus, sed de regibus vniuersi orbis, qui seruos Dei vexauerunt, siquidẽ hæc capita nõ mulieris sunt, sed bestiæ. Sed neque in regibus Romanis, neq; in aliarum nationum regibus signari potuerunt quinq; qui ceciderant cum Iohannes hæc scribebat, & vnus, qui tunc esset, atq; alter posteà aduenturus, & breui tẽpore mansurus. Postremò intelligat non esse inusitatum in Scriptura, vt in vno rege multi simules, & quasi eiusdẽ corporis, significẽtur, quod est summè obseruandum. Nam Dan. 8. legimus: Et ecce aries vnus stabat ante paludem habens cornua excelsa, & vnũ excellius altero atque succrescens. Et posteà: Ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidẽte. &c. † Porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Deinde vtrumque explanans angelus ait: Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est, atque Persarũ. Quibus verbis, vt rectè Hieronymus exposuit, non hic, aut ille rex designatur, sed omnes reges Medorum, atque Persarum sibi ordine succedentes, & quasi vnum corpus efficientes, qui idcirco quasi vnus rex censentur. Nec enim in vnum regem conueniunt, quæ in eo capite prædicuntur, sed in omnes simul. Deinde ait: Porrò hircus caprarum rex Græcorum est, Et nec existimemus hoc de vno homine dici, continuò in cornu magno eius Alexandrum prædici docet, & in quatuor cornibus quatuor eius successores: hęc enim infert: Et cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo, quatuor reges de gente eius consurgent, sed non in fortitudine eius. Nec dissimile est illud Ier. 25. Et seruiẽt omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis: cum tamen non vni regi seruierint, sed Nabuchodonosor, & filio eius, & nepoti, vt constat ex cap. 27. eiusdem prophetæ. Matth. etiã. 20. legimus: Intrauit autem rex vt vide-

Septem reges significati in septẽ capitibus bestiæ capitibus qui sunt.

In vno rege multi intelligi solent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret discumbentes, & vidit ibi hominē non vestitum veste nuptiali. In quem locū Hieronymus ait: Vnus iste omnes, qui sociari sunt malitiæ, intelliguntur. Denique meminerimus hos omnes dicere capita, quia cum singulis eorum alij sunt quasi membra. Ceterùm de quo Iohānes ait: *Vnus est*, intelligitur omnino locus difficillimus apud Paulum .2. Thessa.2: Et nunc quid detineat scitis vt reueletur in suo tempore, (nam mysterium iam operatur iniquitatis) tantùm vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Tunc reuelabitur ille iniquus. &c. Idest, hoc detinet, quòd prius oportet finiri imperium eius, qui nunc tenet, id est, regnum huius sextæ ætatis.

Locus. 2. *Thess.* 2.

Et bestia, quæ erat, & non est, & ipsa octaua est. † Hoc est, Diabolus cū suo regno secundùm se quidem octauus est populi Dei persecutor, hostis enim est distinctus à septem illis, & quamuis illi abessent, ipse eum persequeretur, sicut initio persecutus est primos parentes. Sed quia ipse in suis membris est, eaque incitat ad nocēdum, & vires eis suggerit, ac potissimum Antichristo, in quo maximè dominabitur, de septem etiam est, ipse siquidem est qui pugnabit in Antichristo aduersus populum Dei, sicut & in reliquis regibus ante pugnauit. Sed quoniam Antichristus citò occidetur, & in interitum ibit, ipse etiam simul in eo ibit in interitū.

Vers. 11.

Decem reges sunt. De quibus multa diximus cap. 12. num. 11. & sequentibus, & cap. 13. num. 10.

Vers. 12.

Sed potestatem tanquam reges vna hora accipient post bestiam. *Vna hora* dixit, pro breuissimo tempore vt Andreas ait, & vt diximus cap. 3. nu. 23. & vt nunc exponit Arethas. Sed in eo, quod ait *Post bestiam*, variant Latina exemplaria, quæ dā enim habēt. Cum bestia, & ita legūt Græcè Andreas, & Arethas. † Ita etiam Primasius. Causa varietatis in Latinis libris est Græcæ lectionis ambiguitas: si enim scribatur μετὰ τὸ θηρίον, significat Cum bestia, si autē (quod facile mutatu est) legatur μετὰ τὸ θηρίου, significat, Post bestiam. In Græco exemplari Cōplutensi legitur μετὰ τὸ θηρίον, id est, Cū bestia; in Latino vero, Post bestiam. Parum tamen refert, sensus enim idem est, eos scilicet accepturos esse potestatem, sed ita vt bestiæ, idest, Diabolo, pareant, & ad eius nutum faciant omnia. Atque idem intelligitur si dicatur *Post bestiam*, idest sequentes bestiam, & ei obtemperantes. Beda: Pari consensu tota intentione Diabolo militant, hoc est enim *Post bestiam* accipere regnū, Diabolum imitando Christo aduersari. Dicit autem eos potestatem accepturos *tamquam reges*, quia *vna hora*, idest, breuissimo tempore regnabunt ante potestatem Antichristi, & tunc etiam Diabolo obsequētur. Sed vbi Antichristus surrexerit, ipsi regum quidem nomina habebunt, sed reuera Antichristus regnabit, cui ipsi parebunt. † Itaque *Tam quam* nō similitudinem indicat, sed veritatem, ac si diceret, Verē reges erunt, sed breuissimo tempore, donec surgat Antichristus. Porrò in Græco non est, *Accipient*, sed *Accipiunt*, λαμβάνουσι, at præsens pro futuro ponitur, vt sæpe vidimus cap. 13.

17 18 19 20

Hi vnum consilium habēt. Vnanimi cōsensu semper Christo aduersabuntur, & Diabolo parebunt. Dicit virtutem suā, & potestatē bestiæ tradituros, quia facient quæ Diabolus volet, idest aduersabūtur bonis, & regnum Diabolo, quātum poterunt, constabilient. *Vers.* 13.

Hi cum Agno pugnabunt. Persequēdo iustos, & adiuuando regnum Diabolo, vt dictum est. *Vers.* 14.

Et Agnus vincet illos. De hoc dixit cap. 16: Et procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diē magnum omnipotentis Dei, vt iam suo loco diximus. *Vers.* 14.

Quoniā Dominus dominorum est. Quoniā omnes ei subijciēdi sunt, vt quē pater posuerit regū omnium potentissimum, & omnium Dominum. *Vers.* 14.

Et qui cum illo sunt vocati. † Simul cū illo vincēt electi, quos ipse vocauit, & qui fideles illi fuerunt. Quod de ijs maximè dici videtur, qui tūc erūt in terra. *Vers.* 15.

Aquæ, quas vidisti, vbi meretrix sedet. Aquæ significant populos varios, qui tunc Romanis parebant, vt ait Ambrosius, & qui postea parebunt. Populi significantur in aquis, quoniam vt aquæ semper fluunt, & in mare fluxu illo mutuò sibi succedentes eunt, ita homines paulatim in mortem properant cum sono nitu, & alteri alteris succedunt. *Vers.* 15.

Hi odient fornicariam, & desolatam facient illam. Hic iam nonnulli scriptores, qui aliter interpretati fuerant, veritate ipsa coguntur nobis fauere. Nam Ambrosius Romam esse dicit fornicariam: & Ansbertus, & Haymo, & Anselmus decem cornua esse dicunt reges, qui vniuerso orbi dominabuntur, cum venerit Antichristus. Ex hoc autem, quod nunc ait Apostolus, intelligitur Romam esse vastandam, & euertendam, antequam Antichristus regnare incipiat, vel certè ipso initio regni eius, tempore, scilicet, quo decem reges vniuerso orbi imperabunt, & antequam tres vincantur ab Antichristo. Hoc quomodo futurum sit diximus cap. 14. num. 51. & sequentibus. *Vers.* 16.

Et carnes eius manducabunt. † Hyperbolicè ostendit per hoc odium insatiabile, & rabiem regum. Iob. 19: Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Psal. 26: Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Ex quo intelligitur illud Iob. 31: Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius vt saturemur? Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Id est, Ita officiosus eram in hospites, & ita omnes excipiebam, vt eius rei causa odio me prosequerentur domestici mei defatigati ministrando illis, vt optimè exponit Hieronymus. Lxx: Quis det de carnibus eius vt saturemur, valde me bono existente? idest, Quia ego bonus, & officiosus eram in hospites. Nec tamen alterum sensum reijcio, qui Chrysostomo, & Gregorio placuit, vt ex multo amore hæc verba orta sint. 21 *Carnes manducare alicuius.* *Locus Iob.* 31. *Vers.* 16. *Vers.* 17.

Deus enim dedit in corda eorum. id est, Reges hi Romam desolabunt, & incendent, quoniam Deus illorum opera, & ministerio vti voluit ad faciendum quod volebat, idest, ad sumendum supplicium de fornicaria ciuitate. Hoc autem nonnunquam fit Deo hominibus suggerente vt bellum suscipiant, si iusta sit causa bellandi, & animus bonus, nonnunquam permittente, cum hæc non adsunt, vt diximus cap. 9. nu. 12. & 13.

Vt dent regnum suum bestiæ. † Ante hæc verba additur in Græco, Καὶ ποιῆσαι ἵνα μίαν γνώμην, Idest, Et vt vnam sententiam habeant, siue vnum cōsilium, vt supra vertit interpres, & statim præponitur coniunctio verbis, quæ nunc interpretamur, vt legatur: *Et vt dent regnum suum bestiæ.* Et sine dubio hæc, & valde probabilis, & integra lectio est. Nam verba præcedentia: Deus enim dedit in corda eorum, &c. ad desolationem, & incendium Romæ pertinent, causam enim ostendunt tantæ desolationis ab ijs effectæ, qui amici potiùs futuri videbantur. Cum hoc sensu, qui certè verus est, satis aptè cohærere videtur, quod continuò sequitur: Vt dent regnum suum bestiæ, nam neque id placitum erat Deo, neque propter id dictum videbatur. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi. At in Græco omnia cohærent, & integrum sensum habēt: Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant, quod placitum est illi, videlicet de Roma vastanda, & vt vnum consensum haberēt de tradēdo regnum suum Diabolo, vt iustos persequerentur. † Ita omnino legit Arethas, & Primasius eamdem agnoscit lectionem, ita enim habet: Deus enim in cordibus eorum iniecit, vt perficiant quod illi placitum est, & esse illos in consensu, & metu, & tradere bestiæ regnum, &c. Quamuis illud, Et metu nescio vnde sumptum sit. Quod si ita legamus, vt nunc habent ferè Latini codices, sensus ex ijs, quæ in Græco sunt, sumendus est, vt sit huiusmodi: Deus dedit in corda eorum, vt Romam vastarent. Dedit etiam, vt regnum suum bestiæ dent, id est, permisit hoc eos velle, & hoc eis placere. 22 23 *Vers.* 12.

Donec consummētur verba Dei. Idest, vt Diabolus, & eius maximum membrum Antichristus adiuti opera, atque potentia horum regum possint omnia facere quæ à Deo prædicta sunt tam in Daniele à cap. 7. vsque ad finem duodecimi, quam in hac Apocalypsi de persecutione iustorum, & de omnibus gētibus, & regnis Diabolo per Antichristum subijciendis. *Vers.* 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumentum Capitis. XVIII.

Vastitas Babylonis describitur, & regum ac mercatorum eius fletus, & exultatio sanctorum.

Caput. XVIII.

1 ET post hæc vidi alium angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam: & terra illumina
2 ta est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicens, Cecidit cecidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis
3 volucris immundæ & odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius biberūt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciorum eius diuites
4 facti sunt. Et audiui aliam vocem de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius nō accipiatis.
5 Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus
6 est Deus iniquitatum eius. Reddite illi sicut, & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi du-
7 plum. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date illi tormētum & luctum, quia in corde suo dicit, Sedeo regina, & vidua non sum,
8 & luctum non videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus, qui iudicabit illam. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cùm viderint fumum incendij eius:
10 longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudi-
11 cium tuum. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius,
12 merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & mar-
13 more, & cinnamomum, & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum,
14 & animarum hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserūt à te, & omnia pinguia, et præclara perierunt à te, et amplius illa iam non in-
15 uenient. Mercatores horum qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes, et dicentes, Væ, væ
16 ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssō, et purpura, et cocco, et deaurata erat auro, et lapide pretioso, et mar-

17 garitis: quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ, et omnis gubernator, et omnis qui in locū nauigat, et nautæ, et qui in mari operantur, longè ste-
18 terūt, et clamauerūt videntes locū incendij eius, dicentes, Quæ similis ciui-
19 tati huic magnæ? Et miserunt pulue rem super capita sua, et clamauerunt flentes, et lugentes, dicentes: Væ, væ, ciuitas illa magna, in qua diuites fa-Eli sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius, quoniam vna ho-
20 ra desolata est. Exulta super eā cœlum, et sancti Apostoli, et Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium ve-
21 strum de illa. Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnū, et misit in mare dicēs. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa ma-
22 gna, et vltrà iam non inuenietur. Et vox citharœdorum, et musicorum, et tibia canentium, et tuba, non audietur in te amplius, et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, et vox molæ non audietur in te
23 amplius, et lux lucernæ non lucebit in te amplius, et vox sponsi et sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis errauerunt omnes
24 gentes. Et in ea sanguis prophetarum, et sanctorum inuentus est, et omnium qui interfecti sunt in terra.

Vers. 1.

1 ET post hæc vidi alium angelum. Describit vastitatem Babylonis, de qua dicere cœperat cap. 16. & 17. Videt autē angelum ferentem sententiam desolationis Romanæ descendere de cœlo, vt omnes videant illam non casu fieri, sed Diuina prouidentia, & voluntate.

Habentem potestatem magnā. Hoc est, fortissimum, de eo enim ait posteā: Et sustulit vnus angelus fortis lapidem. &c. Vt videlicet sciamus neminem ei posse resistere, quin omnia faciat, quæ velit, & vrbem euertat. *Vers. 1.*

Et terra illuminata est à gloria eius. Tantus erat eius splendor, vt terram illumi naret, ex quo apparet eum magnum, & fortem esse, ac vrbis supplicium clarū, & manifestum omnibus futurum. Gloriam vocare solet Scriptura claritatem, & splendorem. 2. Cor. 3: Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriā vultus eius, &c. Et Exo. 40: Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Num. 14: Apparuit Gloria Domini super tectum fœderis cunctis filijs Israel. *Vers. 1.* *Gloria.*

2 *Et exclamauit in fortitudine.* † Tā Græci codices, quam Latini variant, sed ita, vt ad sensum referat nihil. Quidā enim Græci, & Latini habent: *Et exclamauit in forti voce*, & ita legit Arethas: sed idē est, *In fortitudine*, & In forti voce. Alij ex Græcis habent: Et exclamauit in fortitudine voce magna. Andreas: Et exclamauit forti voce magna. Primasius: Et exclamauit voce magna & forti. Complutensis codex Græcus habet: In forti voce. Latinus autem: *In fortitudine*, quę probatior lectio videtur. Vox autē fortis indicat magnitudinem supplicij, ac Dominum vehementer irasci eidem vrbi.

Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum. Iam iam cadet, ac pœnas debitas exoluet, & fiet habitatio dæmoniorum. Quemadmodū verbis illis, Cecidit, cecidit Babylon, alludit Apostolus ad Isaiæ. 21. caput, vbi idē dicitur, & ad Iere. 51. vbi similia verba sunt: ita cum dicit: Et facta est habitatio dæmoniorum, alludit ad cap. 13. Isaiæ, qui de Babylonis vastitate loquens ait: Non habitabitur vsque in finem, & nō fundabitur vsque ad generationem, & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. Sed requiescent ibi bestiæ, & replebū- *Vers. 2.*

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenes in delubris
3 voluptatis. † Per quæ omnia (vt ait Hieronymus) vastitatis, & solitudinis figura monstratur, quod tanta sit depopulatio vrbis quondam potentissimæ, vt præ multitudine dæmonum, ac bestiarum nullus in eam audeat pastorū, id est, deserti appetitor, intrare, &c. Dicit ergo Propheta quod fieri solet. Nā in vastis solitudinibus, si quæ fortè relicta sunt tecta, & vestigia domorum, in ijs bestiæ omnis generis stabulantur, & aues rapaces, & immundæ. Docet etiā experientia spectra ibi dæmonum videri sæpe inusitatis, atque horribilibus figuris, quos in hoc loco Isaiæ Hieronymus vocat Pilosos, & de quibus ait: Vel Incubones, vel Satyros, siluestres quosdam homines, quos nonnulli Faunos ficarios vocant, aut dæmonum genera intelligunt, &c. Certè Lxx δαιμόνια transtulerunt, nec immeritò, quando quidem שעירים id est, Pilosi, apertè dæmones intelliguntur Leu. 17. vbi legimus: Non immolabunt vltra victimas dæmonibus. † Et vbi legimus: Sed
4 requiescent ibi bestiæ, ait idē Hieronymus צייים, quod soli Lxx θηρία, id est, bestias, transtulerūt: alij ipso nomine, quod apud Hebræos scriptum est, volentes genera dæmonum intelligi, vel phantasmata. Idem: Pro vlulis quoque omnes ipsum verbū Hebraicū איים, soli Lxx Onocentauros transtulerunt. Sirenæ autem תנים vocantur, quas nos aut mōstra quædā, vel certè dracones magnos interpretati sumus, qui cristati sunt, & volantes. Idem etiam eleganter describitur apud eumdem prophetam cap. 34: Et possidebunt illam onocrotalus, & ericius, & ibis, & coruus habitabunt in ea. Et mox. Et orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & palturus in munitionibus eius: & erit cubile draconū, & pascua struthionum. Et occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, &c. Vbi Hieronymus imitatus Lxx pro צייים (quod verterat cap. 13. Bestiæ, cum ijsdem Lxx) nunc vertit Dæmonia, & vbi verterat Vlulę pro אויים, vertit Onocentauri: ex quibus intelligitur in vtroque loco dæmones significari in bestiarum figuris apparentes. † Non est ergo mirū Iohannē nūc dicere: *Et facta est habitatio dæmoniorum*, aut dæmonia in solitudinibus versari. Hieronymus in vita Pauli eremitæ de Antonio per eremum iter ad Paulū faciente ait: Conspicit hominem equo mistum, cui opinio poetarum Hippocentauro nomen dedit. Et paulò post: Inter saxosam conuallē haud grandem homunculum videt aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Hic Antonio respondit: Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos, Satyrosq;, & Incubos vocās colit. Et quāuis Hieronymus de primo animali dubitet verū ne animal fuerit, qđ genuerit eremus mōstrosorū animaliū ferax, an Diabolus terrere Antonii vo lens: & de secundo dicat, hominem eiusmodi allatum fuisse Anthiochiam ad Constantinum imperatorem, idque vniuerso mundo teste defendi: mihi non dubium est dæmones fuisse, qui illas monstrosorum animalium, quæ aliquando videntur in eremo, figuras simularint. Etenim licet homo eiusmodi inuentus sit, vt ait Hieronymus, nemo vnquam prodidit eū humano more verba loqui, quæ cum locutum esse ipse tradidit. † Nec dubito, quin ex va-
6 rijs huiusmodi dæmonum apparitionibus ethnici inducti fuerint ad colendā Faunos. Satyros, & Nymphas, quas Ouidius rustica numina appellat, & quas Sirenas à Lxx, & ab Hieronymo in his Isaiæ locis vocatas arbitror. Idem in interpretatione verborum Isaiæ sentiunt cum Hieronymo nobilissimi autores. Cyrillus enim in caput. 34. Isaiæ ait: Cum dicit dæmonia, & onocentauros sibi inuicem occurrere, summam veluti solitudinem ciuitatum subinuit. Habitare enim dicuntur libenter in desertis locis etiam mali spiritus. Et Procopius in cap. 13. eiusdem: Gaudēt enim, inquit, desertis, incultisque locis ipsi dæmones. Et idem probabile putat in Sire-

Dæmones in desertis, ac ruinosis loris habitā tes.

1. Metamorph.

in Sirenibus significari dæmonum naturam fraudibus aptam, qualia de Sire-
7 nibus fabulæ tradiderunt. † Haymo in idem caput Pilosos esse dicit Faunos, vel Satyros, & Sirenas dæmones posse intelligi, & in cap. 34. in illud: Et occurrent dæmonia onocentauris, ait: In diuerso phantasmate, S. Thomas in idē cap. 13. Pilosos interpretans ait: Vel dæmones in tali figura assumentes corpora domos desertas tales frequentantes sunt, qui & ambulant per noctem, & inquietāt homines diuersis modis. Cū his autoribus consentiunt Hugo, & Dionysius in eadem verba, & alij recētiores. Sed nemo tamen omnium, quos citaui, causam huius rei mirabilis, & insolitæ explicauit, cur, scilicet, dæmones locis desertis gaudeant, cum aptius eorum fraudibus videatur inter homines versari. Quæ sanè ratio ita Lyranum permouit in cap. 13. Isaiæ, vt nullo modo verum putarit, dæmones in desertis morari. Ego propterea eos hoc fecisse arbitror ante aduentum Christi, vt hominibus persuaderent versari Deos in terra, quibus curæ essent montes, & rura, & pecora, atque idcirco sacrificia his offerri debere. Et in animalium figura apparebant, quæ rarò videbantur, vt & maiorem sibi reuerentiā conciliarent rarò visi, & cum animalia illa viderētur, etiā si in eis ipsi nō essent,
8 in illis tamē adorarētur. † In desertis etiā habitant homines simpliciores, qui facilius decipi, & alijs visa nūtiare possunt, Et ibi facilius terrere homines possunt, quam in vrbibus, & terrore illo eos ad idololatriam inducere. Atque his de causis visibili figura libentius versantur in desertis locis, quàm in hominum frequentia, à qua tamen inuisibiles non discedunt, cum tanta sit malorum spirituum copia, vt & solitudinibus, & ciuitatibus satis sit. Ex quo ratio, quę Lyranum mouit, abunde diluitur. Accedit quod omnes homines persuasum habent Deum non conuersari cum hominibus, sicut Magi dicunt apud Danielem, cap. 2: Exceptis Dijs, quorum non est cum hominibus conuersatio: quare aptior illis est eremus. Videmus etiam in historijs ethnicorum, cum dij illorū visi ab aliquo memorantur, id in solitudinibus, aut denique extra ciuitates, cō tigisse. Post Christi aduentum eædem sunt dæmonibus causæ versandi in desertis infidelium, inter fideles verò, vt simpliciores credentium vel à fide auocent, vel noxijs superstitionibus imbuant, & multis modis decipiāt. † Alia
9 autem post Christi aduentum accedit, vt monachos deterrerent ab incolenda eremo, quæ ab ipso fere tēpore Apostolorum coli cœpta est. Ita sæpe apparuerunt beato Antonio varijs figuris ferarum, atieò, vt de eodem tempore scribat Cassianus Collatione. 7. cap. 23: Tanta namque erat eorum feritas, vt vix pauci, & admodum stabiles, atque ætate prouecti tolerare habitationem solitudinis possent. Siquidem in ipsis cœnobijs, in quibus morabantur octo, vel decem, ita eorum atrocitas grassabatur, & frequentes, ac visibiles sentiebantur agressus, vt nō auderent omnes pariter noctibus obdormire, sed vicissim alijs degustantibus somnum, alij vigilias celebrantes psalmis, & orationibus, seu lectionibus inhærebant.

Et custodia omnis spiritus immūdi. id est, Receptaculum, in quod libenter diuertat quilibet spiritus immundus. *Vers. 2.*

Et custodia omnis volucris immundæ, & odibilis. † Arethas, Primasius. Ansbertus, Haymo, Ambrosius, & alij nonnulli in volucribus immundis dæmones intelligi putant. Sed id satis iam dictum erat, & ex locis citatis Isaiæ constat aues rapaces, & ferociores ad ruinas
10 domorum insolitudine relictas confugere. Et Sophoniæ. 2. de vrbe Niniue: Et ponet speciosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum. Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium: & onocrotalus, & ericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in fenestra coruus in superliminari. *Vers. 2.*

Quæritur tamen quasnam aues immundas vocet? Respondeo aues immundas dici, quæ in lege immundæ iudicabantur, & Leu. 11. numerantur: Hæc sunt, quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis, aquilam, & gryphem, & haliætum, & miluum, ac vulturem iuxta genus suum, & omne coruini generis in similitudinem suam stru-

Aues immūdæ quæ sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtruthionem,& nocticuam,& larum,& accipitrem iuxta genus ſuum, bubonẽ, & mergulum, & ibin, & cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem, herodionem, & charadrion iuxta genus ſuum,vpupam quoque, & veſpertilionem, &c. † De quibus loqui Iohannẽ non eſt dubium, quoniam quædam illarum nominantur, & habitare dicuntur in ruinis vrbium Iſaiæ. 13. & 34. & Sopho.2:conſtatque idem de reliquis, quæ non nominantur, eſſe intelligendum, cum in iiſdem locis & ipſæ nidificent. Sed cur immundas vocat, cum lege tantùm, non etiam natura ſua immundæ ſint,& in Euangelio nulla auis, & nullum animal immunda cenſeantur? Mihi ita videtur reſpondendum, huiuſmodi aues, & animalia non ideo immunda dici ſolùm,quòd lege prohibita ſint,nam ante legem erãt munda, & immunda animalia.Gen.7: Ex omnibus animalibus mundis tolles ſeptena, & ſeptena,maſculum,& feminam: de animantibus vero immundis duo, & duo.Et cap.8. AEdificauit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus,& volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare. Nec dicendum eſt quod quidam ſentiunt, munda,& immunda dici à Moſe ea,quæ poſteà in lege munda, & immunda cenſenda erant: nam Moſes fideliter retulit verba Dei dicta Noe, nec poterat Noe intelligere quid in lege de illis ſtatuendum eſſet. † Meliùs Hebræi ſentiunt ante legem fuiſſe diſtinctionem mundorum,& immundorum.Immundæ ergo aues dicuntur propter ferocitatem,& rapacitatem, quia non mãſuetæ ſunt, nec frumento, aut ſeminibus aluntur, vt columbæ, turtures, perdices: ſed feræ, & violentæ, & cum aliarum damno cibum quærentes. Puto autem Iohannem vocabulo illo, *Odibilis*, explicaſſe quas volucres immundas diceret, quas, ſcilicet omnes oderunt quaſi rapaces,& carne veſcentes,& violentas. Atque has eſſe exiſtimo, quas diras appellauit Poeta noſter.

8. Æneï. *Stabat acuta ilex præcipiti vndique ſaxi,*
Diarum nidis domus opportuna volucrum.

In quæ verba Seruius ait: Modò Diarum, non mali omnis dicit, vt ſunt bubones,ſed quę humanis cadaueribus veſcebantur. Notandum etiam multas ex his auibus, quæ lege erãt immundæ, ethnicis quoque fuiſſe inuiſas, quia inauſpicatæ erant, vt eſt apud Plinium lib.10.cap.12:† Verùm quoniam nullas aues immundas haberi, aut vocari legimus apud alias nationes, niſi apud Iudæos, probabilius eſt Iohannem eas tantùm immundas appellaſſe, quæ in lege erant immundæ, atque ideo vocabulo ipſo legis, & Iudæorũ vſum eſſe, quod tamen interpretatus eſt, cum eas dixit odibiles,ſiue inuiſas, vt eſt in Græco.Non quòd iam lege aliqua eſſent immundæ,ſed ita acſi diceret:Facta eſt cuſtodia auium illarum, quæ omnibus inuiſæ ſunt, quæque olim in lege, & ante legem immundæ vocabantur. [Non enim omnia quæ in lege præcipiuntur,noua ſunt,ſed multa in vſu fuerant apud patres, vt circumciſio, ſacrificia, & oblationes multi, & munda, atque immunda animalia, & id genus alia.] Quas autem aues lex damnaſſet, non poterat latere Chriſtianos conuerſos ex gentibus, quoniam in Eccleſijs legebantur etiam lex, & prophetæ, vt nunc fit. Deinde inter cõuerſos ex gentibus multi morabantur tam Iudæi,quã ex Iudæis conuerſi, eoque tempore nõ dũ omnino lex obſeruari deſierat: quare nota hæc omnibus eſſe oportebat.

13 *Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes.* Eadem verba ſunt cap.14:Cecidit,cecidit Babylõ illa magna,quæ à vino iræ fornicationis ſuę potabit omnes gentes, quæ iam ſuo loco expoſuimus. *Verſ.3.*

Et reges terræ cum illa fornicati ſunt. *Verſ.3.*

14 †Et hæc poſita,& expoſita ſunt cap.17. ex ijs,quę dicta erant cap.14.n.37.& 34.

Et mercatores terræ de virtute deliciarũ eius diuites facti ſunt. De virtute, *ἐκ τῆς δυνάμεως*, id eſt, quia deliciæ illius erãt potentiſſimæ,& maximæ,neque ſumptui parcebat cuiuis, dummodo voluptatibus,quas cupiebat,frueretur, mercatores ex omnibus terræ, mariſque partibus quidquid gulæ gratum eſſe poterat,quidquid in veſtibus, & in reliquo ornatu placeret, Romam importabant,vt omnia genera auium, animalium, piſcium, lapidum pretioſorum, & ſimi- *Verſ.3.*

& ſimilium,vt in hoc ipſo capite videbimus:atque ita diuites fiebant.

Exite de illa populus meus. Cum Roma euertenda, & incendenda erit, Deus electos in ea eliſos vt exeant admonebit,ſiue per prophetas, qui tunc erunt, ſiue per internam inſpirationem, ſiue per angelos,quemadmodum cum capienda erat Ieruſalem à Tito, factũ eſt.

15 † De quo ita ſcribit Euſebius lib.3. Hiſto.Eccl.cap.5:Eccleſia verò, quæ in Ieroſolymis fuerat congregata,reſponſo à Deo accepto emigrare iubetur,& trãſire ad oppidum quoddam Pellam nomine, trans Iordanem, quo ablatis ex vrbe ſanctis,& iuſtis viris,vindictæ cœleſtes fierent,locus tam de vrbe ſacrilega, quam de populo impio per excidiũ patræ, euerſionemque ſumendæ. *Verſ.4.*

Vt non participes ſitis delictorum eius. Id eſt, Pœnarum, quas pro delictis ſuis patientur.Poſſumus etiam propriè delicta accipere:Exite ne tãtorum peccatorum contagio aliquo modo polluamini. Atque hoc verius videtur cum ſequatur ſtatim:*Et de plagis eius non accipiatis*:quoniam qui inter malos manet, nec fugit cum poſſit eorum commercium,tacitè quodam modo probare videtur, atq; ita etiam quodammodo fit particeps delictorum. Quamuis ſi, vt prius diximus,exponamus, rectè dicere poſſumus illud:Et de plagis eius non accipiatis,exaggerationis cauſa repertum eſſe,ac ſi diceret; ſine dubio accipietis de eius plagis, quoniam Deus vehementer eã iraſcitur,& acerbè eam puniet. Magis tamen placet quod ante dixi.

Verſ.5. *Quoniã peruenerunt peccata eius vſq; ad cœlum.* † Nullum eſt peccatum, quamuis paruum,quod non perueniat vſque ad cœlum,ideſt,ad Dei notitiam, nõ tamen ſolet Scriptura huiuſmodi verbis vti,niſi cum peccata maxima ſunt, & eorum vindicta differenda non eſt. Indicit enim Deum quaſi manſuetum quẽdam hominem peccata tolerantẽ, & quaſi diſſimulantem ſe videre,ne punire neceſſe ſit. Qui tamen,cum illa vltra modum excreſcunt,& iam non poſſunt non videri,tunc ſe videre, atque cognoſcere fatetur, & ad vindictam ſumendam cogi. Iſaiæ.1:Surge,& vade in Niniuen ciuitatem grandem,& prædica in ea,quia aſcendit malitia eius coram me.Gen.4:Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me:ac ſi diceat: Tãtus iam clamor eſt, vt diſſimulare non poſſim videre me.Et cap.18:Clamor Sodomorum,& Gomorræorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.Deſcendam,& videbo vtrùm clamorem,qui venit ad me,opere cõpleuerint,an non eſt ita,vt ſciam. Ambroſius:Iniquitates Babyloms Omnipotẽs Deus ſemper intuetur,ſed cum vindictam non exerit, videtur non videre quod videt.

Et recordatus eſt Deus iniquitatum eius. *Verſ.5.* Id eſt. Decreuit omnino de ea pœnas ſumere.Hoc idẽ dixit cap.16: Et Babylon magna venit in memoriã ante Deũ dare illi calicem vini indignationis iræ eius, quod iam expoſuimus cap.14. num.44.

17 *Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis.* *Verſ.6.* Non iubentur electi aduerſus Babylonem pugnare,aut ei nocere, ſed gaudere de ſupplicio, quòd Deus de illa ſumit,propterea quod ſanctos perſecuta fuerit,& alia multa peccata commiſerit. Ac ſi diceret:Sumite cum Deo de illa vindictam,& animis, atque ore iuſtę Dei ſententiæ fauete. Sicut Babylon de veſtris malis lętata eſt,ita & vos nũc lætamini eam pro ſuis ſceleribus dignè plecti.Eodem modo intelligenda ſunt quæ ſequuntur:Et duplicate duplicia ſecundùm opera eius:In poculo, quo miſcuit,miſcete illi duplum. Quãrum glorificauit ſe,&c. Quod enim per alium facimus,per nos ipſos facere videmur. Quemadmodum ſacerdote orante omnes, qui aſſiſtunt, etiam tacentes orant, quia per ſacerdotem dicunt,quę per ſe dicturi erant,& id,quod dicit ſacerdos,omnes dicere volunt, & hoc fatis eſt, vt dicantur ipſi orare. Ita etiam iudice proferente ſententiam, quã omnes proferri cupiunt, & cui omnes fauent,omnes cenſentur proferre. Eodẽ modo Chriſto iudicãte iudicãt omnes electi.[Sap.3:Iudicabũt nationes. Et.1. Cor.6:Neſcitis quoniam angelos iudicabimus?]Atque hoc modo & Apoſtoli iudicant,non quod ipſi etiam ſententiam pronũtient,aut propriè ſint aſſeſſores

Universidad de Deusto
Biblioteca

sores iudicis, sed vt dictum est. Hoc tamen præter cæteros promissum est Apostolis: Sedebitis super sedes, &c. ideſt, locum apud me honorificentissimum habebitis, quo cæteris præferemini. Sedebitis vt optimates coram rege.

Vers. 6. *Et duplicate duplicia secundum opera eius.* Non significat eam duplo maiori pœna affici, quam commerita fuerat, vt nonnulli videtur intellexisse, nec enim id Diuinæ iustitiæ est: sed sensus est: Affligite illam, & cruciate duplo magis, quam ipsa vos cruciauit. Hoc est. Grauibus vos illa doloribus affecit, sed prijs duplò maioribus nunc à Deo afficietur.

Vers. 6. *In poculo, quo miscuit, miscete illi duplũ.* Explicat quod dixerat subobscurè, & simul repetitione rem exaggerat, quasi dicat: Sine dubio duplum bibet vipi ire Dei, quàm vos bibistis. Sumite idem poculum, quod ipsa vobis propinauit, & in illud infundite duplum vinum, & propinate illi. Significat, pro malis, quibus sanctos læsit, ipsam duplo magis esse lædendam. De poculo, & missione meri diximus multa cap. 14. num. 58. & multis sequentibus.

Vers. 7. *Quantũ glorificauit se, & in deliciis fuit.* † Glorificare se est superbè iactare, & extollere se, ac velle omnibus maior existimari. Vidistis eam superbissimè iactare se, ac velle ab omnibus coli, vidistis quam delicatè, & quantis in voluptatibus vixerit: gaudete igitur nunc tantumdem esse eã accepturam tormẽti, & luctus. Hoc autem de temporalibus plagis, quæ illi imminebant, intelligit, sicut indicant verba sequentia: Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur. Quasi dicat: cum multo tempore se glorificauerit, & in deliciis vixerit, vnius diei afflictio, in qua omnes plagæ eius venient, æquabit longi temporis voluptates. Nam si de pœnis æternis loqueretur, multò illę maiores sunt voluptatibus huius vitæ, idcirco tunc ita essent verba exponenda: Quantum meruit pœnarum superbia, & delicijs suis, tantum illi date.

Vers. 7. *Quia in corde suo dicit: Sedeo regina.* Hęc sunt verba, quibus se glorificabat, quibus manifestè alludit ad verba Isaiæ cap. 47. de Babylone illa regia Chaldæorum, quæ figura fuit huius secundæ Babylonis, & ideo de ea quoq; dicta sunt: Et nũc audi hęc delicata, & habitãs confidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego sum, & nõ est præter me amplius, non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Et de supplicio similiter dicit: Venient tibi duo hæc subitò in die vna, 19 sterilitas & viduitas. † Cæterùm verba Iohannis non ita accipienda sunt, ac si tunc à Roma dicerentur, cum ipse viuebat, sed de tempore extremo intelligẽda sunt, de quo nũc sermo est, cum iubentur sancti exire, ne cum ea puniantur. Ex quo manifestum est eo tempore magnam futuram esse Romæ potentiam, ac multis eam vrbibus, aut etiam prouincijs imperaturam. *In corde* autẽ *suo* dicit, quasi effari non audens, ne vel superba videatur, vel hominum potentum inuidiam sibi conciliet. *Sedeo regina*, ideſt, magnum imperium habeo, multis impero.

Et vidua non sum. Vidua dicitur vrbs, *Vers. 7.* quãdo imperio suo, & frequentia ciuiũ priuatur. Thren. 1: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium. Sed hæc pleniùs exposuimus cap. 14. n. 52. & 53.

Et luctum non videbo. Nihil mihi triste continget, nemo mihi nocebit. *Vers. 7.*

Ideo in vna die. † Propter hanc superbiam, & confidentiam subitò, simulq; venient omnes plagæ eius, ideſt, quæ à *Vers. 8.* 20 Deo decretæ illi sunt pro tot peccatis. *Mors*, quia plurimi in ea occidentur, venientibus aduersus eam decem regibus, vt diximus ad finem cap. 17. *Luctus*, quo superstites lugebũt occisos. *Fames*, qua conficientur, & denique tota vrbs incendetur.

Quia fortis est Deus, qui iudicabit illam. *Vers. 8.* Siquis miratur tam potentis & florentis ciuitatis opes vno die posse subuerti, sciat Deum, qui eam dãnaturus est, esse fortem, & posse omnia facere quæ velit.

Et flebunt, & plangẽt se. Reges terræ *Vers. 9.* qui ad illam deliciarum, & idololatriæ causa confluere solebant, flebunt eius incendium procul intuentes, & non audẽtes accedere, ne supplicijs eius participes fiant. Nam qui propè accedunt ad damnatos, solent corũ amici, & participes criminis existimari, & plecti.

Reges lugẽtes Babylonem qui fuit. Magna tamen quæstio est qui nã hi reges putandi sint, quãdoquidem tunc tantùm erunt decem reges significati in decem cornibus bestiæ, vt sæpe dictum est: neq; ij esse possunt qui eam lugebunt, quoniam ipsi autores incendij futuri sunt, sicut cap. 17. dictum est. Hi odient fornicariã, & desolatam faciẽt illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. 21 † Difficilis sanè quæstio, sed cui probabilitèr satisfacere possimus, si dicamus illos ipsos decẽ reges esse qui flebunt, & qui cum illa fornicati sunt. Priùs illã amabant, & cum ea fornicabantur, & delicijs eius fruebantur: sed posteà in eã exardescẽtes vt c. 17. n. 21. dictũ est, eam concremabũt. Solẽt autẽ magnarũ, & potentiũ vrbiũ ruinæ etiã ipsis victoribus exaturato iam odio, & sedata iracũdia miserabiles esse. Vnde illud.

Quis talia fando.

3. Æneï. *Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyssi*
Temperet à lacrymis?

Ita etiam Titus, cum in AEgyptum profectus Ierosolymam venisset, tristemq; solitudinem, quam videbat, antiquæ ciuitatis claritudini cõpararet disiectorum operum magnitudinem, & veterem pulchritudinem recordatus miserabatur excidium ciuitatis, vt scribit Iosephus lib. 7. de Bello Iud. cap. 24.

22 † Si autẽ quæratur quẽ timuerint reges, vt propè accedere non sint ausi? responderi potest, non alios reges timuisse, qui nulli tunc erãt, sed Deum iratũ ciuitati, cuius voluntate tãtas eam pœnas dedisse cernebant, ne fortè etiam in se animaduerteret, qui illius misererentur. Sed multò probabiliùs est, mihique verisimum videtur, reges vocari illos, qui regnabant in terra, antequã occuparetur vniuersa à decem regibus. Vulgatum est enim in Scriptura, & in cõmuni sermone, vt res mutatæ ijsdem nominibus appellentur, quę habebant, antequam mutarentur. Vt Exo. 7: Protecerunt quę singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones, sed deuorauit Virga Aharon virgas eorum. Sic sacra Eucharistia. Ioh. 6. sæpe panis dicitur. *Regula.*

Sic etiã nos vxores ducũ, regũ, comitũ defunctorum reginas appellamus, duces, comites. Sic reges post regnũ amissum reges dicimus, vt Iud. 1: Septuaginta reges amputatis manuũ, ac pedũ summitatibus colligebãt sub mensa mea ciborum reliquias.

Iudicium tuum. Damnatio tua, siue sententia damnationis tuæ. *Vers. 10.*

Et negotiatores terræ flebũt. † *Negotiatores* mercatores vocat, *ὁι ἔμποροι*, vnde 23 Emporium dictũ est. Matth. 13: Simile est regnũ cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, *ἐμπόρῳ*. Flebunt autem, quoniã mercimonijs importandis in vrbẽ maximam, & delicijs deditam, ac diuitijs plenam vehemẽter dilescebant. Sit ideo ait: *Quoniam merces eorum nemo emet amplius*, nõ quòd aliæ ciuitates non possent multa emere, sed quòd tantam pretiosissimarum mercium copiam nulla alia ciuitas consumere, aut coemere posset. *Vers. 11.*

Merces auri, & argenti. † Vt luxuriã, & 24 delicias Romæ ostendat, simulq; diuitias incredibiles figillatim enumerat pretiosiores merces, quæ in eam inuehebantur. Merces autẽ auri, & argenti sunt vasa pulcherrima, & signa argentea, & aurea. *Vers. 12.*

Et lapidis pretiosi. Omne genus lapidũ pretiosorũ Romã conuehebatur ad locupletissimos ciues, & nũmis minimè parcentes, dum id compararent, quod placebat. *Vers. 12.*

Et margaritæ. Similiter intelligendũ est, merces *margaritæ*, ideſt, margaritarũ. Margarita omnes gemmas pretio superat. Latinis vnio dicitur nomẽ impo- *Margarita* situm à Romanis delicijs, quoniã nullæ duæ reperiuntur indiscretæ, & inueniuntur in conchis, maximè in Indico *Vnio.* Oceano. Omnia ex Plinio. lib. 9. c. 35. *Vers. 12.*

Et byssi. Byssus candidissimi, & tenuissimi lini genus est, quod veteribus erat in deliciis. Luc. 16. Homo quidã erat diues, qui induebatur purpura, & bysso. *Byssus.* Quod nomen, vt & alia multa, Græci, & Latini ab Hebræis acceperunt. Vid.

25 *Et purpuræ, & Serici, & cocci.* † De purpura, & cocco, siue coccinis vestibus diximus. c. 17. n. 4. & 5. In Græco est, Coccini, sed nihil refert, cũ idem in vtroq; significetur, Sericũ autẽ est tenuissimæ *Vers. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lanæ genus, quod Seres Indiæ populi colligũt ex arboribus, de quo Virgilius.

2. Geor. *Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.* 27

Inde Sericę vestes diuersæ à Bombycinis nũc dictis, quę tamẽ apud veteres tã ti fiebant, vt libra serici libra auri venteret, vt autor est Flauius Vopiscus in vita Aureliani ad finem.

Vers. 12. Thyina ligna. *Et omne lignũ thyinũ.* Horũ lignorum meminit noster interpres. 3. Reg. 10. Attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gẽmas pretiosas. Fecitq; rex de lignis thyinis fulcra domus Dñi, & domus regiæ, & citharas, lyrasq; cãtoribꝰ. Nõ sunt allata huiuscemodi ligna thyina, neq; visa vsq; in præsentem diẽ. In Hebræo pro his est עֲצֵי אַלְמֻגִּים, Lxx verò semper vertũt, ξύλα τελευτά, id est, ligna dolura. Antonius Nebrissensis in tertia Quinquagena. c. 1. ligna Thina (ita enim scribit) odorata ligna esse dicit, vt cedrũ, cypressum, iunperũ, à verbo thinoo, quod est, odoremitto. Ita in eo legitur, sed mẽdose, cũ vir doctus tine dubio scripserit, thyna, & θυόν.

26 † Quod autem ipse affirmare videtur, omnia ligna odorata hoc nomine comprehẽdi, apparet minimẽ abhorrere à verbis Iohãnis; *Et omne lignũ thyinum,* si enim vnica esset arboris species, nequaquã diceret: *Omne lignũ thyinũ.* At verò nõ omnes arbores odoratas hoc nomine significari, sed certũ genus arboris, quã Græci vocãt θύον, vt ex Homero statim ostẽdemus, & θύϊον, vt nũc videmus apud Iohãnẽ, & apud Athenęũ lib. 5: Dipnosophistarũ, post medũ, & Thyã (vnde ligna thyna, & thyina dicta sunt) satis exijs, quæ nunc dicemus cõstabit. Nomẽ autẽ ab odore sumptũ est, vt paulò ante diximus ex Nebrissen si, & θύα numero multitudinis dicũtur odoramẽta, & aromata. De hac arbore Plinius lib. 13. c. 16. hæc tradidit: Nota etiã Homero fuit, θύον Græcè vocatur, (ita legendũ apud Plinium, nõ θεῖον, quod sulphur est) ab alijs thyia. Hãc igitur inter odores vsu tradit indelicijs Circes. Et mox: Theophrastus, qui primꝰ à magni Alexãdri ætate scribit quæ circa vrbis Romę quadringẽtesimũ quadragesimũ gesta sunt annũ, magnũ iã huic arbori honorẽ tribuit, memoratas ex ea reges tẽplorũ veterũ cõtignationes, quã dãq; immortalitatẽ materię in tectis cõtra vitia omnia incorruptę. † Radice nihil crispius, nec aliũde pretiosiora opera. Præcipuã autẽ esse eam arborẽ circa Ammonis delubrũ, nasci & in interiore Cyrenaicæ parte. Locus Theophrasti à Plinio citatus, & penè ad verbũ versus, est in quinto lib. de Historia plãtarũ c. 5. vbi etiã ait: Thynũ, quod Thyia ab alijs appellatur, nascitur apud Ammonis fanũ, atq; in Cyrenẽsi agro: forma cupresso similis, cũ ramis, tũ folijs, caudice, fructuq; , vel potiùs ceu cupressus siluestris. Et lib. 1. c. 15. eã enumerat inter arbores semper virẽtes. Locus Homeri est in lib. 5. Odyssææ.

Πῦρ μὲν ἔπειτ' ἐφόρησε μέγα καίετο, τηλόθι δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ἐρεύδετο.

Id est.

Ignis autem in foco magnus ardebat, procul autem odor.
Cedri bene fissilis & thyi per insulam redolebat.

Ex his videmus aliã arborẽ esse cedrũ, aliã Thyũ. At lapsus memoria est Plinius, nõ enim Circe hęc ligna vrebat, sed Calypso. Similis lapsus est in Arist. 2. Ethicorũ ad Nicomachũ, cap. vltimo, qui versum Homericũ referens inquit: Quẽadmodũ Calypso monebat, cũ nõ ea fuerit, nec Circe, vt putauit Eustratꝰ in Cõmentarijs, & vt habẽt nõnulli codices Latini, sed Vlysis verba sint, vt videmus in lib. 12. Odyss. Quã ergo pretiosa fuerint ligna thyna, siue thyina, ex verbis Theophrasti, Plinijq; intelligimus: simul etiã cõstat certũ genus arboris esse. At si certũ genus arboris est, quid sibivult Iohãnes, cũ ait: *Omne lignũ thyinũ?* Respõdeo minimẽ inde colligi cedrũ, & iunperũ & ceteras arbores odoratas ligna thyina dici, sed aliquas esse species thyæ, sicut variæ sunt species cedri, & aliarũ arborũ, Quãnis nõ absurdè etiã interpretari possumus, omne *lignũ thyinũ*, idest, Quidquid vbiq; nascebatur ligni thyini, Romã vehebat

Lapsus memoriæ in Plinio, & in Aristotele.

Et omnia vasa de lapide pretioso. In Græco est ἐκ ξύλου λιθοτόρου, i. ex ligno pretioso, siue pretiosissimo. Et ita legũt Andreas, Arethas, & Primasius, nõ De lapide pretioso. Ita etiã est in Græco codice Com- *Vers. 12.*

Complutensi, in Latino autem, De lapide pretioso.

Vers. 12. *Et æramento.* Καὶ χαλκοῦ, idest, & æris.

Vers. 13. *Et cinnamomum.* Quidã legunt Cinnamomi, vt Primasius: sed nihil refert, nã si legamus Cinnamomũ Accusatiuo casu, ita positũ est, vt omne lignũ thyinũ & omnia vasa eboris, &c. minimè hæc omnia Accusatiuo casu legũtur in Græco, atq; Ipsorum legendi arbitror. Si autẽ legas Cinnamomi, subaudiuntur Merces, vt ab sequẽtibus: Et odoramentorũ, & vnguẽti, &c. De cinnamomo, quod & Cinnami dicitur, multa Plinius lib. 12. cap. 19. Frutex est, vt eo in loco ait, duorum cubitorũ altitudinis amplissimꝰ, palmiq; minimꝰ, quatuor digitorũ crassitudinis, statim à terra sex digitis sine vllo fuso, agido similis, cunvirei non odoratus, folio origani, siccitate gaudens. Eadẽ fere Theophrastus lib. 9. de Historia plãtarum cap. 5. Multa etiam de eo Dioscorides. lib. 1. cap. 12. Et posseà idẽ Plinius: Pœna quondã fuere in libras denariũ mille, auctũ id parte dimidia est, incensis, vt ferunt, siluis ira barbarorũ. Coronas ex Cinnamomo interrasili auro inclusas primus omniũ in tẽplis Capitolij, atq; Pacis dicauit imperator Vespasianus Augustus. Radice eius magni ponderis vidimus in Palatij tẽplo, quod fecerat Diuo Augusto cõiux Augusta, aureæ paterę impositã, ex qua gutte ędi te annis omnibus in grana durabantur, donec delubrũ incendio consumptum est. Hæc Plinius, ex quibus intelligitur quãti factũ fuerit apud veteres cinnamomum. Hic additur in quibusdã exẽplaribus: Et amomũ, sed malè, cum neque in Græcis sit, neq; in emendatis Latinis, neq; apud antiquiores autores.

Cinnamomum.

Vers. 13. *Et odoramentorũ, & vnguenti.* † Odoramenta Græcè vocat Thymiamata, quæ videlicet ad odorem incenduntur. Vnguẽta verò liquida sunt, quorũ magnus vsus erat apud veteres, vt videmus etiã Luc. 7. & Iohannis. 12.

30

Vers. 13. *Et vini.* Exquisita genera vinorũ memorat, quæ Romam afferebantur.

Vers. 13. Simila. Similago. *Et similæ.* Quid sit simila, siue similago, cuius toties in Scriptura mentio fit, docet Antonius Nebrissensis in tertia Quinquagena, cap. 22. Negat esse florẽ purgatæ farinæ, vt omnes ferè volunt, hoc est, pollinẽ illam subtilissimã, quæ ex seraceorum cõcussione resoluitur, atq; eruolat: aut farinam per sericea cribra purgatissimam, nã panis ex simila factus ad alimentũ firmissimus est, factus verò expolline valde infirmus autore Celso lib. 2. Ita autẽ explanat quid sit. Granum triticũ molitum in tres partes resolumur: intimè illã tenuem, quã Furfures Medici, Plinius, & Columella Saliatum apellant, reliqui farinæ purgamenta: in nucleũ, hoc est in semẽ illud dulce, & glutinosum in medio sinu grani, quod est semen, vnde erumpit triticum: in corpus, quod defendendi seminis causa à natura positũ est, & cõsemi natur, moritur, vt est apud Iohannem. 12. † Hoc corpus friabile est, idest, in farinã resolubile, cũ illud, quod semen vocam⁹, lentore suo vix resolui possit. Cũ farina tritici, quæ ex his tribus conflat, cocutitur seraceo, excernitur purgatissima farina, quã pollinẽ dicimus, manente semine in seraceo cum saliato. Deude crebra concussione secernitur saliatum à semine, semenque omnino à saliato secretum vocatur Simila seu Similago. Hocille Sereni Carmine comprobat.

31

Additur excussus dulci similagine furfur:

& recentiorum Iudæorum autoritate, qui hoc significari affirmant Hebraica voce סֹלֶת, pro qua noster interpres semper similã vertit. Simila autem magni semper facta est. Vnde Martialis.

Nõ poteris similæ dotes numerare, neq; vsus *Lib. 13.*
Pistorcort toties cum sit & apta coco.

Et redarũ. Reda, quòd in Græco etiã est, nec Latinũ vocalũ est, neq; Græcũ, sed Gallicũ, vsurpatũ tamẽ à Cicerone, vt autor est Quintilianus lib. 1. c. 5. est autem currus leuiculi genus, quo nobiles, & diuites vrebantur ad eundum in villas, & ad similia. *Vers. 13. Reda.*

Et animarum hominum. † Cum dixerit Mancipiorum, supersiacaneum videri posset addere: *Et animarum hominum.* Verùm mancipia alia vendebantur vt seruirent, alia vt occiderentur, idest, vt pugnarẽt in Circo cum bestijs, aut mutuis vulneribus in spectaculis gladiatorum se conficerẽt. Cicero Epistolo. lib. 7. Epist. 1. de Iudis agens: Reliquæ sunt venationes binæ per dies 32 *Vers. 13.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quinq; magnificè, nemo negat: sed quę potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur? Hos igitur, vt significet, qui interficiebantur, ait: *Et animarum hominum*: Anima siquidem vitam significat, vt Act. 20: Nec enim facio animā meam pretiosiorē quā me:

Vers. 14. I. *Et poma desiderij animæ tuæ*. Verba sunt Apostoli ad Babylonem, aut angeli, qui loquebatur Apostolo, exprobrantis Babyloni gulositatem, quæ varia pomorum genera, fructusque delicatissimos vndique conquirebat ad voluptatem. *Poma*, inquit, quæ anima tua desiderabat, ideſt, quę tibi gratissima erant, iam non edes. Cęterùm vbi nos habemus, *Poma*, in Græco est, ὀπώρα, quam dictionem Arethas dicit communi consuetudine poni solere pro tempore, siue temporis opportunitate. Erit igitur alter sensus cum priore recipiendus: Recessit à te tempus tuum, siue opportunitas tua, nihil iam lętum habebis. † Sed prior sensus meliùs hæret cū

33 sequentibus, & aptior est, Græcis enim, ὀπώρα significat pomū, id est, omne corticis molliores fructū, vt autor est Constantinus lib. 10. γεωπονικῶν. Quæ autem duriori sunt cortice, Latinis Nuces dicuntur, Græcis καρύδια. opportunitatem autem, quam Græci εὐκαιρίαν vocant, hoc vocabulo significari, non autoritate eruditorū probari arbitror, sed vulgari consuetudine, vt ipse Arethas fatetur: apud doctos enim nō quod vis tēpus significat, sed autumnum, vnde poma, quoniā autumno proueniūt, idem nomen habuerunt.

Vers. 14. *Et omnia pinguia, & præclara*. Omne genus pinguium, & delicatorū ciborū, hos enim vocat λαμπρά, i. splēdida, & nobilia.

Vers. 14. *Non inuenient*. Tui videlicet emptores, aut non amplius inuenientur in te.

Vers. 15. *Mercatores horum*. οἱ ἔμποροι, Quos paulò ante vocauit negotiatores.

Vers. 17. *Quoniā vna hora destituta sunt tantæ diuitiæ*. Ideſt, breuissimo tēpore, & quasi puncto temporis, desolatæ sunt tantæ diuitiæ huius vrbis, ἠρημώθη ὅσος τοῦτο πλοῦτος, desolatæ sunt, in solitudinē versæ sunt, & perierunt, vt interpretatur Arethas. Primasius legit: Quoniā vna hora exterminatæ sunt tantæ diuitiæ. Duo igitur significat Græcū verbū, & tantas diuitias desolatas esse, atque perisse, & desertas esse, ac destitutas, ideſt suis possessoribus orbatas, quod magis secutus videtur Interpres, quoniam ex illis multa relicta sunt deserta, multa à victoribus abducta.

34 *Et omnis, qui in lacū nauigat*. † Καὶ πᾶς ὁ ἐπὶ πλοίου πλέων. quod adverbū sonat: Et omnis in nauigijs turba, ideſt, turba eorum, qui in nauigijs versantur. *Vers. 17.* [Quamuis & alij codices habent ὁ ἐπὶ πλέων πλοῖον, Ideſt: Et omnis, qui in nauigijs nauigat.] Quæ, si per se inspiciantur, ad eos etiam referri possunt, qui in mari nauigāt. Vnde Primasius legit: Et omnis, qui per mare nauigat. Tyconius autē Hom. 16: Et omnis, qui nauibus nauigat. Et paulò post Naues vertit interpres: Qui habebant naues in mari. At nūc iure vertit: Et omnis, qui in lacū nauigat, quoniā πλοῖον magis parua nauigia significat, qualia in lacubus versantur, quā naues. Deinde quoniam statum meminit eorum, qui nauigāt in mari, cum ait: Et nautæ, & qui in mari operātur. Rectè autē meminit lacuum, quorū nōnullos habet Italia, & ex ijs hodieq; Romā magna piscium vis conuehitur. Hæc omnia, & præcedētia pleriq; mysticè interpretantur, quasi fieri nō possint vt sonāt. Quorū nos expositiones nec secuti sumus, quoniā Historicæ nō sunt, neq; refellimus, quoniā exponere verba Apostoli volumus, nō alios reprehendere, dum id licet. Verūm vbi quid piā nobis obijciūt, quod probabile videatur, filendū nō est. † Beda igitur expositionē nostrā ita improbare nititur.

35 Nūquid omnes mare nauigātes adesse potuerūt, vt videāt incendiū ciuitatis? Sed mirū est hoc eū argumēto moueri, cū sint verba ipsa manifesta, sitq; in promptu respōsio, nō de omnibus nauiganti bus loqui Iohānē, sed de omnibus, qui tūc in vrbē veniēt, cū illa euertetur, & merces suas afferent, qui plurimi erūt, vt ex dictis in hoc cap. intelligitur.

Et nautæ. Nautæ propriè dicuntur *Vers. 17.* omnes, qui nauē regunt, & ducunt, & gubernatori in hoc opere ministrant.

Et qui in mari operantur. Pulchra peri- *Vers. 17.* phrasi nautas per mare nauigātes significauit, illi enim maximè operantur, & plurimū laborant, præsertim cū ventus secundus non est. Ita Psal. 106: Qui descendūt mare in nauibus facientes operationē in aquis multis. Itaque nautas priùs vocauit omnes, qui vel naues, vel alia nauigiorū genera curant, nunc autem de ijs propriè loquitur; qui naues regunt per mare. Quāuis & ad omnes, qui nauigant pertinere hoc potest: *Et qui in mari operantur*.

Vers. 18. *Quæ similis ciuitati huic magnæ?* Id est. Cui vrbi vnquam contigit, quod huic magnæ vrbi nunc contigisse cernimus?

Vers. 19. Mittere puluerem sup. caput. *Et miserunt puluerem super capita sua*. † Quod est multūm lugētium, vt Iob. 2: Et exclamantes plorauerūt, scissisq; vestibus sparserunt puluere super caput suum in cœlum. Iosue. 7: Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terrā coram arca Domini vsq; ad vesperā, tam ipse, quā senes Israel, miseruntq; puluerē super capita sua. 1. Reg. 4. Currēs autē vir de Beniamin ex acie venit in Silo in die illa scissa veste, & conspersus puluere caput.

Vers. 19. *Flentes, & lugentes*. Auger hæc geminatio, ac si diceret, vehementer lugentes.

Vers. 19. *In qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari*: Arethas hic ita contra expositionem nostram argumentatur: Hinc certissimum est, quod nō de vna ciuitate sit sermo, sed vniuersō hoc corruptibili orbe licet accipere. Nec enim Babylō, neq; Roma, nec alia ciuitas ex nauū protectione solū diteſcit, &c. Verūm ipse perperā verba hæc intellexit, nec enim vrbe diuitem factam esse dicit ex nauibus, sed eos, qui habebant naues, diuites factos esse mercibus Romam importandis. Nec de omnibus omnium marū nautis loquitur, vt aduersus Bedam paulo ante dicebamus, sed de illis, qui Romam cum mercibus naugabant, est enim Roma proxima mari, immo & per Tiberim plura nauigia merces eam inuehunt.

Vers. 20. *Exulta super eam cœlum*. † Ita legendū 37 est, vt est in Græco, & apud Andreā, & Arethan, & Bedā, non, Exultate. Cœlū exultare iubet propter Romæ ruinam, quoniam multa in ea flagitia perpetrata sunt contra Deum, & plurima Idola adorata sunt. Apostolos iubet exultare, quoniam duo principes Apostolorū Petrus, & Paulus Romæ occisi sunt, & Iohannes ipse in dolium feruentis olei missus fuerat. Cęteri autem Apostoli, & prophetæ multi nouitestamenti, & sanctī iussu Romanorum imperatorū, & præsidum prouinciarū perierūt, multi etiā Romæ interfecti sunt. [Nam hęc de præteritis rēporibus intelligi ostendimus cap. 14. n. 45. & 46. Sed quod de prophetis dicit, etiam ad postrema pertinet.] Nihil nos ergo mouere debet Arethas, qui hic etiam ait: Etiā ex hoc confirmantur, quod de mundo sit oraculum, & non de vna ciuitate.

Vers. 20. Facere iudicium alicuius de alio. *Quoniā iudicauit Deus iudicium vestrū de illa*. Iudicare iudiciū alicuius est peruerū iudicium reddere alicui quod ei debebatur, aut quod per iniustum iudiciū ei ablatum fuerat. Cū autē additur de quo iudicetur illud iudiciū, significatur vltio de illo sumpta, quòd iniuria alterū affecerit. Psal. 9: Quoniā fecisti iudiciū meū, & causam meā, sedisti super thronū, qui iudicas iustitia. Mich. 7: Donec causam meā iudicet, & faciat iudicium meum. † Ex quo videmus quid sit illud Psal. 16: De vultu tuo iudiciū meū prodeat, est enim ac si diceret. Iudica iudiciū meū, atq; ideo sequitur: Oculi tui videāt æquitates. Psal. 118: Iudica iudiciū meū, & redime me. Hinc etiam intelligitur illud Sap. 12: Cū ergo das nobis disciplinā, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitate tuā cogitemus iudicantes, & cū de nobis iudicatur, (id est, cum nos plectis) speremus misericordiā. Est ergo ac si diceret Iohannes: Vltus est vos Deus, damnauit Babylonē propter iniurias, quas vobis intulit.

Vers. 21. *Et sustulit vnus angelus fortis*. Fortis appellatur, quia mittens illū lapidē figura est Dei omnipotētis, qui magnā fortitudine, & potentia consumpturus est Babylonem.

Hoc impetu mittetur Babylon. Vt fortitudinē in supplicio sumēdo indicaret, magnū lapidē in mare mitti oportuit, sed aliquid præterea significat magnitudo lapidis, omnino disperdēdā esse hāc Babylonē, & solo æquandā, ita vt nulla ei⁹ supsint vestigia, & cū magno strepitu, & cū admiratione omniū esse disper-

Universidad de Deusto
Biblioteca

39 dendē. †Nam lapis molaris magnus est, & grauis, & quò grauior lapis est, eò maiori impetu, & maiori strepitu cadit, & profundiùs mergitur, ac minùs appareat. Sed quò mittenda est Babylon? In infernum, quasi in mare profundum, intelligit autem ciues Babylonis. In Græco est. ὥτως ὁρμήματι βληθήσεται, sic impetu mittetur, &c. sed idē sensus est. Huius rei figura est in eo, quod scriptū est Ieremiæ. 51: Cumque compleueris legere librum illum, ligabis eum ad lapidem, & proijcies illum in medium Euphratem & dices: Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis, quam ego adduco super eam, & dissoluetur.

Vers. 22. *Et vox Citharœdorum, & Musicorum.* Omnia illa, quibus oblectari solebas ò Babylon, penitus peribunt te pereunte. Ita solent loqui prophetæ de vrbibus, quæ subuertuntur, vt Iere. 25: Perdamque ex ijs vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ. Hæc eadem Iohannes commemorat, sed pro voce gaudij, & voce lætitiæ substituit vocem Citharœdorum, & Musicorum, &c. Musicos vocat cantores, nam statim commemorat tibicines, & tubicines.

Vers. 22. Tibiæ vsus & tubæ. *Et tibia canentiū, & tuba.* †Tibiam ad ludicra, & ad lætitiam adhiberi solitam apud veteres nemo ignorat: sed tuba
40 non ad læta vtebantur, sed ad bella. Atque ita facilè, & apertè dicere possum*. Non audietur in te vox tibia canentiū, vt in ludieris, & in choreis solebat. Nec audietur in te vox tubæ, qua milites tuos in prælium educas, nullos enim habebis. Nam apud Græcos non sunt ita hæc colligata: *Tibia canentium, & tuba*, vt in Latino, quasi ad rem eamdem
42 pertineāt. Sed dissociata, Καὶ μουσικῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ σαλπιστῶν, id est, & Musicorum, & tibicinum, & tubicinum. Quamuis & tibiam in prœlia allatam esse à Lacedæmonijs, & Cretensibus probat A. Gellius, lib. 1. Noctium Atticarum cap. 11. Sed id à Romanis factum minimè legimus, an verò posteà faciendum sit, incertum est. Altera est horū verborum expositio valde germana. Non audietur in te vox tibicinum, & tubicinum ad mortuos cum pompa, & honore sepeliendos, tam enim nulli erunt, qui moriātur, semel omnes mortui sunt. Etenim veteres (vt eruditè adnotauit Antonius Nebrissensis in tertia Quinquagena. cap. 46.) ad pueros sepeliendos tibia vtebantur, ad viros, tuba, vnde illud Persij.

Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto. *Saty. 3.*

Compositus lecto. &c.

41 †Et Virgilius in funere eorū, qui in bello ceciderant: *11. Æneid.*

Spargitur & Tellus lacrymis, sparguntur & arma.

Ic cælo clamorque virum, clangorque tubarum.

Et Gellius lib. 20. cap. 2. cum verba hęc ex oratione M. Catonis retulisset: Siticines, & liticines, & tubicines, posteà infert. Nos autem in Capitonis Attei Coniectaneis inuenimus Siticines appellatos, qui apud Sitos canere soliti essent, hoc est vita functos, & sepultos: eoque habuisse proprium genus tubæ, quæ canerent, à ceterorum tubicinum proprietate differēs, quos ficinistas vulgus dicit. Qui rectiùs locuti sunt, ficinistas litera. N. geminata dixerunt: Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant quæ nunc stantes canunt. De tibia verò Statius scribit:

Siticines. *Siti.* *Siciniste.* *Sicinnium.*

Tibia, cui teneros suetum deducere manes. *Lib. 6. Thebaidos.*

Inde Matth. 9. in funere puellæ scriptū est: Cum vidisset tibicines, & turbam tumultuantem. *Vers. 22.*

Et omnis artifex. Cum tot priùs fuerint in te omnis generis artifices, iam nullus inuenietur, nec enim erit cui laborent.

Et vox molæ non audietur in te. † Nemo enim erit, cui triticum molatur. *Vers. 22.*

Et lux lucernæ non lucebit in te. Lucernis multis, & magnis, & pulchris vrebātur in conuiuijs, ad quas maximè nunc respicere videtur, ac si dicat: Non agitabis læta conuiuia. *Vers. 23.*

Et vox sponsi, & sponsæ non audietur. Nullæ in te nuptiæ fient, vt ante, erat enim magnus sumptus, & apparatus nuptiarum magna in eis conuiuia, & hilaritas effusior. *Vers. 23.*

Quia

Vers. 23. *Quia mercatores tui erāt principes terræ.* Videtur hoc expositioni nostræ aduersari, qua ἔμποροι, i. negotiatores, siue mercatores in hoc ipso capite propriè accipimus, eosque esse diximus, qui Romam merces suas lucri causa importabant. Nec enim cum hoc rectè cohæret quod nunc principes mercatores eius esse dicit. At minimè aduersari ex vero horum verborum sensu intelligemus, qui est huiusmodi. Tanta fuit dignitas, & præstantia imperij tui, vt non solùm vulgares homines mercatores tui essent, sed ipsi etiam principes terræ. ☞ Quod & de præteritorum temporum principibus, & maximè de illis qui in extremis erunt, dictum est, vt ea quæ sequuntur, vt ostendimus cap. 14. n. 45. & 46. ☜ † Principes autem terræ vocat
43 mercatores, quoniam pretiosissima quæque ex ijs, quæ in terris suis habebant, Romam deferebant, ceu mercatores, adest spe quæstus, & vt sibi animos Romanorum conciliarent, atque ita principatum suum retinerent, aut, quem non habebant, compararent, & à suis honorarentur, & ditiores essent. Lege cap. 8. lib. 1. Machabæorum, & alia in illis libris duobus, ex quibus hoc, quod dicimus, ex parte intelligi potest. Sed cur quasi causa supplicij Romæ ponitur, mercatores eius fuisse principes terræ? Primum, vt tyrannis eius ostendatur, quæ quibus volebat, regnum, & principatum deferebat, etiam si alieni, aut indigni, modò amici sui essent. Secundò propter id, quod continuò sequitur, & nunc explicauimus.

Vers. 23. *Quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes.* Quia principes, & reges tuis blāditijs ad idololatriā adduxisti, atque ita & olim, & nunc omnes gentes in errorem induxisti, quod facile fuit, regibus earum errantibus: sicut Ieroboham induxit in errorem Israël. Lege Hoseæ cap. septimum. Veneficia vocat promissa eius, & præmia, atque honores, quibus quasi veneficijs quibusdam, mentem hominibus eripiebat, & ad idolorum cultum, atque ad omnia scelera alliciebat. Hinc videmus quomodò vna ciuitas mater esse potuerit fornicationum terræ, vt latiùs explicauimus cap. 17. num. 5. & 6.

Et in ea sanguis prophetarum. [De pro- *Vers. 24.*
phetis nouī testamenti loquitur, qui multi in omnibus Ecclesijs fuerunt, sicut prædictum erat à Ioele cap. 2: Et erit post hæc effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri
44 visiones videbunt, &c.] †Repente autem mutat personam more prophetico, quem adnotauimus cap. 2. num. 34. & à secunda transit ad tertiam. Cum quę dicit sanguinem prophetarum, & sanctorum inuentum esse in ea, elegās Metaphora est ab his, qui post homicidium manus, & vestes habent sanguine intinctas, quale est illud Isaiæ. 63: Et conculcauī eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. Iere. 2: Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum.

Et omnium, qui interfecti sunt in terra. *Vers. 24.*
His verbis conuinci putat Beda non agere Apostolum de vna ciuitate. Nūquid (inquit) eadem ciuitas occidit Apostolos, quę & prophetas, & omnes sanctos? Nos autem, vt & alia omnia, ita & hæc de vna ciuitate dici affirmamus, idest, de Roma: non enim dicit omnes sanctos interfectos esse in ea, sed inuentum esse in ea sanguinem omnium Sanctorum, qui interfecti sunt in terra, idest, ipsi imputari vt autori. Cum enim quo tempore hæc Iohannes scribebat, Roma vniuerso orbi imperaret, & post multos annos deinde imperium tenuerit: per præfides, quos prouincijs præfecerat, omnia gerebantur, & ipsis iubentibus martyres, & sancti vbique occidebantur adeo vt Iudæi Pilato dixerint. Ioh. 18: Nobis non licet interficere quemquam. Quare exquo persecutio cœpit in Christianos, omnes ferè martyres per Romanos in vniuerso orbe interfecti sunt. Et quamuis per alios quoque quidam fuerint occisi, pauci tamen sunt, aut potiùs nulli, comparatione reliquorum, quos Romani occiderunt, quod satis est, vt verè, & propriè dicatur: Et omnium, qui interfecti sunt in terra, sed multi etiam posteà per Romanos, eodem modo interficientur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumentum Capitis. XIX.

Cœlites gratias Deo agunt quòd pœnas de meretrice sumpserit, & quòd dies nuptiarum Agni, retributionisque sanctorum aduentet. Angelum hæc nuntiantem Iohannes adorare vult, sed idem angelus prohibet. Posteà videt Christum cum exercitu angelorum venientem vt laborantes sanctos tueatur, eorumque persecutores capitali supplicio afficiat. Antichristus, & eius præcursor viui à terra absorbentur, & reges, atque eorum exercitus occiduntur.

Caput. XIX.

1 POst hæc audiui quasi vocẽ turbarum multarum in cœlo dicentium: Alleluia. Laus, & gloria, & virtus Deo
2 nostro est: quia vera, & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua; & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus
3 eius. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus eius ascendit in sæcula sæculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia,
4 & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen, Alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens,
5 Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius: & qui timetis eum pusilli, &
6 magni. Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicẽtium, Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus
7 noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius
8 præparauit se. Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti, & cãdido. Byssinum enim iustificationes
9 sunt sanctorum. Et dixit mihi: Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati sunt. Et dixit mihi: Hæc verba Dei vera sunt. Et cecidi ante pe-
10 des eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu, Deum adora. Testimonium enim Iesu est spiritus prophe-
11 tiæ. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat super eũ vocabatur Fidelis, & Verax, & cum
12 iustitia iudicat, & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi
13 ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomẽ eius, Verbum Dei. Et exercitus qui sunt in
14 cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo. Et de
15 ore eius procedit gladius acutus, vt in ipso percutiat Gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea, & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omni-
16 potentis. Et habet in vestimẽto, & in femore suo scriptum, Rex regũ,
17 & Dominus dominantium. Et vidi

di vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus quæ volabat per medium cœli, Venite, & congregamini ad cœ-
18 nam magnam Dei, vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorũ, & carnes fortium, & carnes equorũ, & sedentiũ in ipsis, & carnes omnũ liberorum, & seruorum, & pusillorũ,
19 & magnorũ. Et vidi bestiam, & reges terræ, et exercitus eorum congregatos ad faciendum prœlium cum illo qui sedebat in equo, et cum exercitu
20 eius. Et apprehẽsa est bestia, et cum ea Pseudopropheta qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, et qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis
21 et sulphure. Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, et omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

Vers. 1. 1 POST hæc audiui quasi vocẽ turbarum multarum. Quidam pro *Turbarum*, legunt Tubarum, vt Ambrosius, & ita est in libro Bedæ, sed corruptè, ὄχλων πολλῶν, idest, Turbæ multæ. Meritò autem dicit: *Quasi turbarum multarum*, Aut *turbæ multæ*, quoniam multorum futura est hæc vox, idest, omnium angelorum, & sanctorum, qui tunc erunt in cœlo, & simul cum angelis laudabunt Dominum, quòd supplicium de Babylone sumpserit, sicut dixit cap. 18: Exulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa.

Vers. 1. Alleluia. *Alleluia.* Non vna dictio est, sed duæ atque ideirco cum distinctione quadã inter duas partes melius scribitur hoc modo. Allelu-Ia, & ita proferẽdum est vt accentum habeat in vltima. Significatio nota est. Laudate Dominum, nam הללו sonat Laudate, & Ia vnũ est ex decem Dei nominibus, quæ Hieronymus enumerat, & interpretatur in Epistola. 136. ad Marcellam, sæpissimeque in psalmis repetitur. † De quo sic ait: Octauum יה, quod in Deo tantùm ponitur, & in Alleluia extrema quoq; syllaba sonat. Et in epistola sequenti ad eamdem, hæc scribit. Igitur Alleluia exprimitur, Laudate Dominum. יה quippe apud Hebræos vnum de decem Dei nominibus est. Et illo Psalmo vbi legimus: Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus, apud Hebræos legitur, Alleluia, &c. Multa sunt huiusmodi in Psalmis, nonnulli enim habent pro titulo Allelu-Ia, aut simplex, vt 104. & 106. 110. & octo sequentes, aut geminatum vt 105. atque his omnibus Diuinæ laudes potissimùm continentur, & ad eas nos Psalmi ipsi exhortantur, vt ex eorum quoque initijs intelligi potest, multi enim incipiunt: Confitemini Domino. Et Psalmus 146. quem Hieronymus citauit, & Psalmus vltimus, vbi nos habemus: Laudate Dominum, habent Allelu-Ia. Et Psalmus 116. vbi habemus: Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, & Psal. 148: Laudate Dominum de cœlis laudate eum in excelsis, & quæ sequuntur, pro Laudate legitur הללוי, & multis alijs in locis. † Quid hoc nomen Ia, significet, aut vnde deriuetur, Hieronymus non exposuit, multi à verbo היה deducũt, quod Esse significat, quòd ex Deo omnia habeant, vt sint. Cur autẽ Apostolus Hebraicis verbis ad Græcos scribens præter morem suum vsus sit, potest ex verbis Hieronymi cognosci, qui in Epistola 137. quam indicauimus, cum quæsijsset Marcella, cur quædam Hebraica sine interpretatione posita sint, ita respondet: Ad quod nos quia dictandi angustia coartamur, breuiter respõdemus, siue Lxx. interpretes, siue Apostolos, id curasse, vt quoniam prima Ecclesia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium scandalum innouarent, sed ita vt à paruo imbiberãt, traderent: postea verò quam in vniuer

Ia vnum ex nominibus Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sas gentes Euangelij dilatatus est sermo nó potuisse semel susceptu mutari, &c. Quoniam ergo vsitatissimum erat inter Iudæos, & inter primos credentes Allelu-Ia, & nemo quid valeret ignorabat, facilè inter Græcos quoque retentum est. [Adde quod hoc verbū apud Hebræos propriè significat vocem tollere cum lætitia, vt in rebus lætis, & prosperis fieri solet, ideoque Allelu-Ia acclamationem, & lętam exhortationem habet, quæ minimè intelligitur si dicas, Laudate Deum: quare consultò Hebraica vox retenta est.]

Verſ.1. *Laus, & gloria, & virtus Deo noſtro.* 4 †Quamuis nonnulli codices Latini, & Græci habeāt: Salus, & virtus, & gloria Dei nostri, parumque referat ita ne legatur, an vt priùs scripsimus, tamen omnino legendū arbitror, vt dixi: Laus, & gloria, & virtus Deo nostro, nec addendum esse Est, est enim vox optantium vt Deus laudetur propter suppliciū, quod de Babylone sumpsit, cuius rei causa priùs dixerūt, Allelu-Ia. Hoc etiam indicat Primasius, qui legit: Salus, & claritas Deo nostro. In Complutensi Græco, & Latino legitur: Salus, & virtus, & gloria Dei nostri, & subauditur Sit, sed vsitatius est, quod dixi: priùs, vt 1. Tim. 1: Regi autem sæculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor, & gloria, lit Apoc. 5: Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Et cap. 7: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen. In quorum locorum explanatione hæc tria vocabula, quæ nunc occurrunt, interpretati sumus. Et sensus est: Deus noster laudetur, & glorificetur ab omnibus, ille potens sit, & omnibus imperet, omnes ei pareant. [Andreas, & Arethas habent: Salus, & gloria, & honor, & virtus Domino Deo nostro. Noster interpres ita legit vt vertit, & vt tunc habebant codices emendatiores.]

Verſ.2. *Quia vera, & iuſta iudicia ſunt eius.* †Iustissimam sententiam tulit de meretrice, & veram, non ex falsa suspicione ortam. Quæ autem continuò sequuntur, cap. 17. & 18. sæpè explicata sunt.

Et iterum dixerunt, Allelu-Ia. Idem, quod dixerant, confirmantes, ad maiorem enim asseuerationem dictorum repetunt Allelu-Ia. *Verſ.3.*

Et fumus eius aſcendit in ſæcula ſæculorum. Præsentis temporis est Ascendit, ἀναβαίνει, quasi dicat: Semper ascendet, hoc est, semper nota erunt beatis eius supplicia, & semper canent Allelu-Ia lætantes quòd Deus de ea iudicauerit. Eadem verba sunt cap. 14. quæ interpretati sumus. num. 69. *Verſ.3.*

Et ceciderunt ſeniores. Inter gratias agētes potissimùm numerantur quatuor animalia, & viginti quatuor seniores, de quibus multa diximus cap. 4. quoniā sicut præter ceteros Deum amant, ita gaudent vehementiùs de vltione iustitiæ Dei. Est & altera ratio, quòd Euangelistæ doctrinam vitæ Euangelicæ, & normam rectè, perfectèque viuēdi scripserunt, eamdemque viginti quatuor seniores suo exemplo docuerūt, & cō firmarunt; quare meritò Deum laudāt in eorum supplicijs, qui ab illa vita abhorruerunt, & à quibus multi ipsorum, aut omnes potiùs, vel mortē, vel persecutiones multas pro ea tradenda, atq; confirmanda passi sunt. *Verſ.4.*

Sedentem ſuper thronum. †Et inde iustè omnia iudicantem. *Verſ.4.*

Amen. Hac voce confirmant Dei iudicia, & vera, iustaque esse confitentur, de qua diximus cap. 1. nu. 59. & 60. *Verſ.4.*

Et vox de throno exiuit. Quoniam omnes cœlites magna animorū contentione Deum laudarunt, ne forte qui erant in terra contristarentur, aut miseratione tantarum calamitatum, aut metu consummationis sæculi, vox exit de throno, id est, à Deo, quæ iubet omnes seruos eius laudare Dominum, & exultare. Sed à Deo exit per Seraphim, vt ait Arethas, aut per Cherubim, & Seraphim, vt Andreas existimat, qui throno coniunctiores sunt, sicut legimus Isai. 6: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabāt super illud. *Verſ.5.*

Laudem dicite Deo noſtro. Ne dicatis miserias, aut quæstus, sed laudes Deo nostro. *Verſ.5.*

Omnes

Verſ.5. *Omnes ſerui eius.* Alij lugeant, vos qui serui eius estis, respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Verſ.5. *Et qui timetis eum.* †Qui eum reuerēter colitis, & adoratis, gaudete puniri 7 eos, qui maestarem illius spreuerunt.

Verſ.5. *Puſilli, & magni.* Pusillos intelligit pauperes, & abiectos, magnos verò diuites, & potentes, vt sit sensus: *Pusilli* gaudete quia citò efficiemini magni: & vos magni, quamuis videatis diuitias & potentiam vestram finiri in terra, ne doleatis, multò enim maiora vos manent in cœlo.

Verſ.6. *Et audiui quaſi vocem turbæ magnæ.* Malè Ambrosius, & Beda, & Haymo, & quidam alij legunt, Tubæ pro *Turbæ* cum sit in Græco, ὄχλου πολλοῦ. Exprimit gaudiū maximum angelorum, & sanctorum omnium de consummatione mundi, & de perfecta glorificatione sanctorum. Sed maxima describitur hæc vox adhibitis rerum valde sonantium similitudinibus, vt intelligamus & illam esse plurimorum, idest, omniū cœlitum, & maximæ cuiusdam, atque ineffabilis lætitiæ testem esse. Beda: Magna vox canentium, magna cordis est deuotio, quæ multiplici repetitu laudis & ruinam impiorum, & gloriam Domini, suorumque concelebrat æternam.

Verſ.6. *Et ſicut vocem aquarum multarum.* 8 †Idest. Quasi magni exercitus, de quo diximus cap. 1. num. 101. & 104.

Verſ.6. *Et ſicut vocem tonitruorum magnorum.* Voci tonitrui comparatur, quoniam maxima est, & cœlestis, & quoniā hæc vox impijs cum auditur, terribilis est, vt supra exposuimus cap. 14. nu. 7.

Verſ.6. *Quoniam regnauit.* Iam finitum est regnum peccati, & in posterum solus Deus noster regnabit. [Hoc autem dicit quoniam occiso Antichristo regnū Diaboli erat iam magna ex parte debilitatum, atque cōfractum, & breui erat penitus extinguendum.]

Omnipotens. Cuius est potentia, vt omnia faciat, quæ velit, & cui soli regnum debetur.

Verſ.7. *Quia venerunt nuptiæ Agni.* Vxor futura, dum domi suæ manet, sponsa dicitur: Cum nuptiæ fiunt, & ad sponsi ædes ducitur, iam vxor vocatur. Ita Ecclesia, dum domi suæ expectat sponsi sui aduentum, idest, dum in terra manet vsq; ad diem iudicij, vocatur sponsa, sicut aut amicus sponsi: Qui habet sponsam sponsus est, Iohan. 3. cum autem in die iudicij ducetur ad domum sponsi, idest, cum Christo ascendet in cœlum, vxor appellabitur. Hæ sunt nuptiæ, de quibus Matth. 22. scriptum est: Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, idest, qui celebrare nuptias filij sui volens misit, vt vocarentur inuitati. Et quoniam iam nuptiæ instabant, (paruus enim tunc deerit consummationi sæculi, & expletioni numeri electorum) Iohannes ait: Quia venerunt nuptiæ Agni.

Et vxor eius præparauit ſe. †Videlicet 9 omni ornamento virtutum, & omni genere meritorum bonorum. Hoc est, iam venit ad illum cumulum sanctitatis, ad quem electa erat. Perstat in eadē Metaphora: nuptæ enim diligenter se ornant in domum viri ducendæ. *Verſ.7.*

Et datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino. Quoniam obscurum videbatur quòd dixerat: Et vxor eius præparauit se, nūc id explicat. Proditura Ecclesia ad viri sui amplexus ornat se, vt solent nuptæ, & amictu pulcherrimo se se operit, hoc est iustificationibus sanctorum, bonis meritis mēbrorū suorū. Et quoniam bona opera iustorum dona Dei sunt, ait: *Et datum est illi, &c.* Hac autem veste operiri cœpit ex quo electa eius mēbra operari cœperunt, sed cum ea finiuntur, tunc verè cooperit se, quia iā tota illa veste regitur. Præterea ita loqui videtur Apostolus, quasi tunc, cum exitura est, se cooperiat, quia tunc tota prodit in viri, angelorumque conspectum, tunc eximia eius pulchritudo cognoscitur, tunc integrum meritorū 10 suorū præmium accipit. †Intelligit autem iustificationes, idest, opera iusta, & sanctè facta, quibus homines magis iustificantur, in *byssino*, scilicet amictu, quoniam byssus tenuissimi, & candidissimi lini genus est, & maioris perspicuitatis causa additur *Splendenti, & cādido*, vt significetur innocentia, & puritas ab omni labe libera, quam tunc habitura est Ecclesia, & quam pœnitentiæ, & *Verſ.8.*

reli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reliquarum virtutum operibus compa rauit, siquidem linum, cum natura candidum non sit, tunsione, & maceratione assidua mundum, & candidum redditur. Vbi nos legimus: *Splendēti*, in Greco est: Mundo, καθαρῷ, quod idem est, cum enim valde mundum est, tunc magis splendet, & lucet.

Vers. 9. *Et dixit mihi.* Angelus, qui mihi loquebatur, vt constat ex sequentibus.

Vers. 9. *Scribe.* Hoc non solùm dici, sed scribi etiam vult, vt semper in animis omniū infixum seruetur, atque hac spe omnes, sed ij præsertim, qui extremo tēpore erunt, ad labores, & ad pericula quæuis subeunda confirmentur.

Vers. 9. *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Beati*, quasi dicat. Etsi multa aspera perferant, beati, & si eos impij persequantur beati, etsi multùm prius lugeant, beati tamen appellandi sunt. Non agit de communi vocatione, multi enim sunt vocati, pauci verò electi, sed de vocatione illa, quæ propria est electorum, de qua Paulus Ro. 8: Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit.

11 †Notādum autem quod ait, *Ad cœnam.* Beda: Non ad prandium, sed ad cœnam vocatos narrat, quia nimirū in fine diei conuiuium, cœna est. Qui ergo finito præsentis vitæ tempore ad refectionē supernæ contemplationis veniunt, profectò ad cœnam Agni vocantur, &c. Quæ ad verbum desumpsit ex Gregorio, Hom. 24. in Euang. vbi hæc refert, & ita, vt nos, interpretatur. De hac cœna dictum est Luc. 14: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.

Prandia, & cœnæ apud veteres.

Siquis verò fortè obijciat Gregorio, & Bedæ, apud veteres non fuisse prandia, sed cœnas, quod nonnulli existimarunt, ideoque frustra eos obseruare nō esse dictum, Ad prādium, sed *Ad cœnā*: huic, vt errorem agnoscat suum, satis erit in memoriam reuocare, quod est in eodem. 14. capite Lucæ: Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, &c. Illud potiùs obijciendū, quod Matth. 22. vbi de eisdem nuptijs agitur, non cœna dicitur, sed prādium.

At Iohannes, & Matthæus de eisdem nuptijs loquuntur.

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Et iterū misit alios seruos dicens: Dicite, inuitatis: Ecce prandium meum paraui. Præterea cœna hæc in hoc sæculo fieri videtur, ait enim: Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominē
12 non vestitum veste nuptiali, &c. † Respondeo facilè hæc solui posse si dicere mus nuptias non ita intelligi, vt hactenus exposuimus, sed copulationem esse Christi, & Ecclesiæ, quæ in hac vita fit hominibus ad Euangelium venientibus, vt Hieronymus, & multi alij interpretantur, & in his Iansenius in Concordia Euangelica cap. 115. Sed re vera de eisdem nuptijs loquitur, ac Iohannes, vt docent Hilarius Canone. 22. & Euthymius. Est tamen hoc diligenter memoriæ mandandum, Scripturam solere res magnas multis nominibus appellare, vt per ea multæ earumdem rerum proprietates, quoad eius fieri potest, explicentur. Ita Deus, Christus, beatitudo, Diabolus, Pœna damnatorū variam nomina habent. Sed interdum nomina affert in eamdem rem conuenientia, quæ secum pugnare videantur. Quemadmodū Christus Apoc. 5. leo, & Agnus vocatur: Ecce vicit leo de tribu Iudaradix Dauid aperire librum: Et paulò post. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem. Leo propter fortitudinem, Agnus, propterea quod
13 pro nobis immolatus est. † Et sapientia increata dicitur genita, siue concepta, Prou. 8: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Eadem dicitur creata Eccle. 24: Ab initio & ante secula creata sum. Genita, vt ostendatur nata ex patris substātia; creata, vt sine mutatione, & sine labore patris nata intelligatur, quemadmodum interpretatus est S. Hilarius in lib. de Synodis, & eū secutus S. Thomas libr. 4. Contra Gentes cap. 8. Ita sanctorum felicitas & cœna dicitur, & prandium. Cœna, quia finis diei est, & laborum: prandium, ne putemus finiri posse eius voluptatem, sed post eam, quam initio perceperunt beati, aut quam nunc percipiunt, semper aliam, atque aliam manere, id est, viam illam, & eamdem esse perpetuā, sicut post prandium restat alterum cōuiuium, hoc est cœna, nec terminatur in eo

Scriptura res magnas multis nominibus appellat.

in eo gaudium, sicut in cœna terminari videbatur. Acsi diceret: Conuiuium conuiuio succedet. Similiter de re eadem locutus est Isaias cap. vltimo: Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex Sabbato, id est, festus dies festo succedet, nō terminabūtur illius vitę gaudia vllum, & perpetuum gaudium erit. Loquitur enim Scriptura more hominū, quibus gaudium vllum perpetuum nō est, sed præclarè secum agi putant, si assiduè gaudio gaudium succedat. Quod autem ait Matthæus: Intrauit autē rex vt videret discumbentes, non Epulantes dixit, sed Discumbentes, ante enim discumbitur, quam prandeatur. Ergo qui nunc in Ecclesia sunt, discumbunt, quia comparant se ad prandium, id est, ad beatitudinem, quam sine dubio consequentur, si iuxta vocationem suam viuant, sicut ait: Et egressi serui eius cōgregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos, & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. At prandium, vel cœna in cœlis sumitur. Non itaque discumbentes dicuntur, quasi in eodem loco cœnaturi, sed quasi proximè parati ad cibos citò sumendos, à nemine impediendi, aut tardandi.

Vers. 9. *Et dixit mihi: Hæc verba Dei vera sunt.*

14 †Ad maiorem eiusdem rei confirmationem hoc addit, vt altiùs in memoria omnium maneat, magisque ad laborandum pro Christo omnes excitentur, acsi dicat: Quod dixi: Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt, non mea vox est, sed Dei, & vera, ac certa est,

Vers. 10. nec vnquam vana inuenietur.

Et cecidi ante pedes eius vt adorarem eū. Multæ in hoc loco dubitationes occurrunt: Iure enim quæri potest, cur nunc adorare angelum velit Iohannes, quod ante non fecit. Deinde quo adorationis genere. Tertiò, rectè ne fecerit, an secus: nam si rectè fecit, cur prohibet angelus? Si autem non rectè, cur similiter eum adorare tentauit cap. 22? In prima dubitatione ratio multorum scriptorum hæc est: Adorare eum Iohannes vult, quia maiorem se eum esse cognouit. At hæc adorandi quidem ratio
15 est, sed nō explicat quòd quærimus, cur nūc potiùs adorauerit, quā ante. † Arbitror Iohannem lætissima prophetia de lectarum de nuptijs Agni, & de beatitudine eorum, qui vocati sunt ad easdē nuptias, præ lætitia, & reuerentia in terram cecidisse, & quasi gratias agentem adorare voluisse pro nuntio. Ita Gen. 17. audita promissione Isaac nasciturī Abraham præ lætitia, & venerandi studio cecidit: Cecidit (inquit) Abraham in faciem suam, & risit in corde suo dicens: Putas nē centenario nascetur filius? Et Iud. 13. Manue, & vxor eius proni cecidērunt in terram. Potest hoc ex cap. vltimo huius libri intelligi, in quo Iohannes iterum cecidit vt angelum adoraret similia nuntiantem, hæc scilicet: Et nox vltrà non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum. Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et quamuis supra quoque quædam de beatitudine dixerit, vt in fine cap. 7. & 11. tamen quæ nunc dicit, expressiora sunt, nec ad quosdam tantùm pertinent, vt illa, sed ad omnes, & quasi iam proxima narrantur. Pro his ergo, & pro iterata illa asseuratione: Hæc verba vera sunt, quæ in vtroque loco posita est, gratias agit.

16 †Adde etiā quod cum hæc dicebat, visibili specie Angel' apparuit, quasi specimen quoddam Apostolo daturus futurę illius felicitatis, qua angelis similes, & æquales homines futuri sunt. Atque ideo territus nimio illo splendore Iohannes cecidit ad pedes eius, sicut cecidit cap. 1. cum primū eumdem angelū vidit, & sicut ceciderunt Apostoli in transfiguratione Domini.

De adorationis genere nulli dubiū esse debet, quin ita adorare Iohannes voluerit, vt angelum adorari par erat, id est, non vt creatorem, sed vt creaturam: non enim ignorabat aut soli Deo dandam esse adorationem latriæ, aut angelum esse eum, qui loquebatur, vt initio libri, & sæpe postea dixit: angelum autem (sicuti neque hominem, etiam quatenus Deum repræsentat) nō esse adorandum ea adoratione, ne non tam ad Deum, quàm ad ipsam creaturam referri adoratio videatur. Nec nos moueat, vt adorationem latriæ esse credamus, verbum Adorare, aut Cecidisse ad pedes

Adoratio etiam creaturis data.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad pedes eius, cum vulgarum sit in Scriptura sæpe hęc creaturis tribui, vt Genes. 19. Lot cum vidisset angelos, surrexit, & iuit obuiã eis, & adorauit prona in terram. 3. Reg. 1. Inclinauit se Bethsabee, & adorauit regem. Et nox: Et nunciauerunt regi dicentes: Adest Nathan propheta. Cumque introisset in conspectum regis, & adorasset eum prostratus in terram, dixit Nathan, &c. Rectè ergo adorat nuncium Dei summi, & beatum, & laetissima nuntiantem. Sed cur
17 prohibet angelus? † Hanc dubitationẽ diluit Gregorius Hom. 8. in Euangelia, vbi cum dixisset: Quia dum cœli ciues terram nostræ carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit: hoc etiã addidit. Hinc est enim quod Iot, & Iosue angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur: Iohannes verò in Apocalypsi sua adorare angelum voluit, sed tamen idem hunc angelus nesciri debere adorare compescuit dicens: Vide ne feceris; conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum. Quid est quod ante redẽptoris aduentum ab hominibus adorantur, & tacent, postmodum verò adorari refugiunt? nisi quod naturam nostram, quam prius despexerant, postquam hãc super se assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt? Nec iam sub se, velut infirmam, contemnere ausi sunt, quam supersedere videlicet in cœli rege venerantur, &c. Gregorium sequuntur Glossa, & Ansbertus, & Haymo, & Rupertus, & alij nonnulli, nec
18 immeritò. † At hoc addendum videtur vt plenior causa reddatur, quod ex verbis ipsius angeli colligitur, noluisse angelum adorari se, quoniam præter dignitatem, quæ hominibus accessit assumente filio Dei eorum naturã, hæc quoque magna est, ministros Christi esse eos, & ꝓphetas, & Euãgelicæ doctrinæ nuntios, tum etiam propter hanc doctrinam vexari ab inimicis Christi. Conseruus (inquit) tuus sum, & fratrũ tuorum habentium testimoniũ Iesu. Et cap. 22: Conseruus enim tuus suum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum, qui seruant verba libri huius. Ac significat: Mihi summè honorificum est Christi ministrum esse, & eius mysteria tibi nuntiare: cum tu igitur, & fratres tui mihi pares sitis in eo, quod mihi gloriosum est, id est, in reddendo testimonium Iesu Christo, nolo vt me adores, Deum potius adora; aequo & ego, & vos tantum honorem accepimus. Itaque in honorem Christi non vult adorari à Iohanne, quasi ostendẽs quanti faciat Christum, cum tanto honore eius amicos fideles prosequatur, & faciat illud: *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus.* Accedit, quod cum de beatitudine loquatur, in qua homines æquales angelis erunt, rectè, vt hoc ostendat, conseruus Iohannis, & æqualis appellari vult, potius quam adorari. Sibi, quia [illegible]

19 *Habentium testimonium Iesu.* † Id est, Habentium in se signa, quibus testentur se esse Iesu, & ipsum Iesum esse verum filium Dei, vt exposuimus cap. 6. num. 39. Tales sunt qui eum prædicant, & annunciant, & pro eo patiuntur. Hos prophetas vocat, quoniam multi eorum habebant spiritum prophetiæ, vt abscondita scripturarum patefacerent, & ventura prædicerent, atque ita maiorianam veritate testimonium de Christo redderent. Quare quod mox dixit: *Et fratrũ tuorum habentiũ testimoniũ Iesu*, cap. vltimo apertiùs explicauit: Et fratrũ tuorũ prophetarũ. Nec absurdè exponeremus: prophetas quoque hic veteres commemorari, qui etiam habuerunt testimonium Iesu, id est, multa de eo prædixerunt, & suis prædictionibus se Iesu esse testabantur.

Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ. Spiritus prophetiæ, qui est in te, sicut, & in alijs prophetis, & quo de Christo testificaris, testimonii quoddam, & indicium est Iesu, non enim datur nunc, nisi credentibus in Iesum. Quare cum tam apertum habeas testimonium Iesu, meritò non patior me adorari abs te. Diximus etiam de hoc cap. 6. num. 39.

20 *Et vidi cœlum apertum.* † Quoniam dixit paulò ante: Quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se, neque ante futuræ sunt nuptiæ, quam Christus vltionem de hostibus suis sumat: nunc de eius aduentu ad hanc vltionẽ agit. Et quidem si verba præsentia tantùm

tùm consideremus cum præcedentibus manifestè ad extremum iudicium pertinere videbuntur. Sed si totum locum intentis oculis lustremus, videbimus nequaquam de iudicio illo verba fieri, sed de descensu Christi inuisibili ad subueniendum sanctis laborantibus, & cũ Antichristo, & eius ministris certantibus. Et vidi (inquit) bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & quæ sequuntur. Tunc enim non erit Antichristus, nec possunt ad illum diem referri, quæ in eo loco scripta sunt. Rectè ergo ait Ambrosius: Nullo modo æstimare debemus quod hoc capitulum ad aduentum Christi pertineat, in quo ad iudicium venturus est, sed potiùs ad electos, qui in fine mundi nascituri sunt: fine etenim mundi instante veniet Dominus cum sanctis suis vt pugnet per ipsos cõtra Antichristum, & ministros eius. Et idem repetit posteà cum venit ad explanationem verborum, quæ retulimus. Vt igitur ea, quæ præcesserũt denuptijs, ad consolationem sanctorum scripta sunt, vt viriliter pro tanta spe pugnent, ira nunc vt sciant se non esse in illo certamine à Christo deserendos, sed eum inuisibiliter affuturũ vt pro se pugnet, cum equo albo descendentem facit. Meritò autem videt cœlum apertum, quoniam Christus, & magna sanctorũ multitudo è cœlo veniunt in terram, sicut portæ vrbis aperiuntur turbis per eas erumpentibus.

Vers. 11. 21 † *Et ecce equus albus.* In equo albo corpus Christi immaculatum, vt diximus cap. 6. nu. 6. siue eius humanitatem plerique intelligunt, quod mihi hoc quidẽ loco parum probatur, quoniam angeli, qui sunt exercitus eius, etiam vehũtur equis albis, & Zacharias cap. 1. vidit equos albos, quibus scilicet vehebãtur angeli, nec potest in illis aliqua humanitas designari. Equum ergo ei tribuit, quoniam quasi ducem ad prælium venientem inducit, & equus multum in prælio equitem iuuat, vt diximus in eodem cap. nu. 7. & 8. significat ergo bene instructum, & paratum bellatorem, vt in eodem loco dictum est. Albus est equus, vt victoria futura significetur, albus enim color, vt sæpe dictum est, lætitiam indicat. Inde Apoc. 6. equus ille, qui exiuit vincens vt vinceret, equo albo insidebat.

Et qui sedebat super eum vocabatur Fidelis, & verax. Fidelis, quia quidquid suis promisit, cumulatè redditurus est: verax eadem ratione dicitur, quasi cõstãs in promissis. Sed videtur, hoc etiã ad impios referendũ, vt verax etiã dicatur, quia eos ita, vt dixit, punier. [Opportuneq; nunc his nominibus appellatur, cum venit vt fidem, & veritatem suam re ipsa præstet. *Vers. 11.*

Et cũ iustitia iudicat, & pugnat. In Græco, & in nonnullis codicibus Latinis legitur: Et in iustitia iudicat, sed idem sensus est. Descripserat eum cum magna potentia venientem, & ne quis illũ forte fasse credat viribus; & potentia abusurum, aut omnes perditurum, dicit eum iustè iudicare omnium merita, nulliq; nociturum, & aduersus neminem pugnaturum, nisi aduersus eum, qui pœnas suis factis commeruerit.

22 *Oculi autẽ eius sicut flãma ignis.* † Quod est irati, & supplicia inferre molientis, vt diximus cap. 1. nu. 90. *Vers. 12.*

Et in capite eius diademata multa. Hæc significant quod paulò post ait: Et habet in vestimẽto, & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. Itaque multa diademata habet, vt ostendat se habere coronas, id est potestates, omnium regum, sicut ait Matth. vltimo: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Quod etiã ad eorum consolationẽ dicitur, in quorum auxilium descendit, vt sciant nullam fore tantam opprimentium vim, quæ non cedat auxiliatoris sui potẽtiæ. *Vers. 12.*

Habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse. Quod nam hoc nomen sit, paulò post docet: Et vocatur nomen eius Verbum Dei. Sed hoc nomen nemini notum esse, nisi ipsi, hoc indicat, nullam creaturam plenè, atque integrè cognoscere, ac comprehendere Diuinam Verbi generationem. Arethas: Ignotum esse nomen significat incomprehensibilitatem substantiæ ipsius, &c. Ex parte igitur sciunt Sancti nomẽ filij Dei, & ex parte nesciunt, vt ait Ambrosius. *Vers. 13.*

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vers. 13. *Et vestitus erat veste aspersa sanguine.* Plerique vestem aspersam sanguine corpus Christi interpretatur sanguine tinctum, quem pro nobis fudit in cruce. Quod mihi minimè probatur, quoniã Christus habet quidem vestigia vulnerum, sed corpus sanguine aspersum nó
23 habet. † Cõfirmãt hoc verbis Isaiæ cap. 63: Quare ergo rubrũ est indumentũ tuum, & vestimenta tua, sicut calcantium in torculari? Verùm hæc nihil, vt arbitror, ad rem, quoniã Iohannes describit Christum venientem ad occidẽdum aduersarios suos: Isaias autem facit post victoriam, & post cæsos hostes in cœlum cum triumpho reuertẽtem. Quo tempore rubra habere vestimenta dicitur, quæ sanguine cæsorum hostium respersa sunt, sicut ipse respondet: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Quare si Iohannes similiter describeret nunc reuertentem in cœlum, ac nõ potius descendentem, ex hoc testimonio Isaiæ optimè locus explicaretur: nec tamen ita vestem corpus esse interpretaremur. Arbitror equidem, vt vestis sanguine aspersa apud Isaiam cruẽtum supplicium tam de inimicis sumptum significat, ita nunc supplicium sumendum, & sanguinem hostium fundendum significare. Hoc etiam indicat venire Christum adsubuentiendum electis laborantibus, & ad vltionem sanguinis iustorũ ab impijs effusi. † Quẽad
24 modum autem si quis ad vltionem amici nefariè extincti procederet, & palliũ eius sanguine tinctum ferret, vt memoria, ac dolore impiæ cædis magis se ad pœnas acriores sumendas excitaret: ita Christus, vt doceat se recordari iustorum, & scelera in eos patrata vindicare velle, veste habet aspersam sanguine.

Vers. 14. *Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis.* Hunc locum Gregorius lib. 31. Mor. cap. 12. exponit, cuius verba omnia in Commentarium suum sine autoris nomine transtulit Ansbertus. Equus (inquit) est vnicuiq; sanctę animæ corpus suum, quod videlicet nouit & ab illicitis continentiæ freno restringere, & rursum caritatis impulsu exercitatione boni operis relaxare. Equitis ergo nomine anima sancti viri exprimitur, quæ iumentum corporis bene subditum regit. † Vnde & Io
25 hannes Apostolus in Apocalypsi Dominum contemplatus ait: Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis. Multitudinem quippe sanctorum, quæ in hoc martyrij bello sudauerat, recte exercitum vocat: qui id circo in equis albis sedere referũtur, quia nimirum eorũ corpora & luce iustitiæ, & castimoniæ cãdore claruerũt. &c. Verùm quoniam satis ostensum est non hic de vltimo iudicio agi, sed de auxilio, quod Christus electis affert laborantibus; non video quomodo martyres hic intelligantur, aut eorum corpora equi dicantur, cum tunc nulla corpora habituri sint. Accedit quod exercitus cœli semper angeli intelligitur, vt cum dicitur Dominus exercituum, & Luc. 2: Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, &c. Quare angelos sine dubio intelligere debemus, atque eos præsertim, qui hominum curam gerunt, quẽadmodum & Zachariæ. 1. angeli custodes hominum in equis albis sedent: Et post eum equi rufi, varij, & albi, vt suo loco exposuimus. Equi ergo albi id ipsum significant, quod diximus nu. 21.

Vers. 14. 26 *Vestiti bysso albo, & mundo.* † In byssino angelorum sanctitatem, & innocentiam indicat, sicut de sanctis ipse exposuit in hoc ipso capite: Byssinum enim iustificationes sanctorum sunt.

Vers. 15. *Et de ore eius procedit gladius acutus.* Nonnulli codices Græci habẽt: Et vtraque parte acutus, ὁξὺς ἀμφότομος, idest, anceps, acutus, quod est ex vtraque parte acutus. Ita & Primasius, & ante eos sic legit Cyprianus lib. 2. cõtra Iudęos, cap. vltimo. Andreas etiam, & Arethas ita legunt. Sed multi alij libri tam Græci, quam Latini, habent tantum modo: *Gladius acutus*, & cum his Beda. Et licet parum referat ad sensum, fortè hæc posterior lectio verior est, & illud: *Ex vtraque parte*, additum est ex loco simili cap. 1: Et de ore eius gladius vtraque parte abutus exibat, quod sæpe fieri solet. Quemadmodum Matth. 7. Nolite iudicare, vt non iudicemini, vbi quædam

dam exemplaria addunt: Nolite condemnare, vt nõ condemnemini, quod non est in Græco, sed desumptum videtur ex Lucæ. 6. vbi legimus: Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. Hoc gladio acuto sententia significatur mortis, siue iussio ore Christi in impios proferenda, quod satis expositum est cap. 1. num. 106. & 107. ac si dicat, Lingua eius gladius quidam erit, multos enim occidet, sicut ait paulò post: Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius. Simile est illud Isaiæ. 11: Et percutiet terram virga oris sui. Pro quo Lxx. vertunt: Verbo oris sui.

Vers. 15. *Vt in ipso percutiat gentes.* Omnes impios, qui sanctis aduersantur.

Vers. 15. 27 *Et ipse reget eas in virga ferrea.* † Hoc est acerrimè punict, & durissimum in illas imperium exercebit. Eadem verba sunt in cap. 2. quæ copiosè explanauimus in eodem loco, num. 43. & sequentibus. Arethas: Ferrea virga non est ad regendum, sed ad confringendum eos, qui in vita lutei sunt, & parati vt conterantur.

Vers. 15. *Et ipse calcat torcular vini furoris.* Ipse eas grauissimis supplicijs afficiet. De calcatione torcularis diximus. cap. 14. num. 88. De vino furoris in eodem capite, num. 58. & sequentibus.

Vers. 16. *Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum.* Hunc locum Gregorius exposuit Hom. 13. in Ezec. & vestimentum esse putat humanitatem Christi, per quam mundo eius maiestas innotuit, & ideo in vestimento scriptum habere dicitur: *Rex regũ*: & Gregorium Ansbertus, & quidam alij sequuntur. Sed nos iuxta id, quod de veste eius sanguine aspersa diximus. num. 22. & sequentibus ita vt iam cœpimus, exponere debemus. Et quoniam veste illa cruentata vltionem futuram significauit, & sanguinem hostium fundendum, recte in eadem scriptum est: *Rex regum, & Dominus dominantium*, vt intelligamus reges etiam potentissimos, & omnes, qui plurimis dominantur, ipsi esse subijciendos, neminemque ex ijs fore, qui eius potentiæ resistere valeat, propter hoc dixit cap. 17. de regibus socijs Antichristi. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est,
28 & rex regum. † Et quemadmodum visio vestis cruentatæ non significat ipsum talem vestem esse habituru̇m, sed ore irato, & terribili magna indicia vltionis sumendæ præ se ferre, ita hęc inscriptio nihil aliud indicat, quam omnibus hominibus manifestam tunc fore eius potentiam, ex ijs quæ faciet, & ex multitudine eorum qui occidentur, &c. Eadem ergo vestis, quæ habet sanguinem aspersum, habet & hanc inscriptionem, quoniam simul, & iram in aduersarios magnam ostendet, & potentiam ad puniendum. In femore autem generis propagatio intelligi solet, vt etiam adnotauit Gregorius Hom. 13 in Ezec, & Ansbertus, & Beda, & alij. Ita dictum est Exo. 1. Omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob. & Genes. 24. Abraham seruum suum iurare iussit hoc ritu: Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te, &c. *Femur.*
29 † Et quoniam Christus omnes electos, quos per Euangelium, & per lauacrum regenerationis patri suo genuit, (dequibus ait Isai. 8: Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus; & reliquos electos ante eius aduentum reges tunc facturus est, id est in regno cœlorum cum magna potestate, & beatissima omnium bonorum vbertate collocaturus est, iure habet scriptum in femore: *Rex regum, & Dominus dominantium*, quia & ipse rex est, & Dominus, & reges gignit, ac dominos: qui etiam in die iudicij, vt reges, & domini, iudicabunt, iuxta illud Sapien. 3: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.

Vers. 17. *Et vidi vnum angelum stantem in sole.* Stat quasi exhortans, & voce magna vocans; vt continuò videbimus. *In sole* verò stat, vt indicetur id quod prædixit, faciendum esse in conspectu solis huius, idest, omnibus videntibus, & nomine rem tantam ignorante, quemad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modum solem omnes vidêt, & omniũ oculis expositus est.

Et clamauit voce magna. † Cur voce magna clamet continuò docet, quia scilicet clamabat ad omnes aues, etiam ad longissimè distãtes, vt omnes in vnum locum conuenirent, simul etiam subindicatur rei, quæ narratur, magnitudo. *Vers.17*

30

Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei. Christum ducem cum exercitu ad prœlium venientem descripsit, nunc prœlij exitum docet, & vt indicet quamplurimos ab eo esse interficiendos, vocat omnes aues ad cœnam magnam Dei, id est, ad conuiuium, quod illis Deus parauit ex cadaueribus eorum, qui occidendi sunt. Solent enim hostium cadauera, cum plurima sunt, in campo ipso inhumata auibus in escam relinqui. Ita loqui solent prophetæ, cum magnam stragem edendam esse prænuntiant. Iere.7: Et erit morticinum populi huius in cibos volucribus cœli, & bestijs terræ, & non erit qui abigat. Et cap.12: Venite, congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. Ezec.39: Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestijs agri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel, vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem, carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis, &c. *Vers.17.*

Vt manducetis carnes regum. † Illorum, qui Antichristo adhærebunt, de quibus dixit cap.17. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, &c. His verbis, & sequentibus docet plurimos ex omni hominum genere, & conditione fore damnandos. *Vers.18.* 31

Et carnes tribunorum χιλιάρχων, qui mille viris præfecti sunt, vt diximus cap.6.nu,56.latiùs. *Vers.18.*

Et carnes equorum, & sedentium in ipsis. In prœlijs non equites modo, sed etiam equi sæpe cadunt, quod sine dubio continget in tanti exercitus interitu. Itaque propriè hæc, & sine vlla figura melius accipimus. Posset & tota oratio figurata intelligi, vt in equitibus homines potentes, & nobiles, ac diuites significentur, qui scilicet in militibus præcipui sunt: in equis autem eorum potentia, ac diuitiæ, quibus inter ceteros eminebant, & quibus maximè confidebant, vt equites equis, iuxta illud Psal.19: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus, atque hæc omnia, cum eorum dominis in die illo disperdenda esse vaticinatur: sed verius est sine dubio quod ante dixi.

Et vidi bestiam. Cap.13. bestiam Antichristum dixit, cap.verò.17. Diabolum. Quæritur ergo vtrum nunc intelligat in bestia? Et respondendum est, Antichristum intelligi, ita enim hoc indicant verba, quæ sequuntur, vt nullus relinquatur dubitandi locus. *Vers.19.*

32 † Ita siquidem ait. Et apprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. De Pseudo propheta illo præcursore Antichristi multa diximus cap.13: Reges ergo terræ, & exercitus eorum illi septem reges sunt, qui Antichristum sequentes contra Christi seruos pugnabunt, hoc enim est pugnare cum sedente in equo, & cum exercitu eius, quia Christus in suis est, & illos pugnãtes tuetur per angelos suos. Siquidem id circo dixit: Saule, Saule, quid me persequeris? Nõ tã enim Christianos, quam Christum ipsum persequebatur, qui illos hoc tantùm nomine oderat, quod essent Christiani. *Act.9.*

Et apprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta. Metaphoram seruat prœliorum, in quibus multi occidũtur, multi viui capiuntur, vt vel occidantur, vel libertate donentur. Et quia Antichristus cum suo præcursore non occidetur, ita vt reliqui, sed viui ambo mittentur in infernum, vt statim ait, eleganter dixit apprehensam esse bestiam, & cum ea Pseudoprophetam. *Vers.20.*

Viui missi sunt hiduo in stagnum ignis. † Stagnum ignis dicit, quia 33 fouea illa maxima inferorum tota plena *Vers.20. Stagnum ignis.*

plena est igne, & vndique damnati cinguntur, & operiuntur igne illo, sicut pisces aqua in stagno. Nec fluuium dixit, sed stagnum, quoniam non fluit, aut mouetur ignis, vt aquæ fluuiorum, sed ita est in fouea illa, sicut aqua in stagno.

Quomodo occidendus sit Antichristus.

Est autem magna, & perdifficilis quæstio, quomodò Antichristus mittendus dicatur viuus in stagnum ignis, cum Paulus.2.Thess.2. scripserit: Quẽ Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & ante eum Isaias dixerit cap.11: Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium? Locum quidem Isaiæ possemus quoquo modo eludere, dicere mus enim cum Cyrillo, & Procopio, in impio dæmones intelligi: sed Pauli verba non sinunt, qui sine vlla dubitatione loquitur de Antichristo. Variè hæc varij exponunt, quomodò scilicet viuus mittatur Antichristus in infernum, sed ita, vt referre necesse non sit. † Bedæ, & Anselmi, & Thomæ expositio plus ceteris habet probabilitatis, Antichristum, & Pseudoprophetam esse quidem interficiendos, sed dici mitti eos viuos in stagnum ignis, vt intelligamus eorum pœnas multò fore acerbiores, quam aliorum, sicut grauiùs cruciatur qui viuus in ignem conijcitur, quàm qui cirò gladio interficitur. At nec hæc mihi placet: nam neque ita loqui solet Scriptura, nec satis commodè nunc ita loqueretur, vbi de vera eorum morte agebatur, & de supplicio tantorum scelerum, quod quoniam sciri oportebat, non erat insolita locutione obscurandum. Ergo Iohannis verba, quoniam apertissima sunt, nec aliter explicari possunt, nisi admodum violenter, ita vt sonant intelligamus, credamusque Antichristum cum suo Pseudopropheta viuum ad inferos esse rapiendum. Quid igitur Paulo respondebimus? Sanè Antichristum interficiendum dici, quoniam subitò rapietur à dæmonibus Christo iubente (hoc enim significat, Spiritu oris sui, verbo suo, iussu suo, vt docent Chrysostomus, & Theophylactus, & alij) & desinet esse inter viuentes, totaque sua potentia, & tyrannide spoliabitur, & ducetur ad locum mortuorum. Nam perire, & interfici, & non esse dicuntur, qui in magnas calamitates incidunt, & qui vniuersa ditione sua, ac potestate priuantur, & illi etiam, qui inter homines non apparent, sed ad locum ducuntur mortuorum. Ita cap. 17. dictum est: Bestia, quam vidisti, fuit, & nõ est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit, idest, potestate sua priuabitur. Et Cyrillus, atque Procopius verba Isaiæ exponentes de dæmonibus: Et spiritu labiorum suorũ interficiet impium, non dubitarunt dæmones dicere interfectos esse à Christo, quod ijs potentiam suam abstulisset. Et quod est apud Isaiam cap.34: Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus, Hieronymus de deturbatione, & supplicio dæmonum interpretatus est. Sed manifestissimum exemplũ habemus Num.16. vbi de Dathan, & Abirõ, qui viui descẽderũt in infernũ, Moses ait: Si cõsueta hominũ morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua, & ceteri visitari solent: non misit me Dominus. Interituros dicit, sed non morte cõsueta. Et paulò post: Descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Israel, qui stabat per gyrum, fugit à clamore per 34 35 36 euntium. † Docet cur perire dixerit, quos viuos in infernum descendisse affirmat, quòd scilicet de medio viuentium sublati sint in locum mortuorum ducendi. Simile est, & eodem modo intelligendum illud Psalm.54. quo Dauid alludit ad eamdem historiam: Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes. Ex his intelligitur non esse verum, quod quidam tradunt de morte Antichristi, & his verbis explicatur ab Haymone in cap.11. Isaiæ. Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, hoc est potentia insusionis suæ. Nam licet à Michaele (vt quidam asserunt) interficiatur, Domini tamen nutu totum hoc implebitur. Occiderur autem (sicut doctores tradunt) in monte Oliueti in papilione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac solio suo, illo in loco cõtra quem cœlos Dominus ascendit. Hæc Haymo. Etenim propriè non occidetur, sed desinet esse inter viuentes, & priuabitur omni sua potentia, & lætitia ad locum mortuorum ductus. Rapietur autem à dæmonib⁹, quorũ hoc officiũ est, sed iussu fortasse Michaelis, certè iussu Christi, siue id per Michaelem dæmonibus innotescat, siue per ipsam Christi missionem. Dehiscet ergo terra subitò, & viuus cum suo Pseudopropheta rapietur ad ignem gehennæ. Nec obstat statutum esse hominibus semel mori, hæc enim acerbior pœna est omni morte, & quod in paucis certa aliqua ratione fit, non derogat legi communi, præsertim ipso legislatore iubente, & legis supplicium in alterum, quod grauius sit, commutante. † Andreas Cæsariensis: Meritò autem hi cõmuni morte non moriuntur, sed in ictu oculi extincti in secundam mortem lacus sulphuris condemnantur, quemadmodũ inquit Apostolus de alijs non dormituris, sed ducedis in momẽto, in ictu oculi. Et hi quidem meritò in iudicium venient, ij verò de quibus nũc loquimur, vt impij, & aduersarij Dei, non in iudicium, sed in condemnationem. Si autem quibusdã hoc non probatur, quoniam Apostolus ait Antichristum occidi spiritu Diuinæ iussionis, & quia nõnulli ex doctoribus affirmant inueniri quosdam viuentes post interfectionẽ Antichristi: eos quidem qui à Daniele beati prædicantur, viuentes dicemus: hos verò corpore incorrupto post euersam eorum potestatem à Deo igni Gehennæ tradi, quæ ipsis erit mors, & interfectio, quę Dei iussu futura erat. &c.

Verum, quoniam illud de Dathan, & Abiron simile est huic, quod nunc dicitur, & eos multi affirmant non peruenisse viuos ad locum damnatorum, sed mortuos esse in via, atque ibi corpora remansisse, animas autem descendisse in Gehennam, vt Abulensis in cap. 16. Numerorum, Quæst. 20, Lyranus, Hugo Cardinalis, Dionysius: hoc potius dicendum arbitror, & probabilius videtur, Antichristum, & Pseudoprophetam viuos absorbendos esse à terra, sed terra iterum se concludente ante perituros, quam Gehennam attingant. Atque ita lex impletur, de qua Heb. 9: Statutum est hominibus semel mori, & interficitur Antichristus iussu Christi, sicut docuit Paulus, terra eum deuorãte, & continuò se concludente, & non coguntur fateri corpus eius immortale esse apud Gehennam ante diem iudicij. Quomodo ergo Iohannis verba interpretabimur? Primùm hoc dicemus: Qui viuus mittitur in ignem, satis esse si viuus sit cum mitti incipit, etiam si viuus non perueniat ad ignem. Ierem. 38: Et submiserunt Ieremiam in funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum: descenditque Ieremias in cœnum. Si satis fuisset dicere: Submiserunt Ieremiam in lacum, vt peruenisse putaretur ad cœnum, non addidisset: Descenditque Ieremias in cœnum. Sed apertius Danielis. 6: Et in locum leonum missi sunt ipsi, & filij, & vxores eorum. Et non peruenerunt vsque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones. Satis ergo erit Antichristum viuere cum à terra absorbetur, vt viuus missus dicatur in infernum, etiam si viuus illuc non peruenerit. Dicemus etiam eos viuos missos esse in stagnum ignis, quoniam viuos terra deglutiet, & omnibus apparebit eos viuos descendisse in infernum. Solet enim Scriptura sæpe de rebus loqui iuxta vulgare hominum iudicium, & iuxta id, quod foris apparet. Atque ita etiam interpretanda sunt verba capitis. 16. Numerorum; non, vt plerique interpretantur, infernum ibi sepulcrum dici. Atque ideo Moses ait: Sinautem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintque viuentes in infernum, scietis quod blasphemauerunt Dominum. Nec enim populus scire poterat eos viuos descendere in infernum, sed ad hoc satis erat videre terram dehiscentem, & illos deglutientem.

Sibylla quidẽ mortẽ Antichristi non tacuit initio libri tertij, sed ita tamẽ loquitur, vt quasi subita flamma eum, suosq; rapiendos esse significare videatur, ita enim ait.

Καὶ ἐπόησαν μεγάλοι θεὸς τὰ σώματα αὐτῶν,
Καὶ ἀπώλοντο, φλογίσασα τὸ δίψιμα τῶν γαστέρων,
Καὶ βελίαρ φλέξει, καὶ σὺν φλόξι αἰωνίῳ πᾶς
Πάντας, ὅσοι ἦσαν ἐν τῷ πυρὶ ἐκπεπτώκασιν.
Hoc est.

Sed cum magni Dei appropinquauerint minæ,
Et potestas ardens inundans in terrã veniet,
Et Belier incendet, & superbos homines.
Omnes, quicumq; et sidem præstiterunt.

Nisi forte iram Christi impios interficientis poetico more potestatem ardentem vocat.

Vers. 20. *In stagnum ignis.* † Hic varia lectio est, quidam enim legunt: In stagnum ardẽs ignẽ, & sulphure, vt Primasius, alij: In stagnũ ignis ardẽtis sulphure, atq; hãc veriorem lectionẽ esse arbitror, & ita est in Græco. Quæritur vtrùm figurata sit hæc locutio, an propria, vt verũ sulphur esse apud inferos credendum sit. Nã figurata esse videtur Isaias docere cap. 30. cũ de gehẽna ait: Nutrimẽta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini, sicut torrens sulphuris, succendens eam. In quem locum Hieronymus Metaphoricam locutionem esse affirmat, & res ipsa testatur. Si enim sulphur apud inferos est, nutriendi illius ignis causa est, si autẽ sulphure nutritur ignis, quid necesse fuit dicere: Flatus Domini, sicut torrens sulphuris, succendens eam, quibus verbis nõ sulphure, sed voluntate Domini nutriri docemur. Deinde absurdum videtur hoc sulphur concedere, æternũ enim esse oportet, vt æternũ ignẽ nutriat. At vnde gignetur nouum sulphur, quod sufficiat æternitati? aut quæ causa creata illud gignet? † Respondeo verũ sulphur esse apud inferos, idq; haud obscurè ex scriptura intelligi. Nam igne, & sulphure pluit super Sodomã, & vicinas ciuitates, quam pœnam Iudas Apostolus æterni ignis pœnã esse scribit. Sicut Sodoma, & Gomorra, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alterã, factæ sunt exemplũ æterni ignis pœnam sustinentes. Et apertius Apoc. 14: Et cruciabitur igne, & sulphure in

An sulphur sit apud inferos.

37

38

39

40

consspectu angelorum sanctorũ, & ante conspectum Agni: Et cap. 20. Et Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi & bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur. Et cap. 21: Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure. Atque hæc est cõmunis ferè sententia eorum, qui hos omnes Apocalypsis locos interpretantur, & Alfonsi Abulensis episcopi in Matth. cap. 25. Q. 160. quam ijsdem locis comprobat. Quod autem ex Isaia obiecimus, id hoc Metaphoricum est, quod flatum Domini ponit incendentem illum ignem, qui similis dicitur torrenti sulphuris, vt ignem semper ardere Domini voluntate intelligamus, perinde ac si torrens sulphuris in illum influeret. † Sulphur autem intellexit, cum dixit: Ligna multa. Sed, vt doceret Deum semper conseruaturum esse tam ignem, quam sulphur, quo nutritur, addit illud: Flatus Domini, sicut torrens sulphuris, succedens eam. Itaque non consumitur igne sulphur, & nouum in cõsumpti locum succedit: sed, vt corpora ipsa damnatorum vrentur, nec vnquam cõsumentur, ita & sulphur. Ponendum autem sulphur fuit, vt esset aliqua materia, in qua ignis incenderetur in loco illo ab eiusdẽ ignis natura alieno; deinde etiam vt fœtore suo damnatorum pœnas augeret, nec odoratu deessent sua cruciamenta, quæ alijs sensibus non deerunt. Confirmat hoc Ansberetus, cum ait: Terribiliter autem locus supplicij stagnũ ignis, & sulphuris esse perhibetur. Stagnum scilicet, quia demergit, ignis autem, quia exurit, sulphur verò, quia, quos demergit, simul & exurit, & continuis fœtoribus replet. Atque hoc per Dei potentiam fiet sine vlla resolutione sulphuris, vt loco citato explicauit Abulensis.

Et cetera. † Qui minus peccauerant. *Vers. 21.*

Occisi sunt gladio. Interfecti sunt iussu Christi, vt iam diximus num. 16. occidetur autem quomodo exercitu Gog, & Magog occidendi esse dicemus cap. 20. *Vers. 21.*

Et omnes aues saturatæ sunt. Hoc proprie, & sine vlla Metaphora intelligitur: in capo enim infinita prope cadauera relinquetur, quæ comedetur ab auibus. *Vers. 21.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumentum Capitis. XX.

Angelus Diabolũ in abyssum detrusum ligat post multos annos exiguo tẽpore soluendũ. Videt in cœlo beatitudinẽ eorum, qui non adorauerunt bestiam, neque charactere eius insigniti sunt. Soluitur Diabolus, & seducit gentes, in ijsque Gog, & Magog, vt pugnent aduersus sanctos: sed igne cœlitus demisso occiduntur, & Diabolus mittitur in stagnum ignis. Iudicem sedentem in throno vidit, & omnes homines coram eo vt iudicentur, & omnes, qui non sunt scripti in libro vitæ mittuntur in stagnum ignis.

Caput. XX.

1 ET vidi angelum descendentem de cœlo, habẽtem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquũ, qui est Diabolus, & Satanas, & 3 ligauit eum per annos mille. & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt nõ seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni, & post hæc oportet illum 4 solui modico tempore. Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis, & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerũt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis, & vixerũt, & regnauerũt cum Christo mille annis. 5 Ceteri mortuorum nõ vixerũt, donec cõsummentur mille anni. Hæc 6 est resurrectio prima. Beatus, & sanctus qui habet partẽ in resurrectione prima, in his secunda mors nõ habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei, & Christi: & regnabunt cũ illo 7 mille annis. Et cùm consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, & seducet Gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prœlium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascẽderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra Sanctorum, & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à 10 Deo de cœlo, & deuorauit eos. & Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi & bestia, & pseudo propheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. 11 Et vidi thronum magnũ candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inuentus eis. 12 Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundùm opera ipsorum. 13 Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, et mors, et infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, et iudicatum est de singulis 14 secundùm opera ipsorum. Et infernus, et mors missi sunt in stagnum ignis

15 ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

Vers. 1. 1 ☞ ET vidi angelum descendentem de cœlo.] Hic mihi lector gratuletur quòd pauciora ex Commentario huius capitis mihi surrepta sunt, & duæ principales disputationes de mille annis, & de Gog, & Magog pene integræ mihi, atque illibatæ relictæ sunt.] Totum hoc caput, quod perobscurum est, explicatur fere ab Augustino lib. 20. de Ciui. à cap. 6. vsque ad. 16. quẽ reliqui omnes aut sequuntur penè, aut cum eo in pluribus sentiunt. Hunc angelum pleriq; Christum esse censent, quod mihi non placet. Nam nec Dominus angelus sine addito appellari solet, (vt sæpe dixi) nec est cur à recepta, & vsitata nominis notione recedamus, aut aliter, quã solemus, interpretemur. Melius Augustinus, qui cap. 7. ita scripsit. Ait ipse *Matth. 12.* Dominus noster Iesus Christus. Nemo potest introire in domum fortis, & vasa eius eripere, nisi prius alligauerit fortem, Diabolum volens intelligi fortem, quia ipse genus humanum potuit tenere captiuum: vasa vero eius, quæ fuerat erepturus, fideles suos futuros, quos ille in diuersis peccatis, atque impietatibus possidebat. Vt ergo alligaretur hic fortis, propterea vidit iste Apostolus in Apocalypsi angelum descendentem de cœlo habentem clauem abyssi, & catenam in manu sua, &c. 2 † Ergo verba Iohannis ita interpretor, Christi morte solutum esse humanum genus à vinculis Diaboli, & Diabolum ipsum eiectum esse de terra, sicut Dominus testatus est Iohann. 12: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et Apoc. 17. Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, quod suo loco iam explicauimus. Et quoniam tunc cohibendus erat, ne Euangelicæ prædicationi obstaret, & homines à salute auerteret, & alligandus, vt iam ex Matth. 12. retulimus: hoc Christus per angelum fecit, & ideo angelum vidit Iohannes descendentem de cœlo. Etenim si dæmonem interfectorem sponsorum Saræ Deus per angelum amouit, ac ligauit, sicut legimus Tob. 8: Tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Ægypti: quid mirum si angelus, quem Michaelem fuisse probabile est, Diabolum viciat? Hoc autem simulatque Christus mortuus est, factum est, sicut indicauit ipse, cum morti proximus dixit: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. 3 † Nec de præteritis dicere alienum à prophetia est, ad omnia enim tempora pertinet prophetia, ea videlicet nuntians, quæ eo tempore, nisi prophetico lumine cognosci non possint. Notum quidem erat Seruatorem nostrum in crucem actum fuisse propter nos, & mortem obijsse, sed venisse tunc angelum de cœlo, qui Diabolum in abysso ligaret, non erat notum, atque ideo hæc visio Iohanni obiecta est, vt nos per eum cognoscamus, & quod tunc factũ est, & quod est in mũdi extremo futurũ Bonũ autẽ esse hunc angelum diximus cap. 9. nu. 3. & sequentibus.

Habentem Clauem abyssi. Abyssus nũc infernum significat, vt latiùs ostendimus cap. 9. num. 6. & 7. Clauis et datur, vt locum damnatorum aperiat, & in eo Diabolum alliget, vt ibidem exposuimus. num. 5. Eadem causa catenam magnam, id est, firmissimam, habere dicitur in manu sua. Subindicatur his verbis Diabolum vehementer repugnantem, atque omnino inuitum alligatum esse, tum magnam esse virtutem eius, ideo enim catena magna vinctus est, quæ firmissima Dei cohibentis voluntas, & iussio intelligitur. *Vers. 2.*

Et apprehendit draconem serpentem antiquum. † Cur Diabolus draco appelle- *Vers. 2.* 4 tur, diximus cap. 12. num. 10. cur verò serpens, & Diabolus, & Satanas, ibidem. num. 28. & 29. Et quoniam his nominibus malitia eius, & calliditas, & inuidia continetur, meritò & c. 12. eiusdem vsus est dicens: Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, & nunc ea repetit, vt magis nobis in memoria renocet Christi beneficia, cuius iussu, & potestate nocentissima bellua ligata est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Singula autem nomina suum articulum habent, τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, hoc est, Draconé illum, serpẽtem illum, antiquum illum. Quæ verba Prosper Aquitanicus in Dimidio tẽporis, cap. 4. ita refert: Et apprehendit draconem illum magnum, illum serpẽtem antiquum, qui vocatur Diabolus, & Satanas.]

Vers. 2. Et *ligauit eum.* Inuitum detrusit in infernum, & ne electos ad Ecclesiam vẽturos impediret, prohibuit. Augustin⁹ lib. 20. de Ciui. cap. 7: Hoc est, eius potestatem ab eis seducendis, ac possidẽdis, qui fuerant liberandi, cohibuit, atque frenauit.

Vers. 2. *Per annos mille.* Mille annis sine dubio vniuersum tempus complectitur à beata Christi morte vsque ad tempus Antichristi, tam ex Victorini, & Augustini cap. 7. quam ex aliorum omnium sententia. Gregorius etiã. 18. Mor. cap. 27. ait: Millenario enim numero non quantitatem temporis, sed diuersitatẽ, qua regnat Ecclesia, designauit. Et lib. 32. cap. 12. Millenario namque numero vniuersum pro perfectione sua hoc, quantumlibet sit, Ecclesiæ sanctæ tempus exprimitur. [Andreas: Mille autẽ annos non est rationi consentaneum omnino totidem numero intelligere. Neque enim de quibus ait Dauid: Verbi quod mandauit in mille generationes: decies cẽtum numerare possumus, sed multas. Sic igitur & nunc mille annorum numerũ existimamus, vel multos significare, vel perfectum. Multis enim annis opus est vt prædicetur Euã gelium in vniuerso orbe, & vt radices in eo agant semina pietatis. Perfectum autem significant, quoniam in ipsis à puerili legis gubernatione liberati in mensuram ætatis plenitudinis Christi vocati sumus. Mille igitur anni tempus sunt ab incarnatione Domini vsque ad Antichristi aduentum. &c.] Quod qua ratione fiat, paulò post explicabimus nu. 37. & sequentibus, vbi ait: Et regnauerunt cum Christo mille annis.

Vers. 3. *Et misit eum in abyssum.* † Hæc verba ita
Psal. 104. Augustinus interpretatur eodem libro
5 cap. 7: Diabolum vtique misit in abyssum. Quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate aduersus Ecclesiam Dei multùm profunda sunt corda. Nõ quia ibi Diabolus ante nõ erat, sed ideo dicitur illuc missus, quia exclusus à credentibus plus cœpit impios possidere. Plus namque possidetur à Diabolo qui non solùm alienatus est à Deo, verùm etiam gratis odit seruientes Deo. Verba Augustini transcribunt Primasius, & Beda: sensum probant Ansbertus, & Haymo, nec improbat Ambrosius. Mihi mysticus videtur, nec dubito in abysso profunditatem inferorum significari, vt sepe ante dixi: Quod ex ijs, quę postea dicit, manifestum est: Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes, &c. Quorum vi Ambrosius coactus est sententiam retracta re. Superiùs (inquit) quorumdam opinionem sequens dixi per abyssum corda impiorum designari, in quibus Diabolus à cordibus fidelium expulsus religatus teneatur. Si ergo per abyssum corda reproborum designantur, quomodò de abysso, id est, de cordibus reproborum, exire dicitur? Num quid reprobos derelicturus est, & inuasurus electos? Nullo modo. Alligationem ergo Diaboli secundùm literam intelligendam puto, vt in aliquo abysi loco virtute diuina religatus teneatur, vel certè in inferno vsque ad diem solutionis suę. &c. Intelligamus ergo hic non de dæmone aliquo ex turba, siue, vt aiunt, de plebe, verba fieri, sed (vt præter alios sensit Lactantius lib. 7 Diuinarum institutionum, cap. 24. &. 26.) de eorum principe, qui interra relicti sunt vt homines exercerent, qui & in hoc cap. & in. 12. appellatus est Draco, & Serpens antiquus, & Diabolus, & Satanas, & cap. 17. nomine Bestiæ significa
6 tus est. † Nec enim hæc nomina cui libet dæmoni dantur in Scriptura, sed principi: quod articuli in Græco additi ostendunt. Et illud Matth. 25: Qui paratus est Diabolo, & angelis eius: quę ego puto esse eũ, qui Heuã in paradiso decepit serpẽtis specie, (cui⁹ rei causa serpẽs antiquus dictus est) & qui Dominũ in eremo ieiunantem inuasit, de quo ait Iohannes cap. 12: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et cap. 14. Venit enim

Diabolus Satanas.

enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. [Quare hæc duo nomina Diabolus, & Satanas Pluralẽ numerum in Scriptura non habent, neque apud patres fere.] Cum verò etiã post Christi mortem Diabolus in Scriptura nominatur, & retare dicitur: hoc ideo fit, quia per suos etiam nunc tentat homines quantum potest: [aut quia propter eandem malitiam, & auiditatem nocendi nomen aireri communicatur.] Hoc ipsum, quod dixi, Gregorius docet lib. 4. Mora. cap. 12. vbi hæc ipsa Iohannis verba cum retulisset: Ille enim (inquit) apostata angelus, qui ita cõditus fuerat, vt angelorum ceteris legionibus emineret, ita superbiendo succubuit, vt nunc stãtium angelorum ditioni substratus sit: quatenus vel nũc ad vtilitatem nostram eis ministrantibus religatus lateat, vel tunc ad probationem nostram eis relaxantibus totis se suis contra nos viribus solutus exerceat. Et de eodem paulò ante ait: Sed hunc Leuiatham electi angelorum spiritus nunc in puteo abysi clausum premunt. Vnde scriptum est. Vidi angelũ
7 descendentem de cœlo, &c. † Quibus verbis videmus Gregorium docere, & angelum sanctũ esse qui ligauit, & inferno ligasse, & dæmonum principem esse eum, qui ligatus est. Quare cum eum sensum affert, qui Augustino, & plerisque expositorum probatus est, quod facit 18. Mor. cap. 27. & lib. 32. cap. 12: vtitur more suo mystica expositione, quæ ad morum coformationẽ aptior est. Hic igitur dæmonum princeps, qui ante Christi mortem vehementius sæuiebat, & quasi triumphabat, post Christi mortem missus est in abyssum, quod Christo miracula faciẽte dæmones timebant, sicut legimus Luc. 8: Et rogabant illum ne imperaret illis, vt in abyssum irent. Quæro an rogarint ne irent in corda hominũ? Hoc denique apertè confirmatur verbis illis cap. 17: Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascẽsura est de abysso. Ideo non est, quia ligata est in inferno ab angelo sancto, & ascensura est de abysso, quando in fine mundi soluetur. [Idem sensit & Andreas, cuius hæc sunt verba: Hic factam in passione narrat Diaboli subuersionem, in qua eum, qui fortis esse videbatur, fortior eo Christus Dominus noster ligauit, nosque, qui spolia eius eramus, ab ipsius manibus liberauit condemnato eo in abyssum. Hoc autem ostenditur ex dæmonibus, qui ipsum deprecabãtur ne se mitteret in abyssum. Ligatum autem eum esse ostẽdit idololatriæ interitus, & subuersio templorum idolorum, ac defectus cruoris sacrificiorum, & Diuinæ volũtatis in toto orbe impletio, atq; cognitio. Et mox: Possumus igitur, vt opinor per ea quæ dicta sunt, etiam intelligere Christi aduersus Diabolum sententiã. Angelum autem dicit talis sententiæ ministrum, vt hunc ostendat ministrãtibus quoque virtutibus potentia inferiorem, frustaque insoleticere aduersus principatum, qui omnibus imperat. Catenam autem ad nostram intelligentiam vocauit operationem coercentem ipsius malitiam.]

8 *Et clausit, & signauit super illũ.* † Clausit abyssum, & portam signauit, ne vllo modo aperiri posit. Hoc est: firmissimé eum alligauit, & omnem exeundi potestatem ademit. Cum autem dicit: *Super illum*, Diabolum intelligimus, nõ abyssum, quæ feminei generis est. Augustinus cap. 7: Clausit super eum, dictum est. Interdixit ei ne posset exire.

Vers. 3.

Vt non seducat ampliùs gentes. Augusti *Vers. 3.*
nus ibidem: Ab eis autem gentibus seducendis huius interdicti vinculo, & clausiro Diabolus prohibetur, atque cohibetur, quas pertinentes ad Christum seducebat antea, vel tenebat. Has enim Deus elegit ante mundi constitutionem eruere de potestate tenebrarum, & transferre in regnum filij claritatis suæ, sicut Apostolus ait. Nam sedu *Coloss. 1.*
cerè illum gentes etiam nunc, & secũ trahere in æternam pœnam, sed non prædestinatas in æternam vitam, quis fidelis ignorat? Nec moueat quod sepe Diabolus seducit etiam illos, qui iam regenerati in Christo vias ingrediuntur Dei: nouit enim Dominus qui sunt eius, ex his in æternam damnatio-
9 nem neminem ille seducit, &c: † Ergo (vt rectè Augustinus interpretatur) gentes intelliguntur electi ex omnibus gentibus, quos prohibetur Diabo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus seducere, ne aut ad Ecclesiam non veniant, aut postquam venerint, vitam æternam non consequantur. Sed potest aduersus hanc interpretationem illud obijci, si hoc est Diabolum ligari, etiam ante aduentum Christi fuisse ligatum, & nunc dici posse, non solùm principem, sed omnes eius ministros esse ligatos, quandoquidem nullo modo impedire valent eorum salutem, qui ad vitam æternã prædestinati sunt. Respondeo Diabolum verè ligatum fuisse, quia si solutus, ita vt erat antea, relinqueretur, sine dubio multos electorum ab Euangelio deterreret, alios vel ad infidelitatem, vel ad mores priores reuocaret, atque in æternam mortem adduceret. Verùm quoniam Diuina prædestinatio, & electio impediri non potest, alligari illum iussit Deus,
10 vt prædestinati salui fierent. †Hoc apertè docet Augustinus eodẽ lib. 20. cap. 8. his verbis: Quod si permitteretur (videlicet exercere totam tentationem quam potest, ita enim dixerat) in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, & fideles deijceret, & ne crederent impediret. Quod ne faceret, alligatus est, &c. Simile est illud Matth. 24: Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Quare non ideo dici potest omnes dæmones ligatos esse, quamuis impeditur eorum malitia, & crudelitas ne tam vehementer electos tentet, quàm vellent, & possent, nam & sine vinculis sunt, & in eodem loco manent: quæ quia dæmonum princeps non habet, nunc ligatus dicitur, & quia per se nocere nullo modo sinitur.

Vers. 3. *Donec consummentur mille anni.* Donec veniat tempus Antichristi.

Vers. 3. *Et post hæc oportet illum solui modico tẽpore.* Tribus videlicet annis, & dimidio quod est tempus regni Antichristi. Augustinus cap. 8: Nam tribus annis, & sex mensibus legitur totis suis, suorumque viribus sæuiturus, & tales erunt, cum quibus ei belligerandum est, vt vinci tanto eius impetu, insidijsque non possint, &c. Solutus autem efficiet paucissimi vt ad fidem veniant, & fidelium plurimos Antichristo aggregabit, non tamen ex electis. Quorsum autem soluatur Augustinus eodem cap. 8. ita exponit. † Si autem nunquam solueretur, minùs appareret eius maligna potentia, minùs sanctæ ciuitatis fidelissima patientia probaretur: minùs denique perspiceretur quam magno eius malo tam bene fuerit vsus omnipotẽs Deus, qui eum nec omnino abstulit à tentatione sanctorum, quamuis ab eorum interioribus hominibus, vbi in Deum creditur, foras missum vt forinsecus eius oppugnatione proficerent, & in eis, qui sunt ex parte ipsius alligauit, ne quantam posset effundendo, & exercẽdo malitiam innumerabiles infirmos, ex quibus Ecclesiam multiplicari, & impleri oportebat, alios credituros, alios iam credentes à fide pieratis illos deterreret, hos frangeret. Et soluetur in fine, vt quam fortem aduersarium Dei ciuitas superauerit, cum ingenti gloria sui redemptoris, adiutoris, liberatoris, aspiciat. In quorum sanè, qui tunc futuri sunt, sanctorum, atque fidelium comparatione quid sumus? Quandoquidẽ ad illos probandos tantus soluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus, &c.

12 † Quærit autem continuo Augustinus in eodem cap. an illo extremo tempore, quo Diabolus solutus totis viribus sæuiet, acceſsuri sint aliqui ad fidem? Nam neminem esse accessurum illis verbis Domini videtur comprobari Matth. 12: Quomodò potest quisquã intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Cum igitur fuerit solutus, non diripientur eius vasa. Cui quæstioni in hunc modum respondet. Immo verò id potiùs est credendum, nec qui cadant de Ecclesia, nec qui accedant ad Ecclesiam illo tempore defuturos. Sed profectò tam fortes erunt & parentes pro baptizandis paruulis suis, & ij, qui tunc primitus credituri sunt, vt illum fortem vincant etiam non ligatum, idest, omnibus, qualibus antea nunquam, vel artibus insidiantem, vel vrgentem viribus & vigilanter intelligant, & tolerantur ferãt: ac sic illi etiam non ligato eripiantur.

†Domi-

13 †Domini autẽ verba ex Matthæo ita explicat, prius seruatum esse hunc ordinem, vt fortis alligaretur, & vasa eius diriperentur, & longè, latè que multiplicaretur Ecclesia: sed postea eadem ex ipsa rerum Diuinitùs prædictarum, & impletarum robustissima fide etiam soluto vasa poterit auferre.

Vers. 4. *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis.* Locus est obscurissimus, & qui magna ex parte euertere omnia videatur, quæ hactenus posita sunt. Quæritur enim vtrùm de iudicio extremo loquatur Apostolus, an de aliquo alio ante illud? Si non loquitur de extremo, quomodo eos commemorat, qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, nec acceperunt eius characterem, atque eosdem regnasse dicit cum Christo mille annis? Qui sunt hi mille anni à persecutione Antichristi? Si extremum iudicium intelligit, quomodo continuò scriptum est: Ceteri mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni: cum notum sit non solùm martyres, sed vniuersos etiam, qui mortui sunt, viuos sistendos esse ad Christi tribunal? † Hũc
14 nodum ita soluit Augustinus lib. 20. de ciuitate cap. 9: Non hoc putandum de vltimo iudicio dici, sed sedes præpositorum, & ipsi præpositi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quã id, quod dictũ est: *Matth. 18.* Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt & in cœlo, & quæ solueritis in terra, soluta erũt, & in cœlo. Vnde Apostol*: *1. Cor. 5.* Quid enim mihi est (inquit) de ijs, qui foris sunt, iudicare? Nonne de ijs, qui intus sunt, vos iudicatis? Et initio capitis: Interea dũ mille annis ligatus est Diabolus, sancti regnant cum Christo etiam ipsis mille annis, eisdem sine dubio, & eodem modo intelligẽdis, idest, illo iam tempore prioris eius aduentus, &c. Itaque regnũ sanctorũ intelligit hoc loco non in cœlo, sed in terra, idque ex eo probat, quod in Euangelio Ecclesiam dici regnum Dei, & regnũ cœlorum quibusdam locis, quos adducit, coniunci videtur. Hoc autẽ regnũ
15 quale sit docet. †Regnant enim cum illo qui faciunt, quod Apostolus ait: *Si* *Coloss. 3.* consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. De qualibus item dicit, quod eorum conuersatio sit in cœlis. Postremò regnant cum illo qui eo modo sunt in regno eius, vt sint etiam ipsi regnum eius, &c. Deinde cetera explanans dicit his mille annis animas martyrum corporibus nondum sibi redditis regnare cũ Christo, quoniam & ipsæ pars sunt Ecclesiæ, quæ etiam nunc regnum Christi est. Sed ideo (inquit) tantummodo martyrum animas commemorauit, quia ipsi præcipuè regnant mortui, qui vsque ad mortem pro veritate certauerunt. Sed à parte totum, etiam ceteros mortuos intelligimus pertinentes ad Ecclesiam, quod est regnum Christi, &c.
16 †At cum ad verba illa omnium difficillima venit: Et qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, in tantas vir doctissimus, & ingeniosissimus angustias incidit, vt hos similiter dixerit esse viuos, & mortuos: bestiam esse populum infidelium contrarium populo fideli, imaginem eius simulationem intelligi, quæ in his est, qui velut fidem profitentur, & in fide liter viuunt, ab illis bestiam non adorari, qui nolunt subijci infidelitati, eos non accipere characterem bestiæ, qui non accipiunt notam criminis, aut in fronte, propter professionem, aut in manibus, propter operationes. Augustini verba trãstulit in suum commentarium Primasius nihil addens, nihil explicans. Atque eum Beda imitatus est, & Rupertus similiter exposuit. Horum sententiam in multis, hisque præcipuis sectatus est Ansbertus, & cum Ansberto Haymo, in quibusdam nonnihil discrepant, sed ita tamen vt eorum dictis nihilo magis quæstio soluatur, aut locus obscurissimus exponatur, quã dictis Augustini.
17 † Antequam huius loci explanationem aggrediamur, non est silentio prætereundum eum lapidem offensionis fuisse grauissimum, & antiquissimis doctoribus. Etenim Papias Hierapolitanus episcopus Iohannis Apostoli auditor ex hoc loco dixit sanctos post resurrectionem mille annis cum Christo regna- *Chiliastæ, siue Millenarij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

regnaturos esse in terra in omni bonorum affluentia, vt referunt Eusebius lib.3. Eccl. hist. cap. vltimo, Nicephorus lib.3. Hist. eiusdem cap. 26, & Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium, in vita Papiæ. Addit Eusebius: Multis tamen post se Ecclesiasticis viris erroris huius præbuit causas, autoritatem dogmati tantum ex vetustate tribueris, non etiam ex ratione dictorum, sicut Irenæo, & siquis alius eum in hac parte vitiis est sequi. Hieronymus etiam in Catalogo cum de Papia dixisset, hæc infert: Quod & multi nostrorum, & præcipuè Tertulliani liber, qui inscribitur, De spe fidelium, & Lactantij Institutionum volumen septimum pollicetur, & Victorini Pictabionensis episcopi crebræ expositiones, & nuper Seuerus noster in Dialogo, cui Gallo nomẽ imposuit. Et, vt Græcos nominem, &
18 primum, extremumque coniungam, Irenæus, & Apollinaris, &c. † Idem postea defendit Nepos episcopus Aegyptius, contra quem copiosè scripsit Dionysius Alexandrinus in libris de Repromissionibus futuris, vt refert Eusebius lib. 7. Hist. Eccl. cap. 22. Sed de hoc loquens carnales eum deliciis in hoc regno Christi posuisse tradit. Hic (inquit) Iudaico intellectu de futuris repromissionibus sentiebat, easque corporaliter exhibendas docebat, & mille annis in delictis corporalibus in hac terra Sanctos regnaturos esse cum Christo: huiusque sui dogmatis probamenta sumptis ex Reuelatione Iohannis testimonijs conabatur asserere. De quibus etiam libellos edidit interpretationes huiusmodi continentes, &c. [Irenæus quidem in quinque capitibus additis libro 5. id est, cap. 32, & quatuor sequentibus acerrimè tuetur hanc sententiam multis testimonijs prophetarum.] In libris autem Tertulliani vix quidquam huiusmodi apertum inuenimus. Eiusdem verò liber De spe fidelium, quem edidit Hieronymus, perijt animi ex tempore. At extremo fere libro 3. aduersus Marcionem, sententiam suam exponit. Nam & confitemur, inquit, in terra nobis regnum repromissum, sed ante cœlum, sed alio statu, vtpotè post resurrectionem in milleannos in ciuitate Diuini operis Ierusalẽ
19 cœlo delata, &c. † Et paulò post: Hanc dicimus excipiendis resurrectione sanctis, & refouendis omnium bonorum vtique spiritualium copia, in compensationem eorum, quæ in sæculo vel despeximus, vel amisimus, à Deo prospectam. Siquidem & iustum, & Deo dignum, illic quoque exultare famulos eius, vbi sunt & afflicti in nomine ipsius. Hæc ratio regni cælestis. Post cuius mille annos, intra quam ætatem concluditur sanctorum resurrectio pro meritis maturiùs, vel tardiùs resurgentium, tunc & mundi destructione, & iudicij conflagratione cõmissa, demutati in atomo in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptelæ superindumentum, transferemur in cœleste regnum, &c. Et eodem loco Tertullianus libri sui memini, De spe fidelium, vbi de his egit latiùs. In Victorini Commentarijs in Apocalypsin, qui vni extant, nihil nunc inuenimus, immo eorum extrema verba reijciunt omnino, ac damnant hoc affirmantes, & cum Cerintho hæretico sentire testantur. Iustinus quidem martyr aperte hoc ipsum docet in Dialogo cũ Tryphone paulò post medium, atque ad id testimonio vtitur Isaiæ cap. 65: Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam, &c. omnia de hoc regno interpretans vsque ad finem capitis. Deinde etiam ait: Apud nos etiam vir quidã Iohannes nomine, Christi Apostolorum vnus, mille annos commoraturos Ierosolymis eos, qui Christo crediderint, reuelatione, quæ ei facta est, spiritu prophetico prædixit. Deinde generalem, & vt paucis absoluam, æternam omnium resurrectionem futuram, ac iudicium, &c. Sed Lactantius relictus est, qui quid de toto hoc caperet Apocalypsis vere res sensisset, nobis luculenter exponeret. Is lib. 7: Diuinarum institutionum, cap. 23, resurrectionem bonorum futuram esse dicit, quam illi primam resurrectionem appellabant, meminit enim hic Iohannes primæ, & secundæ resurrectionis. Atque hoc cap. 25. completis sex annorũ millibus aborbe condito futurum affirmat, post ducentos videlicet annos à tempore, quo

Summa eorum, quæ veteres sentiunt de regno mille annorum.

20 quo hæc ipse scribebat. † Sed cap. 24. prolixius singula persequitur, quorum hæc est summa. Veniet tunc filius Dei, vt viuos, ac mortuos iudicet. Iusti, qui mortui sunt, resuscitabuntur, vt præsint viuentibus velut iudices. Qui autem viui inuenientur, non morientur, sed cum vtrisque Christus regnabit in terra mille annis. Viuentes infinitam multitudinem per eosdem mille annos generabũt, & erit soboles eorum sancta, & Deo cara. Gentes non extinguentur omnino, sed relinquentur inuictoriam Dei, vt triumphentur à iustis, ac subiugentur perpetuæ seruituti. Princeps dæmonum catenis vincietur per eosdem mille annos, ne quod malum aduersus populum Dei moliatur. Peracto iudicio ciuitas sancta constituetur in medio terræ, in qua ipse conditor Deus cũ iustis dominantibus commoretur. Toto hoc tempore erit summa terræ fecũditas, & pax maxima, atque tranquillitas. Reges gentium venient à finibus terræ cum donis, ac muneribus, vt ado-
21 rent regẽ magnum Christum. † Deinde cap. 26. hæc subijcit. Cum mille anni regni huius cœperint terminari, hoc est septem millia ab exordio mundi, solue tur denuo princeps dæmonum, atqs omnes gentes, quæ tunc erunt, sub ditione iustorum, concitabit, vt inferant bellum sanctæ ciuitati, & à Deo debellabuntur. Cum completi fuerint mille anni, renouabitur mundus à Deo, & cœlum complicabitur, & terra mutabitur & transformabit Deus homines in similitudinẽ angelorum. Tunc fiet secũda resurrectio, in qua excitabuntur iniusti ad cruciatus sempiternos. Comprehendetur Diabolus cum ministris suis, & in ignem æternum simul cum omnibus impijs conijcietur. Hæc ex Lactantio, quæ omnia ex verbis huius capitis deprompta videntur, si crasso sensu, & vt sonant, intelligantur. Ac ne vetustiores miremur, Augustinus, 20. de Ciui. cap. 7. hæc scripsit. Quæ opinio esset vtcumque tolerabilis, si aliquæ deliciæ spirituales in illo Sabbato (id est in illo septimo milliario annorum) affuturæ sanctis per Domini præsentiam crederẽtur. † Nam etiam nos hoc opinati
22 sumus aliquando. Sed cum eos, qui tũc resurrexerunt, dicant immoderatissimis carnalibus epulis vacaturos, in quibus cibus sit tantus, ac potus, vt non solùm nullam modestiam teneant, sed modum quoque ipsius credulitatis excedant, nullo modo ista possunt, nisi à carnalibus, credi. Hi autem qui spirituales sunt, illos ista credentes χιλιάστας appellant Græco vocabulo, quod verbum è verbo exprimentes nos possumus Milliarios nuncupare, &c. Millenarij etiam hi ab autoribus dicuntur. Qui hac quoque ratione permoti sunt, vt in eodem cap. autor est Augustinus: mundum sex diebus factum esse, septimo Dominum ab omni opere suo requieuisse, quod Sabbatum fuit. Et quia sicut est apud Petrum posterioris epistolæ cap. vltimo, vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus: censuerunt mundum sexmille annis duraturum, septimo autem millario annorum sanctos cum
23 Domino fore regnaturos. † Atque hic error non ex Apocalypsis solùm verbis malè intellectis, sed etiam ex Iudæorum traditione collectus est, vt docuit Eusebius lib. 7. Historiæ, cap. 22. & Hieronymus in Vita Papiæ, & in multis locis Commẽtariorũ in prophetas, quorũ quosdam indicabimus, qui quidquid de Ecclesiæ felicitate tempore legis Euangelicæ prædictum est sub typo Ierusalem, ad regnum terrenũ, & ad diuitias, atque ad corporis voluptates trãstulerunt. Cuius rei causa solet sæpe Hieronymus dicere, cum huius rei mentio incidit, Iudæi, & nostri Iudaizantes. De his Hieronymus in fine fere libri quinti Commentat. in Isaiam, & initio decimiquinti, & in illud cap. 54: Paupercula tẽpestate conuulsa, & in Proœmio lib. 18. & in expositione duorum capitum extremorum eiusdem, & in cap. 36. Ezec. & alijs multis locis, ex quibus perspicuum fit quod retulimus ex Augustino, omnes carnis delicias in regnum hoc mille annorum eos contulisse; tametsi Tertullianus lib. 3. contra Marcionem spiritualium tantùm meminit. Et in Proœmio lib. 18. in Isaiã ait idem Hieronymus. † Et qua ratione intelligenda sit Apocalypsis Iohannis, (loquitur autem de hoc capitulo)
24 quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam si iuxta literam accipimus, Iudaizandum est: si spiritualiter, vt scripta est, disserimus, multorum videbimur opinionibus contraire; Latinorum, Tertulliani, Victorini, Lactantij: Græcorũ, vt ceteros prætermittam, Irenæi tantũ Lugdunensis episcopi faciam mentionem: aduersus quem vir eloquentissimus Dionysius Alexandrinæ Ecclesiæ pontifex elegantem scripsit librum irridens mille annorum fabulam, & auream, atque gemmatam in terris Ierusalem, instaurationem templi, hostiarũ sanguinem, otium Sabbati, circũcisionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delicias, & cũctarum gentium seruiturem, &c. Quæ ideo retuli, vt sciamus quid de hoc regno sanctus martyr Irenæus senserit. Alter error, immo & manifesta iã hæresis, occasione horum verborum, quæ nunc interpretari tentamus, extitit, Apocalypsin nequaquã Iohannis Apostoli esse, sed Cerinthi hæretici, qui ætate eiusdem Apostoli vixit. Eorum sensum refert Eusebius lib. 7. Histori. Eccle. cap. 23. ex Dionysio Alexandrino, in libro secundo de Repromissionibus. † Nonnulli ex præcessoribus nostris (inquit Dionysius) penitus libellũ hunc refutandum, & à canone Scripturarum abijciendum putarunt, singula quæque eius capitula arguentes, & dixerunt prætitulationem libri non esse veram, sed alienæ Scripturæ Iohannis tantùm nomen impositum: vnde neq; Iohannis hunc esse librum, nec reuelationem videri posse, quæ crasso quodã velamine ignorantiæ contegatur. Addiderunt etiam hæc, quod nihil dignũ in ea grauitate Apostolica censeatur. Sed nec alicuius quidem Ecclesiasticorum saltem virorum scripturam esse dixerunt, sed Cerinthum quemdam autorem Cerinthianæ hæreseos volentem dogmatis sui fidem Apostolici nominis opinione firmare, libello à se cõscripto Iohannis titulum prætulisse. Deniq; (inquiũt) Cerinthi dogma hoc cõtinet, in terris futurum esse regnum Christi. Et quoniam ipse carnis, & libidinis amicissimus dicebatur, ea in repromissionibus futuri regni sanctis præbenda censebat, quæ sui animi libido dictabat, ventris, & voluptatis opera mansura, ciborum satietatem, & abundantiam poculorum, nuptias, & cetera quæ horum consequentiam seruant. Et reparari rursum sperat festiuitates, & sacrificia Iudaica, victimasque legales, &c. † Ex his quæ Dionysius tribuit Cerintho, & quæ Irenæo tribuit idem Dionysius, vt modò retulimus ex Hieronymo in Proœmio lib. 18. in Isaiã, & quæ nos retulimus ex Lactantio lib. 7. cap. 24. & quæ sunt apud Epiphaniũ lib. 3. Hæres. 77. prope finem, colligi videtur nihil, hoc quidem in regno mille annorum, interesse inter Cerinthi, & veterum doctorum de hac re sententiam, contra quàm quidam ex recentioribus opinati sunt. Confirmat hoc Caius scriptor Ecclesiasticus, cuius verba ex Dialogo disputationum refert idem Eusebius lib. 3. Hist. Eccle. cap. 28. qui etiã Apocalypsin Cerinthi esse existimauit. Sed & Cerinthus (inquit) per reuelationes quasdam, quas velut à magno Apostolo conscriptas, & per angelos ei reuelatas putaret, talia quædam nobis portenta introducit. Post resurrectionem terrenum dicit futurum esse regnum Christi in Ierusalem, & homines in carne iterum concupiscentijs, & vitijs subiectam conuersationẽ habituros. Contra fidem quoque Scripturarum quosdam mille annos designat, in quibus multa quidem & alia corruptionis opera, & nuptiarũ festinitates dicit futuras, ad eos, qui libidini dediti sunt, decipiendos, &c. † Eadem sunt apud Nicephorum lib. 3. Hist. Eccle. cap. 14. Hieronymus quoque in illud Ier. 23: Et conteres lagunculãm, &c. ita ait: Quanquã sibi Iudæi auream, atque gemmatam Ierusalem restituendam putent, rursusque victimas & sacrificia, & coniugia sanctorum, & regnum in terris Domini Saluatoris. Quæ, licet non sequamur, tamen damnare nõ possumus, quia multi Ecclesiasticorum virorum, & martyres ista dixerunt, &c. Verùm quod Iudæi dicunt, ad explanationem spectat prophetarum, & huius loci non est. Duorum autem errorũ circa Apocalypsin, alterum, qui est de autore, & autoritate libri, tam satis supra refutauimus in

Disputatione, quæ est ante Commentarios: alterum de regno mille annorũ ipsa vera loci, quo ille nititur, expositio refutabit: ortus siquidẽ est in nostris ex deprauata verborum Apostolicorũ intelligentia. Nam hi Papiam secuti sunt autoritatem dogmati eius propter autoris antiquitatem tribuentes, vt dixit Eusebius lib. 3. Hist. Eccl. cap. vltimo. Papias verò nimiùm crassè verba Apostoli accipiens deceptus est. † Vide Eusebium eodem loco scripsit: Sed ego puto eum spirituales, & mysticas Apostolorum traditiones corporaliter, & secũdùm literam suscepisse, nec potuisse discernere ea, quæ illi in figuris, veluti lactentibus, & paruulis loquebantur: qui & reuera etiam ex ipsis, quę conscripsit, opusculis, exigui sensus vir, & minùs capacis ostenditur. Idem ait. Nicephorus lib. 3. Hist. Eccles. cap. 20.

Vera intelligentia mille annorũ.

Ergo, vt iam sensum Apostoli aperiamus, nequaquam de Ecclesia in hoc sæculo regnante hæc intelligemus cũ Augustino, sed de ijs, qui cum Christo regnant in cœlo vt Ambrosius, & alij nonnulli censuerũt. Primùm, quia verba ipsa indicant hunc sensum esse germaniorem, quando sine dubio multò magis propriè regnare dicuntur cum Christo, qui in cœlo sunt, & Dei, Christiq; conspectu fruuntur, quã qui sunt in terra, nec vident facie ad faciem, sed per speculum in ænigmate. Deinde, quia nec proprium, nec vsitatum videtur, vt eos regnare cum Christo dicamus, qui persecutionibus iactantur, & doloribus anguntur, & in hac miserrima lacrymarum valle commorantur. † Nec verò aut illã Augustini interpretationem admodum iuuant, aut hanc quam nunc statuimus, lædunt ea, quæ ille protulit ex Euangelijs: Siquidem Ecclesia, si regnum cœlorum, aut regnũ Dei dicitur, non ideo dicitur, quòd ipsa regnet, sed quòd Deus regnet in ea. Sedes igitur, quas vidit Iohannes, in cœlo positas vidit. Qui sedent super eas sancti sunt, qui ex huius sæculi certamine victores in cœlum euolarunt, & regnant cum Christo. Iudicium illis datum est, quia electi, & designati sunt vt in die iudicij cum Christo iudicent, iuxta illud Sapientiæ. 3: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Ita enim Christus illis pollicitus est Apoc. 2: Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à patre meo. Itaque cum sedes beatas accipiunt, quasi iudices gentium designantur.

Et animas decollatorũ. Omnes sanctos vidit, sed eos peculariter commemorat, qui pro Christo interfecti sunt, vt futuris Christianis, atque ijs maximè, qui extremo tempore victuri sunt, animos addat ad certandum pro gloria Christi. Itaque *Et animas decollatorum*, ita nunc dictum est, ac si diceret: Et peculiariter animas decollatorũ, vt Mar. vltimo. Dicite discipulis eius & Petro. *Et pro præsertim.*

Propter testim onium Iesu Quia palàm Iesum confitebantur. *Vers. 4.*

Et propter verbum Dei. Quia eum verum Dei filium, ac æqualem patri esse clamabant, est enim in Græco λόγος cum articulo, τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. Vel certè quia verbum Dei prædicabant, id est Euangelium, & pro lege habebãt. Ita initio cap. 1. exposuimus illud: Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. *Vers. 4.*

Et qui non adorauerunt bestiam. Ex his quæ Apostolus dixit cap. 13. & 14. & 16. de bestia, & eius imagine, & charactere, & ex his, quæ in horum locorum explanatione tradidimus, adeò manifestum est quæ nunc dicuntur, de ijs dici, qui Antichristo repugnabunt, & viriliter pro Christo certabunt, vt in alium sensum detorqueri nequeant, nisi quã violentissimè. † Hoc igitur quia verũ est, & luce ipsa meridiana manifestius, ac cipiamus: deinde reliqua, si qua videbuntur cum hac intelligentia conuenire non posse, Deo duce, ac magistro, explicabimus. Eadem causa nunc Iohanni fuit, vt mentionem de sanctis extremi temporis faceret, qua & animas decollatorum propter testimonium Iesu se vidisse scripsit, nempe vt qui grauissimè vexandi sunt ab Antichristo, his verbis ad amplissimas spes excitentur, & nihil timeant. De imagine, & charactere bestiæ in fronte, siue in manu dex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dextera imprimendo diximus abunde ferè in fine cap. 13.

Vers. 4. *Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis.* Hoc est, quod Augustinum, & multos ab eo sensu, quem modò explicauimus, valde deterruit, quod mille anni intelliguntur vsque ad consummationẽ sæculi, nec potest vllo modo dici sanctos illius extremi temporis mille annos esse regnaturos vsque ad finem eiusdem sæculi. † Quidam hanc expositionem commenti sunt, vt mille anni, quibus sancti cum Christo regnabunt, illi sint, qui diem iudicij cõsequentur, ideſt, æternitas, ac si diceret: Semper regnauerunt, aut semper regnabunt. Sed prohibet Apostolus mille annos intelligere, nisi tempus quod erit vsque ad consummationem sæculi, quoniam paulò post ait: Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas. Ambrosius hac quæstione proposita, qua ipse etiam mouebatur, respondet: Tempus abascensione Christi vsque ad finem mundi, quod per mille annos designatur, omnibus electis deputatum est, vt cum eo sine corporibus gloria cœlesti cũ Dño perfruãtur. Et scimus quia omnes electi membra Christi sunt, & ex multis mẽbris vnum corpus efficitur: & si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Gaudium igitur præcedentiũ sanctorum illorum nihilominus erit, qui in fine mundi nascituri sunt, quia vnum corpus efficientur cum eis, & in alijs posidebunt, quod ipsis deerit.

32 *Vt Alfonsus Castrus lib. 3. cõtra Hæreses. V Beatitudo, Hæresi. 2.*

33 †Hæc Ambrosij responsio, etsi non est prorsus improbabilis, tamen præter argumentum, quo à nobis paulò post impugnabitur, hoc etiam nomine videtur posse reprehendi, quòd eadem ratione nos etiã, qui in terris sumus, possemus dici regnare in cœlis cum Christo, quandoquidem vnum corpus sumus cum ijs, qui nunc cum eo regnant. Quare ita potiùs respondendum videtur. Cum ait: *Et vixerunt, & regnauerũt cum Christo mille annis*: minimè id referẽdum est ad eos, qui non adorauerunt bestiã, nec imaginem eius (neq; enim illos mortuos esse dixit) sed ad animas decollatorum propter testimonium Ie sũ, ideſt ad eos, qui cum hæc scribebantur, mortem pro Christo oppetierant. Hos enim, quia mortuos appellauerat, cum decollatos fuisse dixit propter testimonium Iesu, meritò vixisse dicit, ne mortui, & inhonorati putarentur. Nã infideles homines, cum in mortem properare videbant sanctos, stultos eos putabant, & cum corpore extingui tam ipsos, quàm omnia ipsorum bona

34 iudicabãt. †Propterea ait: *Et vixerunt.* Hoc est. Non perierunt, sed vitam multò præstantiorem assecuti sunt: nec finita sunt eorum bona, sed ex eo tempore multò, quàm antea felicioresregnant cum Christo. Hoc ipsum est, quod Sap. 3. docemur: Iustorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tãget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus eorum, & ab itinere iusto abierunt in exterminiũ, & quod à nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace, &c. Vidit igitur Iohannes inter animas Sanctorum sedentes animas decollatorum propter testimoniũ Iesu viuentes, & regnantes cum Christo, eosque tantùm viuere dicit, quos mortuos esse dixerat. Atque ita omnia sunt aperta. Verùm autem esse hoc, nec de ijs, qui erunt regnante Antichristo scriptum esse: *Et vixerunt, & regnauerũt cum Christo mille annis*, ex hoc plenius intelligitur, quòd mille anni non numerantur vsque ad ipsum diem iudicij, sed vsque ad initiũ regni Antichristi, quo tempore nihil ipsi passi sunt. †Quod in

35 verbis Apostoli manifestũ est, ait enim: Et ligauit eum per annos mille, & misit eũ in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gẽtes, donec consummentur mille anni, id est, Donec veniat Antichristus. Iam ergo tunc erunt consummati. Et posteà: Et cum cõsummati fuerint mille anni, soluetur Satanas. Nullo igitur modo ad hos pertinet regnum mille annorum, nec potest dici quod quidã aiunt, in ijs qui erũt tempore Antichristi, partem poni pro toto, quod & Ambrosius ex parte sensit, quoniam ne per partem quidem illorum mille annorũ regnabunt.

Sed cur, inquis, de sanctis scriptum est: Et regnauerunt cum Christo mille annis, ideſt, vsque ad aduentum Antichristi? Cur non etiam vsque ad diem iudicij? Respondeo non excludi hisce annis tempus, quod supereſt vsque ad dẽ iudicij, nam tunc similiter regnabunt: sicuti neque æternitas excluditur, quæ terminato omni tempore post iudicium manebit. † Sed cum de mille annis loqui cœpisset, quibus Diabolus in abyssо tenebitur, & post quos soluetur, eodem numero declarare voluit vitam gloriosam sanctarum animarum. Vidit enim quod ab aduentu Antichristi supereſt vsque ad diem iudicij, parum esse, & in tanto numero annorum pro nihilo haberi, nimioremque summam solere in maiori intelligi: hoc autem fuisse docendum, sanctos, qui mortui iudicabantur, semper in cœlis vixisse cum Christo, nam in die iudicij iam ipsi viui, & integri manifesta in luce videbũtur, nec vlla esse poterit post id de eorũ vita dubitatio. Deinde si vixerunt, & regnauerunt mille annis, quid dubij esse poterat quin etiam vsque ad diem iudicij viuerent, atque regnarent?

Cur tẽpus à Christo vsque ad Antichristum significetur mille annis.

Supereſt nunc vt dicamus, cur mille annis significetur vniuersum tempus à Christi resurrectione vsque ad regnum Antichristi. Augustinus. 20. de Ciui. cap. 7. duas causas affert. Altera est, quòd in vltimis annis mille res hæc agitur, id est, in sexto annorum milliario, quo mundus erat terminandus, quasi sex diebus, vt posteà sequatur sabbatum, quod non habet vesperam, id est, requies sanctorum. † Verùm

37 hæc ratio nullius momenti est, quoniam iuxta numerum annorum, quem sequebantur Augustinus, & Lactantius, & vereres, sumptum videlicet ex translatione Lxx. interpretum, Dominus natus est post quinque mille annos ab orbe condito, ita vt Lactantius, qui antiquior Augustino fuit, & tempore Constantini Magni floruit, ducentos annos sua ætate restare scribat vsque ad finem sexti milliarij anno rũ, vt supra retulimus, & Augustinus loco citato ait sexti milliarij spatia iam posteriora volui. At Constantinus imperium cepit anno Domini trecentesimo duodecimo, vt autor est Eusebius in Chronicis, & triginta annis tenuit. Quare si bene subducta ratio est à Lactantio, non solùm sextum milliarium iam expletum est, sed etiam septimum. Eusebius in eisdem Chronicis natalem Domini Seruatoris diem collocat in anno ab exordio mundi cẽtesimo nonagesimo nono supra quinquies milleſimum. Itaque iam saltem hoc anno, qui est ab illo natalis Dominici milleſimus quingenteſimus nonageſimus primus, ita sextum milliarii terminatum est, vt etiam septimi termino non desint nisi ducenti ac decẽ.

38 † Melius tueri se possent, si confugerent ad veram rationem temporum, quæ est in Hebræis codicibus, & in nostra Translatione, secundum quam ter mille sõgenti triginta septem anni expleti erant, cum natus est Dominus: hoc autem anno quinquies mille quingenti viginti octo sunt, desuntque sex mille annis quadringenti septuaginta duo. At si hoc dicerent, non possent dicere cur mille anni positi essent, quando iam plus mille quingentis ab ascẽsione Domini lapsi sunt. Altera causa est, quam eodem capite his verbis explicat Augustinus: Aut certẽ mille annos pro annis omnib⁹ huius sæculi posuit, vt perfecto numero notaretur ipsa tẽporis plenitudo. Millenarius enim numer⁹ Denarij numeri quadratũ solidum reddit. Decẽ quippe decies ducta fiunt centum: quę iam figura quadrata, sed plana est. Vt autem in altitudinem surgat, & solida fiat, rursum centum decies multiplicantur, & mille fiunt. † Porrò si centum ipsa aliquo modo pro vniuersitate aliquando ponuntur, quale illud

39 est, quod Dominus omnia sua dimittenti, & eum sequenti promisit dicens: Accipiet in hoc sæculo centuplum: quanto magis Mille pro vniuersitate ponuntur, vbi est soliditas ipsius denariæ quadraturæ? Vnde & illud melius intelligitur, quod in Psalmo legitur: Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi, quod mandauit, in mille generationes, &c. Eodem modo explicant Primasius, Beda, & reliqui ferẽ, quos Augustinum sequi diximus. Idem tradit Gregorius. 9. Mor. cap. 1. & lib.

Millenarius numerus pro vniuersitate.

Matth. 19.

Psal. 104.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& lib.3 5.cap.20.& eodem loco Psalmi confirmat. Rectè etiam, & expeditiùs dicere possumus, Scripturam vti communi locutione, qua ficut centum multa dicere solemus, ita cum mille dicimus, intelligimus multò plura, siue maximam quamdam, & inde finitam multitudinem. Quod multis ex locis intelligi potest. Iob.9: Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Deut.7: Custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & ijs qui custediunt præcepta
40 eius in mille generationes: † Et cap. 32. Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? Psalm.90: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Quibus locis Mille non vniuersi intelliguntur, cum addatur statim, Decem millia, sed plurimi, in decem millibus autem etiã plures. Simile est illud. 1.Reg.18: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Psal.89: Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna, quæ præterijt. Eodem modo & sæculares autores loquuntur. vt Virgilius:

1.Æne. *-----Quam mille secutæ*
Hinc, atque hinc glomerantur Oreades.
11.Æne. -----Et alio in loco
Et quos mille die victor sub tartara misi.

In vtrumque locum Seruius adnotauit, in Mille numerum finitũ positum esse pro infinito. Persius:

Satyra.5. *Mille hominum species, & rerum discolor vsus:*
Velle suum cuique est.

Ex his profectò haud absurdè colligi videtur multos annos restare vsq; ad diẽ iudicij, quandoquidem cum Mille proprie non capiatur, plures enim mille iam ad hunc vsque diem interfluxerunt, necessariò consequitur vt iuxta Scripturæ consuetudinem accipiatur pro plurimis. Semper autem intelligi maiorem multitudinem, quam numero illo propriè significetur, ostendit illud Psal. 67: Currus Dei decem millibus multiplex, nã Dan.7. legimus: Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Tum etiam locus ille Persij. *Mille hominum species*, & alia, quæ dicta sunt.

Mille pro indefinita, magnaque multitudine.

41 † At restat adhuc scrupulus, qui ne gotium facessere non desinit, cur hoc loquendi genere Spiritus sanctus sit vsus, quod prophetiam obscurarer, cũ mille annos diceret? Præterea, non semel dixit, aut iterum, sed quinquies, quod superiorem illam interpretationem nulle annorum suspectam reddere videtur. Ita enim nos solemus aduersus alios argumentari, posse aliquẽ numerum finitum pro indefinito accipi cum semel ponitur, at cum sæpe repetitur, non pro indefinito, sed propriè accipi. Respondeo consultissimè Iohãnem posuisse mille annos. Si enim annos numerasset vsque ad regnum Anti christi, manifestè fere explicabat annos, qui supererant vsque ad finem mũdi, & vsque ad diem iudicij, quod adeò non oportebat Ecclesiæ reuelari, vt ne que ipsis Apostolis notum esse voluerit Dominus Iesus, sed eos ita repulerit: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Quare neque Iohannem ipsum, neque angelum, qui hæc illi reuelabat, hoc cognouisse crediderim, quia Dominus dixit: De die autem illo, vel hora, nemo scit: neque angeli in cœlo. Mar.13. † Cum igitur annorum numerus non esset indicandus, & docendum esset plurimos fore, non potuit commodiùs, aut breuiùs dici quam dictum est. Nam in Mille plurimos intelligimus, sed ne plures etiam quam par erat intelligerẽtur, non dixit Decem mille, quo numero multò etiam plures ex eiusdem Scripturæ consuetudine intelligeremus, vt constat ex locis indicatis: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia, cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, &c. Quomodo etiam dictum est Psal. 67: Currus Dei decem millibus multiplex. Præterea & si obscurè ita dictum est, quod proprium est prophetiæ, non tamen valde obscurè, quandoquidem, & profani scriptores, & reliqui homines sæpe ita loquuntur vt Mille dicant pro valde multis. Et quoniam semel ita dictum fuerat, idque satis conuenienter: in eodem sermone, & de re eadẽ, non fuit mutandã locutio, id enim fortasse

Cur mille anni posiri sint.

Act.1.

fortasse maiorem pareret ambiguitatẽ. Itaque licet quinquies ponatur, quia in eadem visione, & intra paucos versus, & in re eadem ponitur hic numerus, quasi semel positus existimari debet. Si autem pluribus in locis semper ita Scriptura loqueretur, vrgeret profectò argumentum, vt numerum illum certum, & definitũ putaremus, nisi aliũde veritas perspiceretur.

43 † Postremò tota re iam explicata quæritur quod nam iudicium esse debeat de interpretatione Millenariorũ? Et quidem, quamuis Hieronymus in Ieremiæ caput. 19. dicat se non audere hanc damnare, quod eam secuti essent duo martyres Christi Irenæus, & Victorinus, initio cap. 60. Isaiæ ait: Quorum qui sequitur errorem, sub nomine Christiano Iudæorum se similem confitetur. Nec dubito quin, si res ad Ecclesiæ iudicium deferretur, hæresis esset damnanda, tamet si autores eius, Tertulliano excepto, hæretici non fuerint. Idem iudicarunt, qui de hæresibus scripserunt. Omnes enim eam inter hæreses numerant. Verum hoc non est facile conuincere, nam ab Ecclesia non est, quod sciam, in generali concilio vllo damnata hæc opinatio, & Scripturæ testimonijs non tam facilè redarguitur, quàm quidam putant. Solent hæc proferri: Non est enim regnum Dei esca, & pot⁹. Ro.14. Et illud Matth. 22: Erratis nescientes Scripturas, neq; virtutem Dei: In resurrectione enim nec nubent, nec nubentur, sed sunt ficut angeli Dei in cœlo. † His pugnat Hieronymus in Prœmio lib. 18. in Isaiam, posteriori etiã Epiphanius Hæresi. 77. & alij. Colligunt etiam nullum in resurrectione futurum vsum cibi, & potus, quandoquidem futuri sumus sicut angeli, qui sine cibo corporeo viuunt, sicut Raphael ait apud Tobiã. cap. 12: Videbar quidẽ vobiscũ manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri nõ potest, vtor. Epiphanius loco indicato disputat contra eos demonstrans circumcisionem, & reliquas legis ceremonias, post Euangelium nullo modo seruari posse. Et in eodẽ Prœmio argumentatur Hieronymus: Vbi cibus, sequuntur,

An hæretica sit opinio Millenariorum.

Vnde conuincatur esse hæretica.

& morbi: vbi morbi, adhibẽdus est Medicus: vbi Medici, frequenter interitus, rursumq; resurrectio, & noua ex integro conuersatio, &c. At Hieronymus, & Epiphanius hoc animaduertere debebant, duas à Millenarijs poni resurrectiones, primam sanctorum, de qua dictum volunt à Iohãne, Hæc est resurrectio prima: alteram autem generalẽ omnium expletis mille annis regni terreni; atq; in prima ponere eos delicias corporis, & filiorum procreationem, non in secunda, postquam regnabunt in cœlo, de ea enim intelligunt, quod Dominus ait: In resurrectione enim nec nubẽt, nec nubentur. † Quod manifestè docet Iustinus in Dialogo cum Tryphone his verbis: Apud nos etiam vir quidã Iohãnes nomine, Christi Apostolorũ vnus, mille annos cõmoraturos Hierosolymis eos, qui Christo crediderint, reuelatione, quæ ei facta est, spiritu prophetico prædixit: deinde generalem, & vt paucis absoluã, æternã omniũ resurrectionem futuram, ac iudicium. Id quod etiam Dominus noster dixit, homines neque vxores ducturos esse, neq; eis mulieres nupturas, sed similes futuros angelis, qui sint resurrectionis filij. &c. Et tueri se possent verbis Euangelicis, cũ enim dixisset: In resurrectione enim neq; nubent, neq; nubentur, continuò addit: Sed sunt sicut angeli Dei in cœlo. De secunda ergo resurrectione hoc dictum esse affirmabunt, postquam erũt in cœlo, non de prima. Quid? quod liberorum procreationẽ, non tribuunt ijs, qui resurgent, sed ijs, qui tunc viui inuenientur, qui non morientur, vt docuit Lactantius lib.7. cap. 14. Alijs ergo armis oppugnandi sunt, quæ aut primam illam resurrectionem tollant, aut ex ea certè eijciant cibum, & potum, & officia matrimonij, si quis hæc in resuscitatis etiam inueniri posse diceret. † Præterea si Millenarij in illo regno mille annorũ nõ carnis delicias ponerẽt, sed spirituales, (quod se aliquãdo fuisse opinatũ testatur Augustinus. 20. de Ciui. c. 7. (quomodò eos cõuinceremus? Etenim quauis Augustin⁹ ait: Quæ opinio esset vtcũq; tolerabilis, si aliquę delicię spirituales in illo sabbato affuturæ sanctis per Domini præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententiam crederentur: nec de hac dubito quin ei Ecclesia hoc tempore notam hæresis inureret. Ergo cum ostenderimus iustos non resurrecturos ante finem sæculi, & ante diem nouissimũ, quo omnes resurgent, & iudicabuntur, satis primam illam resurrectionem, & regnum mille annorum sustulerimus. In primis Iob vir sanctissimus ait cap. 19: Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, scilicet, ad iudicium omnium venientem. Et Paulus. 2. Thess. 4. apertissimè tradit, cum Dominus ad iudicium veniet, simul cum sanctis priorũ sæculorum, eos, qui tunc viuent, & simul resurgent, tollendos esse in aerem
47 obuiam Christo. † Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non præueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Et. 1. Cor. 15: Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine: Primitiæ Christus, deinde ij, qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Præterea in hoc ipso capite. 20. Apocalypsis, vbi nemo negat de vltimo, ac generali iudicio verba fieri, videlicet post consummationem illorum mille annorum, de quibus prius mentionem fecerat, simul ponitur iustorum, & in
49 iustorum resurrectio, & iudicium: Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, &c. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundùm opera ipsorum. Ac nequis fortasse de malis illic verba fieri pertinaciùs diceret, addit mox: Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Alij ergo inuenti sunt in libro, & in cœlum sublati sunt. Et quæ sequuntur. Sed iam ad Apostoli verba redeamus.

Ceteri mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni. † Ceteri qui Christo adhærere noluerunt, non vixerunt vsque ad tempus, quo iam consummati erunt mille anni, id est, vsque ad diem iudicij: Nec loquitur de eadem vita, de qua locutus est cum dixit: Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis: sed vitam accipit in genere, vt singulis iuxta rationem sibi conuenientem attribuatur in hunc modum. Decollati propter Iesum, qui penitus extincti putabantur, ad vitam cœlestem; ac beatam perducti sunt, & cum Christo regnant eorum animæ. *Ceteri*, qui in peccatis mortui sunt, nullam vitam habuerunt vsque ad diem iudicij, quo resurgent, & viui cernentur. Sed dum hic dies venit, non viuunt, quia summis cruciatibus torquentur, quæ mors potiùs dicenda est. Vitam tamen, quam habere possunt, in die iudicij habebunt resurgentes in suis corporibus. Ita loqui solet Scriptura, & ita omnes loquuntur. Vt. 1. Corin. 15: Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. † Et posteà: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Alia est enim resurrectio iustorum, alia iniustorum; sed resurrectio in genere accipitur, vt deinde singulis, pro vt eis conuenit, attribuatur. Quod apertiùs Dominus apud Iohannem cap. 5. explicauit: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Ambrosius: *Ceteri* autem, id est, reprobi, *non vixerunt*, quia post mortem non ad vitam ducuntur, quæ in cœlestibus sanctorum animabus datur, sed in infernum demerguntur, quæ in hoc libro mors prima vocatur.

Hæc

Vers. 5. Resurrectio prima.

Hæc est resurrectio prima. Augustinus. 20. de Ciui. cap. 6. & 7. contendit hanc primam resurrectionem esse eorum, qui à peccatis resurgunt, confirmatque verbis Domini Iohan. 5: Venit hora, & nunc est, quando mortui audient
51 vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Eum scriptores supra nominati sequuntur. At nos fatemur quidem re ipsa hanc, de qua Augustinus loquitur, resurrectionem dici, sed de ea Apostolum nostrum loqui negamus. Etenim si rectè ostendimus verba illa: Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, de vita, & regno, quæ in cœlis sunt, intelligi debere, necessariò inde fit, resurrectionem primam esse, qua ij, qui mortui putabantur, ad vitam illam beatam ducuntur. Ac resurrectio dicitur, non quòd animæ perierint, sed quòd perisse simul cum corporibus putabantur ab infidelibus: aut
50 quia illi, qui mortui iudicabantur, viuunt meliore parte sui. † Sed & verba ipsa Apostoli manifestum hoc indicant. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. Quibus planè docet ad hanc primam resurrectionem non pertinere, nisi qui beati erunt in æternum, vt ipse Augustinus cap. 6. confessus est. At plurimi à peccato resurgunt, & iterum moriuntur in peccatum relabentes, & in peccato suo decedunt ex hac vita, in quos omnes secunda mors, id est, æterna damnatio, habet potestatem. Nec enim dixit: Beatus qui manet vsque in finem vitæ in resurrectione prima, sed: Qui habet partem in resurrectione prima, in qua sine dubio partem habent omnes, qui per lauacrum regenerationis iustificantur, si ita vt Augustinus, illam intelligimus. Ambrosius: Sed quia dicit beatos esse eos, qui habent partem in resurrectione prima, non mihi de Baptismo hoc dictum videtur, eo quòd non omnes beati sint qui per Baptismum à morte animæ resurgere videntur, &c. Deinde paulò post ita exponit, vt diximus. Ergo, quod nunc ait: Hęc est resurrectio prima: non respicit ad proxima verba: Ceteri mortuorum, &c.: Sed ad anteriora: Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis.

Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. † Hic iureberaꝰ est, non spe, sed reipsa, & verè *sanctus*, id est ἁγιος, qui omnino liber est à peccato, qui iam nihil terrestre concupiscere potest, sed totamente, & totis viribus Deum amat, & colit. Sanctus enim est (vt scribit Dionysius in lib. de Diuin. nom. cap. 12.) omni scelere libera, perfectique, & penitus incommaculata mentis.

Vers. 6.

Sanctus.

In his secunda mors non habet potestatem. Quæ sit secunda mors in hoc ipso capite docet dicens: Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Videri autem potest superuacaneum dicere secundam mortem non habituram in his potestatem, qui iam beati sunt. At eadem ratione videri posset etiam superuacaneum dicere, decollatos propter testimonium Iesu viuere, & regnare cum Christo. Verumque tamen propter eos maximè dictum est, qui nesciunt, quanta sit felicitas eorum, qui pro Christo moriuntur, & quantis præmijs, quamque immortalibus donentur, ac si diceret: Illi, qui pro Christo cruciatus, & mortem perpessi sunt, stulti putantur ab hominibus terrena sapientibus, & penitus extincti: at tantum abest mortui vt sint, vt etiam vita multò præstantiore fruantur, & simul cum Christo regnent, talisque sit eorum vita, vt nequaquam mortem vllam, aut casum timere debeant.

Vers. 6. Mors secũda.

Sed erunt sacerdotes Dei, & Christi. † Sacerdotes Metaphoricè appellat, quia semper Deo seipsos offerent, & laudes illi sine fine decantabunt. Augustinus. 20. de Ciui. cap. 10: Non vtique de solis episcopis, & presbyteris dictum est, qui propriè iam vocantur in Ecclesia sacerdotes: sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma: sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt vnius sacerdotis. De quibus Apostolus Petrus: Plebs, inquit, sancta, rega-
52 le

Vers. 6.

1. Petr. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

le sacerdotiũ. Sanè, licet breuiter, atq; transeunter, insinuauit Deũ esse Christum dicẽdo, Sacerdotes Dei, & Christi, hoc est patris, & filij quamuis propter formam serui, sicut filius hominis, ita etiam sacerdos Christus effectus sit, &c. Indicat autem nomine Sacerdotis gaudium, & dignitatem, & officium beatorum, iuxta illud Psal. 83: Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

Et regnabunt cum illo mille annis. Toto hoc tempore, quo illi à filijs huius sæculi mortui existimantur, viui sacerdotum ministerio fungentur in cœlo, & cum Christo regnabunt. De æterna autem duratione, quæ post terminum sæculi supereſt, non erat opus dicere vt ante adnotauimus, quoniam in die iudicij viui, & cum Christo ascẽdentes in cœlum videbuntur ab omnibus, ita vt nemo iam de eorum vita, ac regno dubitare possit. *Vers. 6.*

Soluetur Satanas de carcere suo. † Ab eo soluetur, à quo vinctus fuerat, qui & clauem abyssi habere dictus est. Quid autem facturus sit solutus, ex eo intelligitur, quod sequitur: Et exibit, & seducet gentes, &c. & ex ijs, quæ de eius alligatione supra diximus. *Vers. 7.* 53

Et exibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog. Tota hæc prophetia de Gog, & Magog, respicit ad caput. 38. & 39. Ezechielis, vnde sumpta est. De quibus Hieronymus initio cap. 38. hæc scribit: Igitur Iudæi, & nostri Iudaizantes putant Gog gentes esse Scythicas, immanes, & innumerabiles, quæ trans Caucasum montem, & Mæotidem paludẽ, & prope Caspiũ mare ad Indiã vsq; tendãtur: & has post mille annorum regnum esse à Diabolo commouendas, quæ veniant in terram Israel, vt pugnent contra sanctos multis secum gentibus congregatis. Primùm Mosoch, quos Iosephus interpretatur Cappadocas, dein de Thubal, quos idem Iberos, vel Hispanos, Hebræi Italos suspicantur, habentes secum in exercitu Persas, AEthiopas, & Lybias, Gomer quoque, & Thogorma, quos Galatas, & Phrygas interpretantur, &c. *Vers. 7.* *Gog, & Magog.* 55

† Addit ita quoque eos interpretari verba Apocalypsis, non intelligentes totum volumen esse mysticum, & Reuelationis titulo prænotari, & reuelatione nos indigere, vt possimus cum propheta dicere: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Demum Origenis errore de re eadem relato ad extremum ait: Quæ nos omnia lectoris arbitrio concedentes, non tam aliena damnare, quam Ecclesiasticam explanationem, (id est, quam viri Ecclesiastici secuti sunt) affirmare conabimur. Gog Græco sermone σκέπασ, Latino tectum dicitur. Porro Magog interpretatur: De tecto. Omnis igitur superbia, & falsi nominis scientia, quæ erigit sé contra notitiam veritatis, his nominibus demonstratur. Et Augustinus. 20. de Ciui. cap. 11. hunc locum enarrans ait: Gentes quippe istæ, quas appellat Gog, & Magog, non sic sunt accipiendæ, quasi sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari constituti, siue, quos quidam suspicantur Getas, & Massagetas, propter literas horum nominum primas, siue aliquos alios alienigenas, & à Romano iure seiunctos. † Toto namque orbe terrarum significati sunt isti esse, cum dictum est: Nationes, quæ sunt in quatuor angulis terræ, easque subiecit esse Gog, & Magog. Quorum interpretationem nominum esse comperimus, Gog, Tectum, Magog, De tecto, tamquam domus, & ipse, qui procedit de domo. Gentes igitur sunt, inquibus Diabolum, velut in abyssó, superiùs intelligebamus inclusum: & ipse de illo quodammodo se se efferens, & procedens, vt ille sit tectum, ipse de tecto, &c. Vbi non ita legendum est, ne sibi contradicat Augustinus, sed in hunc modum; vt illæ sint tectum, ipse de tecto. Similiter interpretatur Tyconius Homil. 17. & omnes gentes intelligunt, quæ per totum orbem insurgent in Ecclesiam. Augustini verò non sensum solùm sed verba etiam acceperunt Primasius, Beda, Ansbertus, Haymo. Idẽ placuit Prospero Aquitanico in Dimidio temporis, cap. 4. & Ambrosio, & Ruperto, & Petro Galatino lib. 5. de Arcanis catholicæ veritatis, cap. 12. Nec mirum est ita hos patres sensisse, quandoquidem Lactantius, qui vnus est asserentium regnum mille annorum, omnes gentes intelligit contra ciuitatem sanctorum insurrecturas. lib. 7. cap. 26. Hoc idem ab Apostolo nostro manifestè dictum videtur: Et seducent gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, id est ad Ortum, ad Occasum, ad Aquilonẽ, ad Meridiem: deinde addit: Gog, & Magog, quæ nomina non in secundo casu posita sunt, sed in quarto, vt in Greco perspicuum est, τὸν γωγ, καὶ τὸν Μαγώγ, quasi dicat: Quod omnes gentes dixi, nunc dico Gog, & Magog. *Psal. 118.* 54

† Deinde totam orationem esse figuratam vel hinc apparet, quod Ezeciel cap. 39. cum idem prælium Gog, & Magog in sanctos prædixerit, & idem supplicium ignis super eos venturi, tandem ait: Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent, & comburent arma, clypeum, & hastas, arcum, & sagittas, baculos manus, & contos, & succendent eam igni septem annis. &c. Quod vt sonat, eo tempore verum esse non poterit, cum neque quatuor anni reliqui erunt vsque ad mundi finem. 56

Ad loci obscurissimi intelligentiam illud primum constituamus, Ezechielem omnino verba facere de extrema sanctorum persecutione, quæ tempore Antichristi futura est, vt sentiunt in cap. 38. Ezechielis Lyranus, & Paulus Burgensis in Additione, Vatablus, & Isidorus Clarius, Petrus Galatinus lib. 5. de Arcanis catholicæ veritatis, cap. 12. Atq; hoc res ipsa indicat, quæ enim illis duobus Ezechielis capitibus continentur, constat nunquam facta esse vsque ad hunc diem. Qua in re insigniter lapsus est Theodoretus in eiusdem loci Commentarijs, qui putat post reditum è Babylone factum esse, quod Propheta prædixit. † Verùm id, si ita fuisset, tam celebri historia, qua nulla vnquam celebrior Iudæis contigit, pleni essent libri Iudæorum. Nùc autem Iosephus diligentissimus eorum scriptor nihil vnquam de hac re dixit, nec alter Iosephus filius Gorion, qui historiam illorum temporum similiter scripsit. Qui verò hos tempore consecuti sunt, tantum ab est, vt hoc purent aliquando contigisse, vt indo aduersum nos probare contendant non dum venisse Messiam, quòd nõdum Ierusalem, oppugnauerint Gog, & Magog, qui ab eodem interficiendi sunt, vt tradunt Clarius, & Galatinus locis indicatis. Ex his sequitur vnam esse, & eamdem hac quidem in re, Ezechielis, Iohannisque prophetiam quod indicant nomina apud vtrumque, Gog, & Magog. Tempus etiam conuenit, nam Ezec. 38 scriptum est: Post dies multos visitaberis, in nouissimo annorum venies ad terram, quæ reuersa est à gladio. Conuenit & supplicium, eodem enim in asp. ait: Ignem, & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo, Et cap. 39: Et immittam ignem in Magog. Iohannes verò ait: Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos. † Demum sicut Iohannes ait: Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum, &c. ita etiam legimus Ezechielis. 39: Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestijs agri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, &c. Atque ita alter ex alterius verbis explicandus est. Alterum etiam est constituendum, Gog, & Magog non omnium nationum nomina esse, sed in eis certas nationes cum suis principibus indicari, quod puto cuiuis esse manifestum legenti. Ita enim ait cap. 38: Filij hominis, pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog, principem capitis Mosoch, & Thubal, & vaticinare de eo. Et posteà: Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu, & populi multi tecum ascensores equorum vniuersi, &c. Hæc omnibus nationibus dici non possunt, sed cuidam potentiori, quæ è certa sede pro- *Gog, & Magog.* 57

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecta secum multas ad bellum adducat. Quas etiam indicauit: Persæ, AEthiopes, & Lybies etiam cum eis, omnes
59 scutati, & galeati. † Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thogorma latera Aquilonis, & totum robur eius, populiq; multi tecum. Gomer Galatæ sunt, Thogorma Phryges, vt paulò ante retulimus ex Hieronymo, & sumptum est ex Iosepho lib. 1. Antiq; cap. 7. [Ex his intelligi potest Gog non esse Gothos, quod putauit Ambrosius lib. 2. de Fide, cap. vltimo prope finem) nihil enim habent illi commune cum ijs, quæ de Gog ab Ezeciele, & à Iohanne scripta sunt. Atque, vt alia omittamus, Gog dicitur Ezec. 38: In nouissimo annorum venies ad terram, quæ reuersa est à gladio: Gothi autem non in nouissimo annorum, sed ante multos annos venerũt. Quare iure Hieronymus in Traditionibus in Genesin, aut Ambrosium, aut alium quempiam sui temporis scriptorem subindicãs ait: Scio quemdã Gog, & Magog tam de præsenti loco, quam de Ezecielis, ad Gothorũ nuper in terra nostra vagantium historiã retulisse: quod vtrũm verum sit prælij ipsius fine monstrabitur. Et certè Gothos omnes retro eruditi magis Getas, quam Gog, & Magog appellare consueuerũt. &c. Nihil autem post Gothorum prœlia cõtigit ex ijs, quæ in Iohanne, & in Ezeciele scripta sunt. Nec illud verius, aut probabilius quod lib. 9. de Demonstratione Euangelica, Demonstratione tertia, scriptum reliquit Eusebius, Romanos appellari Gog, quoniam Num. 24. iuxta Lxx. editionem scriptum est: Et exaltabitur regnum Gog, & augebitur regnum eius, Deus eduxit ipsum ex AEgypto: quod ipse ita interpretatur, regnum Christi, qui eductus est ex AEgypto, paulatim creuisse cum regno Romanorum, quod dicitur regnũ Gog. Confirmat etiam ex Ezeciele, qui Gog vocat principem Ros, Mosoch, & Thubal, vbi per Ros Romanorum, inquit, vrpar est, ciuitatem significat, quandoquidem principatus, & caput ea voce apud Hebræos intelligitur. &c. At si vidisset Eusebius quæ in Apocalypsi præcesserant, nequaquã ad regnum Romanorum verba Numerorum detorsisset. Manebit enim Gog, & eius exercitus post Romã euersam, & ipse vnus erit ex illis, qui eam euertent, vt paulò post videbimus. Deinde quando vnquã Romanis contigit quod de Gog prædictũ est, vt igne cœlitus delapso absumeretur cum suo exercitu in montibus Israel, & in eadem terra iuxta mare sepeliretur? Verba libri Numerorum nihil eũ iuuant, corruptè enim legitur in editione Lxx. & Symmachi Gog pro Agag. Hieronymus ita vertit: Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius. In Hebræo est. וירם מאגג מלכו, quod etiã ita verti potest: Et exaltabitur magis quam Agag rex eius, id est, reges Hebræorum potentiores erũt finitimis regibus etiã potentissimis, qualis fuit Agag. Chaldæus vertit: Et roborabitur magis quã Agag rex eius. Illud autem quod est in nostra Translatione, ad Saul referunt, cui regnum ademptum est quia pepercit Agag regi Amalec, vt est in. 1. Regum, cap. 15. Quodq; Gog rex Ros, idest, capitis dicitur, posteà explicabimus nu. 62. Alij alia commenti sunt, quæ referenda non arbitror, quoniam veritate explicata quæ vera non sunt refutabuntur, aut ipsa sua sponte con-
60 cident, & euanescẽt.] † Quæ ergo nationes sunt Gog, & Magog? Gog, de quo nunc sermo est, in Scriptura nusquam inuenitur, exceptis his Ezecielis, & Iohannis locis. Magog scimus vnum esse ex filijs Iapheth. Gene. 10. Filij Iapheth Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Mosoch, & Phiras. Porro filij Gomer: Ascenez, & Riphath, & Thogorma. Hi nomina dederunt terris, quas habitandas elegerunt, vt eodẽ loco scripsit Iosephus, vnde Scythia, quam tenuit Magog, ab eo dicta est, terra Magog, vt ibidem tradidit Iosephus. Magoges inquit, Magogarum à se denominatorum fuit autor, qui ab ipsis vocantur Scythæ, id est, à Græcis. Ex quo videmus cur Theodoretus, & illi, qui ab Hieronymo referuntur, alijque multi, dixerint Gog, & Magog esse Scythicas nationes. Intelligo ergo in terra Magog nationes illas Scythicas barbaras, & feras, ad Septemtrionem degentes, quæ bellicosissimæ sunt: atque has potius

Terra Magog.

tiùs, quam incolas Cœleyriæ, quamuis Plinius lib. 5. cap. 23. in ea regione ponat Bambicen vrbem, quam vocari dicit Hierapolin, à Syris vero Magog. Est ergo Magog quantum coniectura assequi possum, [no regio aliqua, hæc enim non Magog dicitur, sed terra Magog] sed rex illarum nationum Septemtrionalium, qui Antichristum suis copijs bellicosissimis præter ceteros iuuabit. [Irenim hic apud Iohannẽ vtrumque nomen Articulum masculinum habet, Τὸν γὼγ, καὶ τὸν Μαγώγ. Et apud Lxx Ezc. 38. καὶ γὼ τὸν μαγώγ. Et de eius interitu loquitur Propheta, sicut & de interitu Gog, cap. 39. Et immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter. Ex quo intelligimus eum, etiã insulis regioni suæ proximis dominaturum esse. Sibylla etiam similiter loquitur de Magog, ac de Gog, vt posteà ostendam, cũ eius versus protulero. Quod autem cap. 38. dictum est: Pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog (vt etiam verterunt Lxx) ideo dictum videtur, quòd non milites solùm, sed terra etiam ipsa multa mala patietur: sicut posteà ait: Et immittam ignem in Magog, & in ijs qui habitant in insulis confidenter.] Cũ ergo tunc, cum hæc fient, septem tantùm reges futuri sint in orbe terrarum præter Antichristum, probabilissimũ est Magog vocari regem illarum nationum, qui eo tempore regnabit, à primo, scilicet, conditore, & parente, sicut Gene. 10. scriptum est. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuẽ, atque inde quilibet rex Ninives vocatur in prophetis Assur. † Gog autem nõ
61 Terra Gog. puto esse Antichristum, sicut Lyranus affirmauit in cap. 38. Ezecielis, & Vatablus, & Burgensis Paulus in Additione eiusdem, sed vnum alium ex septem illis regibus, quod sensisse videtur Abbas Ioachim, qui Gog dicit non esse Antichristũ, sed principem exercitus Antichristi. Hoc apertè intelligitur ex verbis Ezecielis [Capite. 39. affirmat Gog sepeliendũ esse in terra Israel ad Orientem maris, cum Antichristum viuum rapiendum esse ad inferos Iohannes in capite præcedenti prædixerit. Et cap. 38. Ezecielis legimus.] Ecce ego ad te Gog principẽ capitis Mosoch, & Thubal. Antichristus enim multò plurium nationũ princeps erit, nec erat cur harum propriè princeps diceretur, præsertim cum sint valde inter se distantes, si Iosepho credimus. 1. Antiq. cap. 7. qui Mosoch Cappadoces esse vult, Thubal autem Iberos, quos Hieronymus Hispanos esse interpretatur, vel iuxta Hebræorum sententiam, Italos. Alij, quibus magis assentior, Mosoch affirmant dici eos, quos Pomponius Mela lib. 1. cap. 2. Moschos appellat, & hodie vocantur Moschobitæ: nam Cappadoces dicuntur Hebraicè Chaptorim. Thubal autem nec Hispanos Iosephus esse dixit, nec Itali sunt, sed Iberi. Est autem Iberia Aquilonaris regio iuxta Pontum inter Colchidem, & Armeniam, quæ Caucasijs montibus circumdatur, à quibus profecti dicuntur quidam, qui in Hispaniam venerunt, vnde & ipsa paulatim Iberia dicta est. Hoc autem verius esse vel hinc constat, quòd neque Hispania, neque Italia ad Aquilonem pertinent, nec verò Cappadocia, si propriè loquamur. Moschi autẽ, & Iberi Aquilonares sunt, & regnum huius principis esse in Aquilonaribus regionibus manifestè docemur in eodem capite: Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu, & populi multi
62 tecum. † Siue igitur tota illa regio, quæ ei parebat, dicta sit Gog, & inde nomen habet rex, siue nomen sit principum illorum, vt Cæsar, Pharao, Ptolemæus, siue proprium nomen huius regis, Gog rex est Aquilonarium illarum nationũ, quem vocat principem capitis, idest, principem capitalem, qui princeps maximus sit, [aut sum mum principem, sicut vertit Interpres Chaldæi,] & qui summo studio sequetur partes Antichristi, adeò vt non suos solùm educat in prælium, idest, Moschos, & Iberos, sed etiam multas alias nationes. Ita siquidem ait Propheta: Persæ, AEthiopes. & Lybies cum eis, omnes scutati, & galeati: Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thogorma, latera Aquilonis, & totum robur eius, populique multi tecum. In his populis illi omnes, qui Aquilonares sunt, adhærebunt (vt probabile est) regi Gog,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut regi Magog tãquam vicinis, in illa diſceſsione vniuerſi orbis ad decem reges: vel certè ab alio ex regibus ducentur in bellum, & omnes in vno exercitu erunt, ſed quod priùs dixi probabilius eſt. Ex his regibus præcipuè nominari arbitror Gog, & Magog, quoniam potentia præſtabunt inter ceteros, & multitudine, ac ferocitate militum,

63 †De illis ergò ait Iohannes: *Et ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, Gog, & Magog.* Quod non eſt ita accipiendum, ac ſi quatuor anguli illi ſint terræ Gog, & Magog, nam Gog, & Magog in quarto caſu ſunt apud Græcos, & Articulum habent maſculinum, (vt iam diximus) vt homines eſſe intelligamus, τὴν γωνίαν, καὶ τὸν μαγώγ. Quatuor angulis terræ vniuerſus orbis intelligitur, ij ſunt Ortus, Occaſus, Meridies, Septemtrio. Ex his multi ſeducentur, & ſequentur Antichriſtum. Seducet itaque Diabolus ex vniuerſis orbis partibus multos, & in ijs Gog, & Magog, quos propriè nominari oportuit, quoniam eorum feritas, & immanitas maximè tunc ſpectabitur. Quamuis & ita ſatis commodè explicari poteſt: Seducet gentes, quæ ſunt in quatuor angulis terræ: Gog, inquam, regẽ, & Magog, nam cum eis veniet magna hominum multitudo ex quatuor orbis terræ partibus, vt Perſę ab Oriẽte, ab Occaſu Æthiopes, à Meridie Lybies, ab Aquilone Gomer, & vniuerſa agmina eius, & domus Thogorma. Et poſt hos omnes ait: Populique multi tecum. Ad illud autem quod obiecimus ex cap. 39: Et ſuccendent ea igne ſeptem annis, reſpondebimus poſteà num. 70. & 71.

Verſ. 8. *Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ.*

64 † Hoc propriè dicitur de ijs, qui antea nulli putabantur, & repentè in magna

Aſcendere. multitudine apparent. Nam aſcendere dicuntur, quæ priùs non videbantur, & ſubitò in conſpectum prodeunt, & latè ſeſe expandunt. Ierem. 46: Quis eſt iſte, qui quaſi fluuius, aſcendit, & veluti fluuiorum, intumeſcunt gurgites eius? Et cap. 47: Ecce aquæ aſcendent ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & operient terram. Latitudo verò terræ eamdem expanſionem indicat, Iſai. 8: Et erit extenſio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel, idem dictum eſt Ezechielis. 38: Aſcendens autem quaſi tempeſtas, venies, & quaſi nubes, vt operias terrã tu, & omnia agmina tua, & populi multi tecum.

Et circuierunt caſtra ſanctorum, & ciui Verſ. 8.
tatem dilectam. His verbis Millenarij adducti ſunt, vt exiſtimarent omnes ſanctos futuros eſſe in Ieruſalem, illamque ab infidelibus gentibus eſſe obſidendam. At ciuitatem dilectam non Ieruſalem intelligit, ſed Eccleſiam, cuius typus fuit Ieruſalem, vt omnes interpretantur. Caſtra autem ſanctorum Metaphoricè vocat omnia iuſtorum habitacula, inquibus manent cum hoſte pugnaturi. Cum enim iuſti illius ſeporis veri Chriſti milites futuri, & aduerſus Diabolum, & membra eius, ſtrenuè pugnaturi, ſemperque ſe in bello eſſe recordaturi ſint, iure eorum domicilia caſtra fuiſſe appellata. Auguſtinus cap.

65 11. eiuſdem lib. 20. de Ciuit. † Non vtique ad vnum locum veniſſe, vel venturi eſſe ſignificati ſunt, quaſi aliquo vno loco futura ſint caſtra ſanctorum, & dilecta ciuitas, cum hæc non ſit niſi Chriſti Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa, ac per hoc vbicunque tunc erit, quæ in omnibus gentibus erit, quod ſignificatum eſt nomine latitudinis terræ, ibi erunt caſtra ſanctorum, ibi erit dilecta Deo ciuitas eius, ibi ab omnibus inimicis ſuis (quia & ipſi in omnibus gentibus cum illa erunt) perſecutionis illius immanitate cingetur, hoc eſt in angustias tribulationis coartabitur, vrgebitur, cõcludetur, nec militiã ſuam deſeret, quæ vocabulo eſt appellata caſtrorum, &c. At quid Ezechieli reſpondebimus, qui de Ieruſalem, & de Iudæa loqui videtur, & de Iudæis reuerſis à captiuitate Babylonica? In nouiſſimo, inquit, annorum venies ad terram, quæ reuerſa eſt à gladio, & congregata eſt de populis multis, ad montes Iſrael, qui

66 fuerunt deſerti iugiter. † Et poſteà: Vt inferas manum tuam ſuper eos, qui deſerti fuerant, & poſteà reſtituti, & ſuper populum, qui eſt congregatus ex gentibus, qui poſsidere cœpit, & eſſe habitator vmbilici terræ. Vmbilicus terræ Ieruſalem dicta eſt, vt autor eſt Ioſephus

ſephus lib. 3. de Bello Iud. cap. 3. Reſponderi ſatis probabiliter poteſt, hæc dici de Eccleſia congregata ex multis populis gentium, atque ideo ait: Et congregata eſt de populis multis. Et rurſus: Hæc de populis educta eſt, &c. Populus autem Iudæorum reuerſus ad Hieruſalem de Babylone, figura eſt eorũ, qui ex Diaboli laqueis liberantur, & ad Eccleſiam veniunt: atque ideo nunc Metaphoricè de filijs Eccleſiæ loquitur, perinde ac ſi loqueretur de filijs Iſrael reuerſis ex Babylone: ita tamen, vt quædam inferat, vt iam diximus, quæ manifeſtè conueniant in Eccleſiam. Eſt ergo Eccleſiæ ſunt gens, quæ reuerſa eſt à gladio, ideſt, quæ cum Dei eſſet propter creationem, à Diaboli gladio

67 liberata reuerſa eſt ad montes Iſrael, ideſt, ad paſcua, & loca tuta Eccleſiæ. † Illud etiam iuuat, quod montes Iſrael deſertos fuiſſe dicit iugiter, nec enim nũc Iſrael decem tribus intelligit, quæ nunquam redierunt, ſed Iudam. Montes autem Iudæ non poſſunt dici deſerti iugiter, cum ſemper habitatores ſuos habuerint, & ne quadraginta quidem annis deſerti fuerint. At montes Eccleſiæ gentium deſerti iugiter fuerunt, quia pauciſſimi ex gentibus ad eam veniebant. Vnde illud Iſaiæ. 35. (cui plurima ſunt in prophetis ſimilia) Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo. Et poſteà: Et quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum. De his montibus Iſrael ſcriptum eſt Ezech. 34: Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram ſuam, & paſcam eas in montibus Iſrael. Vnde & paulò poſt ait: Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnũ, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid, &c. Sequitur continuò in cap. 38. Ezec: Et habitauerunt in ea confidenter vniuerſi, quod de Eccleſia eadem dixerat apertiſsimè cap. 34: Sed habitabunt confidenter abſque vllo terrore. Eumdem ſenſum habent verba ſequentia in eodẽ cap. 38: Vt inferas manum tuã, &c. Illud tantùm mouere poteſt, quod ait: Qui poſsidere cœpit, & eſſe habitator vmbilici terræ. At vmbilicus terræ dicitur Ieruſalem, quæ eſt typus Eccleſiæ, & propterea figuratè vmbilicus terræ

68 ſignificat Eccleſiam, [ſicut ſi diceretur Ieruſalem.] † Nec deeſt cauſa nomini, rectè enim Eccleſia dicitur vmbilicus terræ, quia ex omnibus terræ partibus ad eam multi veniunt. Immo verò & pro ipſa Ieruſalem accipere poſſumus. Eccleſia enim in Ieruſalẽ cœpit, & inde per orbem diffuſa eſt, itaque initio habitatrix fuit vmbilici terræ. Eſt & alia omnium verborum Ezechielis explanatio, ac meo quidem iudicio valde germana, [& omnino priori præferenda.] Iudæi tempore Antichriſti conuerendi ſunt ad Euangelium per Eliam, & Henoch, qui in Ieruſalem interficiendi ſunt, vt cap. 11. docuit Iohannes. Quare non videtur dubium in ea fore Iudæos, qui conuertentur, & in locis proximis Iudææ. Excitati enim nomine Antichriſti, qui Meſsias à Iudæis dicetur, omnes vndique ex ſuis regionibus concurrent ad Iudæam. Iudæi ergo ad fidem conuerſi ſunt maximè qui reuerſi ſunt à gladio, & congregati ex populis multis. Idem ſunt, qui deſerti fuerant, & poſteà reſtituti, qui iterum cœperunt habitare in Ieruſalem. Et habitabunt confidenter, quoniam conuerſione ſua, & luce à Deo accepta læti nihil timebunt. † Ita etiam intelligemus,

69 quod ait Apoſtolus: *Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuierũt caſtra ſanctorum, & ciuitatem dilectam.* Venient enim inimicæ illę nationes, vt reliquos etiam Chriſtianos capiant, & occidãt, ſed maximè aduerſus eos, qui erunt in locis Iudææ, & in Ieruſalem, ciuitate olim dilecta, [& cum illis multi etiam erunt ex Chriſtianis aliarum nationũ, partim conuerſis ab Elia, & Henoch, partim profectis ex alijs prouincijs vt tantos prophetas prædicantes audiant. Cum hoc congruit optimè quod dictũ eſt ſupra cap. 16. de exercitu cogendo in Sanctos: Et congregabit illos in locum, qui dicitur Hebraicè Armageddon, quem non multùm diſtare ab Ieruſalem diximus in idem caput, num. 13. Congruit etiam, & planè rem comprobat, quod Ezec. 39. dicitur ipſi Gog: Super montes Iſrael cades tu, & omnia agmina tua. Et poſteà: Dabo Gog locũ nominatum ſepulcrum in Iſrael, vallẽ viatorum ad Orientem maris, quæ obſtupe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stupescere faciet præteritos, & sepeliet ibi Gog, & omne multitudine eius. Probabile etiam videtur infideles, qui erunt inter sanctos in Ierusalem, & in alijs Iudææ locis, recessuros ab eis belli imperum, & minas fugientes. Loca autem tutiora, in quæ sancti fugient, & in quibus manebunt ne ab hostibus lædantur, Castra appellauit.

Vers. 9. *Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos.* Iohannes præcipuam pœnam commemorauit, sed aliæ etiam erunt, quas legimus Ezecielis 38. vbi de Gog scriptum est: Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladiũ, ait Dominus Deus, gladius vnius cuiusque in fratrem suum dirigetur. Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis: igne, & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo. Et de Magog ait: cap. 39: Et immittã ignẽ in Magog, &c. Quare in his verbis Iohannis non Metaphoricè ignis accipiendus est, vt aiebat Augustinus. 20. de Ciui. cap. 12. sed propriè, vt indicant verba Ezecielis. De his etiam scriptum est in libro tertio Sibyllinorum Oraculorum.

Αἱ αὖ σοι χῶρα γαῖ', ἀπὸ Μαγὼγ μάταιον ἔθνος
Λιθοβολῶν ποταμῶν, πόσον αἷμα δῖος ἐκχύμα δίξῃ·
Καὶ κρίσεως ὄψεσθε ἐν ἀνθρώποισι πελάσσαι,
Καὶ πύετοί σε γαῖα πολύβροδ' ὄμβρε κελαινόν.

Hoc est.

Væ væ tibi regio Gog, & Magog, quæ medium es.
Æthiopum fluuiorum, quantam sanguinis effusionem accipies?
Et iudicij domus in hominibus vocaberis.
Et bibet terra madefacta tuum sanguinem nigrum.

Nec multò post alijs etiam nationibus minatur, quæ his regibus parebant.

Αἵ τ' αὖ σοι γαῖ', καὶ πᾶσιν ἐρεξῆς ἄμα μαγὼγ
Μαρσύη, ἠδ' Ἄγκῳ, ὅσα σοὶ κακὰ μοῖρα πέλασσεν.
Πολλὰ δὲ καὶ λοιμῷ ἰδὼς, μυσῶντ', φθυγῶντε.

Πολλὰ δ' ἀκαυφυλίῳ θάνατον, λυσσῶν τε πεδέσσαι

Μαιμῶντ', ἀδίνοντε, καὶ ἔθνεϊ βορβοροφώνῳ
Κοσμηθέντ', ἀρόωντε. &c.

Hoc est.

Væ væ tibi Gog, & omnibus deinceps cum Magog.
Marsoq; atque Angon: quanta tibi mala fatum affert?
Multa etiam filijs Lyciorum, Mysorumque, Phrygumque.
Multa etiam Pamphyliorum gentes, Lydorumque cadent,
Maurorumque, Æthiopumque, & gentium barbaræ vocis,
Cappadocumque, Arabumque, &c.

70 † Et quod supra cap. 17. scriptum est: Hi cum Agno pugnabũt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est, & rex regum, etiam ex his quæ modò diximus, intelligitur. Videmus enim iam quomodo vincendi, & quo mortis genere extinguendi sint. Simul & illud intelligitur cap. 19: Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equũ. De loco etiam dictũ est cap. 16: Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddon. Non ergo mirabimur, (recte enim conueniunt omnia,) scriptum esse Ezecielis. 39: Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum, sepulcrum in Israel, vallem viatorum ad Orientem maris, quæ obstupescere faciet præteuntes: & sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog.

Illud tamen est perdifficile, quod sequitur. *Et sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus.* Non enim supererunt ab hac victoria septem menses ad diem iudicij. Sed difficilius etiam, quod de armis victi exercitus ait: Et succendent ea igne septem annis. Lyranus facilè in Ezecielis commentarijs, & in cap. 12. Danielis, horum verborum vim eludit; ait enim quamuis multi dicant quadraginta quinque dies tantùm interfuturos esse à supplicio Antichristi vsque ad diem iudicij, non constare vtrum dies sint propriè dicti, an anni, sicut scriptum est *Ezechielis.*

Tempus ab interitu Antichristi vsque ad diem iudicij.

lis. 4: Diem pro anno dedi tibi. Quod si dies sint propriè dicti, plures futuros esse. Nos (nisi esset, quod magis vrgeret) ab illa communi sententia de quadraginta quinque diebus Lyrani dubitatio non dimoueret; colligi enim videtur ex verbis Danielis cap. 12. vbi cum quæsisset. Vsque quò finis istorum mirabilium, & responsum illi esset: In tempus, & tempora, & dimidium temporis, nec id intellexisset, iterum quæ fuit de fine mundi: Domine mi, quid erit post hæc? hoc responsum accepit: Et à tempore, quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta, idest, Anni tres, & semis. Et statim addit: Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Apparet igitur ex præcedentibus dies consummationis sæculi significari, vt perspicuè interpretatus est Hieronymus, aut dicat nobis Lyranus, quid his diebus significatum sit, aut cur beatus dicatur, qui expectat vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. 71 † Illud autem ridiculum, cum in hoc numero mille trecentorum triginta quinque dierum, priores mille ducentos nonaginta dies propriè sint, dubitare vtrùm reliqui. 45. dies sint, an anni. Quando vnquam vidit Lyranus diem pro anno sumi? Quod si Ezeciel dormire iubetur quadraginta dies propter quadraginta annos iniquitatis duarum tribuum dicente ei Domino: Diẽ pro anno dedi tibi, quid refert vt in Scriptura dies capiatur pro anno? Verba ergo Ezecielis hunc mihi sensum habere videntur: Tot erunt cadauera, vt si omnia sepelienda essent, septem mensium spatio opus esset. Tot relinquentur arma, vt possent foco sufficere per septem annos. Nam verba futuri temporis interdum in Scriptura non tam actum significant, quam potentiam. † Tale est illud Hamos. 8: Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium. Non est necesse omnes sacco indui, aut omnia carpita decaluari, sed sensus est, tantam, & tam acerbam futuram esse calamitatẽ,

71 *Futurum tempus interdum nõ tam actum significat, quam potentiam.*

vt possint omnes cilicio indui, & capita sua decaluare. Isa. 4: Et apprehendẽt septem mulieres virum vnum in illa die, &c. Hoc neque in Iosepho, nec in alijs autoribus factum legimus, vt septẽ mulieres virum vnum apprehẽderint, significatur tamen tanta futura paucitas virorum, vt vni vel septem mulieres inueniri possint. Illud quoq;, quod est in capite 12. Danielis: Porrò docti intelligent, Hieronymus ita exponit: Qui docti fuerint disciplina Dei, ipsi intelligere poterunt. Verùm Ezecielis verba violenter ita exponi videntur, illa præsertim: Et sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus. Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram, qui sepeliant, & requirant eos, qui remanserint super faciem terræ, &c. Post menses autem septem quærere incipient, & quæ sequuntur. Quare probabile admodum videtur, post horum regum cædem saltem septem annos esse fluxuros vsque ad diẽ iudicij. Vt enim hoc asseramus, cogunt verba Ezecielis, quæ quomodo aliter explicari possint aptè, & sine vi non video. 73 † Adiuuant etiam verba Matthæi cap. 24. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibẽtes, &c. ita erit aduentus filij hominis, quæ quadraginta quinque diebus non satis cõmodè fieri possunt. Posset etiam tunc certò cognosci simul atque Antichristus regnare inciperet, quando dies iudicij futurus esset, quod absurdum censendum est, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. 1. Thess. 5. Si dicas doctos cognituros esse tãtùm, quoniam Danielis 12. scriptum est: Neque intelligent omnes impij, porrò docti intelligent, id non de mille trecentis triginta quinque diebus dictum est, de quibus nihil tũc Prophetа dixerat, sed de proximo fine sæculi, quem, cum tẽpus illud venerit Antichristi, proximũ iam esse sentient docti, at quantum superfit temporis, nemo liquidò cognoscet. Immo neque prophetæ explicatũ est, sed potiùs audit: Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones vsque

ad præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad præfinitum tempus. [Accedit quod eodem libro tertio Sibyllinorum Oraculorum, docet Sibylla post mortem Antichristi totius orbis imperium penes mulierem quamdam futurum, & post eius regnum finem sæculi esse venturum.

Καὶ τότε δὴ κόσμος ὑπὸ ταῖς παλλάκεσσι γυναικὸς
Ἔσεται ἀρχόμενος, καὶ πειθόμενος τάφρι κασσῖς.
Ἤνδε ὑπὸ ἀνδρὸς κόσμος κατὰς χεῖρι βασιλεύσει,
Καὶ φιλήσει χρυσόντε, καὶ ἀργυρον εἰς ἄλα δίζαν
Καὶ χαλκιόντε, οἱ δὴ πρὸ ἔφη μερίων τ' ἀνθρώπων
Εἰς πόντον βίβλοι, τότε δὴ τοιχεῖα πέσοντα
Χαίρουσι κόσμα. &c.

Hæc est:
Et tunc mundus sub manibus mulieris.
Erit dominatus possessus, & in omnibus obediens.
Cum verò vidua toti orbi dominata fuerit.
Et proiecerit aurum, & argentum in mare Diuinum.
Et æs, & ferrum hominum brevis vitæ
In mare proiecerit: tunc elementis omnibus
Videbitur mundus, &c.

Nihil denique obstare videtur, nisi quod ex capite. 12. Danielis retulimus. Sed id de die iudicij intelligi qs nouit, aut nosse potuit? Potest siquidem satis probabiliter intelligi dictũ esse, quoniã post dies mille trecentos triginta quinque, ideſt, intra quadraginta quinque dies à raptu Antichristi, occidetur quot quot supererãt hostes Christiani nominis & persecutores sanctorum: atque idcirco beatus ille dicitur, qui vsque ad id tempus manet, quia tunc extinctis persecutoribus, ij, qui metu à Christo recesserant, redire poterunt ad eum, & omnes, qui steterãt, sine vllo metu persecutionis pietatem colere poterunt. Beatus ergo qui vsquo ad illum diem victus non fuerit, iam enim posteà non vincetur, & beatus, qui licet victus fit, post id tempus viuit, poterit enim iam examinum sententia Christo adhærere, nec persecutorum vim timebit.

Vers. 10. *Et Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis.* Hoc per anticipationẽ dictum est, non enim fiet, nisi in vltimo iudicio, vt ait Augustinus. 20. de Ciu. cap. 14. & 15. & Ambrosius. Et ex eo constat, quod posteà ait: Et infernus & Mors missi sunt in stagnum ignis.

Vbi & Bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur. Quasi dicat, In eodem loco tormentorum erunt, & Diabolus, qui adiuuit, & bestia, hoc est Antichristus, qui ab eo adiutus est, & præcursor ille, qui eum secutus est. Hic iterum Augustinus lib. 20. de Ciu. cap. 14. vt sibi constaret, bestiam esse dixit impiorum ciuitatem, Pseudoprophetam verò esse, aut Antichristum, aut imaginem illam, quam impij adorauerunt. Sed tam apertè hæc eius sententia cõuincitur verbis eiusdem Apostoli cap. 13. & 14. vt diximus supra num. 50. vt superuacaneum sit refutare.

Vers. 11. *Et vidi thronum magnum candidum.*

74 † Candidum dicit, quasi plenum luce, declarantem videlicet Christum cum magno splendore, & cum maiestate magna venturum ad iudicium.

Vers. 11. *A cuius conspectu fugit terra, & cœlum.* Augustinus 20. de Ciu. cap. 14: Peracto quippe iudicio tunc esse desinet hoc cœlum, & hæc terra, quando incipiet esse cœlum nouum, & terra noua. Mutatione namque rerum, non omnimodo interitu, transibit hic mundus, Et idẽ fusiùs posteà repetit cap. 16. eadem verba sunt apud Primasium, & Bedam. Idẽ est Arethæ sensus, sed Ambrosius apertiùs. Quemadmodum, inquit, à conspectu sedentis super thronum cœlum, & terra fugiat, Psalmista ostendit, qui dicit: Ignis in conspectu eius exardescet, *Psal. 49.* & iterum: Ignis ante ipsum præcedet. *Psal. 96.* Fugiet autem terra, & cœlũ, id est, species terræ, & cœli, quia per ignem à sua specie cõmutabuntur, vt possint in aliã reformari multò & pulchrioré meliorẽ, &c. De hoc ait Petrus in 2. Epist. c. 3: Cœli autem, qui nunc sunt, & terra, eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij, & perditionis impiorũ hominum. † Fit posteà: Nouos verò cœlos, & nouam terram secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Indicat autem locum Isaiæ cap. 65: Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in

in memoria priora. Et Apo. 21: Et vidi cœlum nouum, & terram nouam, primum enim cœlum, & prima terra abijt, & mare iam non est. Non esse autem mutandam terrę, aut cœli substantiam, sed speciem, vt sancti patres interpretantur, manifestissimè docemur Psalmo, 101: Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribũt, tu autem permanes, & omnes, sicut vestimentum, veterascẽt, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. Non perdes, sed mutabis, sicut mutatur opertorium, quod inuerti *Vers. 11.* tur, quia inueterauerat, & renouatur.

Et locus non est inuentus eis. Non sunt inuenti cœli, nec terra, sed perierunt, secundùm eam dum taxat formam, quã priùs habebant. De hac Scripturæ locu *Vers. 12.* tione diximus supra cap. 12. num. 28.

Et vidi mortuos magnos, & pusillos. Tã, qui viri, aut senes, quam, qui adolescentes, & pueri mortui sunt.

76 *Vers. 12.* *Et libri aperti sunt.* † Augustinus eo-
Libri, qui aperiuntur in iudicio. dem libro. 20. de Ciuitate, cap. 14. libros hos esse dicit sanctos veteres, & nouos, vt in illis ostenderetur quæ Deus fieri iussisset. In libro autem vitæ, qui apertus est, librum intelligit, in quo
Liber vitæ. scripta est vita vniuscuiusq;, ideſt, quid quisque fecit, aut non fecit. At verò dubium esse non debet, quin liber vitę sit, in quo omnes, qui prædestinati sunt ad vitam æternam, scripti sunt, vt ex præcedentibus constat. Cap. 3. dictum est: Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. Et cap. 13: Et adorauerunt eã omnes, qui inhabitant terram, quorum non sunt nomina scripta in libro vitæ Agni. Et eadem verba sunt in cap. 17. Sed nihil præcedentibus indigemus, nihil enim manifestius, quã quod in hoc ipso capite scriptũ est: *Et qui non inuẽtus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnũ ignis.* Quæ verba paulò post cap. 15. exponens Augustinus dixit librum vitæ
77 prædestinationẽ significare eorũ, quibus ęterna dabitur vita. † Quod si hoc verum est, libri, qui aperti sunt, nullo modo esse possunt sancti, sed illi, in quibus vniuscuiusque opera scripta sunt, ait enim Apostolus: Et iudicati sunt mortui ex ijs, quæ scripta erant in libris secundùm opera ipsorum. De quibus etiam scriptum est Danielis. 7: Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Nec enim cũ de iudicio agitur, sancti appellari solẽt libri, sed iudicium, aut iudices.

Et dedit mare mortuos, qui in eo erant. *Vers. 13.*
Dixerat se vidisse in conspectu throni mortuos magnos, & pusillos, nunc, vt doceat, quomodò id fieri posśit, resurrectionem omnium futuram ante iudicium prædicit his verbis: *Et dedit mare mortuos, &c.* Quod Augustinus cap. 14. per recapitulationem dictum esse tradit, & manifestum est, priùs enim mortui resurgent, & posteà stabunt ante thronum. Sed quæritur, quid in Mari intelligat Apostolus? Nam si propriè Mare accipit, quomodo statim dicitur: Et mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, quandoquidem eorum, qui in mari moriuntur, multi etiam in inferno sunt. Nec rursus mare habet bonos mortuos, infernus verò
78 malos. † Hac quæstione ita proposita respondet Augustinus cap. 15: Sed profectò conuenienter quidam hoc loco Mare pro isto sæculo positum accipiunt, &c. ita vt mare dedisse dicatur mortuos, qui in ipso erant, quia ij, quos in corpore constitutos inueniet Christus, simul cum alijs resurgent, & simul iudicabuntur. Idem sentiũt Primasius, & Tyconius Hom. 17. & Ansbertus, & Haymo. Multò aliter exponit Arethas, multò aliter Ambrosius, atque alij etiã aliter. Mihi Apostolus nequaquam intelligere animas videtur, cum mortuos dicit datos esse, sed corpora. Nam si animas mortuos vocaret, cur non etiam diceret cœlum dedisse mortuos suos? Nec sine causã ita locutus est; cũ enim resurrectionem statueret, quam idcirco ethnici fieri putant non posse, quòd videant corpora perire, & ab animalibus deuorari: atque inter cetera illa maximè perire videantur, quę in mare mittuntur, & in abyssum profundissimam deueniunt, vnde ne viui quidem exire possent, præsertim ab ignotis, & nunquam fortasse in terram venturis piscibus deuorata, vt hunc errorem ex hominum animis eximeret, rectè ait mare dedisse mortuos, qui in eo erant.

Mortui, quos dabit mare.

Et mors, & infernus dederunt mor- *Ver. 13.*
tuos

Universidad de Deusto
Biblioteca

79 *tuos suos.* † Infernus dedit etiam mortuos suos, ideſt, corpora, quæ abſorbuerat, & in infernum deſcendiſſe putabãtur, vt corpora Dathan, & Abiron, & Antichriſti, & Pſeudoprophetæ, & aliorum multorum, qui in hiſtorijs leguntur huiuſmodi morte periiſſe. Mors dedit mortuos, quos videlicet ipſa vel naturaliter, vel violenter conſumpſit in terra. Hos morti attribuit Apoſtolus, quoniam tantùm mortui ſunt, reliquos vel terra, vel mare abſorbuit, vt pluſquã mortui fuiſſe videantur.

Et infernus, & Mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Auguſtinus, quem autorem reliqui, quos ante nominaui, ſequuntur, ita hæc exponit. 20. de Ciui. cap. 15: His nominibus ſignificat Diabolum, quoniam mortis eſt autor, & infernarum pœnarum, vniuerſamque ſimul dæmonum ſocietatem. Hoc eſt enim, quod ſupra euidentiùs præoccupando iam dixerat: Et Diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris, &c. Confirmatur hæc explicatio eo, quod ſæpe adnotauimus, nomina, quæ Abſtracta vocantur à Dialecticis, poni pro illis, quæ ab eiſdem Concreta dicuntur, nunc actiuè ſumptis, nunc paſſiuè. Itaque mors pro occidente ponitur, infernus pro cruciante. Cetera iam explanata ſunt.

Argumentum Capitis. XXI.

Videt cœlum nouum, & terram nouam, & ciuitatem nouam Ieruſalem deſcendentem de cœlo, cuius murum, & portas, & altitudinem, longitudinem, ac latitudinem, & claritatem, & felicitatem deſcribit eleganter.

Caput. XXI.

1 ET vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlũ, & prima terra abijt, & mare iam non eſt.
2 Et ego Iohannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cœlo à Deo, paratam, ſicut ſpõ
3 ſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt: & ipſe Deus cum
4 eis erit eorum Deus. Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit
5 vltra, quia prima abierunt. Et dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe quia hæc verba fideliſſima ſunt, & ve
6 ra. Et dixit mihi: Factũ eſt, ego ſum α & ω initiũ, & finis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. Qui vi
7 cerit, poſſidebit hæc, & ero illi Deus: & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ve
8 neficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt
9 mors ſecunda. Et venit vnus de ſeptem angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis, & locutus eſt mecum, dicens, Veni, & oſtendam tibi ſponſam, vxorem Agni. Et
10 ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum: & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem deſcen-
11 dentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei, & lumen eius ſimile lapidi pretioſo, tamquam lapidi iaſpidis, ſicut cryſtallum. Et habebat mu-
12 rum magnum, & altum, habentem portas duodecim, & in portis angelos duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum
13 filiorum Iſrael. Ab Oriente portæ tres: & ab Aquilone portæ tres: & ab Auſtro portæ tres: & ab Occaſu
14 portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipſis duodecim nomina duodecim
15 Apoſtolorum Agni. Et qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum.
16 Et ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt, quanta & latitudo: & menſus eſt ciuitatem de arundine per ſtadia duodecim millia, & longitudo, & altitudo, & latitudo
17 eius æqualia ſunt. Et menſus eſt murum eius cẽtum quadraginta quatuor cubitorum, menſura hominis, quæ eſt
18 angeli. Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo.
19 Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioſo ornata. Fundamentum primum iaſpis: ſecundum ſapphirus: tertium calcedonius: quar-
20 tum ſmaragdus: quintum ſardonix: ſextum ſardius: ſeptimum chryſolithus: octauum beryllus: nonum topazius: decimum chryſopraſus: vndecimum hyacinthus: duodecimum
21 amethyſtus. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ ſunt per ſingulas, & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis, & platea ciuitatis aurum mundum, tamquam vi-
22 trum perlucidum. Et templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, & Agnus.
23 Et ciuitas non eget ſole, neque luna vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius eſt Agnus.
24 Et ambulabunt Gentes in lumine eius, & reges terræ afferent gloriam ſuam, & honorem in illam.
25 Et portæ eius non claudentur per diem, nox
26 enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam.
27 Non intrauit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.

1 ET vidi cœlum nouum. Renouationem cœli, & terræ ſub indicat, quæ in iudicio fiet, vt explicauimus iam cap. 20. nu. 74. [Andreas Cæſariẽſis: Et hic nõ ſignificat creaturam eſſe delẽdam, ſed renouandam in melius, ſicut ait Apoſtolus: Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Et Diuinus pſalres: Sicut amictum inuolues eos, & mutabuntur, &c. Cauſam reddit, quoniã quod renouatur non perit, ſed vetuſtatem exuit.] *Verſ. 1.* *Rom. 8.* *Pſal. 101.*

Et mare iam non eſt. Mare ſecundùm ſubſtantiã ſuã peritur̃ nõ eſt, ſed ſimiliter renouandũ, vt ſpeciẽ habeat multò pulchriorẽ. Cur igitur nõ dicit ſe vidiſſe mare etiã nouũ, & primũ mare abiiſſe, ſicut de cœlo, & de terra dixit: ſed ſimpliciter ait: *Et mare iã nõ eſt?* De hoc ita Auguſtinus eodẽ. 20. de Ciui. c. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An mare in fine sæculi siccandũ sit.

Quod autẽ ait. *Et mare iam non est*: vtrũ maximo illo ardore siccetur, an & ipsum vertatur in melius, non facilè dixerim. Cœlum quippe nouum, & terrã nouam futuram legimus: de mari autẽ nouo aliquid me vspiam legisse non recolo, nisi quod in hoc eodem libro reperitur: Tamquã mare vitreum simile chrystallo. Sed tunc nõ de isto fine sæculi loquebatur, nec propriè videtur dixisse Mare, sed Tamquã mare, &c. Demiq; hæc eius respõsio est, potuisse hoc loco mare dici præsens sæculũ vita mortalium turbulẽtum, & procellosum, de quo supra dixit: Et dedit mare mortuos qui in ipso erãt. † Primasius, & Beda tãtum verba Augustini in suos Cõmentarios trãscripserunt. Idem fecit & Ansbertus, sed addit: Tamen beatus Augustinus hac sententia confisus quodam loco ait: Mare siccabitur. Haymo similiter hæret, nec definire quidquã audet.

Idẽ cõtigit Arethæ, Ambrosio, Ruperto, Anselmo. [Andreas: Notandũ autẽ de cœlo quidẽ, & terra eũ dicere, Abijt, idest, mutatũ est, de mari autẽ ait: Mare nõ erit ampliùs. Quæ enim vtilitas maris, cũ nõ sit opus hominibus illud nauigare, &c.] Thomas manifestè negat ſiccandum esse mare, sed purgãdum dicit ardore ignis illius, qui faciẽ præcedet iudicij, ab omni corruptione, & fœditate, & falsa amaritudine. At nõ dixit cur de mari aliter locutꝰ fuerit Apostolus, quã de cœlo, & terra. Beda quidẽ in cap. 3. secũdæ epist. Petri duo elementa dicit esse peritura, ignẽ, & aquã, duo esse renouãda, terrã, & aerem. Sed eius sententiam reijciunt in Cõmentarijs eiusdẽ capitis S. Thomas, Titelmanus, Caietanus, & Scholastici fere doctores in 4. D. 48. Atque hoc verius videtur, Manere enim oportet mare ad integritatẽ, & decorẽ vniuersi.] † Cur ergo aliter de mari loquitur, quã de cœlo, & terra? Fortasse quòd ita sit mare renouãdum, vt ne substantiã quidem suã retinere videatur sicut terra, & cœlũ: præsertim si verum sit quod quidam dicũt, aquam non fore post finem mundi fluidam, sed consolidatam, & instar sphæræ cõglobatam. Et enim neque iã fluet, aut refluet, nec vlli pisces futuri sunt, qui in ea natent, vt fluidã eam esse oportear. Atq; ita maior videtur futura mutatio in aqua, quam in cœlo, & in terra, cuius causa nõ esse dicatur. Sed fortasse melius, & expeditius respondebimus, si dicamus vniuersam mundi machinã nomine cœli, & terræ significatam esse hoc loco, sicut Gen. 1: In principio creauit Deus cœlum, & terram, in quibus tamen & aquam intellectam esse non est dubium, cum sequatur continuò: Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi. Ergo cum ait: Et vidi cœlum nouum, & terram nouam, aquam etiã, & cetera elemẽta renouata significat, sicut & Isaias cum ait cap. 65: Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam. Et cap. 66: Quia sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare corã me, &c. Deinde cũ dicit Apostolus: Primum enim cœlũ & prima terra abijt, id est, renouata sunt, & esse desierunt qualia ante fuerant, similiter intelligit: *Et mare iam non est*, mare scilicet illud, quod ante fuerat, iam enim ex dictis intelligi poterat perinde esse, ac si diceret: Et mare primũ abijt: quod perspicuitatis causa additum est, nequis fortè putaret præteritum fuisse mare in hac renouatione.

Et ego Iohannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouã. † Omnia, quæ in hoc capite scripta sunt de noua Ierusalẽ descẽte de cœlo, Millenarij de vrbe illa interpretabantur, in qua sanctos cũ Christo mille annis victuros, regnaturosq; credebant, vt ex ijs intelligitur, quæ ex Tertulliano, & Iustino, & Lactantio retulimus cap. 20. nu. 18. & sequentibus. Sed quoniã inanes esse eorũ spes de aurea, atq; gẽmata Ierusalẽ satis in eodem capite demõstrauimus, superest, vt verũ prophetiæ sensum aperiamus. Cũ iam dixerit Apostolus de regno sanctorum ante diẽ iudicij, & de ipso iudicio, reliquum est vt de regno sanctorum post iudicium dicat, vt hac iucundissima clausula prophetiã absoluat suã. Describit igitur quasi de vrbe aliqua loquẽs gaudiũ, & felicitatẽ beatorũ, qua cũ Christo omnes tã animis, quã corporibꝰ fruẽtur. Et quoniã de hac vrbe multa diximus c. 3. n. 32. & sequẽtibus, in verba illa: Et nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalẽ, quę descẽdit de cœlo à Deo meo, ea

ea quidẽ non repetemus, sed breuiter, quæ eo loco dicta sunt, ad hunc accommodabimus; causæ tamẽ interpretationis ex illo petendæ sunt. † Sub nomine sanctæ ciuitatis Ierusalem domicilium, & beatitudinẽ sanctorũ intelligit, cuius figura fuit Ierusalem vetus iam diu hominibus cognita, hæc autẽ cœlestis noua est; quia homines eã non viderant.

Descendentem de cœlo, De cœlo descẽdit, quia iam non vult Deus eam hominibus ignotam esse, vt ante; cum à solis cœlitibus cognoscebatur ferè, sed quasi in terras descẽdere, & ab hominibus cognosci. Descẽdit autẽ à Deo, quia ipse Deus bonitate sua homines ad eã vocare, & prædicatores eã promittẽtes, atq; ad eã homines parãtes mittere dignatus est. Itaq; *A Deo*, nõ cõiũgitur cũ verbo, *Paratam*, sed cum verbo, *Descendentem*, sicut cap. 3. dixit: Quæ descendit de cœlo à Deo meo. Hoc in Græco multò est manifẽstius: κατα βαίνουσαν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Idest, Descendentem à Deo de cœlo.

Paratam, sicut sponsam ornatã viro suo. *Paratam* dicit omnibus instructam, quę ad veram pertinent felicitatem. Quod vt explicet, apposita similitudine vtitur sponsæ, quæ magno studio omnibus se suis opibus exornat ad viri sui domum deducẽda, hoc enim significat, *viro suo*, vt à viro suo videatur, & ad eũ ducatur.

Et audiui vocem magnã de throno. † Vox magna magnitudinem indicat Diuinæ erga homines bonitatis, & misericordiæ, & magnitudinẽ beatitudinis ipsius. Indicat etiam Deum velle, vt hæc vox ab omnibus audiatur, & omnes tantorũ bonorum spe excitentur. Meritòq; à *throno* exit, in quo est Deus, quia ipse solus tanta bona hominibus præparauit. Deum autem esse, cuius vox auditur nũc, satis indicat illud, quod posteà legimus: Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.

Ecce tabernaculũ Dei cũ hominibus. Ac si diceret, Hęc vrbs est, in qua Deus habitat, & ad illam homines vocat, quos tanto honore dignatur, vt in eadem vrbe secũ habitare velit. Sed cur vrbem magnam, & splendidã tabernaculum vocauit, quod eius dignitate nomen inferius est? Apud Iudæos valdè celebre erat tabernaculi nomen, quod à Mose cõstructum est, in quo erat arca, & Propitiatorium, & cherubim, ideoq; cœlestis mansionis figura fuit, vt manifestè docet Paulus Heb. 9. † Inde tabernaculũ Dei dici solet cœleste domicilium, vt Psal. 14: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mõte sancto tuo? Psal. 41: Quoniã trãsibo in locũ tabernaculi admirabilis vsque ad domũ Dei. Psal. 83: Quã dilecta tabernacula tua Domine virtutũ? Videtur autem mihi hoc cœlorum domicilium tabernaculum Dei dici, vt cogitemus illud, quamuis magnificum, & amplum, minus tamen esse Dei maiestate, neque esse eius propriam domũ, sed ipsum in se ipso habitare, tabernaculũ enim minus domo est, & vilius.

Et ipsi populus eius erunt. Nullius erũt, nisi Dei, neminem Dominum agnoscent, aut adorabunt, nisi Deum.

Et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Ipse Deus, qui dignatus est habitare cũ eis, erit eorũ Deꝰ, ideſt, eos vt filios suos amplectetur, & ęterna protectione tuebitur.

Et absterget Deus omnẽ lacrymam. Eisdem verbis clauditur caput septimum, quæ iam suo loco explicauimus.

Et mors vltra non erit. Hęc verba sicut, & præcedentia, ex cap. 25. Isaiæ desumpta sunt, qui ait: Præcipitabit mortẽ in sempiternũ, & auferet Dominus Deus lacrymã ob omni facie. Tunc autẽ fiet hoc quod ait: Et mors vltra nõ erit, cũ euenerit illud Pauli. 1. Cor. 15: Cũ autẽ mortale hoc induerit immortalitatẽ, tũc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? vt etiã ait August. lib. 20. de Ciui. c. 17.

Nec clamor. Pauperum videlicet oppressorum à potentioribus, & præiniuriæ, ac laborũ magnitudine clamantiũ, vt Exo. 3: Vidi afflictionẽ populi mei in AEgypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præsunt operibus. Et posteà: Clamor ergo filiorum Israel venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab AEgyptijs opprimuntur.

Quia prima abierunt. Quia iam vetera illa transierunt, & vita mortalis, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ærumnis plena erat, terminata est. In nonnullis codicibus legitur: *Quæ prima abierunt*: sed omnino legendum est *Quia*, non *Quæ*, vt ex Græcis codicibus constat. Ita legitur apud Andream, Aretham, Primasium, & Bedam.

Vers. 4. *Ecce noua facio omnia.* Dubium esse poterat cur dixisset: Quia prima abierunt, ideoque magis id explicans ait: Vetera, quę conditioni illi priori hominum cõgruebant, iam terminata sunt. Ego facio nouum cœlum, & terram nouam, & nouam vitam, nouam hominũ conditionẽ, omnia innouo. Quare nõ est mirum nullas iã lacrymas, nullum luctum in seruis meis videri: hæc veteris vitæ fuerunt, nũc omnia innouãtur.

Vers. 5. *Scribe.* Non vult hæc deleri ex hominum memoria, vt hac bonorum cœlestium spe nullis laboribus parcant, nullis cruciatib⁹, aut persecutionib⁹ cedãt.

Vers. 6. *Et dixit mihi, Factum est.* † Iam finita sunt omnia cum hæc venerint, iam factum est quidquid in vita hominũ mortali faciendum erat. Ita cap. 16. locutus est: Et septimus angelus effudit phialã suam in aerem, & exiuit vox magna de templo à throno dicens: Factum est.

Vers. 6. *Ego sum* A, & Ω, *initium, & finis.* Ego sum omnium rerum initium, ego sum finis. Ponitur autẽ more Hebræorum Initiũ pro eo qui initiũ facit, Finis, profiniente, siue finem faciente. Finiensq; dicitur quia omnibus rebus finẽ imponit, siue omniã ad fines suos perducit: nam & ijs, quæ peritura sunt, finem suo tempore affert, quæ verò sunt immortalia, ideſt, animos, ad finẽ sibi debitum perducit, siue ad æternã requiẽ, siue ad cruciatus sempiternos. Quod rectè cõgruit cũ eo, quod dixit: Factũ est: & cũ eo, quod cõtinuò subijcit: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Eadem de causa hoc ipsum dixit cap. 1: Ecce venit cũ nubibus, & videbit eũ omnis oculus, & qui eũ pupugerũt, & plangẽt se super eũ omnes tribus terræ, etiã, amẽ. Ego sum A, & Ω, principiũ, & finis, &c. Ita hæc explicaui, quia cum multis cautis dici possit initiũ, & finis, ex fuerũt accipiendæ, quæ instituto Apostoli visæ sunt aptiores. De his diximus eodẽ loco satis, nu. 61. & 62.

Vers. 6. *Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.* † Sitientes iustos dicit, qui nihil nisi Deum cupiunt, idq; vehementer, more sitientiũ, & eo frui in hac vita non possunt, itaq; semper sitiũt. Propterea Dauid ait Psal. 41: Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum, &c. Peccatores enim fruũtur cõcupiis, qui nihil, nisi terrenũ cõcupiscunt, idq; assequi possunt, iusti semper sitiũt, quoniã, etsi haustus quosdã illius fontis viui degustẽt, sicut Dñs aiebat Ioh. 7: Siquis sitit, veniat ad me, & bibat, illi nõ sitim Dei sedãt, sed augẽt, vt est apud Ecclesiasticũ: Qui edũt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitiẽt. Cetera vide cap. 7. nu. 26. vbi verba similia exposuimus: Et deducet eos ad vitæ fontes aquarũ. Sed cur *gratis* dicat, rectè mihi videtur explicare Andreas, & Arethas, quòd videlicet iuxta Apostolũ, nõ sint cõdignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Quibus verbis nõ cõparantur bona merita nostra cũ futura beatitudine, sed passiones, ideſt, labores, quos pro Deo patimur. † Qui tametsi, quatenus è gratia prodeunt, digni sint proculdubio æterna vita, tamẽ dolor, & afflictio eorũ cũ gaudijs beatorũ cõparari nõ possunt, sunt enim multò maiora, siue intentionẽ spectemus, siue durationẽ. Atq; vt gratis dari censẽtur, quod parui admodũ datur, ita sitiẽti datur aqua vitæ gratis, quia multò minor est dolor huius vitæ gaudio vitæ æternæ. Gratis etiã dari dicitur, quia licèt meritis iustorũ vita æterna debeatur, merita ipsa sine gratia, quę gratis data est, merita esse non potuerunt. Ita hoc explicant Ambrosius, & Rupertus, & Thomas.

Ecclę. 24.

Vers. 7. *Qui vicerit.* Ideò ita loquitur, vt omnes ad pugnandum cũ Diabolo, & ad vincẽdũ exhortetur, atq; eos maximè, qui tẽpore Antichristi futuri sunt.

Rom. 8.

Vers. 7. *Et ero illi Deus.* Præstabo illi quæ Deũ omnipotentẽ præstare par est ijs, à quibus piè, & sanctè cultus est. *Et ille erit mihi filius*, ideſt, ille mihi præstabit quæ bonũ filiũ præstare par est optimo patri. Possũt & hęc cõuenire in hũc modũ. Ego colar ab illo, & amabor toto corde, vt ver⁹ Deus, & ipse mihi erit filius. 1. indulgentissimè eum accipiam, vt illum, & semper hæreditare bonorum meorum perfruatur.

Vers. 8. *Timidis autem.* † Respicit eò, quòd in illis verbis respexerat. Qui vicerit, &c. Timidos enim vocat, qui timore deficiunt in persecutionibus, & non valẽtes cruciatus sustinere cedunt.

Vers. 8. *Et incredulis.* Qui videlicet fidẽ Dominis promissionibus non habent, sed cõtinuò exante persecutione despondět animum, non credentes Deum sibi affuturum, & vires suggesturum. Quod conuenit optimè cum præcedentibus. Nam deijs, qui infideles sunt, & idola colunt, posteà ait: Et idolatris, &c.

Vers. 8. *Et execratis.* καὶ ἐβδελυγμένοις. More autem Hebræorum dicit, *Execratis*, pro Execrabilibus, & eos intelligit, qui execrabilia, & à moribus, vitaq; Christianorum valde aliena committũt, & more idololatrarum viuunt. βδέλυγμα enim, ideſt, Execratio, vel Abominatio, solet in Scriptura idolum intelligi, vt 1. Machab. 1. in Græco est hoc vocabulum, vbi nos habemus: Et ædificauit rex Antiochus abominandum Idolum desolationis, βδέλυγμα ἐρημώσεως: Et Tit. 1. vbi habemus: Cum sint abominati, & increduli, pro Abominati, est in Græco, βδελυκτοὶ, quod est ab eodẽ verbo deductum, & idem significat.

βδέλυγμα Abominatio.

Vers. 8. *Et homicidis, & fornicatoribus.* Omnia potissimùm ad tempus Antichristi refert, quo impij iustos interficient, & voluptatibus indulgebunt, & Antichristum, atq; eius imaginẽ adorabunt. Ad idem tempus pertinent (vt dictum est) timidi, increduli, & execrati.

Vers. 8.

Et omnibus mendacibus. † Beda hoc de mendacio dictum putat, quo in religionem peccatur, quod hoc quidem loco valde probabile est, ea enim vitia enumerat, quæ maximè illis extremis temporibus vigebunt, vt videlicet impios eius temporis terreat, piosq; in proposito cõfirmet. Tunc autem maximè vigebit mendacium in religionem, dicent enim ministri Antichristi se Christum verum sequi, ac doctrinã suam esse, quã Deus hominib⁹ tradi iusserit, falsumq; esse quidquid vsq; ad illa tempora acceperant. Verùm & alia eo tempore mendacia erunt, vt in rebus contrahendis, in promissis, in amicitia, in fide, quę virtus moralis est, & in similibus: rectèque de his omnibus intelligere possumus, cum dicat, *Et omnibus mendacibus*, ideſt, quouis modo pernicioſè mentiẽtibus.

Et venit vnus de septem angelis. Rectè Iohann gaudia sanctorũ ostendit vnus ex angelis, qui phialas nouissimas effundent in peccatores, quoniã post illa malorũ supplicia veniet lætitia sanctorũ, & cum illi propter peccata puniuntur, hi ad præmia iustitiæ iam proxima vocantur, sicut ait Dominus Luc. 21. His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Vers. 9.

Et ostendam tibi Sponsam vxorem Agni. † Hoc est, ostendã tibi vrbẽ de cœlo veniente, ex cuius diuitijs, & decore vtcũque intelligas qualis sit futura beatitudo sanctorũ, vt latiùs explicauim⁹ cap. 3. n. 36. &. 37. Quemadmodum siquis absentis regis diuitias, & vestes, & domos, famulitiũq; ostẽderet, regẽ se ostẽdere dicere posset. *Sponsam vxorẽ Agni* dicit, quia nunc spõsa est, & posteà cũ ad has opes, & ad hãc gloriã puenerit, ia vxor erit, vt diximus. c. 19. n. 8. In Greco est, δεῦξω σοι τὴν νύμφην τὴν ἀρνίου, τὴν γυναῖκα. Hoc est: Ostẽdam tibi spõsam Agni, vxorẽ illã, ideſt, eam, quæ posteà erit vxor. Beda: Quòd nũc Deo despõsata, tunc ad immortales est perducenda nuptias.

Vers. 9.

Vers. 10. *Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum. In spiritu*, hoc est, visione imaginaria, vt sæpe iam diximus. *In montem* verò defertur, quia in huiusmodi visionibus semper locus ostenditur aptus, & cõueniens rei, quæ demõstratur, vt. c. 12: Et steti supra arenam maris, vt illic explicauimus. Et. c. 17: Et abstulit me in spiritu in desertum, & vidi mulierẽ sedentẽ super bestiã. Ita nũc *in mõtem* tollitur, vt rei videndę magnitudo, & dignitas intelligatur, & quia locus & remotus est ab hominum multitudine, & sublimis, vt propiùs consideret vrbem de cœlo descendentem; & magnus, vt posit vndequaque sine impedimento contemplari vrbis magnitudinem, & portas omnes ad quatuor cœli plagas constitutas.

Vers. 10.

Et ostendit mihi ciuitatẽ sanctã Ierusalẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

τὴν πόλιν. Πόλις nunc ciues significat apud Græcos, ideſt, ciuium congregationẽ, quæ propriè Latinis dicitur Ciuitas, nunc ipſa ciuiũ domicilia, quæ propriè apud Græcos dicũtur ἄστυ, apud Latinos Vrbs, quomodo hoc loco accipitur, vt ex ſequentibus perſpicuũ eſt.

Verſ. 11. *Habentem claritatem Dei*. Inſignem quamdam, & admirabilem claritatem, & maieſtatem, & gloriam, hęc enim intelliguntur in Græco nomine δόξα, Claritatem, inquam, non ab hominibus acceptam, ſed à Deo, talis enim erat, vt eã efficere nullæ opes hominum poſſent.

Verſ. 11. *Et lumen eius ſimile lapidi pretioſo*. Pro *Lumen* in Græco eſt φωσφόρῳ, quod Lumināre ſignificat, ideſt, Facẽ, aut quiduis ſimile; ex quo videmus *Lumen* accipi more Hebraico pro Illuminatore. Senſus ergo eſt: Sicut claritas, quæ eſt in terra, è luminari magno oritur, ideſt, ex ſole, & ſol dicitur lumẽ eius: ita ſol huius vrbis, aut eius luminare lõgè ſole præſtantius, ſimile eſt lapidi pretioſo. Primaſius: Et quod illuminat eam ſimile eſt lapidi pretioſo. Hoc autem luminare eſt Deus, & Chriſtus, vt idem Apoſtolus docet paulò poſt, cum ait. Et ciuitas nõ egeat ſole, neque luna, vt luceãt in eã, nã claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius eſt Agnus. Pro Illuminauit eſt, ἐφώτισεν, vnde deducitur φωσφόρον

17 † Dicitur autem *Lumen* hoc *ſimile lapidi pretioſo*, aut, vt eſt in Græco, *pretioſiſſimo*, quoniam mirabilem lucem, & fulgore præſtãtiorẽ, & quauis luce gratiorem emittit. Lux enim lapidis pretioſi & inſolita eſt, & alijs gratior. Ad hæc (quod præcipuum eſſe arbitror) nulla lux eſt apud nos luce ſolis iucundior, quæ tamen & oculos lædit, & nubibus, & nebulis obſcuratur: at lux, quam lapis pretioſus emittit, nec intuentẽ lædit, nec vllis nebulis, aut vlla caligine impeditur. Ita Chriſtus fulget omnib⁹ beatis, vt lapis pretioſus, quia ſine vllo impedimento, & ſine timore amittendi percipiunt illi hanc lucẽ, & beatitudinẽ. Nullus iã dolor relictus eſt, nullũ peccatum, ſemper Deum beneuolum, & propitium intuentur.

Tamquam lapidi iaſpidi. Ita eſt in Græco, & ita potius legendum cenſeo, quàm Iaſpidis. Dixerat lumen ſupernæ ciuitatis ſimile eſſe lapidi pretioſo, & ne quæreremus cui lapidi, addidit: *Tamquam lapidi iaſpidi*. Verùm quia iaſpidum color non vnus eſt, ſed aliorum alius, vt cap. 4. num. 3. retulimus ex Plinio lib. 37. cap. 8: vt hanc quoque ambiguitatem tolleret, adiecit: *Sicut cryſtallum*. Quod in Græco eſt expreſsius: ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι, Hoc eſt, vt lapidi iaſpidi cryſtallizanti, id eſt cryſtallum referenti. Apud Primaſium eſt: Vt lapidi

28 iaſpidis refulgenti in modum cryſtalli. † Non ergo viridi iaſpidi, aut purpureę ſimile hoc lumen dicitur, ſed illi, quæ cryſtallũ imitatur colore, de qua Dioſcorides lib. 5. cap. 43. (aut iuxta aliũ interpretem. 127.) inquit: Iaſpidum quædam ſmaragdum imitatur, alia cryſtallum, colore ſimilis pituitæ, &c. Eleganter autem hoc dixit, ſplendor enim, & fulgor maior eſt in iaſpide, quã in cryſtallo, ſed cryſtallum puriſsimũ eſt, & maximè perlucidum. Oſtenditur ergo lumen hoc ciuitatis beatæ eſſe magnum, & periucundum, ſed ſimul eſſe etiã puriſsimum, vt omnia referat, atq; demõſtret, ſicut reuera ſunt, & integram, ac veram omnium cognitionem præbeat. Etenim, etſi fulgor iaſpidis gratus oculis eſt, tamen, ſi viridis illa ſit, aut purpurea, aut fulua, colorẽ ſuum transferet in res, quæ eius luce videntur, nec, ita omnino vt ſunt, videri ſinet. Quæ autẽ cryſtallo ſimilis eſt, puram, atque integram viſionem efficit, nihil videnti detrahit, nihil immutat, omnia, vt ſunt offert.

Verſ. 12. *Et habebat murum magnum, & altum*.

19 † Securitatem vitæ beatorum, quã nulla hoſtium fortitudo, nullus incurſus turbare poſsit, oſtẽdit murus magnus, ideſt, latus, atque optimè munitus, & altus, quem aſcendere, aut ſuperare hoſtes nequeant.

Verſ. 12. *Habentes portas duodecim*. Portæ ſunt per quas ſolas ad hanc vrbem aditus patet, murus enim magnus, & altus eſt, nec ſuperari ab vllo poteſt, ita niſi per portas, nemo ingredi valebit. In portis duodecim doctrinam duodecim Apoſtolorum, ſiue Apoſtolos duodecim docẽtes omnes homines ſignificari arbitror; eorum enim doctrina aditum ad

ad hanc vrbem patefacit, nec per aliam quiſquam ingredi in eam poterit. Beda: Hæ portæ Apoſtoli ſunt, qui ſuo, vel ſcripto, vel opere cunctis primordialiter gentibus Eccleſiæ pandebant introitum. Ambroſius: Per portas autem duodecim, quas Ieruſalem habere dicitur, duodecim Apoſtoli, eorumq; doctrina deſignantur. Eadem eſt ſententia Victorini, Tyconij Hom. 18. Haymonis, Arethæ, Ruperti. † Sed refragatur, & quidẽ

20 ſatis probabiliter, Primaſius, qui non Apoſtolos, ſed patriarchas duodecim intelligi vult, quòd continuò Apoſtolus dicat in duodecim portis eſſe inſcripta nomina duodecim tribuum filiorũ Iſrael. Accedit, quod de Apoſtolis paulò poſt loquitur, & in fundamentis vrbis ſignificari docet: Et murus, inquit, ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum Agni. At ſi proprietatem ſermonis ſeruemus, nemo eſt, qui nõ videat multò magis propriè Apoſtolos portas huius vrbis dici, quã patriarchas. Quod ſi duodecim patriarchæ portæ dicuntur quòd ſuo exemplo alijs aditum ad verum Dei cultum demonſtrauerint, aut quòd duces credentium fuerint: multò æquius erat vt portæ dicerentur Abraham, Iſaac, & Iacob, quam filij Iacob. Illud etiã animaduertere Primaſius debuit, non eſſe inſcripta in his portis nomina duodecim patriarcharum, ſed nomina duodecim tribuũ filiorũ Iſrael, ideſt, hæc nomina, licet eadẽ ſint patriarcharum, & tribuũ, non poni vt patriarcharũ, ſed vt tribuũ, vt cũ legimus Hoſe 8: Proiecit Iſrael bonum, inimicus perſequetur eum, Iſrael non patriarchæ nomen eſt, ſed filiorũ: quare potiùs ipſæ duodecim tribus intelligendæ videbantur, quàm patriarchæ. † Cur autẽ in his portis nomina duodecim tribuũ ſcripta ſint, & cur iterũ in fundamentis deſignentur Apoſtoli, dicemus mox in eorũdẽ verborũ explanatione.

21 Quæritur tamen cur duodecim tantùm Apoſtoli commemorati ſint, cum maxima porta ſileatur Paulus Apoſtolus, qui abundantiùs omnibus laborauit, & plures perduxit ad Eccleſiam? Reſpõdeo Apoſtolos, qui primùm prædicare Chriſtum cœperunt, nõ niſi duodecim fuiſſe, ideoque duodecim ſunt portæ vrbis: Paulus autem, etſi nouus Apoſtolus fuit, quemadmodum & Barnabas, non noua porta fuit, quia nouã doctrinam nõ attulit, ſed eam tradidit, quam duodecim Apoſtoli tradere iam cœperant. Porta enim ipſa doctrina Euangelica eſt, ſed quia ingreſſum ad vrbẽ primi duodecim Apoſtoli per hãc doctrinam hominibus præbuerunt ex omni orbis terræ parteveniẽtibus, duodecim portæ ſunt.

22 *Et in portis angelos duodecim*. † In quibuſdam Latinis codicibus vitioſè legitur Angulos, pro Angelos, quod etiam quibuſdã expoſitoribus impoſuit. Sed errandi occaſio, quæ in Latinorum nominum ſimilitudine ineſt, nulla eſt in Græcis, quandoquidẽ Angelus Græci ſimiliter dicunt, Angulus verò dicitur γωνιά. In Græco igitur eſt, Angelos duodecim, & apud Andreã, & Arethã, & Primaſiũ. Quãuis enim ſcriptũ ſit, Angulos, apud Primaſiũ, & quoſdã alios, ex eorũ interpretatione liquidò cognoſcitur eos *Angelos* legiſſe. Angeli miniſtri ſunt Diuinæ in electos prouidẽtiæ, omnes enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriũ miſsi propter eos, qui hereditatẽ capient ſalutis, vt ait Paulus. *Heb.* 1. Quare duodecim angeli in duodecim portis ſunt, vt intelligamus (quẽadmodũ aiũt Andreas, & Arethas) per doctrinã Apoſtolorũ, & per procurationẽ angelorũ aditũ nobis ad beatitudinẽ dari. Præterea ſunt in portis, quaſi ſumma cũ caritate excepturi omnes, qui ingrediẽtur, & quaſi docentes homines in cœlo inter angelos eſſe futuros, & illis ſimiles fore, vt Dñs promiſit Matth. 22.

23 *Et nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuũ filiorũ Iſrael*. † Duodecim tribus filiorũ Iſrael typus ſunt omniũ electorum, ſiue populi prædeſtinatorũ. Hic enim populus primus omnium in Deũ verũ credidit, primò ab eo legẽ accepit, quã cuſtodiret poſtquã ex Ægyptiaca ſeruitute, & ex Pharaonis tyrãni de ereptus eſt. Et quia nemo poteſt in hãc vrbẽ ingredi, niſi à Diaboli ſeruitute liberetur, & verã ſanctæ Trinitatis fidẽ habeat, nõ otioſam, & fruſtra ſibi perſe ſolã omnia pollicentẽ, qualẽ iactant

Cur tantũ xij. Apoſtoli cõmemorentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæretici, sed operātem per caritatem, & legis Dei præcepta seruantem, atq; Ecclesiæ: meritò nomina decem tribuū in portis scribuntur, vt nemo ignoret quales esse debeant, qui per eas ingressuri sunt.

Vers.13. *Ab Oriente portæ tres.* Ad singulas mū di plagas ternæ portæ obuersæ sunt, quia per Apostolorum prædicationē, & angelorum custodiam, atq; auxiliū, ex omnibus mundi partibus electi venturi sunt, vt in vrbē ingrediantur, sicut à Dño accepimus Matth.24: Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna, & cōgregabunt electos eius à quatuor
24 ventis. † Atq; vt sciamus ex omnibus ferè partibus æqualem fortassè venturū numerum electorū, ad singulas plagas ternæ portæ sunt: aut certè quia Deus pro sua bonitate omnes, si digni sint, æquè accipere paratus est. Nec illud displicet Ambrosij: Contra vnamquamq; verò plagam ternas portas se vidisse dixit, vt indicet nullū intra Ecclesiam ingredi posse, nisi per confessionem sanctæ Trinitatis: Si pro eo quod ipse ait: Intra Ecclesiam: nos dicamus: Intra hāc vrbē (de ea enim nunc loquitur) siue Intra beatitudinem. Idē sensit Arethas.

Vers.14. *Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim.* Hoc est duodecim pretiosissimos, ac pulcherrimos lapides diuersis locis collocatos, super quos murus ædificatus erat. De his loquitur paulò post: Fundamentum primum iaspis, secundū sapphirus, &c. Ac ne dubitare possimus qui nā his lapidibus designentur, subijcit: *Et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni.* Tyconius Hom. 18: Quod sunt portæ, hoc fundamenta. Eadem verba sunt & apud Bedam; idē
25 Arethas sentit. † Apostoli prius dicti sunt portæ, aut potiùs eorum doctrina, quia vita ad eorum doctrinā instituta sine dubio beatitudinem cœlestē obtinebit. Nunc muri eiusdem vrbis fundamēta dicuntur, murū autem securitatē, & tranquillitatē vitæ beatæ, quæ lædi, aut offendi non possit, significare diximus, quæ perfectio, & consummatio beatitudinis est. *Fundamenta* igitur huius muri sunt, quia ipsi doctrina sua, & exemplo æternæ trāquillitatis, & securitatis causa fuerunt electis. Hoc est, eorum doctrina, aut vita ad eorum doctrinæ normam acta, non solùm initium beatitudinis est electis portas eis vrbis aperiēs, sed etiā cōsummatio, & perfectio, quia fundamentum muri est. Fundamenta verò lapides pretiosi sunt, vt intelligamus Apostolos in persecutione maximi pretij fuisse, & fortes, qui neq; frangi, neque dissolui, neq; fulgore suo priuari potuerunt. Hoc etiā indicatur, totā illius pulcherrimi muri magnitudinē & pulchritudinē ex fundamentis illis cōsurgere, paruis quidē, si molē inspicia mus, sed pretiosissimis: hoc est, illā beatorū altitudinē, & dignitatē eximiam, illam pacē inenarrabilē inde illis contigisse, quòd ædificati sunt supra fundamentum Apostolorum.

Vers.15. *Et qui loquebatur mecum habebat mensu*
26 *ram arundineā auream.* † Vrbē dimetiēs angelus, qui hæc Iohāni reuelabat, mēsura illa vult ostēdere magnum esse numerum beatorum, magnam esse nec vnquā terminandā illorū beatitudinē, vt videbimus. Sed cur arundine metiatur expositores non docent. Sciendū ergo est in Græco esse: *Habebat calamū* *Calamus.* *aureum.* Calamus autem mensura magna est sex cubitorum, & quatuor digitorum. Ezec.40: Et in manu viri calamus mensurę sex cubitorum, & palmi: ideoq; ad res magnas metiendas, & ad longiora spatia adhibebatur, vt in eodē cap. Ezechielis ad metiendum templū, & Apoc.11. Et datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Surge, & metire templum Dei. Eadem ratione nunc ad metiēdum vrbem exhortatur angelus. Ergo interpres arūdinem pro calamo posuit: quare rectè ait Arethas. Arundo, qua ciuitatem dimetiebatur, Geometrica erat. Et in quibusdā codicibus Græcis tantummodo est: Habebat calamum aureum, & ita est apud Andream, in alijs autem est: Habebat
27 mensuram calamum aureum. † Ita in quibusdam Latinis legitur: Habebat mensuram arundinem auream, in alijs verò: Habebat mensuram arūdineam. Apud Primasium est: Habebat arundinem auream ad mensuram. Et sensus quidem idem est, apertior est tamen, si legatur: *Habebat mensuram arundinem*, idest, mensuram illā, quæ calamus, siue arundo appellatur. Aurea verò est arūdo, quia nihil nō durabile, & pretiosum est apud beatos, & mensura ipsa beatorum, & beatitudinis est illa, quæ est in mente Dei, omnibus videlicet mensuris pretiosior, & certior. Deinde & mēsura durationis ipsius beatitudinis pretiosissima est, non est enim tempus, sed æternitas.

Vers.16. *Et ciuitas in quadro posita est.* Cur hoc dicat continuò explicat: *Et longitudo eius tanta est quāta & latitudo.* In quadrata figura nō est propriè latitudo, & lōgitudo, cū ea, quę lōgitudo dicitur, maior latitudine nō sit, sed sicut in alijs figuris data longitudine quod superest vocatur latitudo, ita & in quadrata fit. †Quę
28 sit autem in hac vrbe longitudo, quæ latitudo, variè explicant autores, & difficillimum est explicatu. Mihi longitudo videtur duratio beatitudinis, siue gaudij beatorum, latitudo verò est eius extensio ad res, de quibus gaudent beati. Atque hæc explanatio & cum Scripturæ, omniumque vsu, & cum vocabulorum ipsorum proprietate congruere videtur: longitudo enim ad durationem pertinet, latitudo ad ambitum rerum hinc indepositarum. Inde longitudo dierum sæpe dicitur in Scriptura, vt Psal. 90: Longitudine dierum implebo eum, quæ non rectè latitudo diceretur. Contrà latitudo cordis, & similium dici solet, quæ multa complectitur, nec rectè hæc diceretur longitudo. 3.Reg.4: Dedit quoque Deus Sapientiam Salomoni, & prudentiam multā nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam, quæ est in littore maris, idest, intelligentiam innumera ambientem, & complectentem. Bene ergo vrbs in quadro posita est, quia tanta est eius lōgitudo, quanta latitudo. Hoc est sicut beatitudo est æterna, ita etiam res, de quibus gaudent beati (quantum quidē ad ipsos beatos attinet) æternæ erunt, quia de quibus rebus nunc gaudent, sine fine gaudebunt.

Lōgitudo, & latitudo

29 †Hoc etiam sciendum, vrbium maximarum, & potentissimarum muros ita construi solere, vt licet ad vrbis magnificentiam, & ad potentiæ ostentationem magni, & alti, & muniti sint, quadrata tamen figura, aut altera parte longiore fiant, quæ minus firma est, quasi aut nullam hostium fortitudinē timeant ciues, aut neminem fore putēt qui vrbem obsidere, aut oppugnare audeat. Nam, vt autor est Vitruuius lib. 1. de Architectura, cap. 5. collocanda oppida sunt non quadrata, neque procurrentibus angulis, sed circuitionibus, vt hostis ex pluribus locis conspiciatur. In quibus enim anguli procurrunt, difficiliter defenditur, quòd angulus magis hostem tuetur, quam ciuem. Idem tradidit Vegetius lib. 4. de Re militari, cap. 2. Ita Babylonem fuisse quadratam scribit Herodotus lib. 1. versus finem: & Niniue (vt est apud Diodorum Siculum lib. 3. Rerum antiquarū cap. 1.) ita cōdita est, vt duo muri latera essent alijs duobus longiora.

Murorum figura qualis.

Et mensus est ciuitatem de arundine. *Vers.16.* Idest, Calamo illo aureo, ita enim est in Græco: Καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ καλάμῳ. Sed interpres Hebraico more locutus videtur, quo בְּ, idest, De, poni solet nonnunquam pro Cum, vt Isai. 57: Et pepigisti cum eis fœdus, in Hebræo est. בָּהֶם, idest, De eis.

Per stadia duodecim millia. Ita cum in *Vers.16.* quadro posita sit vrbs, singula eius latera habebunt tria millia stadiorum, & quia necesse erat singula latera habere tria millia stadiorum vniuersus eius ambitus habet stadia duodecim mille. Quæris cur necesse sit singula latera habere tria mille stadia? Vt sciamus non esse acceptionem personarum apud Deum, sed vndecunque homines veniant, æqualia meritis suis præmia acci
30 pere, eaque maxima. † Latera ergo omnia æqualia sunt, quia quidam ab Occidente veniunt, quidam ab Oriente, ab Aquilone, à Meridie, & æquè omnes pro meritis remunerantur. Verùm quia hæc præmia magna sunt, stadijs latera vrbis dimetitur, quæ magna mensura est, & ad longa spatia adhibetur. Tria millia sunt, quia numero millenario magna multitudo significatur, vt diximus cap. 20. num. 39. & 40. ternarius autem significat vniuersitatem, & primus numerus est, à quo incipimus vniuersitatem nominare, vt autor est Aristoteles lib. 1. de cœlo cap. 1. Duo enim non dicuntur omnes, sed tres iā

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes dici incipiunt. Bona ergo quæ habet beatus, & quæ innumera sunt, vniuersitate quadam clauduntur, quia licet non habeat omnia, habet tamen omnia, quæ vult. Idcirco sunt tria millia. Præterea hæc bona tam multa habent beati in fruitione trium Diuinarũ personarum: rectè ergo tria millia stadia habent singula latera. Et quoniam hæc omnia currentibus, & certantibus in stadio dãtur pro meritis certaminis, iure stadia nominantur. Stadium enim locus est, in quo cursus certamen est, vnde Paulus. 1. Cor. 9: Nescitis, quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? De eius spatio Plinius lib. 2. cap. 23. ita scribit: † Stadium centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, pedes sex centos viginti quinque. Deinde quoniam per doctrinam duodecim Apostolorum sancti acceperunt vt currerent in stadio, & laborarent in opere virtutum, & millia hæc bonorum acciperẽt, rectè hac etiam causa duodecim millia stadiorum habet ambitus vrbis.

Stadium.

31

Vers. 16. *Et longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt.* Rupertus hoc nodo soluendo laborat, quomodo cum muri altitudo sit centũ quadraginta quatuor cubitorũ, & æqualis dicatur latitudini, & lõgitudini, latera singula habere possint tria millia stadia. Idcirco putat intra murum hunc magnum centum quadraginta quatuor cubitorum alterum esse ponendum arcis alicuius, cuius latus quodlibet centum quadraginta quatuor cubitorum sit. At nihil est in hoc quidem difficultatis, quia quod nunc ait: *Et longitudo, & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt*, non de muro dicitur, sed de vrbe, *Eius*, id est, Vrbis αὐτῆς. De muro autem nihil tale dictum est, sed altitudinem eius esse centum quadraginta quatuor cubitorum. Itaque lõgitudo vniuscuiusque lateris muri triũ mille stadiorũ est, altitudo verò centũ quadraginta quatuor cubitorũ, longitudoque, & latitudo, & altitudo æqualia sunt in ipsa vrbe, nõ in muro. † Hoc facilè intelligitur, si magnã vrbẽ, & pulchrè extructam consideremus, in qua domus omnes magnæ cuiusdam, sed æqualis tamen altitudinis sint, rectoq; ordine dispositæ, & altissimis turribus ornatæ, quæ murorum superent altitudinem. Sed hæc vrbs Dei, quoniam reliquas omnes, vt ab hominibus conditas, plurimùm ex omni parte superat, vt longitudinem habet trium millẽ stadiorum, & latitudinem, ita etiam altitudinem habet eamdem, ideſt, multò maiorem, quam vnquam in alia vrbe visa fit, sicut & longitudo, & latitudo multò maior est. De Ecbatanis legimus Iudith. 1. Ex lapidibus quadratis, & sectis fecit muros eius in altitudinem cubitorum septuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta, turres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centũ. Et quidem cum de ea priùs dixerit: Et ipse ædificauit ciuitatem potentissimã. Babylonem scribit Herodotus lib. 1. versus finem, quadratam fuisse, magnitudine quoquouersus centenorum vicenorum stadiorum, totum autem circuitum stadiorum quadringẽtorum, & octoginta fuisse. † De Niniue, quæ, vt legimus Ionæ. 3, iter habebat trium dierum, Diodorus Siculus lib. 3. Rerum antiquarũ cap. 1. memoriæ prodidit, duo muri eius latera longiora centum quinquaginta stadia habuisse, altera verò breuiora, nonaginta, totum muri ambitum stadiorum fuisse quadringentorũ octoginta. Cum tamen neget idem autor vllam ei æqualem vrbem fuisse conditam, aut ante, aut posteà. Murus autẽ huius cœlestis vrbis inferior est eius altitudine, vt semper in vrbibus fit, quò arces, & tecta elegantiora, procul videantur. Significat hoc vrbem procul à viuentibus in terra per fidem videri, ita vt non solùm murus appareat, ideſt, tranquillitas eius, & securitas, sed etiã elegantia domiciliorum, & mansionũ vtcumque hinc cognosci queat. Longitudo vrbis est duratio gaudiorum, vt diximus. Latitudo extensio eius, ideſt, res multæ, & magnæ, de quibus gaudẽt beati. Altitudo est intensio magna gaudiorum: quod enim est in quantitate altitudo, siue profunditas, id in qualitate est intensio. AEqualis ergo est altitudo vrbis longitudini, & latitudini, quia sicut gaudia, quæ habent, æternùm habebunt, & de quibus rebus gaudent, semper gaudebunt: ita quantum nunc gaudent

Babylonis magnitudo.

Niniues magnitudo.

32

33

dent semper gaudebunt, neque vlla vnquam diuturnitas aliquid de gaudijs beatorum remittet.

Vers. 17. 34 *Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum.* † Quia murus minùs altus est vrbe, minor quoq; mensura adhibetur. In muro, vt sæpe diximus, securitas beatitudinis, & pax, quæ à nemine perturbari possit, intelligitur. In cubito manus est, & ideo cubitis murum angelus nititur, vt sciamus hanc securitatem, & pacem imperturbabilem ex manu, ideſt, ex fortitudine, & potentia Dei protegentis oriri, quia beatos semper manu sua protegit vt filios charissimos. Porrò duodenario numero vniuersitas perfecta significatur, vt ex Augustino ostendimus cap. 4. num. 20: Duodenarij autem figura quadrata cẽtum quadraginta quatuor sunt, tot enim fiunt Duodenario in seipsum ducto. Significatur ergo in centum quadraginta quatuor vniuersitas perfectissima, & omnibus suis numeris absoluta. Et quia multa sunt in hac vrbe, quæ numero Duodenario continentur, vt eorum perfectio intelligatur, vt duodecim portæ, duodecim angeli, duodecim fundamenta, nomina duodecim tribuum filiorum Israel, duodecim mille stadia, duodecim margaritæ: murus habet centum quadraginta quatuor cubitos, vt sciamus hæc omnia ita perfecta, & consummata vt sunt, semper Dei manu, & protectione esse conseruanda in sua tranquillitate, & pace imperturbabili.

Cur murũ cubito metiatur.

Vers. 17. 35 *Mensura hominis, quæ est angeli.* † Ideſt, Cubitus, quo murum angelus dimẽsus est, non alia mensura est quam hominis, ideſt, quam ea, qua homines vti solent metiendo. Hac mensura humana vsus angelus nunc est, ac si dicat. Mẽsura, *quæ est angeli*, ideſt, qua vsus est angelus, est mensura hominis. Hoc autem addidit, ne metiente angelo aliam mensuram in cubito intelligeremus diuersam à nostra, in qua manus non esset, quæ necessaria est ad cognitionẽ mysterij. Potest & ita hoc intelligi: Eadem mensura erit hominis, & angeli, hoc est, quod in hac mẽsura muri signi ficatum est, non minus homini conuenit, quã angelo, ita à Deo protegetur, & seruabitur semper status hominis beatus, vt angeli.

Et erat structura muri eius ex lapide iaspide. Virer, & sæpe translucet iaspis, vt inquit Plinius lib. 37. cap. 8. Cum ergo securitas, & pax imperturbabilis beatorum semper eadem sit, & semper vireat, neque vnquam marcescat: cum etiam translucear, ideſt, integrè, & plenè ab ipsis beatis cognoscatur, rectè murus ex lapide iaspide factus dicitur. *Vers.* 18.

36 *Ipsa verò ciuitas aurum mundum.* † Aurum pretiosissimum metallorum est, causam docet Plinius lib. 33. cap. 3. quia rerum vni nihil igne deperit, tutò etiã in incendijs, rogisque durãte materia. Quin immò quò sæpiùs arsit, proficit ad bonitatem: aurique experimento ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis, atque ipsum obryzum vocant. Altera causa pretij maior, quàm minimum vsus deterit, cum argento, ære, plumbo, lineæ producantur, manuscq; sordescant decidua materia. Nec aliud laxiùs dilaratur, aut numerosiùs diuiditur, vt pote cuius vnciæ in septuagenas, & quinquagenas, pluresque bracteas quaternùm vtròque digitorum spargãtur. Super cetera non rubigo vlla, non ærugo, non aliud ex ipso, quod consumat bonitatem, minuat ve põdus. Iam contra salis, & aceti succos domitores rerum constantia, superque omnia netur, ac texitur lanæ modo, & sine lana. Omnia ex Plinio. Vrbs ergo, quæ beatitudo sanctorum est, rectè auro mundo comparatur, quoniam & omnium rerum pretiosissima est, ab omnibusque optatur, & perpetua est, nihilque tam validum est, vt eam tollat, aut etiam minuat. † Nullam admittit rubiginem, semper suum splendorem retinet, nihil eius bonitatem consumit, minuitue pondus. Ipsa sine vllo labore omnia fit, & in omnes formas vertitur, quia omnia genera voluptatum non imitatur solùm, sed continet etiam eminenter, ac multò perfectiora quã in se ipsis sint. Nec tantùm auro similis dicitur, sed auro mundo, nihil enim habet admistum doloris, aut tristitiæ, aut etiam degeneris voluptatis. Atque vt aurum igne purgatur, vt mundum dici possit, ita beatitudinis gaudia per ignem afflictionum,

Auripretiũ vnde.

Aurũ obryzum.

37

Universidad de Deusto
Biblioteca

stionum, & persecutionum comparantur.

Vers.18. *Simile vitro mundo.* In Græco est: *Similis vitro mundo*, vt non ad aurum, sed ad vrbem referatur. Ita legũt Andreas, & Arethas, & Primasius. Alij verò, vt Tyconius Hom. 18. & ceteri expositores, legunt: *Simile vitro mundo*, & ita est in vetustioribus codicibus Græcis. Verùm cum vrbs ipsa sit aurũ mundũ, siue ex auro mundo, nihil refert aurum ne simile vitro dicatur, an ipsa vrbs, idem enim est, Simile dicitur vitro nõ colore, aut soliditate, sed quòd, quamuis aurea sit vrbs, est tamen tota perlucida, vt purissimum vitrum, vnusquisq; enim beatorum, & suam plenè beatitudinem cognoscit, quanta sit, & vnde, & nullum eam finem habituram, & cognoscit similiter omnium aliorum beatitudinem.

Vers.19. *Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata.* † Non parua quæstio est, quam ab expositoribus video præteriri, cur *fundamenta* dixerit *omni lapide pretioso ornata*, cum non nisi duodecim lapides pretiosos commemoret. Cui ita respondendum arbitror. Duodecim fundamenta duodecim lapides pretiosi sunt, in quibus Apostoli indicãtur, vt diximus nu. 24. Vnumquodque ergo fundamentum, & vnusquisque lapis vnus Apostolus est ex duodecim. In lapidibus virtutes significantur, quibus quisque Apostolorum maximè floruit: sed quia ita illis floruit, vt reliquis non careret: *fundamenta* sunt *omni lapide pretioso ornata*. Quare non est intelligendum: *Omni lapide pretioso* absolutè, sed omnibus lapidibus, quorum nunc mentio sit, in quibus tamen, vt videbimus, omnes virtutes, & omnia dona significata sunt.

Vers.19. *Fundamentum primum iaspis.* Si omisso numero, & ordine nomina lapidum poneret, intelligeremus singulos Apostolorum virtutibus illis præstitisse, quę in singulis lapidum significantur. Verùm cum fundamenta ordine numeret, ordine etiam Apostolos numerari non dubium est, quemadmodum Arethas numerauit, & Ioachin abbas. Ex quo difficilior exoritur quæstio, quem nam ordinem in Apostolorum nomẽclatura sequi debeamus. † Ille maximè sequendus videbatur, quo ipsi fundamẽta vrbis esse cœperunt, idest, quo cœperunt prædicare Euangelium. At hic difficilis inuẽtu est, simul enim missi sunt à Christo. Matth. vltimo: Euntes docete, omnes gentes, &c. & simul docere cœperunt. Si ordinem vocationis seruare velimus, neque hic ex Euangelio cognoscitur. Si meritorum ordinẽ quæramus, Hieronymus in caput. 10. Matthæi, Ordinem, inquit Apostolorum, & meritum vniuscuiusque illius fuit distribuere, qui cordis arcana rimatur, &c. Superest, vt ad eum confugiamus, qui in Euangelio seruatus est: sed & hic in Euangelistis non idem est. Quod vt fiat manifestius, indicem subscribam Euangeliorum, & Actorũ Apostolicorum.

Ordo in Apostolis vnde sumendus.

Ordo Matthæi. c. 10.	*Ordo Marci. cap. 3.*	*Ordo Lucæ. cap. 6.*	*Ordo Actuum. c. 1.*
Petrus.	Petrus.	Petrus.	Petrus.
Andreas.	Iacobus.	Andreas.	Iohannes.
Iacobus Zeb.	Iohannes.	Iacobus Zeb.	Iacobus Zeb.
Iohannes.	Andreas.	Iohannes.	Andreas.
Philippus.	Philippus.	Philippus.	Philippus.
Bartholomæus.	Bartholomæus.	Bartholomæus.	Thomas.
Thomas.	Matthæus.	Matthæus.	Bartholomæus.
Matthæus.	Thomas.	Thomas,	Matthæus.
Iacobus Alphæi.	Iacobus Alphæi.	Iacobus Alphæi.	Iacobus Alphæi.
Thaddæus.	Thaddæus.	Simon.	Simon.
Simon.	Simon.	Thaddæus.	Thaddæus.
Iudas proditor.	Iudas proditor.	Iudas proditor.	

Mihi

40 † Mihi hic ordo seruandus videtur, & maximè qui in tribus Euangelijs seruatus est, parum enim admodum differũt inter se Euangelia Marcus differt à Matthæo, quod Iacobum, & Iohannem ponit ante Andream, verùm rectus ordo Matthæi est, qui etiam est in Euangelio Lucæ seruatus. Marcus eũ mutauit, quia occasione Petri, cui nomen nouũ impositum est, eos nominare priùs voluit, quibus noua nomina à Domino indita sunt, ita enim ait: Et imposuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filij tonitrui, & Andream, &c. Differt etiam quod in quarto pari nominat Matthæum ante Thomam, cũ Matthæus prius nominet Thomam. Ordo tamen rectus est, vt priùs Matthæus nominetur, quem etiam Lucas in Euangelio seruauit. Tradunt enim Hieronymus, & Chrysostomus, & Euthymius in Matthæum, cum humilitatis, & modestiæ causa se post Thomam collocare, cũ ante ab *alijs* collocatus sit. Cuius etiam causa sese publicanum quoque appellauit. Lucas in Euangelio differt ab eodem Matthæo, quod Simonem ponit ante Thaddæum, rectum verò ordinem esse arbitror, quem obseruauerũt Matthæus, & Marcus, vt Thaddæus sit ante Simonem. † Lucas verò rationẽ habuisse videtur ordinis eius vocationis, quam ipse narrat, ait enim: Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos & elegit duodecim ex ipsis quos, & Apostolos nominauit, Simonem, &c. In Actibus Apostolorum non solùm ab alijs Euangelistis, sed à se ipso etiam dissidet, sed eo loco ordinem tantùm mihi videtur seruasse, quo illi sedebãt, aut manebant in domo illa cœnaculi, quod videtur ex eius verbis intelligi: Et cum introissent in cœnaculum, ascẽderunt, vbi manebant Petrus, & Iohannes, Iacobus, & Andreas, &c. Rectus ergo ordo hic erit. Petrus, Andreas, Iacobus Zebedæi filius, Iohannes, Philippus, Bartholomæus, Matthęus, Thomas, Iacobus Alphęi, Iudas Thaddęus, Simõ, Matthias, qui in locum Iudæ proditoris substitutus est. Hic autem ordo dignitatis omnino est in quibusdam, quando quidem apud omnes primus semper ponitur Petrus, vltimus Iudas proditor: sed an in omnibus sit, nouit spirituum ponderator Dominus. † Mihi videtur in omnibus seruari ordo vocationis, nõ primæ omnium, cum primùm ad Christum accesserunt, in qua primus est Andreas, vt videmus Iohannis. 1. nec illius rursum, quæ est apud Lucam cap. 6. cum ex multitudine discipulorum se legit duodecim, quos & Apostolos nominauit, quæ vltima omnium fuit, nec tam fuit vocatio, quam selectio quædã, & segregatio, vt illa Act. 13: Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Eius vocationis ordo seruatus est, qua Dominus ad se eos vocauit, vt secum perpetuò manerẽt, nec recederent iam, vt ante fecerant, quæ propriè vocatio dicitur. Ita sentit Alfonsus episcopus Abulensis in cap. 10. Matthæi. Q. 28. & 29. Atque hoc ex eo colligo, quod in hac primum locum tribuit Euangelium Petro, & Andreæ, secundum Iacobo, & Iohanni, vt legimus Matthæi. 4. vbi eodem ordine nominantur, quo ab ipso postea nominati sunt cap. 10. & vt diximus eos esse numerandos. Philippus etiam ex primis fuit, qui quintus ponitur, erat enim à Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri. Deinde cap. 9. Matthæus vocationem suam scripsit. Quare, quod in his fieri videmus, probabilissimum est in *alijs* esse factum, quorum non sunt scriptæ vocationes, vt ordinis illarum rationẽ habuerit Matthæus, nisi cum sibi Thomam præposuit, cum ipse fuerit ante illum vocatus, vt ex ordine Marci, & Lucæ intelligi potest.

41

42

43 † Hunc & nos ordinem seruatum esse à Iohanne in hoc loco arbitramur in enumeratione fundamentorum, & lapidum, atq; ita ipsum exponemus. Eamdem expositionis rationem secuti sunt Andreas, & Arethas, tametsi non eodem ordine, sed in hoc imitandi non sunt, quod secundum fundamentum faciunt Paulum, cum tantùm Iohannes duodecim primos commemoret, qui Dominum in carne secuti sunt, vt iam ante ostendimus. Fundamentum ergo primum Petrus, cui præter ceteros Dominus dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædifi-

Ordo Apostolorum.

Petrus.

Matth. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædificabo Ecclesiam meam. Hoc fundamentum est iaspis,& murus,quê firmissimum esse cõstat,ex iaspide factus est. Rectèque Petrus iaspidi comparatur,propter soliditatem, & firmitatem eius animi,& fidei. Iaspis viret & sæpè translucet:ita Petri fortitudo, & fides post aduẽtũ Spiritus sancti nũquã emarcuit. Fuit etiã simplex,& apertus,& minimè dolosus,quod fortium est, qualẽ Achillem semper facit Homerus.

Vers.19. Andreas.

Secundum Sapphirus. † Sapphirus cærulea est,& aureis punctis collucet,nusquam per lucida, & scalpturæ inutilis: ex Plinio lib.37.cap.9. quem sequitur Isidorus lib.16.Etymolog.cap.9.Huno colorem,qui idem cœli sereni est, indicant verba Ezecielis cap.1.Et super firmamentum,quod erat imminens capiti eorum,quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni. Et cap.10: Et ecce in firmamento, quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus. Sed illud apertius Exo.24:Et viderunt Deũ Israel,& sub pedibus eius,quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum, cum serenum est. Cumque color ipse sit per se gratissimus,multò fit pulchrior aureis illis punctis, quibus collucet. Ex quo intelligimus cur dictum sit Thrẽ. 4:Rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Et Cant.5: Venter eius eburneus distinctus sapphiris. In hac gemma ille significatur, qui portat imaginẽ cœlestis, idest, Christi, & qui cum Apostolo dicere potest: Nostra autem conuersatio in cœlis est, vt ait Hieronymus in illud Isai.54:Ecce ego sternam per ordinẽ lapides tuos. † Quod conuenit in Andream, qui non in vita solùm,sed etiam in morte portauit imaginẽ Christi,cuius conuersatio semper in cœlis fuit, nihil enim optabat nisi Christum,& crucem,cui molestæ erãt terrenæ voluptates,crux autem suauissima,vt per eam transiret ad Christum. Aurea puncta insignem caritatis eius pulchritudinem indicant. Sapphirus scalpi non potest, eoq; firmitatem inuicti eius animi aduersus Diabolum,& aduersus omnes eius artes declarat.

Philipp.3.

Vers. 19. Iacobus Zeb.

Tertiũ Chalcedonius. Hic Græcè χαλκηδὼν dicitur,de quo Arethas hæc scribit:Similis est coloris cum carbũculo, ita dictus,quod circa frotum Chalcedonis supra Chrysopolin, iuxta Symplegades scopulos,in locis inaccessis extra hos positis,nempe in saxis, ac scopulis desertorum littorum,cum alijs lapidibus pretiosis inueniatur;veluti dixerunt ij,qui de rebus patrijs Bithynorũ scripserunt,&c. Eiusdem meminit Isidorus lib.16. Etymol.cap.13: Beda etiã ait:Chalcedonius, quasi ignis lucernæ pallenti specie,renitet,& habet fulgorem subdio,nõ in domo,&c. † Iacobus hic est filius Zebedæi,qui ardebat caritate,& lucebat in tenebris,idest,in profundis plenis errorum. Et domi quidẽ non videbatur habere splendorem,qui piscator erat, ac posteà apud Dominũ primam sedẽ ambiebat,& ceteris præferri volebat,vt est apud Matthæũ.cap. 20. Sed vbi ad prædicandum exijt, mirè mundum illustrauit,primùm doctrina,deinde sanguine, quẽ primus Apostolorum pro Domino effudit. Sed & post mortem illuminauit Hispaniam reliquijs sancti corporis sui, & fide, ac pietate,quam illi impetrauit.

46

47

Quartum Smaragdus. Hæc gẽma adeò viridis est,vt quæ maximè viridia cẽsentur, illi comparata nequaquam virere videantur. Idcirco nullius coloris aspectus iucundior est, oculorum aciem lassam recreat,nec vnquam satiat,imagines rerum reddit. Ex Plinio lib. 37. cap.5.à quo eadem desumpsit Isidorus lib.16.Etymologiarum.cap.7. Smaragdus etiam Diuinæ naturæ similitudinem habet,vt ostẽdimus cap.4. nu. 11. dixit enim in eodem cap. Iohannes: Et iris erat in circuitu sedes similis visioni smaragdinæ. † Conuenit igitur Iohanni,qui morum puritate,& caritate simillis Deo fuit,& de Diuina verbi natura altiùs ceteris,vberiùsque scripsit. Præterea virginitatis virorem perfectissimum semper seruauit, & scriptis suis mirabiliter animos intelligentium recreat,nec satiat, nec quidquam est in sacra Scriptura iucundius, nemo enim plura, aut suauiora verba Domini retulit.

Vers.19. Iohannes.

Quintum Sardonix. Sardonix gemma est translucida colore vnguem hominis referens carnibus impositum,vt autor est Plinius lib.37.cap.6. atque idcirco à Sarda,de qua statim dicemus,& ab vngue,qui Græcè dicitur Onyx,siue à gẽma,quæ ob vnguis similitudinem dicitur Onyx,nomen accepit, cuius in eodem cap. meminit Plinius. Nam ex onyche candorem, ex Sardio ruborem trahens,ab vtroque nomen Sardonychis accepit,vt ait Beda. Isidorus lib. 16. Etymol. cap. 8 constare eum dicit tribus coloribus,inferius nigro, medio candido,superius minio,idest,colore minij:

Vers.20. Philippus.

48 † Philippus Sardonyche signatur candore animi insignis,& caritate, quæ rubro colore significari solet. Et quoniã Sardonyx colorem habet sanguineũ, vt ait Arethas, siue minij, vt Isidorus, animum eius cupidũ fundendi sanguinem pro Christo declarat. Niger color inferiùs indicat inferioris animæ partis tristitiam caritate compressam, atq; superatam.

Vers. 20. Bartholomæus.

Sextum Sardius. Sardius lapis,qui Sarda Plinio dicitur lib. 37. cap.7. de quo diximus cap. 4. num. 4. translucet, & ignis habet speciem, ac feris terrorem incutit, vt autor est Arethas in cap.4. Apocalypsis. Bartholomeum significat igne caritatis flagrantem, & dæmonibus terribilem. Scimus etiam ex Plinio lib. 8. cap. 16. igne terreri leones, & de Diabolo Petrus ait. 1. Epistola, cap. 5: Aduersarius vester Diabolus, tamquam leo rugiens,&c.

50

Vers.20. Matthæus

Septimum Chrysolithus. Chrysolithos Æthiopia mittit aureo colore translucentes. Optimæ sunt, quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogũt. Ex Plinio lib.37.cap.9. Habet etiam scintillas ardentes,vt ait Beda. Isidorus lib.16. Etymol.cap.14: Chrysolithus auro similis est cũ marini coloris similitudine,&c. Ab hac marini coloris similitudine Hebraicè dicitur Tharsis, quod mare significat, vt autor est Hieronymus in illud Dan. 10: Et corpus eius quasi Chrysolithus,& in illud Isai. 23: Et super omnes naues Tharsis.

49 † Matthæus in hac gẽma indicatur,qui maris, idest, sæculi huius,colorem aliquando habens, cum publicanus erat, & peccator, postea vera sapientia, & caritate fulsit,& scintillas emisit ardentes,tam ore docendo, quam scribendo Euangelium, & miraculis coruscãdo.

Octauum beryllus. Isidorus lib. 16. Etymol. cap.7: Beryllus in India gignitur gentis suæ lingua nomen habens, viriditate similis smaragdo, sed cum pallore. Politur autem ab Indis in sexangulas formas, vt hebetudo coloris repercussione angulorum excitetur. Aliter politus non habet fulgorem. Beda: Beryllus est quasi consideres aquam solis fulgore percussam rubicundum, ac decorum reddere colorem. Sed non fulget, nisi in sexangulam formam polien do figuretur, repercussu enim angulorum splendor illius acuitur. Verũ quod ait Beda,rubicundum reddere colorẽ, nescio vnde sumpserit, cum à Plinio lib. 37. cap. 5. & ab Isidoro loco citato inter virides gemmas numeretur. Plinius cum de smaragdis dixisset: Eamdẽ, inquit, multis naturam, aut certè similem habere berylli videtur in India originem habentes, rarò alibi reperti. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingenijs, quoniam hebescunt, nisi color surdus repercussu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eumdem. † Probatissimi sunt ex his, qui viriditatem puri matis imitantur, proximi, qui vocantur Chrysoberylli, & sunt paulò pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Cum his rectè conuenit, quod ait Arethas: Thomas huic comparatur, qui lapis maris, ac hyacinthi colore & illius ad fidem instabilitatem depingit, & maximè Apostolarum, ac legatione in longinquam patriam, nempe vsque ad Indos, & per mare perfectam, &c. Meritò ergo Thomas beryllus dicitur, qui in India reperitur,nam & ipse in India prædicauit Euangelium, & ibi eius corpus requieuit. Viridis est hic lapis, quod Thomæ fidem viuam,& non deficientem significat,sed viriditas est cũ pallore, quia in resurrectione Domini eius fides degenerauit, & multum viriditatis amisit. Hanc gemmam Deus nõ solùm viriditate ornauit,sed etiam sexangula figura poliuit, quia fidei adiunxit omnia opera virtutũ, quorũ perfectio senario numero designatur, quia sex diebus Deus compleuit omnia opera sua.

Vers.20. Thomas.

Vers.20. Iacobus Alphæi.

51 *Nonum Topazius.* † Topazius viridis etiam gemma est, de qua Plinius eodem

Universidad de Deusto
Biblioteca

eodem lib.cap.8: Egregia etiam num topazio gloria est suo virenti genere, & cum reperta est, prælata omnibus. Et posteà. Est autem amplissima gemmarum. Eadem sola nobilium limam sentit, ceteræ Naxijs cotibus poliuntur. Hæc & vsu atteritur, &c. Hinc videmus cur dictum sit Psal.118: Ideo dilexi mandata tua super aurum, & topazium. Causam nominis refert Plinius ex Iuba: insulam, ex qua primùm portata est, dici Topazium, eamque in Rubro mari à continente stadijs trecentis abesse, nebulosam, & ideo quæsitam sæpe à nauigantibus, ex ea causa nomen accepisse, topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quærendi. Eadem sunt apud Isidorum lib. 16. cap. 7. sed addit eam omni colore resplendere. In hac Iacobus Alphæi significatur omnibus virtutibus resplendens, cuius fidei viriditas adeò nũquam emarcuit, vt referat Hieronymus in Catalogo virorum illustrium ex Euangelio secundùm Hebræos, iurasse eum se nõ comesturum esse panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis.

Vers. 20. Thaddæus.

Decimũ, Chrysoprasus. † Chrysoprasus, seu Chrysopralius, inter virides gemmas numeratur à Plinio lib. 37. cap. 8: vbi de quibusdam huiusmodi gemmis locutus ait: Præfertur his Chrysoprasi porri succum, & ipsa referens, sed hæc paulùm declinans à topazio in aurum, &c. Quod Plinius scribit, nomine ipso ostenditur, ab auro enim, & à porro, quod Græci πράσον vocant, Chrysoprasus dicitur. Isidorus lib. 16. cap. 7: Chrysoprasus Indicus est, colore porri succum referens aureis interuenientibus guttis, vnde & nomen accepit. In hac Iudas Thaddæus significatur propter eximiam eius fidem, & caritatem.

52

Vers. 20. Simon.

Vndecimum. Hyacinthus. Hyacinthus violacei coloris est à similitudine coloris hyacinthi floris nomen habens. Plinius lib. 37. cap. 9. de amethysto loquẽs ait: Multum ab ea differt hyacinthus, tamen è vicino descendens. Differentia hæc, quod ille emicans in amethysto fulgor violaceus, dilutus est in hyacintho. Primo quoque aspectu gratus euanescit antequam satiet, adeoque non implet oculos, vt penè non attingat marcescens celeriùs nominis sui flore.

53 † Isidorus lib. 16. cap. 9: Hyacinthus ex nominis sui flore vocatur. Hic in Æthiopia inuenitur cæruleum colorem habens, optimus qui nec rarus est, nec densitate obtusus, sed ex vtroque temperamento lucens, purpuraque resplendens. Hic autem non rutilat æqualiter, sed cũ facie cœli mutatur: sereno enim perspicuus est, atque gratus, nubilo coram oculis euanescit, atque marcescit. In os missus frigidus est, in sculpturis durissimus, nec ramen inuictus. &c. quæ ex eo etiam Beda desumpsit. Huic Simon Chananæus assimilatur cœlestibus moribus præditus, ad terrena immutabilis, cum solius cœli facie mutari solitus, idest, cum Dei voluntate, illis perspicuus, quibus Deus prædicari Euãgelium volebat, ceteris coram oculis euanescens.

Vers. 20. Matthias.

Amethystus vnde dicatur.

Duodecimum, amethystus. Amethystũ ex ijs, quæ modo ex Plinio retulimus lib. 37. cap. 9. constat violaceum etiam habere colorem fulgentiùs emicante hyacintho. Et paulò ante hæc scripserat: Causam nominis afferũt. quòd vsque ad vini colorem accedines, priùs quam eum degustet, in violã desinat, fulgorque quidam in illa purpura non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, sculpturis faciles, &c. Et ante hæc: Principatum amethysti Indicę tenent, &c. Isidorus eodem libro cap. 9: Inter purpureas gemmas principatum amethystus Indicus tenet. Amethystus purpureus est permisto violaceo colore, & quasi rosæ nitor, & leniter quasdam flammulas fundẽs. † Eadẽ

54 sunt apud Bedam, qui etiam ait: Sed & quidam in purpura illius non ex toto igneum, sed quasi vinum rubens apparet, &c. Dicta est autem amethystus vt Plinius, & Isidorus volunt, quod nõ inebrietur, idest, quod vinum colorem nõ integrè accipiat, aut quod ebrietati resistere credatur, μεθύσκω enim idem est, quod Inebrior. In amethysto Matthias significatur, cuius nomen quidã Paruum interpretantur, qui vt verè humilis, non potuit superbia inebriari, quamuis vnus ex omni discipulorum numero Diuina sorte vocatus sit ad Apostolatum: scalpturis, idest, impressionibus, & figurationibus Diuinis facilis, & cœleste quiddam vbique spirans, caritate ardens. Hactenus de duodecim gemmis, in quarum interpretatione hoc est animaduertendum, singulos Apostolos ab eo, quod in eis magis eminebat, nomine lapidum fuisse designatos, quamuis eadem dona & reliqui haberent, atque idcirco dictum est, vt iam exposuimus: Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata.

Vers. 21.

Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt per singulas. † Verba sunt

55 satis ambigua, tam Græca, quam Latina. Nam & ita intelligi possunt, vt singulæ portæ habeant duodecim margaritas: & si sequentia attendamus, videbitur potiùs singulas portas singulis constare margaritis, cum continuò scripsrum sit: Et singulæ portæ erant ex singulis margaritis. Quod adeò quosdam mouit, vt Ansbertus dixerit: Horum verborum ordinem vix vrcumque in superficie literæ intelligere valemus. Et Ambrosius ait: Hoc secundùm literam stare non potest, si singulæ portæ erant ex singulis margaritis, quomodo per vnamquamque duodecim margaritæ fuisse dicuntur? &c. Hinc etiam quidam tantùm intelligunt, his verbis significari singulas portas ex singulis esse margaritis, nihil enim amplius in illis interpretantur, vt Arethas, Tyconius, Primasius, Beda. Alij, vt Ansbertus, intelligunt portas singulas ex singulis margaritis factas habere insuper duodenas margaritas, id est, omnes centum quadraginta quatuor. Atque hoc mihi non solùm verius videtur, sed etiam verba nostræ translationis nullum alium sensum capere posse.

56 † Itaque quemadmodum singula fundamenta singuli lapides sunt, sed sunt eadem omni lapide pretioso ornata, id est, duodecim illis, quorum nomina etiam scripta sunt, quia quod omnes Apostoli habent, singuli quoque habent, ita nunc portæ (in quibus doctrinam Apostolorum duodecim, siue ipsos Apostolos, significari ostendimus numer. 19. & 20.) singulæ sunt ex singulis margaritis, & singulæ habent duodecim margaritas, eadem prorsus ratione, quia gratias, & dona, quæ habent omnes, habent & singuli. De margaritis diximus cap. 18. num. 24. ex Plinio lib. 9. cap. 35: Latinis eas dici vniones, quod nullæ duæ reperiantur in conchis indiscretæ, omnesque gemmas pretio superare. Atque hoc optimè conuenit, doctrina enim Apostolorum, per quam solam in hanc vrbem aditus patet, pretiosissima margarita fuit, de qua dictum est Matth. 13. Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta autem vna pretiosa margarita abijt, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. Et doctrina vniuscuiusque Apostolorum, licet interdum parum attentè considerantibus diuersa nonnihil videretur, eamdem omnium, quæ doceri oportebat, plenitudinem habebat, & eadem in audientibus efficiebat cum doctrina omnium.

Et platea ciuitatis aurum mundum. *Vers. 21.*

57 † Platea locus est, in quo multitudo ciuium congregari solet, vnde illud Prou. 1: Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, &c. Et Iob. 29: Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Quamobrem in platea mihi nunc gaudium significari videtur, quod beati percipiunt alter ex alterius beatitudine. Quod quoniam maximum est, & pretiosissimum, cui nihil in hac vita valeat comparari, & ex magna Dei, fratrumque caritate oritur, eleganter aurum dicitur. Nec quod vis aurum, sed aurum mundum, quod nihil aut terræ, aut vilioris metalli habeat admistum: nihil enim illi gaudio admiscebitur tristitiæ, aut inuidiæ, aut simultatis, sicut in hac vita admiscri solet sæpe, etiam inter amicissimos. Et quia hoc gaudium ex aliorum beatitudine ortum, & caritas ardens, cui nihil subesse possit simulationis, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

doli, nota erunt mutuò omnibus beatis, postquam illud auro propter dignitatem comparauit, nunc propter hanc perspicuitatem vitro lucido comparat.

Vers. 22. *Et templum non vidi in ea.* † Templa fiunt vt per ea mentes hominum erigãtur ad Deum, dum cogitant se in
58 domo Dei esse, & excitentur ad Deum adorandum, & amandũ, ad orandum, ad offerendum sacrificia. Sed beati templo non indigent ad hæc, videntes enim Deum, & Agnum pro se immolatum tota mente, & toto corde in Deum eleuantur, & totis eum viribus amant, seque ipsos illi offerunt, & tradunt. Atque ideò dixit: Dominus enim Deus templum illius est, & Agnus.

Vers. 23. *Et ciuitas non eget sole, neque luna.* Multò præstantius, ac fulgentius lumen habet, quàm sol, & luna. Non indiget ijs, quæ mundum hunc inferiorem illustrant, & fecundant, omnia habebit meliora. Alludit ad cap. 60. Isaiæ, in quo scriptum est: Non erit tibi amplius sol ad luncendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

Vers. 23. *Nam claritas Dei illuminauit eam.* Ita legendum est, ἐφώτισεν, non, Illuminabit. De his iam diximus nu. 16.

Vers. 23. *Et lucerna eius est Agnus.* † Si dicere: Lumen eius, aut φῶς ἀὐτοῦ, sicut dixerat prius, ideſt, Luminare, nihil mirareмur, est enim filius lux, sicut & pater, At cum dicat, *Lucerna eius*, sine λύχνος ἀὐτοῦ, iure quæritur cur ita loquatur Apostolus: cum lucerna ad noctis tenebras fugandas adhibeatur, & ipse paulò post dicat: Nox enim non erit illic. Quod ita videtur soluendum. Lucerna nemo indiget vbi solem habet, sed vbi solis luce vti nequit, nocti paratur lucerna. Claritas Dei illuminans hanc vrbem est quasi sol magnus illuminans mentes beatorum vt clarè Deum videant. Sed quia oculi corporei Dei naturam videre non possunt, neque claritate illa inuisibili frui, ne in tenebris essent quodam modo, humanitas Christi illis obijcitur intuenda, vt & ipsi claritatem suam, & lucem, & lætitiam incomparabilem habeant. Atque ideo dictum est: *Et lucerna eius est Agnus*, videlicet vt homo: nam vt Deus est, commune habet cum patre illud, quod modò dixit: Claritas Dei illuminauit eam. Similiter de Agno locutus est, cum dixit: Dominus enim Deus omni potens templum illius est, & Agnus. Atque hæc causa est cur his in locis duobus nihil de Spiritu sancto dixerit, cum patris, & filij meminerit. Eodem etiam modo arbitror intelligendum illud Isaiæ. 60: Sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam, vt Deus tuus propriè Christus accipiatur.

Et ambulabunt gentes in lumine eius. *Vers. 24.*
60 †In Græco, & apud Andream est: τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων, ideſt, gentes eorum qui seruantur, aut salui fiunt. Per quod intelligimus, de quibus gentibus sit sermo. Quamuis hoc additum videtur, & ex margine irrepsisse in contextum, nec enim est apud Aretham, aut apud Primasium, aut apud Tyconium, aut apud Bedam. Cum autem dicit: *In lumine eius*, non subauditur, Agni, sed Ciuitatis, est enim αὐτῆς. Atque hoc si de Ecclesia in hoc statu diceretur, nihil obscurum haberet, cum scriptum sit Isaiæ. 60: Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. At de statu beatorum quomodo dici possit? Respondeo hæc ad Ecclesiam in hoc statu pertinere posse, nam gentes, quæ Deum non nouerant, cum ad Ecclesiam veniunt, ambulant in lumine eius, ideſt, in fide, ac doctrina, quam ipsa à Deo habet. Pertinet etiam ad statum beatorum, nam & ipsi, qui sunt in Ecclesia, ambulant, & in cœlestem patriam iter faciunt, excitati lumine Christi, & promissis eius, & cognitione futurorum bonorum, quam per fidem habent. Et de hoc lumine beatitudinis nunc ait Apostolus: *Et ambulabunt gentes in lumine eius*, de illo priori locutus est Isaias.

Et reges terræ afferent gloriam suam, & ho- *Vers. 24.*

6: & honorem in illam. †Et hoc de Ecclesia dici solet propter reges, & præstantes viros, qui ad eam veniunt, lege Isai. cap. 60. & 61. & 66. At Iohannes de Ecclesia in futuro statu loquitur, & gloriam diuitias intelligit, sicut cum Matth. 6. dictum est: Amen dico vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex illis. Ergo reges terræ afferent diuitias suas in hanc vrbem, quia ipsi amore eius conuertentur, & venient ad Ecclesiam, & eas libenter expendent, vt homines ad æternam patriam perueniant, & vrbs hæc plures habeat ciues, templa videlicet ædificando, & locupletando, & prædicatores Euangelij in varias regiones mittendo, & inimicas fidei nationes cohibendo, quemadmodum fecerunt Constantinus Magnus, & alij imperatores Christiani, & ætate nostra Carolus quintus imperator gloriosæ memoriæ, & eius filius Philippus Hispaniarum, & vtriusque Indiæ rex,
62 & Iohannes Tertius rex Lusitaniæ, cuius memoria in benedictione est. † Honorem etiam suum afferent vrentes ad hæc eadem regij nominis autoritate, & dignitate, & nihil sibi gloriosius, nihil honorificentius existimantes quàm Christo seruire, & omnia præ eo contemnere, atque omnia, quæ habent, in eius gloriam conuertere.

Vers. 25. *Et portæ eius non claudentur per diem.* Hoc est, nullos hostes timebit, secura semper erit, portæ enim vrbium timore hostium claudi solent. Die, ac nocte, dicere solet Scriptura pro Semper, vt adnotauimus cap. 7. num. 23. sine per diem, & noctem. Quare cum docere vellet Apostolus nunquam esse claudendas portas, dicere debuit, Per diem, neque per nox tem, sed quia ibi semper dies erit, cui
64 nulla succedet nox, satis fuit dicere, Per diem: causam tamen continuò reddit: *Nox enim non erit illic*. Hoc ita esse satis ex Isaiæ. 60. intelligi potest, in quo similia dicuntur de Ecclesia: Et aperientur portæ tuæ iugiter, die, ac nocte non claudentur, vt asseratur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur. Ecclesia enim in hoc statu habet noctem, ideſt, aduersa, quibus premitur, & exercetur, & à Diabolo, atque ab eius membris tentatur. Ex quo illud Cant. 3: Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Et tamen nocte etiam Ecclesiæ portæ patent, vt venire possint omnes electi, qui tunc etiam veniunt, cum illa vehementiùs affligitur. At in futuro beatitudinis statu nulla erit nox, nulla prosperorum, atque aduersorum vicissitudo. † Beda: Quod autem portæ
63 non claudentur, plenissimæ securitatis indicium est. Non enim ibi iam dicitur, Vigilate, & orate ne intretis in tentatione, sed potiùs: Vacate, & videte quoniam ego sum Deus. Nec mouere nos debet in portis Apostolorum doctrinam fuisse designatam, siue ipsos Apostolos docentes, nam portæ in eo, quod ædificium præbent ad vrbem, Apostolos significant, in eo autem, quod non claudantur, indicant eiusdem vrbis securitatem, & pacem. Quemadmodum Ionas propheta, cum à cete absorbetur, & in littus ejicitur, & Niniuitas hortatur ad pœnitentiam, Christi gerit figuram, cum verò salua vrbe dolet, & conqueritur, figura Iudæorum est de salute nationum dolentium. *Matth. 26* *Psal. 45.*

Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam. Angeli, & magistri Ecclesiarum, & sacramentorum ministri afferent in hanc vrbem diuitias, & honorem gentium conuersarum, quomodo iam explanauimus similia verba num. 61. Potest etiam ita intelligi: Quidquid erit gloriosum, & honore dignum in gentibus, quæ conuertentur, inferetur in hanc vrbem, præstantissimi quique ethnicorum conuertentur, & salui fient. *Vers. 26.*

Non intrabit in eam aliquod coinqui- *Vers. 27.*
64 *natum.* †Legendum est, Aliquid, vt est apud Bedam. Hoc autem, & sequentia in odium hæreticorum dicit, & maximè Antichristi, & sectatorum eius, qui omni immunditiæ se tradent. Pro, Aliquid coinquinatum est in Græco, πᾶν κοινὸν, id est omne, quod coinquinat, sicut vertit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eraſmus, & interpres Arethæ. At non ita legendum eſt, ſed πᾶν κοινὸν, ideſt, omne immundum, vt eſt in Græco codice Complutenſi, & in alijs, & vt eſt apud Andream. Ita etiam inuenio in Græco apud Aretham. Quam lectionem veriorem eſſe docent Tyconius Homil. 18. & Primaſius legentes: Non intrabit in eam omne immundum, & ideo eam noſter interpres ſecutus eſt.

Verſ. 27. *Aut abominationem faciens.* Pro Abominationem, eſt βδέλυγμα, quod iam interpretati ſumus num. 13. quemadmodum & quod ſtatim ſequitur: *Et mendacium.* num. 14.

Verſ. 27. *Niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.* De hoc diximus cap. 3. num. 8. & ſequentibus.

65 † Hæc omnia, quæ nos de domicilio, & requie beatorum explanauimus, nonnulli ad Eccleſiam in hoc ſeculo militantem referunt, vt Tyconius Hom. 18. & eum ſecuti Primaſius, & Beda. Sed ſi omnia accuratè conſiderentur, apertiſſimum eſt de beatitudine intelligi, ſunt enim multa, quæ minimè conuenire poſſint in militantem Eccleſiam, vt quod modò interpretabamur: Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, &c. Et illud: Et portæ eius non claudentur per diem, nox enim non erit illic. Et paulò ante: Et ciuitas non eget ſole, neque luna, &c. Quare & ipſi, quos dixi, coguntur hæc ad ſtatum beatorum referre. Immò & Hieronymus in illud Iſaiæ. 60: Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, hæc ſcripſit: Ex hoc capitulo cogimur omnia, quæ dicta ſunt, & dicenda, ad vltimum referre tempus, quando cœlo, terraque tranſeuntibus ſolis, ac lunæ ceſſabit officium, & erit Dominus ipſe lumen perpetuum, &c.

Conciliatis ſimilium locorum.

Deinde etiam ſciendum quædam eſſe in Scriptura ſimilia his, quæ ſcribit Apoſtolus noſter, ex quibus, quæ dam pertinent ad Eccleſiam in vtroque ſtatu, priùs in hoc ſæculo, deinde in futuro, vt quæ ſcripta ſunt Tobiæ. 13. & Iſaiæ. 60. 65. 66. & alia nonnulla in prophetis, quæ de terrena Ieruſa-
66 lem interpretabãtur Millenarij.† Alia pertinent ad Eccleſiam in futuro ſtatu, vt quod eſt in cap. 26. Iſaiæ: In die illa cantabitur canticum iſtud. &c. & Ioe. 3: In die illa ſtillabunt montes dulcedinem, &c. Alia pertinent ad Eccleſiam in hoc præſenti ſtatu, vt quæ ſcripta ſunt Iſaiæ. 54. & Pſalm. 86. & Zachariæ. 2. Ex his igitur erunt explicanda quę diſcrepare inter ſe mutuò videbuntur, vt diſtinguantur tempora, & concordentur Scripturæ. Hoc etiam eſt animaduertendum, cum de his Scriptura loquitur in locis indicatis, figurata oratione vti, & rem eamdem propter diuerſas proprietates diuerſis rebus ſimilem dici. Quod vno exemplo ſatis declarabitur. De portis ait Iõhannes: Et duodecim portæ duodecim margaritæ ſunt per ſingulas, & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis. At Tob. 13. legimus: Portæ Ieruſalem ex ſapphiro, & ſmaragdo ædificabuntur. Si proprie Scriptura loqueretur, non Metaphoricè, & materiam aliquam certam indicare vellet, ſine dubio eodem modo vtrobique locuta eſſet. At voluit diuerſa notare in margaritis, (quod iam diximus num. 56. in ſapphiro, & ſmaragdo,) per illas portas intrari in cœleſtem vitam, & beatam, ſimilemque Diuinæ, & caritate plenam, vt intelligi poteſt ex his, quæ diximus num. 44. & 46. atque ita de reliquis.

Argu-

Argumentum Capitis XXII.

Videt fluuium procedentem de ſede Dei, & Agni, & in vtraque eius ripa lignum vitæ, & plateam ſanctæ ciuitatis, illiuſque felicitatẽ prædicit. Adorare angelum vult hæc oſtendentem, ſed ille prohibet. Adhortatur omnes vt ex ijs eſſe ſtudeãt, qui pars erunt huius ciuitatis, & finem citò venturum eſſe teſtatur. Ad extremum grauiſſima ſupplicia comminatur addenti, aut detrahenti quidquam huic prophetiæ.

Caput. XXII.

1 ET oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ, ſplendidum tãquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei, & Agni.
2 In medio plateæ eius, & ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructũ ſuum, & folia ligni ad ſanitatem Gentiũ. Et omne maledictum non erit amplius: & ſedes Dei, & Agni in illa erũt, & ſeruient eius ſeruientes illi. Et videbãt faciẽ
4 eius: & nomen eius in frontibus eorũ.
5 Et nox vltra nõ erit, & nõ egebunt lumine lucernæ, neq; lumine ſolis, quoniã Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in ſæcula ſæculorum. Et
6 dixit mihi, Hæc verba fideliſſima ſunt, & vera. Et Dñs Deus ſpirituũ prophetarum miſit Angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis quæ oportet fieri citò. Et ecce venio velociter. Bea-
7 tus qui cuſtodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Iohannes qui audi
8 ui, & vidi hæc. Et poſtquã audiſſem & vidiſſem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc oſtendebat,
9 Et dixit mihi, Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, & fratrũ tuorũ prophetarũ, & eorum, qui ſeruant
10 verba libri huius. Deũ adora. Et dicit mihi, Ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius, tẽpus enim prope eſt.
11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc, & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc. Ecce ve-
12 nio citò, & merces mea mecũ eſt reddere vnicuiq; ſecũdũ opera ſua. Ego
13 ſum α & ω, primus, & nouiſſimus principium, & finis. Beati qui lauãt ſtolas ſuas vt ſit poteſtas eorum in ligno
14 vitæ, & per portas intrẽt in ciuitatẽ.
15 Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit men-
16 dacium. Ego Ieſus miſi angelum meum teſtificari vobis hæc in Eccleſijs. Ego ſum radix, & genus Dauid, ſtella ſplendida & matutina. Et
17 Spiritus, & Sponſa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui ſitit, veniat: & qui vult, accipiat
18 aquam vitæ gratis. Conteſtor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius. Si quis appoſuerit ad hæc: apponet Deus ſuper illum plagas ſcri-
19 ptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate ſancta, & de
20 his quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Dicit qui teſtimonium perhibet iſto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum. Etiam venio cito: Amen Veni
21 *Domine Iesu. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.*

Vers. 1. 1 ET *ostendit mihi fluuium aquæ viuæ.* In Græco est ὕδατος ζωῆς, ideſt, Aquæ vitæ, & ita legunt Andreas, Arethas, Primaſius, & Beda, ſed ſenſus eſt idem, aqua enim vitæ dicitur more Hebræorum aqua viua, ideſt, ſemper emanans, vt cap. 21: Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Et cap. 7: Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Rurſus in Græco, & apud Andream, & Arethã eſt: Et oſtendit mihi purum fluuium. Sed καθαρὸν, ideſt, purũ, non eſt apud Primaſium, neque addendum videtur, cum ſequatur ſtatim: *Splendidum tamquam cryſtallum*. Proſequitur autem Apoſtolus quod cœperat de beatitudine, & per vrbem, & per mediam plateam eius fluentem amnem oſtentum ſibi dicit ab angelo, à quo ea, quæ dixit, acceperat. Quem amnem illum ego eſſe arbitror, de quo dictũ eſt Pſal. 45: Flumínis impetus lætificat ciuitatem Dei. Fluuius per vrbem fluens magnam illi affert & amœnitatem, & vtilitatem. Nam oculos, atque animos exhilarat tam aquis, quam arboribus, & herbis riparum, propter quod dictum eſt: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: & omnia, quæ vitæ vtilia ſunt, facilè per illum inuehuntur. † Significat ergo fluuius maghã, & mirabilem eſſe beatorũ lætitiam, & voluptatem, nihil eis deeſſe, ſed eos omni affluere genere bonorum, tum etiam perpetuam fore eorum vitam, vt nunquam non tantis, ac talibus bonis perfruantur. Hoc declarat lignum vitæ in vtraque eius ripa conſitum. In quo ad terreſtrem paradiſum alludit, habebat enim paradiſus lignum vitæ, ideſt, arborem, cuius fructu, dum veſcerentur primi parentes, morti non poſſent. Erat autem in medio paradiſi fons, quo arbor vitæ irrigaretur. In cœleſti etiam paradiſo multæ arbores vitæ ſunt in vtraque ripa, vt intelligamus omnes beatos, quocumque in loco ſint, ideſt, quibuſcunque meritis præſtent, ſiue maioribus, ſiue minoribus, arborem vitæ habere, ex cuius fructu comedant, ideſt, in æternum eſſe victuros. Si enim vnicum vitæ lignum poneret, putare aliquis poſſet vnius arboris fructus tantæ futuræ multitudini ſufficere non poſſe. Nec fonte irrigantur arbores, ſed fluuio, qui copioſior, & plenior eſt, vt plentorem hanc vitam eſſe intelligamus, quam illam paradiſi.

Aqua vitæ, ſiue viua.

2

3 † Rurſum, etſi fluuius magnus eſſet, areſcere arbores poſſent, ſi procul ab eo eſſent, idcirco in ripa ſunt, ſicut de fructifera arbore ſcriptum eſt Pſalm. 1: Et erit, ſicut lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Non autem in altera ripa tantùm, ne qui iuxta alteram morantur aut eius fructu careant, aut cum labore eum habeant: ſed in vtraque ripa, ideſt, vbicunque beati commorabuntur. Egreditur autem fluuius *de ſede Dei, & Agni*, vt fluuius vitæ eſſe intelligatur ex fonte, à quo exit. Præterea non eſt ſatis vrbi ciborum habere copiam, niſi & aquæ habeat, idcirco præter arbores vitæ fluuius perennis egreditur, de quo bibant quantum volent, neque aliquid ſit ad vitam neceſſarium, quod non abunde ſuppetat in hac beatitudine. Hæc omnia breuiter, ſed valde eleganter docuit facer vates Pſalm. 35. dicens: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ. Nec *de ſede Dei* ſolùm exit fluuius, cuius aſpectus vitam æternam præbet beatis, ſed etiam de ſede *Agni*, quoniam meritis Chriſti hominis hanc vitam conſecuti ſunt, & eius humanitatis aſpectu mirificè recreantur. † Eſt & apud Ezec. cap. 47. torrens de templo egrediens, in cuius etiam ripis arbores ſunt, qui non idem eſt cum hoc noſtro, ſed ei ex parte ſimilis. Nam ibi de Eccleſia in hoc ſtatu ſermo eſt, & torrens ille doctrinam ſignificat Euangelicam, vt eleganter expoſuit Hieronymus, quæ animos abunde ſpirituali cibo, & potu reficit: hic autem de ſtatu beatorum loquitur. Sed cum Eccleſia militans multis

Lignum vitæ in vtraque ripa.

4

multis in rebus triumphanti ſimilis ſit, non eſt mirum multa de militanti dici ad eorum ſimilitudinem, quibus fruitur triumphans, ſicut cap. 21. vidimus in illis, quæ de ſuperna vrbe ſcripta ſunt. Denique fluuius eſt ſplendidus ſicut cryſtallum, quia & beatorum vita puriſsimam habet voluptatem, cui nihil triſte miſceatur: & illius vitæ, ac voluptatis æternitas non eſt eis ignota, ſed pleniſsimè cognita, quemadmodum purus fluuius, & clarus, atque perlucidus inſtar cryſtalli, nihil habet, quod lateat intuentes.

Vers. 2. 5 *In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ.* † Hoc eſt. Ligna vitæ multa, Singularis enim pro Plurali ponitur. Nec intelligendum eſt plateam ſeiunctam eſſe à fluuio, ita vt lignum vitæ ſit in ripis, & in platea: ſed fluuius è fonte ſuo egrediens totam vrbem interſecat, in cuius medio platea eſt, per quam etiam fluit, ita vt & in platea, & in reliqua vrbe arbores vitæ ſint in vtraque ripa. Si autem in platea gaudium beatorum intelligitur, quod alter ex alterius beatitudine percipit, vt diximus cap. 21. num. 17. rectè nunc dicemus fluuium per plateam fluentem, & ligna vitæ in vtraque vita habentem ſignificare gaudium illud fore immortale, hoc eſt eũdem beatorum numerum ſemper futurum eſſe, eamdemque mutuæ conſuetudinis, atque conuictus ſuauitatem ità vt nihil vnquam minuatur, nunquam marceſcat, ſed ſemper eumdem ſeruet virorem. [Andreas quidem Cæſarienſis ligna vitæ putat eſſe beatos ipſos: quod mihi non probatur. Nam lignum vitæ à vita, quam comedentibus ſua poma præſtabat, nomen habet. Deinde quoniam mox ita loquitur, vt præter ligna vitæ beatos in hac ciuitate ponat, de quibus multa dicit, quæ in ligna vitæ nõ quadrant: vt, Et ſerui eius ſeruient illi, & videbũt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. &c. Et apertiùs etiam hoc oſtendit poſteà cum ait: Beati qui lauant ſtolas ſuas, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, ideſt, vt ſemper ligno vitæ veſci poſsint.]

Vers. 2. 6

Afferens fructus duodecim. Hoc noquis forte ita acciperet, ferre has arbores ſimul duodecim fructus diuerſos, verbis ſequentibus explanat: *Per menſes ſingulos reddens fructum ſuum.* Quod tamen ambiguum eſt, nec enim conſtat vtrùm duodecim fructus diuerſos afferant, an eumdem fructum duodecies. † Verùm quia nihil dicitur, quod diuerſos fructus intellige re cogat, (& ſi diuerſi eſſent, mutarentur gaudia beatorũ, aliquid enim haberet hic fructus, quo ille careret) hoc potiùs dicendum eſt, eumdem fructum ferri duodecies, in quo indicatur eximia quædam, & beatiſsima fertilitas illius terræ viuentium, quæ plena eſt vndique bonis, & gaudijs, terra enim, quæ bis in anno fructificat, fecundiſsima putatur. Deinde fructum huius arboris neque vnquam defuturum, neque tædium vllum allaturũ. Nam fructus, quos arbores noſtræ ferunt, ſæpe antequam alteri colligantur, deficiunt, vel quia non eſt tãta illorum copia, vel quia tantam diuturnitatem ſuſtinere non poſſunt. Deinde etiam ſi per totum annum durarent, non æquè grati durant, noui præſtantiores, & gratiores ſunt, & tempore veteraſcunt, & ſaporis, ac coloris gratiam perdunt, & ſatietatem afferunt. At arbor ſingulis menſibus nouum fructum ferens, & inopiam copia fructuum tollet, & ſatietatem, ac faſtidium nouitate. Ita beatorum gaudia nec vnquam deficiunt, nec aliquid præſtantiæ ſuæ amittunt, nec ſatietate tædium efficiunt.

[Simile quippiam Homerus, ſed in diuerſis tamen arboribus, ſcribit de hortis Alcinoi regis Phæacum.

Τάων ὑποδεκάρπους ἀπὸ βλάστησαι, ἐδδ' ἐπιλείπει
Χείματος, οὐδ' θέρεος, ἐπέτησιος, ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
Ζεφυρίη τανύουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δ' ὀπάζει.
Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ
Αὖτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Lib. 7. Odyſſææ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc est.

Ex his fructus nunquam perit, neque desicit
Hieme, aut æstate, toto anno durans, sed sanè semper
Zephyrus spirans hæc quidem crescere facit, alia autem matureſcere,
Pirus post pirum senescit, malumque post malum,
Porrò post vuam vua, ficus autem post ficum.

Vers. 2. *Et folia ligni ad sanitatem gentium.* † Fo
7 lia non habent suauitatem fructuum, sed aliquid tamen arboris sunt, & quodammodo arborem, ac eius præstantiã indicant, aut odore, aut sapore aliquo, aut vi medicamentis apta. Folia ergo huius arboris vitæ sunt verba, quæ de gaudijs beatorum, & de dignitate vitæ illius æternæ in Scriptura, & in libris patrum sunt, & ore magistrorum Ecclesiæ traduntur. Hæc siquidem sanitatem gentibus afferunt, quia, & illas adducũt ad Ecclesiam, & in ea positas à vitijs ad pœnitentiam, & sanctitatem traducũt spe certa bonorum cœlestium.

Vers. 3. *Et omne maledictum non erit amplius.* Quid maledictum appellet declarat Græcum vocabulum κατανάθεμα, ac si diceret: Nihil iamerit, quod execratione, & separatione dignum sit, nulla peccati labes erit in illa vrbe, nec in ijs, qui in illa erunt, quamuis multi ex eis aliquando peccauerint, idcirco enim dixit: *Non erit amplius*, quod explicauimus cap. 3. nu. 30. & 31. Hoc magis explicatur verbis sequentibus.

Vers. 3. *Et sedes Dei, & Agni in illa erunt.* Hoc est, nunquam hanc vrbem deserent, quia nihil in ea erit, quod eis displiceat, nunquam desinet viuere cum eius ciuibus.

Vers. 3. *Et serui eius seruient illi.* † Omnes il-
8 lius ciues semper se seruos Dei esse agnoscent, eique perpetuo cultu, & deuotione animi seruiet. Quasi dicat: Atque ideo semper Dei sedes in illa vrbe erit.

Vers. 4. *Et videbunt faciem eius.* Semper cum eo viuent in summa familiaritate, & amicitia, & clara eius visione fruentur, vnde illi æterno amore inhærebunt.

Vers. 4. *Et nomen eius in frontibus eorum.* Semper se Dei esse gloriabuntur, & ab illo toti possidebuntur, vt explicauimus cap. 3. n. 31. & 32. & cap. 14. nu. 6. in quibus verba similia leguntur.

Vers. 5. *Et nox vltra non erit.* Quoniam homines assueti nocti, & diei, & vicissitudini bonorum, & malorum timidi sunt, & vix cogitare possunt vitam, quæ perpetuam lætitiam, & claritatem habeat nullis tenebris interruptam, libenter repetit nullam fore noctem, vt certiùs, ac firmiùs credant. In nocte autem non solùm tenebras, sed res etiam omnes aduersas intelligere videtur.

Vers. 5. *Et non egebunt lumine lucernæ.* Quod ad noctis tenebras adhibetur. Non egebunt ijs, quæ nunc illis voluptati sunt.

Vers. 5. *Nec lumine solis.* † Diem habebunt
9 perpetuum, quem multò præstantior sol hoc, quem nunc vident, efficiat. In sole etiam prosperitatem omnem sæculi intelligere videtur.

Vers. 5. *Et regnabunt in sæcula sæculorum.* Cum dixerit: Et serui eius seruient illi, rectè nunc ait: *Et regnabunt*, vt sciamus seruitutem illam regnum esse felicissimũ.

Vers. 6. *Et dixit mihi. Hæc verba fidelissima sunt, & vera.* Quoniam multa dixit de sancta ciuitate, quæ magnopere accendere possint animos credentium, iterum ea confirmat, vt nemo de eis possit dubitare. Beda: Non de Iohannis diffidentia dubitabat, sed veram visionẽ omni Ecclesiæ, in qua & paruulos futuros nouerat, commẽdabat. Fidelissima, πιστοί, fide digna.

Vers. 6. *Et Dominus Deus spirituũ prophetarũ.* Hoc est, qui prophetis futura inspirat. Spiritus vocat propheticas reuelationes, ac si dicat: Qui prophetis dat spiritus propheticos. Arethas: Hoc significare vult per hoc quod ait: *Dominus spirituũ*, ac si dixisset: Dominus prophetici doni. Ambrosius: Ideſt, Dominus Deus, qui spiritum prophetiæ dedit omnibus sanctis prophetis.

Vers. 6. *Quæ oportet fieri citò.* Quidquid in hoc sæculo, aut in fine sæculi faciẽdum est, semper in Scriptura citò fieri dicitur, quia æternitati Dei hæc reuelantis omnia tempora quasi nul'ius durationis sunt.

Vers. 7. *Et ecce venio velociter.* † Christus loqui
10 tur, de quo dixit: Et Dñs Deus spirituũ prophetarum, &c. Ipse ait: *Ecce venio velociter*, siue citò, ac si dicat, Manete in fide, & in dilectione, ne timeatis malorum supplicia, & minas, & labores, citò omnia finientur, & ego veniam redditurus singulis pro meritis suis.

Vers. 8. *Et ego Iohannes.* In fine libri iterum cõfirmat omnia, quæ dicta sunt, sicut & initio eius fecit, nequis dubitet de huius prophetiæ veritate. Idem fecit in Euangelio cap. 19: Et qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius. Et cap. 21: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verum est testimonium eius.

Vers. 8. *Cecidi vt adorarem.* Hæc iam abundè explanauimus cap. 19. num. 14. & sequentibus.

Vers. 10. *Ne signaueris verba prophetiæ libri huius.* Arethas: Hoc est: Ne apud te conclusa serues, sed manifesta omnibus, &c. † Liber signatur vt non legatur, solet autem Deus præcipere prophetis vt libros signent, quando ea,
11 quæ dicunt, post multum tempus futura sunt, & nihil eo tempore, quo dicuntur, legi necesse est. Dan. 8: Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et cap. 12: Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. Et posteà: Va de Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones vsque ad præfinitum tempus. Apo. 10: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. Nũc autem è contrario vetat signare verba prophetiæ huius, quia tempus propè est. Est ergo sensus: Ne serues apud te librum, sed omnibus legendum exhibe, quæ enim in eo scripta sunt, iam nunc legi possunt, & vtilia erunt legentibus. Hoc autem propterea dictum est, quòd multa dicta sunt, quæ profuerint hominibus illius ætatis, qua scribebat Apostolus, vt quæ tribus prioribus capitibus continentur, quædam citò incipienda erant. Ea verò, quæ ad extrema tempora pertinebant, etiam tunc legi vtile erat, quoniam quædam similia, & quasi figuræ extremorum futura erant citò, & oportebat vt ea, & ipsa, quæ extremo tempore facienda sunt, præsentes posteris patefacerent, sicut ipsi intellexerant, omnesque sem per parati expectarẽt tam aliorum temporum, quam extremorum Pseudoprophetas, & persecutores. Apud Danielem verò iure sermones signantur, quia populus ille, dum in illo statu erat, nihil de ijs visurus erat, quæ sub Antichristo sient, vt populus Christianus. Si igitur Iohannes signare hunc librũ prohibetur, quia legi eum Deus vult: cur eum refugiamus? Cur non legamus? cur intelligi posse desperemus? Si enim legi vult, & intelligi volet, quid enim proderit non intellectus?

Signare verba, vel librum.

Vers. 11. *Qui nocet, noceat adhuc.* † Perinde est,
12 ac si diceret: Ego liberos homines relinquo, nemini vim afferam: ipsi videant quid faciant, & quam viuendi rationem sequantur: nam citò veniam, & vnicuique pro meritis retribuam. Itaque illud: *Qui nocet, noceat adhuc*, &c. permissio quædam est admistam habens ironiam, quasi dicat: *Noceat*, si vult, ego nunc quidem non obstabo. Permissionem, & ironiã indicat quod sequitur: *Ecce venio citò, & merces mea mecum* est, &c. Simile est quod legimus Ecclesiastæ. 11: Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quod pro his omnibus adducet te Deus in iudiciũ. Quod autẽ ait: *Et qui iustus est*, &c. quia dignum Deo est, serió dictum accipiendum est, & ad illud eadem ratio accomodanda: *Ecce venio citò*, &c.

Vers. 11. *Et qui iustus est.* Quemadmodum in malis duo posuit, quorum vnum ad alios refertur, ideſt, *Qui nocet*, ἀδικῶν, ideſt, qui alterum iniuria afficit, alterum vero ad se ipsum: *Qui in sordibus est*, &c. nulli videlicet, nisi sibi ipsi, nocens: ita in bonis duo memorat, quorum alterum ad alios pertinet. *Qui iustus est*, id est: Qui nemini nocet, sed vnicuique reddit quod suum est: alterum ad se ipsum. *Qui sanctus est*, ideſt, purus, & sine sordibus.

Vers. 12. *Et merces mea mecum est.* † Mercedem ad manum habeo, facile mihi est
13 omnibus eam reddere. Itaque *Merces mea* est merces, quam ego redditurus sum. Isai. 40: Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominabitur: ecce merces eius cum eo. Et cap. 62: Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo.

Verſ. 12. *Reddere vnicuique.* Vt reddam vnicuique, vt vertit Erasmus.

Verſ. 13. *Ego ſum* A, *&* Ω, *primus, & nouiſsimus.* Quorsum hæc dicantur, ostendimus cap. 21. num. 10. quod hic etiam congruit cum præcedentibus: Et merces mea mecum est, &c. Quod autem ait: *Primus, & nouiſsimus*, illud esse puto, quod est in Isai. 43: Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Dum vixit in terra Christus, humiliter ferè de se loquebatur, vt homo, sed post resurrectionem iam regnans magis Diuinitatem suam detegit. Ita dixit Matth. vltimo: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, & quæ sequuntur vsque ad finem capitis, quod apertius demonstrat semper in Apocalypsi, vt hæc verba indicant.

Verſ. 14. *Beati, qui lauant ſtolas ſuas.* Qui puram semper animam habere curant. De hac locutione diximus cap. 3. nu. 5. & cap. 7. num. 21. Satis hic ostendit, quomodo dixerit supra: Qui nocet, noceat adhuc, &c.

Verſ. 14. *Vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ.* † In
14 ligno vitæ dicit pro: In lignum vitæ, more suo, & Scripturæ. Hoc est, vt potestatem habeant in lignum vitæ, & possint eius fructu vesci semper, id est, vt æterna beatitudine perfruantur.

Verſ. 14. *Et per portas intrent in ciuitatem.* Vt Apostolicam doctrinam sequentes participes sint æternæ vitæ, nisi enim per has portas, intrari non potest in eam.

Verſ. 15. *Foris canes, & venefici.* Canes dici solent idolorum cultores; sed quia mox ait: Et idolis seruientes, aliter accipiendum est. Canis immundum animal est, & ad lacerandum dentibus pronum, ideoque significat homines vitijs plenos, vitam sanctorum, & corpora rabie magna lacerantes, vt Beda intellexit. Eorum autem vitiorum maximè meminit, quæ tempore Antichristi magis vigebunt, de quibus iam diximus cap. 11. num. 13. & 14.

Canis.

Verſ. 16. *Ego ſum radix, & genus Dauid.* Id est, Messias, qui promissus erat, vt homines redimeret, & saluos faceret. Quod cur ita dictum sit, explicauimus cap. 5. nu. 10. & 11. Nunc autem hoc dicit significans sine se neminem saluum fieri posse, hortansque per id, vt quæ in hac Apocalypsi scripta sunt, custodiant.

Verſ. 16. *Stella ſplendida, & matutina.* † Cuius luce tenebræ errorum, & peccatorum fugantur, cui credere, quem semper sequi debetis. Hæc copiosè explicauimus cap. 2. num. 47. & 48.

Verſ. 17. *Et Spiritus, & Sponſa dicunt, Veni.* Sancti optant vt veniat dies iudicij, quo peccatum omnino finiatur, & Deus vbique regnet, sicut ait Paulus. 2. Tim. 4: De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solùm autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius. De hoc aduentu Christi intelligitur quod nunc ait, *veni*, vt ex præcedentibus constat: Ecce venio velociter, &c. Spiritus ergo sanctus, qui cum Articulo ponitur, τὸ πνεῦμα, dicit, *Veni*, id est, iustos hortatur vt aduentum meum desiderent, ac petant. Quod ita dictum est, vt Rom. 8: Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, efficit vt postulemus. *Et Sponſa*, hoc est, Ecclesia Spiritus sancti inspirationibus assentiens, dicit: *Veni*: quotidie enim dicit: Adueniat regnũ tuum. Hoc autem de lectoribus Ecclesiæ membris accipiendum est, multi enim non optant aduentum Domini, atque idcirco Paulus dixit: Sed & ijs, qui diligunt aduentum eius. Ita etiã Andreas hæc interpretatus est.

Verſ. 17.

Verſ. 17. *Et qui audit, dicat, Veni.* † Omnes
16 qui hoc audierint, aut legerint, idem similiter optent, & petant.

Verſ. 17. *Et qui ſitit, veniat.* Hæc verba, quem sensum habeant, docet illa cap. 21: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis, (vt rectè ait Ambrosius) quæ supra exposuimus. nu. 11, & 12. Hoc est: Qui magno vitæ æternæ desiderio ardet, veniat ad me, ac si dicat: Ne contristetur, citò veniet, putet se iam vocari à me, vt bibat aquam vitæ gratis. Illud autem, *Et qui vult*, hoc significat, Qui vult, & cupit venire, qui vult bibere, iam veniet, & quantum volet bibet de fonte omnium bonorum.

Con-

Verſ. 18. *Conteſtor enim omni audienti.* Hoc est, testificor, & contestando admoneo. Illud autẽ difficile est, cur dixerit, *Enim*, cum nullam causam reddat dictorum,

Enim redũdans. Sed sciendum est γάρ, idest, Enim, iuxta proprietatem linguæ Græcæ interdũ redũdare, vt nihil pertineat ad sensum, sed ornatui seruiat, vt apud Homerum lib. 7. Iliados.

Ἄτρεΐδαί τε, καὶ ἄλλοι ἀριστῆες Παναχαιῶν,
Πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι καρηκομόωντες Ἀχαιοί,

Hoc est:

Atridæ, atque alij optimates Græcorum,
Multi enim perierunt crinits Achiui.

Et Virgilius similiter.

Quam pius Æneas tibi enim, tibi maxima Iuno
Mactat ſacra ferens.

8. Æneï. Ita noster interpres accepisse videtur. 1. Cor. 10. vbi vertit: Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane participamus. In Græco est: † Omnes
17 enim de vno pane participamus. Verùm mihi magis placet, vt legatur: Contestor ego, ita enim est in Græco codice Complutensi μαρτυρῶ ἐγὼ, & apud Andream, & Aretham, & Primasium, & Ansbertũ, & Ambrosiũ, & Rupertũ, Anselmum, & Thomam. Eodem modo legerunt Tyconius Hom. 18: & Haymo, licet in eis corruptè legatur, Ergo pro Ego. Ita etiam inueni in antiquo codice manuscripto. Et sensus est valde consentaneus; dixerat enim paulò ante: Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesijs: Ad quæ alludens Apostolus ait: Contestor ego id est, Illa testatus est angelus, ego hæc etiam cõtestor, συμμαρτυρῶμαι, priùs dixerat μαρτυρῆσαι, id est, testificari. Atque idem sensus est si legatur μαρτυρῶ.

Verſ. 18. *Si quis apposuerit ad hæc.* Tyconius Hom. 18: Scriptum est hoc propter falsatores sanctarum Scripturarum, non propter eos, qui simpliciter quod sentiunt, dicunt. Idem aiunt Beda, & alij. Videbat Iohannes iam suo tempore hæreticos grassari, & alios posteà grassaturos, qui Scripturas deprauarent addendo illis, vel detrahendo, & quoniã prophetiã hanc vtilissimã Ecclesiæ esse sciebat, hanc comminationem addendam putauit, vt integra semper seruaretur.

Verſ. 18. *Apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas*
18 *in libro iſto.* † Grauissimis quibusque plagis earum, quæ in hoc libro scriptæ sunt, afficietur.

Verſ. 20. *Dicit, qui teſtimonium perhibet iſtorũ.* Nonnulli hæc verba Christi esse volunt, sed manifestum est esse Apostoli, (qui & in Euangelio ita loqui solet, vt cap. vltimo: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de ijs, & scripsit hæc.) Sequitur enim: Etiã venio cito. Veni Domine Iesu, Gratia Domini, &c. Et quoniam Christus dixerat: Et qui sitit, veniat: Iohannes, qui sitiebat, & iam senex erat, studio videndi Deum, & bibendi ex fonte aquæ vitæ ait: Etiam, quod in Græco est Ναί, & est affirmantis, atque assentientis ijs, quę dicta sunt, vt diximus cap. 1. num. 59. & 60. Quasi dicat: Ita sit Domine, ego sitio, & citò ad te veniam, nolo morari.

Verſ. 20. *Amen, veni Domine Ieſu.* Amen idem valet, quod Etiam, aut Ναί, vt diximus loco citato, hoc est, ita fiat quod dixisti, citò venias Domine, vt destruatur regnum peccati, & tu solus regnes in sæcula sæculorum, Amen. Beda enim cũ sequentibus coniunxit particulã *Amen*. & Primasius, & Rupertus. Quamuis & ad confirmationem precedentis verbi referri potest, sicut in Græco refertur, verùm sequitur statim, Ναὶ, ἔρχου κύριε Ιησοῦ; id est, Etiam, veni Domine Iesu. Quare si non repetitur, melius copulatur cum sequentibus, vt priùs dixi.

ORDO TEMPORIS RERUM in tota hac Apocalypsi prædictarum.

HActenus de sacræ Apocalypsis verbis. Supereſt tamen, vt & rei ipsi, & multorum votis satisfaciamus, seriem omnium, quæ in ea prædicta sunt, quantũ Deus donare dignabitur, contexere. Hæc autem cap. 6. incipiuntur, & vigesimo terminãtur. Nam quæ tribus primis capitibus continentur, ad septem illas Asiæ minoris Ecclesias, & ad earum episcopos propriè spectãt. Capite autem. 4. & 5. liber proponitur septem sigillis signatus, qui cum suis

sigillis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sigillis ea complectitur, quæ vsque ad finem mundi futura sunt in Ecclesia: & sigilla capite. 6. aperiri incipiũt vsq; ad calcem cap. 11. libri autem prædictiones à cap. 12. vsque ad finem libri conscriptæ sunt. caput. 21. & 22. de beatitudine sanctorum sunt, & quæ in ijs sunt, quæque alijs in locis de eadem beatitudine dicuntur, vt in fine cap. 7. & 11. & initio. 14. notum est post diem iudicij implenda prædici, si quidem de consummata corporum, & animarum felicitate scripta sunt. Ad seriem igitur horũ. 15. capitum cognoscendam, illud memoriæ mandandum est, sæpe Iohanem quasi ad finem omnium venire, & sæpe deinde ad ea, quæ ante illum futura sunt, recurrere, vt monuimus cap. 15. n. 1. & 2. cansaque eius rei aperuimus. Quibus hæc, quæ præcipua videtur, addenda est, non eodem tempore hæc omnia illum vidisse, sed cum diuersæ fuerint visiones, & diuersi dies, aut horæ diuersæ, quibus illæ Apostolo ostensæ sunt, & res ipsæ sunt diuersæ, sæpeq; altera nõ pẽdet ex altera, sicut in omnibus prophetis factum videmus. Legenda etiam sunt quæ cap. 10. nu. 18. & sequentibus de ordine, & de partitione huius libri scripsimus, quæ nunc vsui vel maximè erunt. Quinq; sigilla priora capitis. 6. etsi quodammodo etiã pertinent ad tempora nouissima, tamen pertinent etiam ad priora, vt suo loco expositum est. Sigillum sextum, & quæ sequuntur vsque ad finem cap. 10. manifestè ad tempora proxima, & contigua nouissimis referenda sunt. Extrema autem, aut nouissima tempora hunc quidem vocamus annos ipsos, quibus regnabit Antichristus. Ante igitur quam appareat Antichristus, fiet quod est in sexto sigillo cap. 6. de solis, & lunæ obscuratione, quoniam plagæ non incipiunt immitti, nisi in eos, qui non sunt signati ab angelis, vt videmus cap. 8. & 9. ij autem, qui signati sunt, signãtur cap. 7. quod pertinet ad sextum sigillum, & ante omnes plagas est, sicut ibi ait angelus: Nolite nocere terræ, & mari, nec arboribus, quo ad vsque signemus seruos Dei nostri, &c. hæc autem signatio visa est post obscurationem solis, & lunæ, vt constat ex initio cap. 7.

Ordo rerũ nõ seruatus ab Apostolo.

Quare quod ait Dominus Matth. 24: Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, non intelligitur post finitam tribulationem, sed post quam cœperit, statim sol obscurabitur. Sequitur ergo obscurationem solis, & lunæ signatio Iudæorum cap. 7. ante omnes plagas, vt dictũ est. Capite. 8. plagæ immitti incipiunt in eos, qui signati nõ sunt ab angelis. In his plagis, & in reliquis ea fusiùs exponuntur, & patefiunt, quæ Dominus de ijsdem tẽporibus breuiter prædixit Matth. 24. Marc. 13. Lucæ. 21. Inter has plagas factũ est quod de euertenda Babylone scriptum est cap. 14. & 17. & 18. sine dubio enim euertetur ante regnum Antichristi, quandoquidem ab illis decem regibus euertenda est, qui regnabunt ante quã ipse regnare incipiat, vt apertissimè scriptum est cap. 17. Et decem cornua (inquit) quę vidisti in bestia, hi odiẽt fornicariam, & desolatam facient illã, & nudam, &c. Initio autem regni Antichristus tres ex his regib' occidet. Euertenda est ergo Babylon cum decẽ erũt reges, hoc est ante initium regni Antichristi. Hoc ergo excidium Babylonis ponitur ab Apostolo vbi illi prædictum est, & ostensum, non tamen inter res eodem tempore faciendas. Mihi probabile videtur locũ eius esse in capite. 9. in tuba sexti angeli, vbi quatuor angeli alligati in Euphrate soluti sunt, & infinita penè hominum multitudo in bella concitata est. Illud consequitur lætitia, & exultatio cœlitum, quæ ponitur initio capitis. 19. Deinde fieri incipient reliqua, quæ in libro scripta erant, quem Iohannes deuorauit, quæ omnia ad tẽpus Antichristi pertinent, vt latiùs expositum est in calce capitis decimi. In qua extremi temporis prophetia primum locum obtinet Diaboli solutio capite. 20. & inde quæ cap. 13. de Antichristi manifestatione, & de Pseudopropheta eius præcursore scripta sunt. Deinde pugna Diaboli cũ sanctis per Antichristum, & eius membra, cap. 12. quæ tunc cœpta intelligenda est protendi per totum tempus Antichristi. Hinc quæ sunt in capite. 14. de ijs, qui Antichristo non cesserũt, & de prædicatoribus clamantibus imminere iudicium.

cium. His succedent septem plagæ nouissimæ, quę describuntur cap. 16. & 17. & inter eas mors Eliæ, & Henoch, qui sub aduentum Antichristi prædicare incipiẽt, & Iudæos cõuertent, & paulò ante Antichristũ occidẽtur. Quod ostẽsum quidem est Apostolo cap. 11. at nõ factũ eo tẽpore, sed posteà. Has autem plagas nouissimas futuras, Apostolus ipse testatur dicẽs, cap. 15: Quoniã in illis cõsummata est ira Dei. Sequitur ergo statim, qđ est in septimo sigillo, id est, septẽ angeli canẽtes tubis capite. 8. & omnes plagæ ab eis prædictæ, cap. 15: Et vidi aliud signũ in cœlo, magnũ, & mirabile, angelos septẽ habẽtes plagas septẽ nouissimas, quoniã in illis consummata est ira Dei. Inter effusionem phialarũ sexti, & septimi angeli mors Antichristi, & Pseudopropheræ, & regũ comitum eiusdem Antichristi intercessit. Nam & rerum ipsarum contextus ita exigit, & Iohannes locum reliquit, in quo hæc facta esse intelligamus cap. 16. vbi post effusam phialam sexti angeli ait: Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddon, &c. hic victi, & occisi sunt. Quare bene statim ait: Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem: & exiuit vox magna de templo dicens: Factum est. Quod regnante Antichristo bene dici non potuit. Quod ergo est in visione illa capitis. 19. de hac cæde, atque strage, cuius initium est: Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, &c. inter phialam sexti, & septimi angeli fiet. Hinc iudicium vltimũ sequitur cap. 20. & post illud cõsummata beatitudo sanctorum, de qua cap. 21. & 22.

HActenus cũ lectoribus meis locutus, si quis tamẽ hæc quoq;. si quis captus amore leget, nũc opere confecto ad te Christe Iesu conuertar, cuius amore, & instinctu cœptum, cuius ope & gratia absolutũ est. Dixi Domine in obscurissimæ prophetiæ, quam dilecto discipulo dedisti, explanatione quæ ad institutum Apostoli tui pertinere, quæ cum verbis, quæ per os prophetarum olim locutus fueras, quæque per te loqui dignatuses, cum in terris visus es, & cum hominibus conuersatus es, congruere existimaui, quę filijs Ecclesię tuę non ignota esse debere arbitratus sum. Si quid fortasse imprudens dixi, quod illi, quæ columna est, & firmamentum veritatis, non probetur; nec mihi vnquam probabitur. A veritate sine dubio abhorret quidquid ab eius sensu abhorret. Tu enim eam doces, & ego per eã à te doceri volo, illi quæ scripsi, quæque scribam omnia emendanda, & corrigenda trado. Sicubi dixi quæ illa nõ dicit, certè non nisi quod sentit, & dicit dicere volui, quia tu Deus ita docuisti mẽ à iuuentute mea, & vsque in senectam, & senium non derelinques me. Ago igitur tibi gratias æterna Sapiẽtia, & lumen de lumine, quantas possum maximas, qui illuminasti tenebras meas per tenebrosam prophetiam, & opertam non mortis caligine, sed vitæ. Beatus enim qui legit, & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt, tempus enim prope est. Rem quidem magnam, & longè meis viribus imparem aggressus sum; at non illis, sed misericordia tua fretus, qui etiam per infantes doces homines scientiam. Trãsiui per ignem, & aquã, & eduxisti me in refrigerium. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Audiuit Dominus, & misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus: vt cantet tibi gloria mea, & non compungar. Domine Deus meus in æternum confitebor tibi. Exaudi ergo iterum Deus deprecationem meam, intende orationi meæ, da vt Scripturas tuas & sanè intelligam, & fideliter exponam, & non auferas de ore meo verbum veritatis vsque quaque. Da vt amore tuo penitus flagrem, & quæ legero, atque intellexero vertam in opera. Da ijs, qui hæc legere, & micas colligere volent, quæ de mensa tua ceciderunt, vt sensus tuos teneant, & tenentes magis, ac magis caritate tua incalescant, alioſque eodẽ igne accẽdant quo ipsi felicissimè ardent, vt non deficiat laus tua de ore nostro, sed tibi toto corde semper seruiamus, & te cum patre, & Spiritu Sancto in æternum perfruamur. Amen.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SALMANTICÆ

Excudebat Petrus Lassus.

Anno. clo. Io. xci.

Errata in Comment. in Apocal.

*Pag.6.col.2.li.33.omen le.nomen. p.7.co.2.li.14.librum eũ & le.librum. & p.13.co.1.li.20.ecclesias.le.Ecclesius. p.18.co.2.li.31.3.le.13. p.19.co.1.li.3.polum.le.populum. co.1.li.38.migi.le.mihi. li.45.est.le.es. p.21.co.1.li.7.superst.l.supereſt. p.22.co.1.li.48. A.Ω. le. A. & Ω. p.31.co.1.li.43.persequũtur l.persequẽtur. p.33.co.2.li.vlt.& gea.le & age. pa.37.co.1.li.39. ὑπομιμὼ.le. ὑπαμνὼ. p.38.co.2.li 17.transalatio.le.transiatio. pa.43.co.2.li.19.calcus.le.calculus. p.44.co.2.li.18.adnotabimus.le.adnotauimus. p.49.col.1.li.vlt.genes.le.gentes. p.55.co.2.li.44.sælo.le.sæculo. *p.58.co.2.li.38.agem ageutis.le.agentis. p.61.co.1.li.39.reuerteretur.le.reuertetur. pa.65.co.2.li.2.postea.le.postea. p.73.co.2.li.6. 67.le.57. p.74.co.2.li 30.aluid.l.aliud. pa.78. co.2.li.31.Mar.le. Mor.p.81.col.2.li.33.Multitudnẽ.le.multitudinẽ. *p.87.co.2.li.38.pertinẽt.le.pertinet.p.91.co.2.li.42.intelligeretn.le.mtelligerent. p.94.co.1.li 16.eius.le.tuus. p.95.co.2.li 45.omnium.le.omnium. p.96.co.2.li.39.quare.le.quasi. p.99.li.1.Argumetũ.le. Argumentum. pa.101.co.2.li.36.Equitatatui.le.Equitatui. pa.108.co.2.li.36.sequiquitur.le.sequitur. p.113.co.2.li.21.comuerint.le.compleuerint. p.117.co.2.li.27.familiarium.le.familiarum. pa.119.co.2.li.21.signari.le.signati. p.120.co.2.li.21.angegelos.le.angelos, p.126.co.2.li.21.exposumus.le.exposuimus. pa.129.co.2.li.40.Hieronymum.le.Hieronymus. p.148.co.1.li.36.quod.le.quos. p.152.co.2.li.47.claudare.le.claudere. p.158.co.2.li.1.pemettere.le.permitcere. p.167.co.2.li.26.sceterunt.le.steterũt. li.31.aduersarij.le.aduersari. p.168.co.1.li.37.angelis.le.angeli. p.170.co.2.li.7.flumimine.le. flumine. p.179.co.2.li.47.crimmatur.le.crimmator. p.206.co.1.li.23 seper.le.semper. pa.209.col.2.li.37.memmemus.le.meminerimus.& li.vlt.magno.le.magnos. p.210.co.1.li.12.durata.le.duraturæ. co.2.li.25.fideles.le.fidelis. p.211.co.1.li.1.cœruamus.le.coereamus. p.221.co.1.li.35.pocentiam.le. patientiam. p.229.li.1.summos.le.sumos.co.2.li.17.mamagnum.le.magnum. *p.231.co.1.li.22.E.le. Et.co.2.li.7.mala.le.mola. p.233.co.1.li.2.angelos terræ.le.angulos terræ. p.232.co.2.li.vlt. admiratiorne.l.admiratione. p.247.co.2.li.14.à venturus.le.venturus. co.1.li.50.dimio,le.dimidio, p.254.co.2.li.23.multi.le.multæ. p.257.co.1.li.7.passunt.le.possunt. p.258.co.2.li.51.logno.le.ligno. p.259.co.2.li.39 vocalum.le.vocabulum. p.265.co.1.li.3.volabat.le.volabant. p.268.co.2.li.25.variam.le.varia. p.270.co.1.li.50.suum.le.sum. p.272.co.2.li.antep.abutus.le.acutus. pa.276.co.2.li.22.locum.le.lacum. p.277.co.2.li.24.succedens.le.succẽdens. *li.46.E.le.Et. p.278.co.2.li.27.cõspectu.le.conspectu. p.279.co.2.li.13.tempopora.le.tempora. p.281.co.1.li.30. inferno.le.in inferno. p.282:co.1.li.37.vinculis.le.vraculis. p.285.col.2.lin.23.millario,le,miliario. p.285.col.1.li.4 opiniobus,le.opinionibus. p.295.co.2.li.46.filij,le.fili. p.296.co.2.li.38.Phras.le. Tyras. p.297.co.1.li.1.cœleyriæ,le.cœlelyriæ. p.299.co.1.li.19.ruersa,le.reuersa. p.304.co.2.li.32.eijsdem,le.eisdem. p.306.co.2.li.32.descente,le.descẽdente.p.320.c.2.li.29.auedaes,le.accedens. p.322.co.1.li.27.luncendum,le.lucendum. p.317.co.1.li.14.fratem,le.fratrem.*

Con estas erratas esta correcto conforme a su original, este libro (Comment. in Apocal.) En fe de lo qual lo firme en Salamanca, oy. 14. de Iunio. 1591.

El Corrector. &c. *Manuel Correa de Monte Negro.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX QVAESTIONVM

Scripturæ, quæ in hoc opere latiùs explicãtur, præter eas, quæ ad huius libri intelligentiam propriè pertinent, & suis locis disputantur.

QVI sint septem angeli, siue septẽ spiritus, qui assistũt coram Deo. p.14. n.23. & sequent.

1 An probetur ex Scriptura omnes Christianos esse propriè sacerdotes? p.18.n.45.

2 Filius hominis quando hominẽ, quando Christum propriè significet. p.27.n.81.

3 Qui sint angeli Ecclesiarum. p.33.n.114.

4 Idolothytis an vesci liceat? p.48.n.39.

5 Quid sit liber vitæ, & quid in eo scribi, aut ex eo deleri. p.54.n.7.

6 Quatuor animalibus cur quatuor Euangelistæ significentur. p.82.n.28.

7 An animæ sanctorum videant Deũ clarè ante diem iudicij. p.110.n.10.

8 Vtrũ mali angeli sint, per quos Deus in hac vita punit peccatores, an boni. p.121.n.3.

9 Quo tempore populus Iudæorum conuertendus sit ad Christum, & an totus conuertetur. p.123.n.10. & sequentib.

10 Iohannes an venturus sit in fine sæculi cum Elia, & Henoc. p.154.n.12.

11 An Henoch, & Elias venturi sint in fine sæculi ad prædicandum. p.161.n.9.

12 Qualis sit nunc eorum vita in Paradiso. p.163.n.13.

13 An Iohãnes venturus sit cum eis. p.172.n.12.

14 Cur Scriptura nunc mensibus, nunc diebus, nunc annis numeret. p.164.n.15.

15 Apostoli cur semper dicantur duodecim. p.172.n.7.

16 Tempora cur duos annos significent, & nõ plures, & quid sit Tempora, & Tempus. p.182.n.38. & sequentib.

17 Penes quos erit imperium terræ cum venies Antichristus. p.174.n.11.

18 An posset quis in hac vita immaculatus dici. p.205.n.17. & 18.

19 Babylon cur Roma interdum intelligatur. p.207.n.25. & sequentib.

20 Quid significet in Scriptura Calix vini, aut vini meri. p.217.n.8.

21 Dæmones an in desertis, & ruinosis locis habitent. p.252.n.3.

22 Dæmones cur locis desertis gaudeant. p.253.n.7. & 8.

23 Aues immundæ quæ sint. p.253.n.10.

24 An creaturæ adorentur. p.269.n.16.

25 Quomodo occidendus sit Antichristus. p.275.n.33.

26 Quomodo terra deglutierit Dathan, & Abiron. p.275.n.35. & sequent.

27 An vere sulphur sit apud inferos. p.277.num.37.

28 Qui sint Chiliastæ, siue Millenarij. & vnde ortum habuit eorum error. p.283.n.17.

29 An hæretica sit opinio Millenariorum. p.291.n.53.

30 Gog, & Magog qui sint. p.294.n.52.

31 Quæ sit terra Gog, & Magog. p.296.n.60.

32 Quantum temporis superfit ab interitu Antichristi vsq; ad diem iudicij. p.300.n.70.

33 An mare in fine sæculi siccãdũ sit. p.306.n.1.

34 Cur cœlum vocetur tabernaculum Dei. p.307.n.6.

35 Ordo in Apostolis vnde sumendus, & quis eorum sit primus, quis secundus, &c. p.316.num.39.

36 An ante legem essent aues mundæ, & immundæ, & animalia. p.254.n.11. & 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX REGVLARVM SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HOC OPERE TRADVNTVR.

1 RES dicitur fieri cum innotescit. p.10.n.4.
2 Citò futurum dicitur quod citò incipietur, licet post longum tẽpus finiatur.p.10.n.5.&.6.
3 Scriptura sæpè omnibus videtur loqui, cum non nisi quibusdã ex illo numero loquatur. p.19.n.48.
4 Apostoli solent patrem appellare Deum, & patrem Christi, vt ille magis ametur, & honoretur, qui filium suum dedit.p.19.n.51.
5 Geminationes semper augent apud Hebræos. pag.22.n.60.
6 Scriptura rem eandem multis solet similitudinibus illustrare. p.28.n.89.
7 Idioma est sanctæ Scripturæ vt omnem terram illius significet prouinciæ, de qua sermo est.p.109.n.28.
8 Imagines nomen habent verum, quarum sunt imagines.p.32.n.110.
9 In prophetis sæpe personæ commutantur.pagin.47.n.34.
10 Fieri dicitur sæpe in Scriptura quod tentatur, & intenditur,p.121.n.3.
11 Angeli mali nunquam absolutè dicuntur in Scriptura Angeli Domini.p.121.n.5.
12 Christus non dicitur in Scripura Angelus absolutè.p.122.n.8.&.p.130.n.5.
13 Hebræi sæpe tollunt præpositionem valentem De, siue Ex, significantem materiam.pagin.132.n.8.
14 Familiare est prophetis exercitus nomine locustarum, & similium animalium indicare. p.142.n.12.
15 Autor vulgatæ editionis peregrinorum nominum interpretationes addere solet, sicut & ipsi sacri Scriptores.p.145.n.21.&.22.
16 Angeli in Scriptura ex operibus nomina habent.p.145.n.24.
17 Ita loqui solet Scriptura, vt coniunctionem Et cum futuro ponat pro Vt,p.161.n.6.
18 Prophetæ de futuris sæpe loquuntur verbis præsentis temporis.p.196.num.32.&.p.205. numero.19.
19 Pluralis pro vno ex singularibus poni solet. p.165.n.20.
20 Mos est Scripturæ subitò transire à Metaphora ad rem ipsam.p.227.n.94.
21 Prophetæ non semper seruant ordinem rerũ gestarum.p.230.n.1.
22 In vno multi interdum intelliguntur. p.247 num.14.&.15.
23 Res mutatæ eadem nomina habere solent, quæ habebant ante quam mutarentur. pag. 257.n.22.
24 Scriptura res magnas multis nominibus appellat.p.268.n.12.
25 Scripeura sæpe loquitur iuxta vulgare hominum iudicium de rebus. p.56.n.13.&.pagin.276.n.36.
26 Verba futuri temporis interdum non tam actum significant, quam potentiam. pag.301. numero.72.
27 Solet Deus præcipere prophetis vt libros signẽt, quando ea quæ dicunt, post multum temporis futura sunt..p.329.n.11,
28 Anticipatione sæpe vtitur sacra historia in rerum narratione.p.156.n.19.& seq.

INDEX

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ IN HOC opere explicatorum.

Numeri initio locorum additi versiculos capitum ipsorum indicant.

Genesis.

Cap. 1.

2 SVper faciẽ abyssi p.140. num.6.
10 Congregationesque aquarum appellauit Maria. p. 81.nu.25.

Cap. 2.

6 Sed & fons ascendebat de terra.p.193. num.25.

Cap. 4.

10 Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.p.113.nu.41.&.p.255.n.16.

Cap. 9.

16 Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, &c.p.75.nu.8.

Cap. 14.

22 Leuo manum meam ad Dominum.p. 153. nu. 8.

Cap. 18.

20 Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus est, &c.descendã, & videbo vtrum clamorem, &c.p. 113.n. 41.&.p.255.n.16.

Cap. 24.

15 Nec dum intrate verba complcuerat, & ecce Rebecca egrediebatur. p. 20. nu.53.

Cap. 29.

18 Seruiam tibi pro Rachel filia tua.p 23. nu.64.&.p.221.n.71.

Cap. 31.

7 Sed & pater veller circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus.p.40.nu. 15.
41 Immutasti quoque mercedem meam decem vicibus.p.40.n.15.

Cap. 43.

34 Et inebriati sunt cum eo.p.245.nu.7.

Cap. 49.

9 Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti,& requiescens accubuisti vt leo,&c.p.94.n.9.
17 Fiat Dan coluber in via. p.124.n.14.

Exodus.

Cap. 1.

5 QVi egressi sunt de femore Iacob. p.273.nu.28.

Cap. 5.

2 Quis est Dominus, vt audiam vocem eius.p.118.nu.59.

Cap. 6.

8 In terram, super quam leuaui manum meam.p.153.nu.8.

Cap. 3.

6 Deus Abraham,& Deus Isaac. p. 122. nu.6.
14 Ego sum qui sum, sic dices filijs Israel: Qui est misit me ad vos.p.13.n. 19.

Cap. 14.

15 Dixitq; Dominus ad Moysem: Quid clamas ad me? p. 113.n.40.

Cap. 15.

5 Abyssi operuerunt eos&c.p.140.n. 6.

Cap. 16.

10 Et ecce gloria Domini apparuit in nube.p.21.nu.56.
15 Manhu, id est, Quid est hoc? p. 43. nu.22.

Cap. 19.

5 Si ergo audieritis vocem meam, &c.
6 vos eritis mihi in regnum sacerdotale,& gens sancta.p.18.nu. 46.
9 Iam nunc veniam ad te in caligine nubis.p.21.n.56.
16 Et ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem.p.81.n.23.

Cap. 20.

18 Cunctus autem populus videbat voces,& lampades.p.26.nu.78.
2 Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.p.32. n.110.
20 Nolite timere, vt enim probaret vos venit Deus,& vt terror illius esset in vobis & non peccaretis.p.81.n. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index locorum

Cap. 29.

32 Aut dele me de libro tuo. p. 56. n. 11.

Cap. 40.

32 Et gloria Dei impleuit illud. p. 251. n. 1.

Numeri.

Cap. 11.

29 QVid æmularis pro me? p. 71. n. 69.

Cap. 14.

10 Apparuit gloria Domini super tectum fœderis. p. 251. nu. 1.

Cap. 16.

33 Descenderuntque viui in infernum, p. 275. n. 35. & 36.

Cap. 24.

14 Verũtamen perges ad populũ meũ dabo consiliũ, quid populus tuus populo huic faciat extremo tẽpore. p. 42. n. 19.

Deuteronomium.

Cap. 4.

20 VOs autem tulit Dñs, & eduxit de fornace ferrea Aegypti. p. 49. n. 44

Cap. 7.

9 In mille generationes. p. 290. n. 39.

Cap. 28.

48 Et ponet iugum ferreum super ceruicem tuam. p. 49. n. 44.

Cap. 31.

29 Vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. p. 149. n. 36.

Cap. 32.

11 Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos. p. 137. n. 25.

38 De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. p. 42. n. 19.

42 Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea. p. 31. num. 107.

42 Inebriabo sagittas meas sanguine. pagin. 245. n. 7.

Liber Primus Reg.

Cap. 12.

17 INuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias. p. 80. n. 22.

Cap. 16.

22 Misitque Saul ad Isai dicens: Stet Dauid in conspectu meo. p. 15. n. 27.

7 Homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. p. 46. n. 32.

Cap. 17.

47 Et nouerit vniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio, neque in hasta saluat Dominus. p. 18. n. 42.

Cap. 18.

8 Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. p. 290. n. 40. & 42.

Cap. 26.

25 Et quidem faciens facies, p. 190. n. 16.

2. Regum.

Cap. 19.

43 DEcẽ partibus maior ego sum apud regem. p. 40. num. 15.

Cap. 22.

14 Tonabit de cœlo Dominus, & Excelsus dabit vocẽ suam, p. 80. n. 22.

3. Regum.

Cap. 10.

11 ATtulit ex Ophir lignathyina. p. 25? nu. 25.

Cap. 19.

10 Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactũ Domini filij Israel. p. 71. n. 69.

Tobias.

Cap. 12.

15 EGo enim sum Raphael angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. p. 14. n. 26.

7 Etenim Sacramentum regis abscondere bonum est, p. 32. n. 112.

Iob.

Cap. 4.

12 POrrò ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas sufurri eius. p. 47. n. 36

Cap. 19.

3 En decies confunditis me, p. 41. n. 15.

Cap. 31.

31 Quis det de carnibus vt saturemur? p. 249. n. 21.

Cap. 34.

24 Conteret multos, & enumerabiles, & stare faciet alios pro eis. p. 59. n. 25.

Cap. 38.

32 Nunquid producis luciferum in tempore suo? p. 50. n. 46.

Libe

sacræ Scripturæ.

Liber Psalmorum.

Psal. 2.

2 ASTiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum. & c. p. 56. n. 6.

9 Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. p. 50. n. 44.

6 Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. pagin. 84. n. 35. p. 103. n. 11.

Psal. 7.

10 Scrutans corda, & renes Deus. p. 46. nu. 33. *Psal. 9.*

5 Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam, p. 261. n. 37.

17 In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. p. 149. n. 36.

Psal. 11.

4 Et linguã magnilocã, p. 190. n. 15. & 16.

Psal. 15.

7 Insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei, p. 46. n. 33.

Psal. 16.

2 De vultu tuo iudicium meũ prodeat, p. 261. n. 37. & 38.

Psal. 17.

13 Præfurore in conspectu eius, &c. pag. 194. n. 28.

13 Et carbones ignis. p. 133. n. 11.

Psal. 20.

9 Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. p. 31. n. 106.

Psal. 21.

10 Spes mea ab vberibus matris meæ. p. 58. n. 21. *Psal. 30.*

4 Propter nomen tuum deduces me, & enutries me. p. 37. n. 4.

20 Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. p. 43. n. 22.

Psal. 33.

13 Diligit dies videre bonos. p. 256. n. 2.

Psal. 34.

26 Qui magna loquuntur super me. p. 190. nu. 16.

21 Et dilatauerunt super me os suum. p. 190. n. 15. & 16.

Psal. 35.

8 Homines & iumenta saluabis Domine. p. 106. n. 21.

Psal. 36.

36 Et nõ est inuẽtus locꝰ eius, p. 179. n. 28.

9 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ p. 245. n. 7.

9 Et torrente voluptatis tuæ potabis eos, p. 326. n. 3.

Psal. 37.

17 Sagmę magna locuti sunt. p. 190. n. 15.

Psal. 41.

3 Sitiuit anima mea ad Deũ. p. 308. n. 11.

Psal. 43.

4 Sed dextera tua, & brachiũ tuum. p. 31. nu. 106. *Psal. 45.*

5 Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. p. 326. n. 1.

Psal. 48.

12 Vocauerunt nomina sua in terris suis, p. 61. n. 31.

Psal. 49.

3 Ignis in conspectu eius exardescet, p. 194. n. 28.

Psal. 67.

18 Currus Dei decem millibus multiplex, p. 290. n. 40. & 42.

Psal. 68.

29 Deleantur de libro viuentium, & cùm iustis non scribantur, p. 56. n. 12.

Psal. 70.

5 Quoniã tu es patientia mea. p. 58. n. 21.

Psal. 72.

17 Donec intrem in Sanctuarium Dei. p. 234. n. 20.

27 Perdidisti omnes qui fornicantur abste. p. 46. n. 30. & p. 217. n. 57.

Psal. 74.

9 Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. p. 217. n. 58. & c. 67.

11 Et omnia cornua peccatorũ cõfringã, & exaltabũtur cornua iusti. p. 95. n. 13.

Psal. 77.

49 Immissiones per angelos malos. p. 126. n. 3. & sequentibus.

67 Et repulit tabernaculum Ioseph. p. 125. n. 16. *Psal. 79.*

14 Exterminauit eã aper. p. 145. n. 22.

Psal. 80

4 Buccinate in Neomenia tuba in insigni die sollennitatis vestræ. p. 24. n. 71.

Psal. 88.

9 Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. p. 75. n. 9.

Psal. 89.

2 A sæculo & vsque in sæculum tu es Deus, p. 55. n. 10.

Psal. 100.

1 Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine, p. 75. n. 9.

Psal. 104.

8 Verbi quod mandauit in mille generationes. p. 280. n. 4. & p. 289. n. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index locorum

Psal. 105.

5 Ad videndum in bonitate electorum tuorum.p.236.nu.2.
28 Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum . pagin. 42.n.19.

Psal. 117.

16 Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me . pag. 31. nu.106.

Psal. 109.

3 Tecum principium in die virtutis tuæ. p.90.n.54.
6 Conquassabit capita in terra multorũ. p.49.nu . 43.

Psal. 140.

2 Dirigatur oratio mea sicut incensum. p.96.nu.16.

Psal. 149.

5 Exultabunt sancti in gloria, &c . vsque ad finem.p.43.n.43.

Prouerbia.

Cap. 3.

18 LIgnum vitæ est ijs, qui apprehenderint eam.p.39.n.11.

Cap. 8.

27 Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos.p.140.n.6.

Cap. 11.

30 Fructus iusti lignum vitæ . pag . 39. num.11.

Cap. 13.

12 Lignum vitę desiderium veniens. pag. 39.n.11.

Cap. 15.

4 Lingua placabilis lignum vitæ. pag.39. num.11.

Cap. 18.

Qui mollis, & dissolutus in opere suo fuerit,&c.p.53.n.2.

Cap. 23.

16 Et exultabunt renes mei.p.46.n.33.
23 Veritatem eme, & noli vendere sapiẽtiam.p.69.n.64.

Ecclesiastes.

Cap. 1.

13 HAnc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum.p.236. nu.2.

Cap. 5.

5 Neque dicas coram angelo : Non est prouidentia.p.81.nu . 24.

Cap. 9.

7 Omni tempore sint vestimenta tua cãdida.pag.54.nu.6.

Canticũ Cãticorum.

Cap. 4.

2 DEntes tui sicut greges tonsarum.p. 67.nu.53.

Liber Sapientiæ.

6 QVoniam renũ illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus.p.46.n.33.

Cap. 5.

17 Quoniam dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos, pag. 31.nu.105.

Isaias.

Cap. 5.

14 Et descẽdẽt fortes eiꝰ,&c.p.108.n.27.

Cap. 6.

3 SAnctus,sanctus,sanctus , Dominus Deus exercituum.pag. 23.nu.62. & p.87.n.45.
2 Seraphim stabant super illud: sex alæ vni , & sex alæ alteri , &c . pag . 87. nu.45.

Cap. 9.

6 Pater futuri sæculi.p.64.nu . 42.

Cap. 11.

1 Et egredietur virga de radice Iesse.pag. 94.nu.10.
4 Et percutiet terram virga oris sui . pag. 273.nu. 26.
4 Et spiritu labiorum suorum interficiet impium.p.275.nu.33.
10 In die illa radix Iessæ,&c.p.94.n.11.

Cap. 13.

5 Vt disperdat omnem terram . pag. 109. nu.28.
21 Sed requiescent ibi bestiæ, &c. p.251. nu.2.& sequentibus.

Cap. 17.

12 Væ multitudo populorum,multorum, vt multitudo maris sonantis,& tumultus turbarum sicut fonitus aquarum multarum,&c.p.311.num.103.

Cap. 22.

22 Et dabo clauem domus Dauid super humie-

sacræ Scripturæ.

Cap. 30.

27 Ecce nomen Domini venit de longinquo.p.37.nu.4.&.5.

Cap. 34.

4 Et omnis malitia eorum defluet.p.117. nu.52.&.53.
14 Et occurrant dæmonia onocentauris. p.252.nu.3.& sequentibus.

Cap. 40.

6 Omnis caro fenum.p.133.n. 12.

Cap. 51.

9 Consurge,consurge,induere fortitudinem brachium Domini . pag . 89. num.53.

Cap. 53.

2 Et sicut radix de terra sitienti. pag. 94. num.10.

Cap. 58.

1 Clama,necesses quasi tuba exalta vocẽ tuam.p.24.nu.70.

Cap. 61.

2 In terrá sua duplicia possidebunt. pag. 114.nu.45.

Cap. 62.

2 Et vocabit tibi nomen nouum,quod os Domini nominauit.p.44.nu. 26.

Cap. 63.

3 Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea.p.263.n.44.

Cap. 65.

17 Ecce enim ego creo cœlos nouos , & terram nouam.p.44.n. 26.&. pag.302. nu.74.75.

Ieremias.

Cap. 2.

34 Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum.p.263.nu.44.

Cap. 4.

3 Hæc enim dicit Dominus viro Iuda,& habitatori Ierusalem.p.23.n.66.

Cap. 8.

16 Dan auditus est fremitus equorum. pag.124.nu.12.&.13.

Cap. 11.

20 Tu autem Domine Sabaoth , qui iudicas iustè,& probas renes,& corda.pag. 47.num.33.

Cap. 12.

2 Prope es tu ori eorum , & longè à renibus eorum.p.46.nu.33.

Cap. 20.

12 Et tu Domine exercituum probator iusti , qui vides renes , & cor vidi am quęso vltionẽ meam ex eis.p.47.n.35.

Cap. 46.

7 Quis est iste,qui , quasi fluuius ascendit?p.298.nu.64.

Cap. 47.

2 Ecce aquæ ascendent ab Aquilone.p. 298.nu.64.

Threni.

Cap. 1.

15 TOrcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.p.226.nu . 88.

Ezeciel.

Cap. 1.

24 ETaudiebam sonum alarum , quasi sonũ aquarũ multarũ.p.31.n.104.
10 Similitudo autem vultus eorum facies hominis , & facies leonis à dextris ipsorum quatuor.p.84.n.34.
6 Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni.p.58.n.35.&.36.

Cap. 3.

13 Et vocem alarum animalium . pag. 26. num.78.

Cap. 2.

9 Et vidi, & ecce manus missa est ad me, in qua erat inuolutus liber, &c. Scripræquo erant in eo lamentationes , & carmen,& væ.p.91.nu.1.seq.

Cap. 38.&.39.

Hæc duo capita tota fere explicãtur. pag. 294.nu.53.& multis sequentibus.

Daniel.

Cap. 2.

30 SAcramentum hoc reuelatum est.p. 32.nu.112.
35 Nullusque locus inuentus est eis. pag. 179.nu.28.
41 De digitis statuæ.p.174.n.12.&. pag. 175.nu.13.

Cap. 7.

3 Et quatuor bestiæ grandes ascẽdebant de mari.p.186.nu.3.
7 Et habebat cornua decem.p.174.n.11.
8 Et os loquens ingẽtia p.189.n.15.&.16.

Cap. 8.

25 Vsque ad tempus,& tempora, & dimidium temporis.p.182.n. 37.
24 Vniuersa vastabit, & prosperabitur,& faciet.p.196.n.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

28 Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. p. 51. nu. 8.

Cap. 10.

16 Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea. p. 27. nu. 83.

Cap. 12.

1 In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus. p. 179. n. 27.

1 Et in tẽpore illo saluabitur populus tu⁹ omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. p. 55. nu. 9.

4 Claude sermones, & signa librum vsq; ad tempus statutum. p. 11. n. 8.

7 In tempus, & tempora, & dimidium temporis. pag. 182. nu. 37. &. seq.

10 Porrò docti intelligent. pag. 301. nu. 73.

12 Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos, &c. p. 301. nu. 70. &. p. 302. nu. 73.

Hoseas.

Cap. 1.

11 ET ascendent de terra. p. 193. n. 25.

Cap. 5.

8 Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama. p. 24. n. 70.

Cap. 8.

1 In gutture tuo sit tuba. p. 24. n. 70.

Cap. 12.

12 Et seruiuit Israel in vxore, & in vxore seruauit. p. 23. n. 64. &. p. 221. n. 71.

Cap. 14.

6 Germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. p. 94. n. 10.

Ionas.

Cap. 1.

2 AScendit malicia eius coram me. p. 255. nu. 16.

Micheas.

Cap. 3.

11 Principes eius in muneribus iudicabãt. p. 23. nu. 64.

Cap. 6.

5 Populc meus memento quæso quid cogitauerit Balac rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor. pag. 42. num. 19.

Cap. 7.

9 Donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meũ. pag. 261. n. 37.

14 Pasce populum tuum in virga tua. p. 50. nu. 44.

Zacharias.

Cap. 3.

7 ET dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt. p. 15. n. 27.

9 Super lapidem vnum septẽ oculi sunt. p. 95. nu. 14.

Cap. 4.

10 Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram. p. 14. nu. 25. fol. 95. nu. 14.

Cap. 6.

5 Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur vt stent. p. 15. num. 27. p. 17. num. 40.

Cap. 10.

3 Et posuit eos quasi equum gloriæ suæ. p. 102. nu. 9.

Cap. 12.

10 Et aspicient ad me, quem confixerunt. p. 21. nu. 57.

Cap. 14.

18 Quod & si familia AEgypti non ascenderit. p. 167. nu. 25.

Malachias.

Cap. 2.

7 QVia angelus Domini exercituum est. p. 34. n. 119.

Matthæus.

Cap. 2.

6 QVi regat populum meum Israel. p. 50. nu. 45.

Cap. 5.

2 Et aperiẽs os suum docebat eos. p. 190. num. 17.

Cap. 6.

2 Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. p. 24. n. 70.

16 Exterminant enim facies suas. p. 145. nu. 22.

Cap. 9.

23 Cum vidisset tibicines, & turbam tumultuantem. p. 262. nu. 40.

Cap. 11.

25 Respondens Iesus dixit: Cõfiteor, &c. p. 126. nu. 20.

Cap. 13.

9 Qui habet aures audiendi, audiat. p. 39. nu. 10.

30 Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, &c. p. 225. nu. 86. &. 87.

30 Triticum autem cõgregate in horreũ meum. p. 216. nu. 88.

39 Messis verò consummatio sæculi est. p. 223. nu. 78.

Cap. 19.

28 In regeneratione, cum sederit filius hominis, &c. p. 16. n. 37.

Cap. 20

21 Potestis bibere calicem, &c. De calice, & de vino, quod in eo propinatur, vide. p. 217. nu. 58. & multis sequentibus.

Cap. 22.

7 Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. p. 17. n. 39.

11 Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. pag. 176. num. 18. &. pag. 247. nu. 16.

Cap. 23.

10 Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. p. 16. n. 35.

Cap. 24.

7 Et erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. pag. 106. num. 20. p. 116. nu. 51.

29 Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur. p. 116. num. 52. & pag. 332. initio columnæ secundæ.

29 Et stellæ cadent de cœlo. pag. 117. nu. 52. &. 53.

30 Et tunc plangent omnes tribus terræ. p. 21. nu. 58.

30 Et videbunt filiũ hominis. p. 21. n. 57.

30 Venientem in nubibus cœli. pag. 20. nu. 52. &. 53.

Cap. 25.

34 A constitutione mundi. pag. 55. num. 10. &. pag. 191. nu. 21.

41 Qui paratus est Diabolo. pag. 180. num. 6.

Cap. 26.

52 Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. p. 192. nu. 22.

Marcus.

Cap. 16.

7 DIcite discipulis eius, & Petro. p. 23. nu. 66. &. p. 287. n. 30.

Lucas.

Cap. 4.

17 ET vt reuoluit librum. p. 92. nu. 5.

20 Et cum plicuisset librum. pag. 92. num 5.

22 Et omnes testimonium illi dabant. pag. 1. nu. 9.

Cap. 8.

31 Vt in abyssum irent. p. 140. nu. 6.

Cap. 17.

37 Illuc congregabuntur & aquilæ. pag. 136. nu. 23.

Cap. 21.

36 In omnes, qui sedẽt super faciẽ omnis terræ. pag. 206. nu. 20.

Iohannes.

Cap. 1.

12 DEdit eis potestatem filios Dei fieri. p. 44. nu. 25.

12 Ijs qui credunt in nomine eius. pag. 37. nu. 4.

14 Gloriam quasi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. p. 191. nu. 19.

Cap. 3.

20 Vt non arguantur opera eius. pag. 70. nu. 67.

Cap. 4.

34 Vt perficiam opus eius. p. 49. n. 42.

Cap. 5.

22 Neque enim pater iudicat quemquã, p. 14. nu. 22.

43 Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. p. 123. nu. 11.

Cap. 6.

29 Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille. p. 49. nu. 42.

Cap. 7.

16 Mea doctrina non est mea. pag. 10. nu. 3.

37 Si quis sitit, veniat ad me. p. 308. n. 11.

Cap. 9.

4 Me oportet operari opera eius, qui misit me. p. 49. nu. 42.

Cap. 14.

10 Verba, quę ego loquor vobis, à me ipso non loquor. p. 10. nu. 3.

Acta Apostolorum.

Cap. 1.

15 LEr at autem turba hominum simul fere centum viginti. p. 54. n. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index locorum

Ep. ad Romanos.

Cap. 1.

8 PRimùm quidem gratias ago Deo meo. p. 122. n. 6.

Cap. 8.

18 Non sunt condignæ passiones huius temporis. &c. p. 308. n. 11. &. 12.

Cap 11.

26 Et sic omnis Israel saluus fieret. pag. 125. nu. 17.

1. Ad Corinthios.

Cap. 3.

3 CVm enim sint inter vos zelus, & cõtentio. p. 19. n. 48. &. 49.

Cap. 11.

10 Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum propter angelos. p. 34. nu. 119.

Cap. 12.

30 AEmulamini autem charismata meliora. p. 71. nu. 68.

Cap. 13.

4 Caritas non æmulatur. p. 71. n. 69.

Cap. 14.

1 AEmulamini spiritualia. pag. 71. nu. 68.

16 Quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? p. 22. n. 60.

Cap. 16.

9 Ostium enim mihi apertum est magnum. p. 58. nu. 19.

2. Ad Corin.

Cap. 1.

19 NOn fuit Est, & Non, sed est in illo Fuit. p. 63. n. 38.

Cap. 2.

12 Et ostium mihi apertum esset. pag. 58. nu. 19.

Cap. 3.

7 Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria. pag. 251. nu. 1.

Cap. 4.

4 In quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium. p. 191. n. 20.

Cap. 5.

17 Si qua ergo in Christo noua creatura. pag. 64. nu. 41.

Ad Galatas.

Cap. 3.

19 Ordinata per angelos in manu mediatoris. p. 191. n. 20.

Cap. 4.

17 AEmulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. p. 71. nu. 68.

Cap. 6.

15 Sed noua creatura. p. 64. nu. 41.

Ad Ephesios.

Cap. 5.

32 SAcramẽtum hoc magnum est, &c. p. 33. n. 113. &. p. 245. n. 8. &. 9.

2. Thessalo.

Cap. 2.

3 NIsi venerit discessio primùm. pag. 175. nu. 14.

7 Tãtùm vt qui teneat nunc, teneat, &c. pag. 248. nu. 16.

8 Et tunc reuelabitur ille iniquus, &c. p. 191. nu. 21.

8 Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. p. 275. n. 33.

Ad Titum.

Cap. 1.

9 ETeos, qui contradicunt, arguere. p. 70. n. 67.

Ad Hebræos.

Cap. 11.

1 ARgumentum non apparentium. p. 70. nu. 67.

Epistola Iacobi.

Cap. 1.

18 VT simus initium aliquod creaturæ eius. p. 64. nu. 41.

Cap. 2.

2 In veste candida. p. 70. nu. 64.

1. Epistola Petri.

Cap. 2.

9 VOs autem genus electum, regale sacerdotium. p. 18. n. 44. &. 45.

Cap. 5.

13 Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone. p. 208. num. 27. &. 28.

2. Epist. Petri.

Cap. 3.

7 COEli autem qui nunc sunt, & terra, eodẽ verbo repositi sunt, igni reseruati. p. 302. n. 74. 75.

1. Epist. Iohannis.

Cap. 1.

1 QVod fuit ab initio. pag. 55. numero. 10.

Cap. 2.

16 Et Superbia vitæ. p. 41. nu. 16.

18 Nouissima hora est. p. 10. n. 5.

Index rerum, & verborum.

INDEX RERVM, ET VERBORVM, IN QVO QVÆ AD Scripturæ intelligentiam pertinent, hac nota † indicantur. Et prior numerus paginam indicat, posterior, numerum.

A.

† ABsinthiũ cur magnum supplicium significet. p. 134. nu. 15.

† Abyssus qd in Scriptura significet. p. 140. n. 6. &. 7.

† AEmulari, siue ζηλοῦν quid sit. p. 70. numero. 68.

AEtates mundi septem. p. 246. nu. 12.

† AEternitas solet significari cũ dicitur A Constitutione mundi. p. 55. nu. 10.

Agnus cur nominetur semper in apertione libri & sigillorum. p. 100. nu. 1.

Agnus cur stare dicatur. p. 200. nu. 1.

Quomodo cum sequantur virgines. pag. 203. nu. 12. & sequentibus.

Alæ aquilæ cur mulieri dentur. p. 181. nu. 34. &. 35.

Alæ animalium cur senæ sint in Apocalypsi, quaternæ verò in Ezeciele. p. 87. n. 45. &. 46.

Alba vestis lætitiam significat. p. 54. nu. 6.

† Alleluia quid sit. p. 265. nu. 1. &. 2.

† Alpha quid significet. p. 22. n. 61.

Altare sub quo erant animæ interfectorũ quid sit. p. 111. nu. 33.

Altaria cur cum reliquijs consecrentur. pag. 111. n. 33. & sequentib.

Altare thymiamatis, siue incẽsi. pag. 131. nu. 6.

Altare aureum in cœlo quodnam sit. pag. 146. nu. 25.

Altare thymiamatis, & holocausti in cœlo quid significent. p. 212. n. 81.

† Amen quid sit. p. 21. nu. 59.

† Ἄμωμος, id est, irreprehensibilis, aut immaculatus, quomodo in Scriptura accipiatur. p. 205. n. 18. &. 19.

† Amplius, quomodo in Scriptura accipiatur. p. 61. n. 30.

Andreas Apostolus Sapphiro cõparatur. p. 318. nu. 44. &. 45.

Animæ sanctorum vident nũc essentiam diuinam. p. 110. nu. 30. & sequentibus. & quid de hoc senserit Bernardus. pa. 115. n. 46.

Animæ vestes virtutes sunt. p. 239. n. 12.

Animalium mundorum, & immundorũ, distinctio fuit ante legem. p. 254. nu. 11. &. 12.

Animalia cur requiem nõ habeant. p. 88. nu. 48.

Animalia quatuor significant Euangelistas, & cur, quo ordine numerãda sint. p. 82. n. 28. & multis sequentibus.

Angeli magni septem assistunt in conspectu throni Dei. p. 14. n. 24.

Angeli septem Ecclesiarum episcopi illarum sunt. p. 33. nu. 117.

Angeli, per quos Deus homines punit, vtrùm boni sint, animali. p. 121. n. 4.

† Angelus Domini in Scriptura angelus sanctus intelligitur. p. 121. n. 5.

† Angeli nomen sine addito rarissimè in Scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index rerum,

Scriptura tribuitur dæmonibus. p. 121. num.6.
† Angelus sine addito nunquam in Scriptura Christus dicitur.p.279.n.1.
Angeli tam boni,quam mali, nomina habent à ministerijs,quę in nos exercēt. pag.145.num.64.
Angeli mali ligati.p.147.n.28.
Angelus fortis,an sit Gabriel. p. 95. nu.7.
Angeli oculi, & cornua Christi. pag.95. num.13.
Angeli Christi iustitiam exequūtur.p.95. num.14.
Angelus habens Euangelium æternum quis sit, & an tunc angeli prædicabunt hominibus.p.206.n.21.
Angelus potestatem habens super ignem quis sit.p.224.n. 81.
Angeli alij ad martyriū, alij ad alias virtutes incitant, sicut dæmones,alij ad alia vitia.p.224.num.82.
Angeli creaturis inferioribus præpositi sunt.pag.225.nu.84.& p.237. n.4.
Angeli boni qnomodo tormentis præponi dicantur.p.225.nu.85.
Angelus cur noluerit à Iohanne adorari. p.270.num.17. &.18.
Angeli cur sint in portis Ierusalem.p.303 num.22.
Angeli Michaelis qui dicantur. pag. 179. num.26.
Antichristus erit de tribu Dan. p.124.nu. 12.& sequentibus.& p.175.nu.13.
Antichristus tres annos cum dimidio regnabit.p.161.nu.5.
Cur dicatur Bestia. p.165.n.19. & p.186. num. 1.
Eius tempore decem reges erunt,quos ille sibi subijciet.p.174.n.11.& sequent.
Plurimos sanctorum superabit. pag.176. num.16.
Cur de mari ascēdere dicatur. p. 186.n.2. & sequentibus.
Cum sit membrum Diaboli, caput etiam dicitur.p. 187. nu.5.
Cur dicatur similis pardo.p.187,n.7.
Antichristi proprietates describuntur. p. 187.num.7.& sequentibus.
Antichristi miracula fallacia.p.195.n.31.
Antriduo post mortem resurrecturus sit. p.188.nu.8.&.9.
Portabit insigne draconis, & cur homines eum adoraturi dicātur adorare draconem. p.189.n.13.
Quibus rebus homines in sui admirationem, & adorationem rapiet. pag. 189. num. 14.
Eius mors.p.275.nu.34. & sequentibus.
Antichristus habebit insignem quēdam præcursorem.p.192.n.23.
Antichristi character quisnam erit.p.196. num.33.& sequentibus.
Antichristi nomen, quibus numeris constet. p.197.n.38.& sequentibus.
† Anticipare narrationem rerum frequēs est in Scriptura.p.156.n.19.&.21.
Antipas martyr illustris. p.41.nu.18.
† Aperire os pro Incipere loqui. pa.190. num. 17.
Apocalypsis explanatio quantas Ecclesiæ vtilitates afferat.p.1.&.2.
Apocalypsin à Iohanne Apostolo traditam cur negent hæretici.p.3.n.1.&.2.
In eam argumenta.p.5.num.7.soluuntur num.8.
Apocalypsis quo tempore scripta fuerit, p.6.cap.2.n.1.
Apocalypsis vniuersæ argumentum. p.6. cap.3.
Eius obscuritas,& vtilitas,p.7.n.1.&.2.
Eius enarratores qui extant, p.7.cap.5.
Apocalypsis quid significet.p.9.n.1.
Apocalypsis in quot partes diuidatur. p. 157.n.22.
Apocalypsis prophetia quid habeat pertinens ad sigilla,& quid ad librum,p.155 num.17.
Apostoli significati in equo albo.p.102. num.7.
Apostoli cur semper dicantur duodecim p.172.n.7.
Apostoli sunt duodecim stellæ,quibus coronata est Ecclesia,p.172.n.6.
Apostolos duodecim tātum cur commemoret Iohannes.p.311.n.21.
Apostoli cur dicantur fundamenta muri Ierusalem.p.312.n.25.
Apostoli duodecim gemmis significati. p.318.n.43.& multis sequentibus.
Apostoli, & Sancti quomodo iudicaturi, p.255 n.17.
Apostolorum sedes in judicio.p.78.n.18.
Apostoli singuli omnium virtutibus ornati.p.316.n.38.
Apostolorum ordo in numerando vnde sumendus,p.316.n.38.
† Aqua quid significet in Scriptura.p.183. n.40.&.p.248.n.20.

Aqui-

& verborum,

Aquilæ proprietates, & natura p.136.nu. 21.&.p.137.n.25.
Aquilæ amor in pullos suos,p.237.n.25.
Aquila symbolum prædicatorum, & iustorum,p.136.nu.22.& sequentibus.
Aquilæ volatus velox, & validus, p. 181. num.34.
Aquilæ alæ dantur mulieri,non columbę, p.181.n.34.&.35.
Arcus Euangelicam prædicationem significat,p.103.n.10.
† Arguere quid sit.p.70.n.67.
† Armageddon quis locus sit, & vbi, p. 240.n.13.
† Articulus apud Græcos additur vt res determinata, & certa significetur, p.193. nu.26.&.27.
† Ascendere de terra quid sit, p. 193.numero.25.
† Aues immundæ quæ.p.253.nu.10.& sequentibus.
† Aues immundæ an fuerint ante legem. p.254.n.15.
† Aurichalcū quid sit, & an rectè dicatur, p.29.n.97.
† Auri pretium vnde,p.315.n.36.

B.

Babylonis magnitudo. pagin. 314. numero.32.
Babylon quid significet in rota Apocalypsi,p.207.n.25.p.241.n.15.
Babylon figuratè dicitur Roma,p.208.numero.27.&.28.
Non est Roma Christiana, sed Gentilis, p.212.n.39.
Nec est Ecclesia Romana,vt hæretici mētiuntur,p.210.n.34.& sequentibus.
Babylon iterum potentissima fiet, p.215. n.50.& sequentibus.
Eius excidium, p. 215.num.53. &.54. & p.251.numero.2.& sequentibus,p.249. n.20.& seq.
Balaam quod consilium dederit Balac regi Moab,& quantum Hebræis nocuerit.p.42.n.19.
Balaam occisus ab Hebræis.p.43.n.21.
Bartholomeus Apostolus Sardio lapide significatus,p.319.n.48.
Beatitudo in custodia mandatorum latet, p.232.n.10.&.11.
Beati quibus bonis fruantur in cœlo,pag. 128.nu.25.& seq.
Beati an videāt essentiam Dei ante diem iudicij,p.110.n.30.& seq.
† Bestia propriè significat noxiam belluā, p. 86.n.1.
Bestiarij qui dicti sunt,p.186.n.1.
Bestia, quæ mansuetior videbatur, magis nocebit, & plurimos ad adorationem Antichristi adducet,p.194.n.28.
Bestia coccinea plena nominibus superbiæ est regnum Diaboli,aut Diabolus regnat,p.244.n.4.
Bestia Antichristus,p.174.n.32.
† Blasphemare quid sit,p.190.n.16.
† Bonitas, & bonum pro iucunditate, p. 236.n.2.
Borrus impios significat,p.226.n. 87.
Brevitas vitæ huius cum æternitati comparatur,p.10.n.5.
† Byssus quid,p.267.n.10.p.257.num.24.
Byssinum dicuntur opera iustè, & sanctè facta,p.267.n.10.

C

CAdente vno alius à Deo erigitur,p.59 numero.25.
† Calamus mensura sex cubitorum, & palmi,p.159. n.2.p 312.n.26.
† Calcare torcular,autvuas quid sit,p.226 nu.88.
Calculi candidi, & nigri quo in vsu apud antiquos fuerint.p.43.n.23.
Calidi qui sint,p.64.n.55.
† Calix quid sit in Scriptura.p.217. n.58.
Candelabrum tolli de loco suo quid sit. p.38.n.6.
Canes qui vocentur,p.330.n.14.
Canticum quod soli virgines canunt, quod sit,p.202.n.8.& seq.
Capilli candidi Christi quid significent. p.26.n.79.
† Caput pro initio. p.172.n.7.
Capita septem quæ sint.p.188.n.10.
† Carnes alicuius manducare quid sit. p. 249.n.21.
Castigat Deus quos amat.p.70.n.66.
† Chalcolibanus quid sit,p.28.n.91.& sequentibus.
† Character quid sit,p.196.n.33.
Character Antichristi quid sit,& vbi imprimendus pag. 196.numero.34.& sequentibus.
Christus testis fidelis, p.16.n.32.
Christus primogenitus mortuorum. pagin.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index locorum

gin.16.n.36.
Christus primus & nouissimus,p.32.numero.116.
Christus habet claues mortis & inferni, p.32.n.113.
Christus bellum maximum p.50.numer.46. & 47.
Christus principum creatura Dei, p.64. num.41.
Christi misericordia cum fœneritate contenta.p.95.n.13.
Christus iudex viuorum, & mortuorum, p.95.n.14.
Christo quando data est corona,p.103.numero.11.
Christus semper vicit ab initio prædicationis,p.113.n.11.
Christi caritas significata in igne altaris, 118.n.9.
Christus rex sæculorum,pagin.231.nu. 5. &.6.
Christus cur habeat scriptum in femore Rex regum.p.273.nu.29.
Christus princeps regum terræ, p.17.numero.38.&.40.
Christus tempore Antichristi pugnabit pro electis aduersus impios. p.271.numero.20.
Christus cur dicatur leo de tribu Iuda. p.94.n.9.
Christi nomen nouum quod sit, & quæ vetera,p.65.n.38.
Christi pedes cur Orichalco similes. p.30 nu.
Per Christum iudicat tota Trinitas. p.13. nu.20.
† Chœnix qualis mensura sit,p.105.n.19.
Misereatur,id est miscere,quid sit,p.218, num.60. & sequentibus.&.219.n.63.
Cinnamomum quæ arbor sit, pag.259.numero 29.
Ciuitas dilecta Ecclesia, p.298.nume.64. &.65.
Ciuitas sancta Ierusalē descendens a Deo quæ sit,& qua de ea dicantur.p.61.numero.32.& sequentibus.pagin.306.numero.4.& sequentibus.
Clamor animæ est desiderium.pagin.113 nu.
† Clauis Dauid quæ nam sit.p.57.n.16.
Coadiutores Dei quod præmium habeāt, p.60.n.28.
† Coccinea vestis quid sit,p.244.n.4.
Cœli non quieunt,p.302.n.74.
Cœlū & terra exultare iubentur propter ruinam Babylonis.p.261.n.37.
Cohors prima in legione quæ dicatur. p. 128.n.56.
Color sanguineus mortem indicat. p.117. num.52.
Columnæ in templo Dei quinam fiant. p.60.n.27.
Commercium malorum fugiendum. pagin.255.n.15.
† In conspectu alicuius esse quid sit.p.15. num.26.
† In conspectu alicuius ire quid sit. p.194. nu.28.
† Constantinus Imperator notam nominis Christi portabat in labaro. p.197. num.35.
† Cor & renes quid sint,p.46.n.33.
† Cornua vires & potentiam significant. p.193.n.25.
Cornibus potobant vetercs.p.218.n.60.
† Corona vitæ quid sit,p.41.n.13.
Coronas aureas cur habeant vigintiquatuor seniores.p.80.n.22.
Coronas mittere ante thronum quid sit. p.89.n.52.
† Creatura Dei quid sit,p.64.n.41.

D

DAEmones. Vide Angeli.
Dæmones in ruinosis,& desertis locis morantur,& apparent.p.252.nu.3.Cur his locis gaudeant.p.253.n.7.& seq.
Damnati ab laudabunt Deum,pag.98.numero.11.
Dan tribus cur nō annumeretur reliquis, quæ saluæ fient.p.124.n.12.
Dan vrbs.p.124.n.13.
† Decem pro multis.p.40.n.15.
Decem reges in toto orbe dominaturi cum veniet Antichristus. p.174. n. 11. & sequen.p.188.n.10.
† Deleri de libro vitæ qui dicantur. p. 56. nu.11.
Dei natura cur iaspidi similis dicatur.p. 74.n.5.
Deus cur dicatur viuus.p.122.n.8.
Dei vindicta lento gradu procedit.p.133. numero.11.
Dei affectus erga suas creaturas comparatur affectui aquilarum in pullos suos.p. 137.n.25.
Deus cur sæpe in nube candida appareat. p.223.n.77.

& verborum,

Dei natura incomprehensibilis. pag.234. num.18.
Dei iudicia in improbos nec beati penetrare possunt donec finiantur plagæ,p. 234.n.19.
Dei verba sagittæ dicuntur.p.103.n.10.
† Descendere in mare & ascendere de mari cur dicatur.p.186.n.2.
Deserta loca habitant dæmones. p. 252. num.3.
Desideria animæ sunt verba clamantia. p.113.n.40.
Diabolus cur stateram habeat in manu. p.105.n.17.
Cur dicatur apparere in cœlo, & cur vocetur draco magnus, & rufus.p.173. num.10.
† Diabolus quid significet. pagin. 179. numero.29.
Diabolus omni tempore nos accusat.p. 180.n.32.
Diabolus à Christo victus,& eiectus regnosuo.p.246.n.9.
Iterum redibit eius regnum tempore Antichristi.p.246.n.10.
Diabolus in singulis mundi ætatibus iustos afiligit per principes sæculi. p.246 n.12.& sequen.
Diaboli regnum quale sit,pag.246.n.9.& sequentibus. p. 174. numero. 11. & sequentibus late.
† Diabolus dicitur princeps Dæmonum. p.280.n.6.
Diabolus quo tempore ligatus sit.p.282. num.10.
Diabolus quando soluendus. pagin. 282. num.11.
Diabolus cur draco magnus dicatur.p.173 num.10.
† Die, ac nocte perpetuitatem,& æternitatem significat in Scriptura. p.127. n.23.
Diræ volucres quæ dicantur. pagin. 254. num.12.
Dolus, & mendacium magnis sceleribus adiungi solent in Scriptura. pag. 204. num.6.
Dominici diei celebritas, & sanctitas, etiam tempore Apostolorum.pag.14. num.68.
Draco crudelitatem significat.pagin.193. num.27.
Duodecim ordines rationalis creaturæ quomodo duodecim tribubus exprimantur.pag.79.n.20.
Duodenario numero vniuersitas significatur.p.78.n.20.

E.

† EBrietas copiam magnam significat. p.245.n.7.
Ecclesia cur dicatur amicta sole, cum multos habeat peccatis obscuratos. p. 172.n.4.&.5.
Ecclesia fortes filios habebit tempore Antichristi.p.176.n.18.
Electi ante Romæ vastitatem monebuntur vt ex ea exeant,pagin. 255. numero.14.&.15.
Quomodo de illa vindictam sument.p. 255.n.17.
Iudicabunt nationes.ibidem.& p.49.numero.43.& 44.
Elias, & Henoch, viui reseruantur in tempus Antichristi. pagin. 161. n. 9.& sequentibus.
Qualis sit nunc eorum vita in paradiso. p.163.n.13.
Tempus prophetiæ eorum.p.163.n.14.
Eorum potestas. pagina. 165. num.18.
Eorum mors, pagin. 165. numero. 20.
Resurrectio eorum.pagin. 167.numero.27.
Elias,& Henoch duo testes Christi in nouissimis temporibus. p. 161. num. 6. & sequentibus.
Ephesus vrbs Ioniæ,p.25.n.73.
Ephraim,& Manasses cur numerentur inter capita tribuum.p.125.n.15.
Episcopi septem Ecclesiarum angeli dicuntur.p.33.n.117.
Episcopi oculi Christi sunt.pagin. 95.numero.13.
Episcopi in dextera Christi sunt.p.31.numero.105.
Angeli dicuntur.p.33.numer. 117. & sequentibus.
Episcopi boni coronam vitæ accipient. p.41.n.15.&.16.
Mali de dignitate amouentur. pagin.37. num.18.
Equus albus significat Apostolos.pa.102. num.7.
Equus rufus significat persecutores Ecclesiæ,p.104.n.13.&.p.109.n.28.
Equi Dei qui dicantur. pagin. 102.numero.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Equus niger sunt hæretici.p.105.n.16.
Equus pallidus Traianus, & eius crudelitatis ministri.p.108.n.26.
Cur hunc equum potiùs quam alios, sequatur infernus.p.108.n.27.
Equus albus victoriam significat. p.271. num.21.
†Et pro præsertim.p.23.n.66.
† Et adiunctum futuro ponitur pro Vt.p.161.n.6.
Ethnici vnde Faunos,& Satyros,& Nymphas coluerint.p.252.n.6.
Etymologia ex aliena lingua non petenda.p.145.n.23.
Euangelium cur dicatur æternum.p.206. nu.20.
Euangelij prædicatio semper victura est aduersarios.p.103.n.11.p.104.n.15.
Euangelistæ quatuor quomodo à Iohanne videantur in cœlo.p.86.n.40.
Cur non numerentur inter vigintiquatuor seniores.p.86.n.40.
Euangelistarum libri vbique. S. Trinitatem prædicant,p.88.n.48.
Euangelistarum vnus cur phialas plenas ira Dei angelis dederit, & quis fuerit. p.233.n.16.
† Exterminare quid sit.p.145.n.22.

F.

†Facere absolutè sumptum quid sit.p.190.n.16.
Falx in dextera Christi quid significet.p.223.n.78.
Fauni,Satyri,Nymphę quid sint,& an dæmones sub his figuris appareant.p.252.n.4.& sequentibus.
†Femur generis propagationem indicat. p.273.n.28.
†Fenum pro herba.p.133.n.12.
† Ferreum in malam partem accipitur.pagin.49.n.44.
Fidem sine operibus habens pauper est. p.69.n.61.
†Filius hominis quando hominem,quando Christum propriè significet. p.27. num.81.
Filius quem peperit mulier, non est Christus.p.177.n.20.
Filius Dei dupliciter dicitur.p.44.n.25.
Flumen impetum, ac violentiam significat.p.183.n.41.
Folia ligni vitæ verba vitæ sunt. pag.328. numero.7.
Fontes aquarum Diuinam sapientiam, & bonitatem, maximè indicant.p.207 numero.23.
†Fornicatio omnè recessum animæ à Deo significat, maximè tamen idololatriam. p.217.n.57.
Frigidi qui dicantur.p.66.n.48.
Fulgura terrorem indicant,p.80.n.27.
Fumus an verè sit apud inferos.p.221.numero.69.
Fumus cur Dei præsentiam sequi soleat, p.234.n.18.
†Futura verbis præsentis temporis indicat Scriptura.p.196.n.32.p.205.n.19.

G.

GAleæ coronæ vocantur. pagin.143. numero.15.
†Genus nominum mutat interdum vulgata Translatio.p.164.n.16.
†Gladius vtraque parte acutus dicitur sententia Christi in peccatores.pag.31.numero.16.p.192.n.22.
† Gladio acuto mortis sententia significatur.7.273.n.26.
† Gloria quid sit.p.88.n.50.p.251.n.1.
† Glorificare se quid sit.p.256.n.18.
Gog,& Magog quæ nationes sint,p.294. n.53.& multis sequen.
Venient in auxilium Antichristi,& à Deo occidentur.p.299.n.69.&.70.
Gog terra quæ.p.297.n.61.
Græci quomodo numerent.p.198.n.40.
Grandinis plaga maxima futura. p.242.numero.15.
Gratiam pax animi,& tranquillitas consequitur.p.13.n.17.
Gratitudo eò maior esse debet, quo maiora sunt beneficia.p.95.n.15.

H.

HAbitare in terra,& habitatores terræ qui dicantur.p.194.n.28.
Hæretici superba nomina imponunt suis deliramentis.p.47.n.36.
Henoch. Vide Elias.
Hieronymi loci duo conciliantur.p.225. num.85.
Homiliæ in Apocalypsin in nono tomo operum Augustini, non eius sunt, sed Tyconij Donatistæ.p.7.n.2.
† Ho-

† Honor quid sit.p.88. nu.50.
† Hora pro breui tempore sumitur. p.59. num.23.
† Hyperbaton frequens in sacris literis.p.191.n.19.&.20.

I.

IAcobus maior Chalcedonio lapidi cõparatur.p.318.n.46.
Iacobus minor topazio comparatur.pag. 320.num.51.
Iacobi minoris fides magna. Ibidem.
Iacob filij quo ordine nati secundum carnem,& secundum spiritum. p.123. nu. 11.&.12.
Iaspidis quæ natura sit, & qui color. pag. 73.num.3.
Iaspis quid significet. p.74.num.5.
Iaspis crystallizans refert claritatem Dei. p.110.num.18.
Idolorum simulacra fudare, & loqui visa. p.196.num.34.
Idolothyta gentiles comedebant. pa.42. num.14.
Idolotytis an vesci liceat Christianis. pa. 48.num.39.
Ierusalem vmbilicus terræ. p.299.nu.66. &.67.
Ierusalem noua cur dicatur. pag. 62. numero.32.
Ierusalem descendens de cœlo beatorum domicilium significat, non ipsos beatos.p.62.n.33.
Ierusalem terræ motu scindetur in tres partes.p.241.n.14.
Ierusalem longitudo, & latitudo quid significet.p.313.nu.28.
Iezabel quæ vocetur. p.45.n.29.
† Ignis,& sulphur quid significet. p.148. nu.32.& p.149.num.34.
Imago Antichristi adorabitur in templis,& videbitur loqui, & responsa dare.p.196.n.34.
† Immaculatus quis dicatur. p.205. n.18. &.19.
Immunda,& munda animalia erant ante legem. p.254.nu.11.&.12.
Imperatores dij appellari volebant. pag. 244.num.4.
Impij mare vitreum dicuntur. pag. 230. num.2.&.3.
† In pro Propter. pag.23.n.63.& p.221. num.71.
† In instrumentum indicat. p.18.n.42.
Incensum indicat orationes sanctorum. p.232. num.7.
Incubi, vel Incubones, vide Fauni.
† In Domino esse, vel in Christo, quid sit p.221.num.72.
Inferiora angelis commissa.p.237.n.4.
Infernus cur magis sequatur equum pallidum,quam alios. p.109 nu.27.
Infernus in fine latissimè redundabit damnatis.p.228.n.96.
Iride Dei misericordia indicatur. pag.75. num.7.
Iride coronatur qui nuntiat pacem.p.151. num.3.
Israel conuertendus ad Christum in fine sæculi. p.123.nu.10.
Quot ex eo conuertentur.p.123.n.11.
Iohannes duo fuerunt discipuli Domini. p.3.nu.3.
Iohannes Apostolus Theologus appellatus.p.4.n.6.
Iohannes quomodo sit vnum ex quatuor animalibus.p.100.n.2.
Iohanni cur non seniores, sed animalia loquantur. p.101.n.4.
Iohannem venturũ cum Henoch, & Elia vnde quidam collegerint. p.154. n.12.
Iohannes cur angelum adorare voluerit. p.269.n.15.
Iohannes Smaragdo comparatus. p.318. num.47.
Iudæ tribus cur primo loco numeretur. p. 123.n.11.
Iudicium totius Trinitatis est per Christum. p.13.n.20.
Iudicij dies cur citò futurus dicatur. p.20. num.54.
In iudicio Christum videbunt qui eum crucifixerunt.p.21.nu.57.
Iudicij vltimi signa. p.135.n.17.
Iudicij vltimi mala. p.135.n.18.
Iudicante Christo quomodo Sancti iudicent.p.255.n.17.
Iudicium Christi manifestum, & imperturbatũ in impios phialis aureis significatur.p.233.n.16.&.17.
† Iudicare iudicium alicuius quid sit. pag. 261.n.38.
Iustorum preces Deo gratissimæ. pa.131. num.6.
Iusti vocantur stellæ. p.176.n.16.&.17.
Iusti per singulas mundi ætates à Diabolo per membra sua vexati.p.246.n.12.
Iusti lætantur in supplicijs impiorum. pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gina.236.num.4.
Canunt pro sua liberatione canticum Mosis. Ibidem.

L.

LAbarum Constantini nota crucis insignitum.p.197.n.35.
A laboribus nunquam in hac vita cessandum.p.222.n.75.
Lampades septem quid significent.pa.81. num.24.
Laodicea vrbs Cariæ. p.26.n.77.
Lapides magni è cœlo sæpè cadere visi.p. 242.nu.15.
Lapis magnus cur missus in mare. p.261. nu.38.&.39.
Lauare stolas in sanguine Agni quorum sit.p.127.n.21.
†Lectus in Scriptura morbum indicat. p.46.nu.31.
Leo de tribu Iudæ cur Christus dicatur.p. 94.num.9.
Leonum dentes. p.143.n.17.
†Leuare manum iurantis est. p.153.n.8.
†Liber vitæ quid sit. pa.54.n.7.&.p.303. nu.66.&.67.
Qui scribantur in eo. p.55.n.9.
An possint de illo deleri.p.56.n.11.
Quis sit liber,quem vidit Iohannes. pa. 92.n.11.& sequentibus.
†Liber scriptus intus,& foris quid sit.pagina.92.nu.5.
Libri sigilla septem quid significent. pag. 93.n.6.
Librum deuorare quid sit. p.154.n.11.
Liber, qui Iohanni datus est deuorandus, quid sit.p.158.n.25.
†Lignum vitæ quid vocet Scriptura. pa. 39.num.11.
†Linguam commanducare quid sit. pag. 238.n.8.
Lino cur vestiti angeli. p.233. n.14.
†Locum alicuius non inueniri quid sit.p. 179.num.28.
Locustæ quid significent. p.141.n.9.
†Loqui magna quid sit.p.193.n.15.
Loricæ igneæ, sulphureæ, hyacinthinæ quid significent.p.148.n.31.&.32.
Lucernis iusti significantur. p.26.n.79.
Lumen Dei comparatur lapidi pretioso. p.310.nu.17.
Lutheranorum hæresis, Omnes Christianos esse sacerdotes. p.18.n.45.

M.

†MAcula,& immaculatus quid. pag. 205.num.18.&.19.
Magnæ res multis nominibus appellantur in Scriptura.p.268.n.12.&.13.
Magog. Vide Gog.
† Manducere carnes alicuius quid sit. pa. 248.num.21.
Manducare linguam,vel labrum quid sit. p.238.num.8.
†Manum leuare iurantis est. p.153. n.8.
Mare vitreum quid sit. p.81.n.25.& pag. 230.n.2. &.3.
† De mari ascendere,& in mare descendere quid sit.p.186.n.2.&.3.
Mare est sæculum plenum fluctibus. pag. 186. n.2.&.3.
Mare in sanguinem conuertetur. pa.236. num.2.
Mare an siccandum sit in fine sæculi.pag. 306.nu.2.&.3.
Mare quos mortuos dabit. p.303. n.78.
Margarita quid sit,& quam pretiosa. pag. 257.nu.4. & ibi inueniatur. Ibidem.
Martyrum corpora sub altaribus sepeliebantur.p.111.n.33.
Quod testimonium reddiderint. p.112. nu.38.&.39.
Martyres vindictam de interfectoribus petunt.p.113.nu.40.&.41.
Animæ beatitudo illis datur. pag.114.n. 45.&.46. Gloria corporis differtur vsque in finem sæculi. p.115.n.47.& sequentibus.
Martyrum gloria,& coronæ.p.126.n.18. & sequent. & pag.181. n.33.& pa. 177. num.22.
Matthæus chrysolitho significatur. pag. 319.nu.49.
Matthias Apostolus amethysto significatur.p.320.num.54.
† Μέλλω cũ Infinitiuo pro Incipio. p.68. nu.57.
In memoriam venire. p.241.n.15.
Mendacium cum magnis sceleribus numeratur in Scriptura.p.240.n.16.
Meretrix quid significet in Scriptura. pa. 243.num.1.
Merum non dilutum dijs sacrificabatur. p.218.num.60.
† Messis in bonam partem accipi solet.p. 226.nu.87.
Michael prœliaturus cum Diabolo in fine sæculi.p.178.nu.25.&.26.

Michael præest angelis, qui ad nos mittuntur.p.179.n.26.
†Millia millium. p.96. n.17.
† Mille anni dicitur tempus à Christi resurrectione vsque ad aduentum Antichristi.p.280.n.4.& p.289.nu.37.& sequentibus.
Vera intelligentia mille annorum. p.287. nu.29.
Mille annorum sententia an hæretica sit. p.291.nu.43.
†Milliare quot habeat stadia. pag. 228. num.95.
† Miscere pro Propinare. p.218.n.61.
†Miscere non dicitur,nisi cum res diuersæ confunduntur. p.219.n.63.
Montes aliquando inter se motu magno concussi. p.117.n.55.
Morbos Deus immittit,vt nos ad pœnitẽtiam adducat.pa.46.n.31.
Mors secunda quid sit.p.41.n.16.
†Mori in Domino quid sit.p.221.n.71.
Motus terræ magni,& montium, & insularum ante diem iudicij. pag.116.n.51. & p.117.n.54.
Mulier amicta sole quid Historicè,& quid mysticè p.171.n.2.&.3.
†Mysterium quid sit. p.245.n.8.&.9.

N.

NEronem putabant aliqui fore Antichristum.p.246.n.11.
Nicolaitarum origo.p.38.nu.8.
Nicolaitarum errores. p.42.nu.19.
Niniues magnitudo.p.314.nu.33.
†Nocte,ac die.i. Semper.p.127.nu.23.
† Nomen pro homine, siue pro re nominata.p.37.nu.4.& p.54.nu.4.
Nomen nouum in calculo scriptum quod nam sit.p.44.nu.25.
Nominum peregrinorum interpretationes addit sæpe nostra Translatio.p.145. num.23.
Nomen Antichristi quibus numeris constet.p.197.nu.37.& nomina iisdem numeris constantia p.198.nu.39.
Nomen Antichristi Græcum fore probabilius.est p.198.n.41.
Νὼε quid sit Græcis.p.246.nu.10.
Nubes cur videatur in mysterijs Diuinis. p.168.nu.28.
Nubes cãdida quid significet. p.223.n.77.
Nuditas animæ quæ sit.p.240.nu.12.
† Numerare diebus, & mensibus, & annis cur, & quando soleat Scriptura. pag. 164. num.15.
Numeratio Græcorum qualis. pag. 198. num.40.
† Numeri finiti qui pro indefinitis accipi solent.p.201.nu.4.

O.

Oculi quatuor animalium cur ante,& retro p.86.nu.43.
Oculi interni animalium quid sint.p.88. nu.48.
Oleum,& vinum Ecclesiæ sacramenta significant.p.107.nu.23.
Onocentauri quid sint.p.252.nu.4.
† Opera manuum nostrarum vocantur peccata,& idola. p.149.nu.36.
Opera Sanctorum quomodo ipsos sequũtur.p.222.n.76.
Opisthographi libri qui dicantur. pag.93. num.5.
†Oportet sæpe necessitatem quamdam significat.p.11.nu.6.
Orationes iustorum similes odoramẽtis, quæ sunt in phialis aureis. p.96.nu.15. Deo gratissimæ sunt.p.131.nu.6.
Ordo in Apostolis numerandis vnde sumendus.p.316.nu.39.& sequentibus.
†Orichalcum quid sit, seu Aurichalcum. p.28.nu.91.
† Ὀσιῶς quid sit.p.237.nu.4.

P.

PArdus quid sit.p.187.nu.6.
Parum dicitur in Scriptura quod superest vsq; ad diem iudicij.p.115.n.49.
Pathmos insula vbi sit.p.23.nu.63.
Patienter Deum sustinentes quid præmij accipiant.p.58.nu.21.
Peccata dicuntur opera manuum nostrarum.p.149.nu.36.
Peccata ad cælum peruenientia, siue clamantia.p.255.nu.16.
Pergamus vrbs Troadis.p.25.nu.74.
Perhibere testimonium quid sit. pag.11. num.9.&.10.
† Pessimum idem quod valde affligens. p.236.nu.2.
Petrus Apostolus comparatur iaspidi.pa. 318.nu.43.
†Pilosi qui dicantur.p.252.nu.3.&.4.
†Pius quid significet.p.231.nu.7.&.8.
Philippus Apostolus comparatur Sardonychi.p.319.n.48.
Plagæ vltimi temporis multò reliquis graviores,& quæ,& quales.p.236.num.1. & multis sequentibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index rerum,

Platea auri Ierusalem gaudium beatorum significat. p.321. nu.57.
†Pluralis pro vno ex singularibus. pa.165: num.20.
Pœnarum damnatorum magnitudo insinuatur. pag.227. nume.91. & sequentibus.
Polycarpus martyr angel⁹ Ecclesiæ Smyrnæ. p.40.nu.14.
Pontifex Romanus Roma electus semper erit pontifex, & episcopus Romæ p.214.nu.48.
Populi per aquas significati. pagina. 248. num.20.
Portæ duodecim Ierusalem Apostoli. pa. 310.nu.19.
Portæ singulæ habent duodecim margaritas. p.321.nu.55.
†Potare gentes vino iræ Dei quid sit. pag. 217.nu.59.
Potestas iudicandi promittitur vincentibus. p.49.nu.43.
† Præcipere dicitur Deus cum vtitur aliquibus, vt ministris iustitiæ suæ. p.142. num.12.
Præcursor Antichristi quam noxius, & potens omnibus modis ad decipiendum. pagina.194.num.29. & multis sequentibus.
Prædicatores cur aquilis comparentur. p. 136.nu.22. Cur intelligantur per angelos. p.206 nu.21. & p.207.nu.24.
Prælati Ecclesiæ similes stellis, & in dextera Christi sunt. p.31. nu.105.
Præmia quæ tribuuntur victoribus. p.54. nu.6.&.7.
Præpositio De, siue Ex significans materiã sæpe non ponitur apud Hebræos. p.132. num.8.
Principes terræ mercatores Babylonis. p. 263.nu.43.
Puritas animi corporis maceratione comparatur. p.233.nu.14.
†Purpura quid sit. p.244.nu.5.

Q.

†Q Via, & Quoniam sæpe in nostra translatione ponuntur pro Quod apud Latinos redundante. pag. 231. num.8.

R.

†R Adix sæpe pro virga ponitur in scriptura. p.94.nu.10.
†Recordari dicitur Deus eius cui bene, aut malè facere vult. p.241.n.15. & pag. 255.num.16.
† Reda vehiculi genus. pagina. 259. numero.31.
Reges, & sacerdotes quomodo facti dicantur Christiani. p.18.nu.43.
Reges decẽ toti orbi dominabuntur cum veniet Antichristus. p.174.nu.11. & sequentibus. & p.188.n.10.
Reges septem significati in septem bestiæ capitibus. p.247.nu.14.
Reges flentes Babylonem qui erunt. pag. 257.nu.21.
Regnum mille annorum quomodo veteres interpretati sunt. p.283.num.16. & multis sequentibus.
† Renes, & cor quid significent. pag.46. num.33.
†Respondeo pro Incipio loqui. pag.126. num.20.
Resurrectio Christi. pag.95. numer.12. &.13.
Resurrectio prima quæ sit. pag. 293. nume.50.
Reuelationem quomodo Deus Christo dedisse dicatur. p.10.nu.3.
Roma. Vide Babylon.
Roma ante regnum Antichristi, aut certè initio regni eius vastanda. pagina.249. num.20.
Cur dicatur ebria sanguine sanctorum. p.245.nu.7.
Romanus pontifex nunquam deerit. pag. 214.num.48.
Roma omnium fere martyrum interfectrix. p.263.num.44.
Romani imperatores dij appellari volebant. p.244.nu.4.
Romani innumeros deos colebant, & eos gentibus, quas vicerant, colendos dabant. p.244.nu.5.&.6.
Romam vastandam prædixit Sibylla pag. 216.nu.55. & sequentibus.
Rufus color bella, & cædes indicat. pag. 103.num.12.
Ruinæ magnarum vrbium solent ipsis etiam victoribus videri miserabiles. pa. 259.nu.21.

S.

S Acerdotes, & reges quomodo nos Christus effecerit. p.18.nu.43.
†Sacramentum quid sit. p.32.num.112.& p.145.nu.8.&.9.
Sacramentum Ecclesiæ cur ita dicta. pagina. 245.num.9.
† Sæculum in plurali, vel repetitum pro æternitate accipitur. p.231.n.5.
Sancti. Vide supra Iusti.
† Sanctus quid sit. p.237.nu.4.
Sancti quomodo vindictam petant de interfectorib⁹ suis. p.113.n.41.& sequen. Quid illis respondeatur sit. p.115.n.48.
Sancta sanctorum appellantur Secundum tabernaculum. p.232.n.10. Quid in illis sit. Ibidem.n.12.
Sancti non virgines an sequantur Agnum quocunque ierit. pa.204.n.15.
Sancti quomodo in hac vita dicantur esse sine macula. p.205.n.17.&.18.
Sancti in hac vita non habent palmas, sed picturam palmarum. p.126.n.18.&.19.
Sancti iudicabunt cũ Christo. p.255.n.17.
Sardis vrbs Lydiæ p.25.n.75.
Sardius qualis gemma sit. p.74.n.3.
† Satanas quid significet. p.179.n.29.
† Scriptura sæpe loquitur iuxta vulgare hominum iudicium. p.56.n.13.
Sedere super terram quid sit. p.206.n.20.
Sedes in iudicio quomodo assignentur Apostolis. p.78.n.18.
Seniores viginti quatuor qui sint. p.77.n. 16.& p.79.nu.22.
†Seniores dicuntur qui sunt ceteris honorabiliores. p.77.n.17.
Septem angeli in conspectu throni qui. p.14.n.24.
Septem mundi ætates quæ. p.246.n.12.
Septem reges significati in septem bestiæ capitibus. p.247.n.14.
† Signare librum quid sit. p.329.n.11.
† Significare non pro Obsignare, sed pro Manifestare. p.11.n.7.
Signum quo electi signabuntur ab angelo, vtrũ visibile, an inuisibile sit. p.122. n.9.&.10.
† Signacula, aut sigilla septem quid sint. p.157.n.23. & sequentibus.
Signa Antichristi fallacia erũt. p.195.n.31.
Signa de cœlo cur reliquis præferantur. p. 194.n.30.
† Simila, seu Similago quid sit. p.259.n.30
Simon Apostolus hyacintho assimilatus. p.320.n.53.
†Sion quid sit. p.200.n.1.
†Sirenes in Scriptura quid sint. p.252.nu. 4.& sequentib.
Smaragdi natura. p.75.n.10. Eius significatio. p.76.nu.11.
Smyrna vrbs Ioniæ. p.25.n.73.
Sodoma, & Ægyptus an sint figura huius mundi, & an significent Ierusalem. pa. 166.n.21. & multis sequentib.
Sponsa dicitur vxor futura dum domi suæ manet. p.265.n.8.
Spiritus immundi, tres missi ab Antichristo. p.238.n.4. cur ranis similes dicãtur. p.239.n.10.
Spirituali in via non progredi regredi est. p.53.n.2.
†Stadium quid sit. p.228.n.95.
†Stare quid sit. p.119.n.59.
Stellæ de cœlo cadentes quæ sint. pa. 117. num.53.
Stella matutina Christ⁹. p.50.n.46.&.47.
†Stola quid sit. p.115.n.46.
Stolæ albæ datæ sanctis gloria animæ. pa. 114.nu.45.
†Sulphur, & ignis quid significent. p.148. nu.32.& p.220.n.68.
Sulphur eorum an sit apud inferos. p.277. nu.38.&.39.
†Super pro Propter. p.21.n.58.
Supplicia impiorum acerbissima. p.226. nu.90.& sequent.

T.

T Abernaculum testimonij quid sit. pa. 232.nu.10.
Tabernaculum typus est Synagogæ, templum typus est Ecclesiæ. p.232.n.12.
† Talentum, Talentare, siue τάλαντιαῖον, quid sit. p.241.n.15.
†Tamquam non semper similitudinis nota est. p.95.n.12.
†Tamquam, & Quasi quid indicent. pag. 105.n.18.
Tepidi qui dicantur. p.66.n.48.
Tepidi cõditio deterior quam frigidi, aut calidi. p.66.n.50.
Tepida vomitum prouocant. p.67.n.53.
Templi partes, & earum nomina. pa.160. nu.2.&.3.
Templum dimensum est Ecclesia. pa.160. nu.2.&.3.
Templum pro sede beatorũ. p.223.n.78.
Tempus ab interitu Antichristi vsque ad diem iudicij. p.300.n.70.& sequent.
† Tempus pro Opportunitate. p.12.n.15.
†Tempus pro anno. p.182.n.37.
†Tempora cur duos annos significent, & non plures. p.182. nu.38.& sequent.
Tempus inter mortem Antichristi, & diẽ iudicij tranquillum erit. p.130.n.1.&.2.

& verborum,

Terræ motus quid significent. p.148.nu.31.
Terra quid significet. p.148.nu.31.
Terra, & mare quid significent. p.148. nu.31.
Terra, & mare cur vastentur. p.149.nu.33.
Terra, & mare quomodo vastata. p.150. nu.34.
Terra, & mare quomodo vastata. p.151. nu.35.
Terra, & mare quomodo vastata. p.152. nu.36.
Terra, & mare quomodo vastata. p.153. nu.37.
Terra, & mare quomodo vastata. p.154. nu.38.
Terra, & mare quomodo vastata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terræ motus aliq describũtur.p.117.n.55.
Super terram sedere quid sit. p.206.n.20.
Terreni homines facilè ad Antichristum adducentur.p.194.n.28.
Terræ habitator in malam partem accipitur.p.137.nu.26.& p.194.n.28.
† Testimonium perhibere quid sit pa. 11. nu.9.&.10.
Testis fidelis Christus.p.16.n.32.
Testimonium habere,& testimoniũ reddere quid sit. p.112.n.38.
Thaddæus Apostolus chrysopraso comparatus.p.320.n.52.
Thomas Apostolus beryllo comparatus. p.319.nu. 50.
Thyatira vrbs Mœoniæ.p.25.n.75.
Thyatiræ an fuerit Ecclesia tẽpore Iohannis.p.45.n.26.
† Thyina ligna quæ dicantur. p.258.n.25. &. 26.
† Tibia vtebantur veteres ad paruulos sepeliendos.p.262.n.40.&.41.
Tonitrua terrorẽm significant.p.80.n.27.
Traiani persecutio quam vehemens fuerit.p.59.n.23.
Tribulationibus iusti purissimi reddũtur. p.30.n.101.
† Tribunus quid sit.p.118.n.56.
Tribus Dan cur non numeretur inter reliquas. p.124. n.12.
Tribus Iuda cur prima ponatur.p.123.n.11.
Tribuũ ordo corporalis,& spiritualis. Ibid.
Tribus Ephraim dicitur tribus Ioseph pa. 125.n.16.
† Tubæ vsus apud veteres Hebræos.p.24. num.70.
Tubæ significant prædicatores veritatis, p.131.nu.5.
† Tuba vtebantur veteres ad viros sepeliendos.p.262.n.40.&.41.

V.

† VEnire De⁹ dicitur modò vt faueat, modò vt puniat.p.37.n.5.
Venti quatuor spirantes à quatuor angulis terræ.p.120.n.2.
Verba Dei sagittæ dicuntur.pa.103.n.10.
Veritas, siue Veracitas summa est omnũ virtutum in Scriptura.p.240.n.16.
Vestis cãdida cur detur in Baptismo.p.54 nu. 4.
Vestes albæ virtutes sunt.p.70.n.64.
† Vestis alba, & λαμπρὰ, siue splendida, quid sit.p.70.n.64.
Vestis alba index lætitiæ. pag.54. num.6. & pag.70. num.64.
† Viæ dicũtur vnius cuius opera, & viuendi ratio.p.231. n.6.
† Videre pro cognoscere.p.26.n.77.
Vidua vrbs quæ dicatur.p.256.n.19.
† Vinco trãsitiuè,& intransitiuè p.94.n.8.
Vincenti præmia promissa. p.54.n.6.
Vindictam petũt sancti de suis interfectoribus.p.113.n.4.& sequentibus.
† Vinum supplicium peccatorum significat.p.217. n.58.
† Vinum merum quomodo mistum dicitur.p.218.n.59.& sequentibus. Quæ sit illa mistio. p.220.n.66.
† Virga ferrea pro grauissimo supplicio.p. 50.nu.44.
† Virga mensoria. p.160.n.2.
Virginum numerus tempore Antichristi. pa.200. n.2.
Virginum vox quæ sit, & cur dicatur vox tonitru.p.202.n.7.
Virginum canticum quod sit. p.202.n.8.
Virginum canticum cur alij sancti discere non possint. p.203.n.10.
Virgines peculiari quodammodo empti sanguine Christi.p.203.n.11.
Virgines quomodo sequãtur Agnum quocunq; ierit.p.203.n.12. &.13.& p.204. nu.14.&.15.
† Virtus pro potestate,& robore. pag.58. num. 20.
† Virtutem accipere quid sit. p.89.nu.52. &.53.
Virtutes sunt vestes albæ. p.70. n.64.& vestes animæ. p.259. n.12.
Vita æterna cur gratis dari dicatur.p.308. nu. 12.
† Vlulæ quid sint, vel Onocentauri. pag. 252.num.4.
Vestimenta animæ virtutes. p.239.n.12.
Vestis cruenta signũ vltionis. p.273.n.27.
† Vox pro tonitru. p.80.n.22.
† Vox aquarum multarum quid sit.pa.31. num.103.
Vox magna bonitatem Dei indicat.p.307. num.6.
† Vmbilicus terræ Ierusalem, & figurata Ecclesia. p.299.n.67.&.68.
† Vnum pro primo. p.100.n.1. p.243.n.1.
† In vno multos intelligere solet Scriptura.p.247. n.15.
Vrbs eadem mutatis moribus mutat nomina.p.210.n.34.
Vrsi natura. p.187.n.7.

INDEX IN EVANGELIA TAM DE TEMPORE, QVAM DE SANCTIS.

LECTORI.

Quoniam Apocalypsis explanatio tota Historica est, multa in hoc indice inuenies, quæ Historicæ Euangelicorum expositioni tantum deseruiant: ea nos prætermittere noluimus, quia valde etiam vtilia futura putauimus.

IN DOMINICA I.
Aduentus.

DE iudicio vide. p.223.nu.76. vsq; ad finem capitis. & p. 302. n.74. vsq; ad finem capitis.
Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis. Vide p.116.nu.52. & sequent.
Et in terrâ pressura gentium. &c. pag.118.n. 56.vsque ad finem capitis.
Plura,& terribiliora signa vide .pag.133.à nu.10. vsque ad.21. & causam horum, hoc est preces iustorũ hæc petentium. p.130.à nu. 6. vsque ad.10.
Arescentibus hominibus præ timore. De hoc timore vide pag.136. n.21.vsque ad finem capitis.&.p.142.nu.14.
Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Id est, mirabilia prodigia edent, quæ impios & terreant, & affligant. vide pag.136. n.1. vsque ad finem cap.
Et tunc videbunt filium hominis. &c. Vide p.20.n.52.& sequentibus. p.21.nu.57. &.p.118. n.57. vsque ad finem cap. & p.21.n.57.Iudicij Christi erit manifestum,& imperturbatum. p.233.nu.16. &. 17.
Sententia eius est gladius acutus. pag.31. n. 106. &. 107.
Respicite, & leuate capita vestra. Vide p.230. n.4.& p.261.n.37.&.38. Sancti gratias Deo agunt de euersione regni peccati, & de supplicijs impiorum. p.266.nu.5. & sequentibus.
Quoniam appropinquat redemptio vestra. Iusti enim semper afflicti sunt ab impijs. pa. 246.n.12. vide etiam.p.237.n.6.
Scitote quoniam prope est regnum Dei. Vide p.266.n.6.& sequent.
Cœlum, & terra transibunt. p.302.n.74.

In Dominica.2. Aduentus.

Cum audisset Iohannes in vinculis. &c. Præcursor Antichristi triũphabit,& omnia subijciet. Vide p.192.à nu.23. vsque ad finem capitis. Iohãnes præcursor Christi est in vinculis. Cõfer quæ de vtroq; dicuntur hic,& loco citato. p.192. At dispar est eorum exitus. Iohannes hic à Christo laudatur, ille cum Antichristo viuus à terra absorbetur. vide p.275.n. 34. & sequent.
Cæci vident. &c. Confer cum his signa Antichristi falsa. p.195.n.31.

In Dominica.3. Aduentus.

Et confessus est, & non negauit. &c. Ex veracitate Iohannis eius sanctitas deprehenditur.vide p.240.n.16.
Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viam Domini, &c. Non dubitat se seruũ Christi confiteri, atque ita illi cõuenit illud Apoc.14.Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. vide.p.201. n.6.
Meritò ponetur inter eos, qui sequũntur Agnum quocunq; ierit.vide. p.203.n. 12.& sequent.

In feria.4. quatuor temporum.

Vide infra in die Annuntiationis.

Sabbato Quatuor tem.

Vide in Dominica.4. Aduentus.

In.4.Dominica Aduentus.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris. Cum Christus venit ad prædicandum sub vno imperatore est totus orbis, quia venit vt dispersos congregaret: sed quia Antichristus venit vt congregatos dissiparet, quia lupus rapit, & dispergit oues Ioh. 10. cum ille incipit, sub decem regibus est tota terra. Vide

Universidad de Deusto
Biblioteca

p.174.n.11.& sequent. & p.188.n.10.
Factum est verbum Domini super Iohannem. Super præcursorem Antichristi nõ fit verbũ Domini, sed bestia dicitur, Cui Deus nõ loquitur, & de terra ascendit. vide p.192.nu.23. & sequentib.
In Natiuitate Domini.
Et ecce angelus Domini stetit. &c. Vide pag. 121.nu.6. Angeli nomen habent à ministerijs.p.145.nu.24. quare hic meritò præ alijs dici debet angelus Domini, quia venit vt nuntiaret Dominum, & præstat officiũ Domini, quod est tenebras amouere, quod Christi est, qui est Sapientia. Ita in aduentu angeli claritas Dei circumfulsit illos, &c.
Gloria in altissimis Deo. Hoc est officium cœlitum, & eorum, qui eos imitantur. Vide pa.96.nu.17. & sequentib. Et de Gloria vide p. 88.nu.50.& p.251.nu.1. De laude sanctorum, quam Deo præstant, vide etiam p.126.n.18. &.19.
Dominica infra Oct. Natiu.
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hic est gladius sanctorum in hac vita, alrer stringetur in impios. vide pag.31. n.16.& p.192.n.22. & p.273.nu.26.
Seruiens nocte, ac die. Pro hac seruitute seruiunt sancti in cœlis Deo nocte, ac die. vide p.127.n 23.&.24.
In die Circumcisionis.
Vocatum est nomen eius Iesus. Hoc est nomẽ nouũ Christi. vide p.63.n.38. Alia nomina vide p.32.n.130.& p.64.nu.41.& p.231.n.5.&.6.& p.94.n.9.
In Circumcisione accipit characterẽ populi Dei, & filiorum Dei, quia genitus est nouos filios Dei, & ideo habet Scriptum in femore Rex regum.p.273. nu.29. Et est principium creaturę Dei, p.64.nu.41. Cum Deus dixit Abrahæ: Multiplicabo te vehementer nimis, &: patrem multarum gentium cõstitui te, tunc iubet illum circumcidi. Gen.17.
Longè alius est hic character Christi à charactere Antichristi. Vide de eo p.196. nu.33.& sequentibus.
In die Epiphaniæ.
Ecce magi. &c. Vide p.20.n.53.
Rex Iudæorum. Omnũ confitẽtium Deũ, & affectibus suis dominantium, qui verè reges dicuntur. Vide p.273.n.29.
Venimus adorare eũ. Iure eũ magi, id est, Sapientes, adorant, quia summa Sapientia est solum adorare, soli subijci, solum autorem bonorũ agnoscere, sicut faciunt qui sapientissimi sunt, id est, cœlites. Vide p.96.n.17.& sequẽtib. & p.126.n.18. &.19. Prætereà ipsi sunt reges, ille autẽ est rex regum. vide p.273.n.29.
Qui regat populum meum Israel. Vide pag.50. num.45.
Ite, & interrogate diligenter de puero. Quod posteà facturus est Diabolus in mẽbris pariẽte muliere, p.176.n.18. & sequẽr. nunc facere vult in capite per Herodẽ.
Obtulerunt ei munera, aurum, &c. De auro vide p.315.nu.36.
Dominica infra Oct. Epiphaniæ.
Et non cognouerunt parentes eius. Solet loqui Scriptura iuxta vulgare hominũ iudiciũ. p.56.nu.13. Quod & ad illud pertinet: *Ecce pater tuus, & ego.*
Sedentem in medio doctorum, audientem, & interrogantem. Candelabra sunt doctores, in quibus lux Dei est ad illuminãdum reliquos. Septem candelabra, multi doctores, in quorum medio est Christus. Vide p.26.n.81. & sequẽtibus: Et in medio septem candelabrorum similem filio hominis. Nunc verò est similis filio hominis, cum audit, & interrogat quasi nesciret. Possunt ad eum accommodari quæ de eodem dicuntur ibi.
In Octaua Epiphaniæ.
Ecce *Agnus Dei.* Vide p.94.nu.11.& p.100. numẽ.1.
Quia prior me erat. Quia est primus, & nouissimus.p.32.nu.110. & est principiũ creaturę Dei.p.64.n.41. & ideo etiam ipse est qui baptizat in Spiritu sancto.
Dominica.2.post Epiph.
Vinum non habent. Preces sanctorum sunt Deo gratissimæ, & magna impetrant. Vide pa.96.num.15. & p.132.num.9. & sequentibus.
Implete hydrias. Ignis est caritas Christi, non potest latere. Vide p.132.nu.9.
Dominica.3.post Epiph.
Multi ab Oriente, & Occidente venient. Vide pag.312. in expositione versiculi.13.& p.313.in expositione versiculi.16.
Et recumbent cum Abraham. &c. Vide pag. 268. in expositione versic. 9. & p.128. n.25.& p.330.nu.14.
Ejicientur in tenebras exteriores. Vide p.330. in expositione versi.15.
Dominica.4.post Epiph.
Motus magnus factus est in mari. Mare est hoc sæculum, in quo sunt varij, & periculosi fluctus. vide p.186.n.2.&.3.
Ita vt nauicula operiretur fluctibus. Hoc maximè fiet in fine sæculi, sed Christus surget, & liberabit suos. vide p.270.nu.20. & sequentibus: & tẽpestatem vertet in tranquillum. Vide p.130.nu.1.&.2.
Dominica.5.post Epiph.
Sinite vtraque crescere vsque ad messem. Vide p.223.n.78.&.79.
In tẽpore messis dicã messoribus. Vide p.225. nu.86.&.87.
Colligite primùm zizania. Vide p.225.nu.85. &.86.
Triticum autem congregate. Vide pag.226. num.88.
Dominica.6.post Epiph.
Donec fermentatum est totum. Euangelium totũ orbẽ sibi subiecit. p.103.n.11.&.12.
Eructabo abscondita à constitutione mundi. Vide p.55.nu.10.
Dominica in Septuagesima.
Voca operarios, & redde illis mercedem. Postquam serò factũ est, & finitus est labor, redditur merces. Vide pag.222.n.75. Et quia operarij sunt, & dignus est operarius mercede sua, opera illorum sequuntur illos.p.222.nu.76.
Dominica in Septuagesima.
Qui habet aures audiendi, audiat. p.39.nu.10.
Venit Diabolus. Cur Diabolus dicatur.pa. 179.nu.29.& quis sit.p.280.nu.6.
Dominica in Quinquagesima.
Et die tertia resurget. Vide p.94. in expositione vers.6.
Cæcus quidam sedebat. Quis sit cæcus vide p.69.nu.62.
Fili Dauid. Vide p.94.n.10.&.11.
Feria.4. Cinerum.
Exterminant enim facies suas. p.145.nu.22.
Et pater tuus, qui videt in abscondito. Vide p. 46.nu.33.& p.81.n.26 &.27.
Feria.5.post Cineres.
Multi ab Oriente, &c. Vide locos Dominicæ tertiæ post Epiphaniam.
Feria.6.post Cineres.
Et ideo habebis inimicum tuum. Odisse homines Diaboli est, qui inde Satanas dicitur. Vide p.179.nu.29.
Orate pro persequẽtibus. Quomodo hoc beati faciant, & an illos in hoc possimus imitari. Vide p.113.n.41. vsque ad.45.
Noli tuba canere ante te. p.24.nu.70.
Et pater tuus, qui videt in abscondito. pag.46. nu.33.& p.81.nu.26.&.27.

Sabbato post Cineres.
Vide locos Dominicæ.4.post Epiphaniã.
Dominica.1. in Quadragesima.
Ductus est Iesus in desertum. Desertum est locus aptus tentationi. Vide p.252.n.3. & sequentibus.
A Diabolo. p.179.num.29.
Scriptum est enim: Quia angelis suis. &c. Persuadere vult Diabolus omnia se cum ratione facere, ideo stateram habere dicitur in manu. Vide p.105.nu.17.
Vade Satana. p.179.nu.29.
Feria.2 post.1.Domin. Quadrag.
De hoc Euangelio vide p.302. à num.74. vsque ad finem capitis. & pa.95.nu.14. & p.13.nu.20.
Tunc dicet rex. Vide p.273.nu.29.
Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Vide p.55.nu.10.
Feria.3.post.1.Domin.Quad.
Et dixit eis: Scriptum est: Domus in ea, &c. Christus est qui iure habet stateram in manu sua, non Diabolus, neq; hæretici, de quibus vide p.105.nu.17. Hosee.12. Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.
Feria.4.post.1.Domin.Quad.
Volumus à te signum videre. Mæsias multa signa editurus erat, ideo Antichristus, & eius præcursor, vt Mesias ille credatur, multa facient, sed fallacia. Vide pag. 194.n.29.vsque ad.32.
Et condẽnabunt eam. Quomodo hoc faciant iusti vide p.255.nu.17.
Ambulat per loca arida. Vide p.252.nu.3.& sequentibus.
Feria.5.post.1.Dom.Quadrag.
Dimitte eam, quia clamat post nos. Desiderij est magnus clamor. Vide p.113.n.40.
Feria.6.post.1.Dom.Quadrag.
Cæcorum. Vide p.69.nu.62.
Iam noli peccare. Hoc est quod Christ' sem per optat. Illud autẽ: Qui nocet, noceat ad huc, &c. permissionis cuiusdã ironicæ est. Vide p.329.n.12.
Sabbato. Vide Dominicam sequentem.
Dominica.2.in Quadrag.
In monte excelsum. In mõte videtur Agnus. vide p.200.nu.1. Ad hoc Euangelium facilè accõmodari possunt omnia, quæ sunt in pag.309.à nu.15.vsque.ad.19.
Respondens autem Petrus. Vide pag.126. num.20.
Ecce nubes lucida. &c. Vide pag.168.nu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mero.13.& p.123.nu.77.
Feria.3.post.2.Dom.Quad.
Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est, Christus. Vide p.16.n.35.
Feria.4.post.2.Dom.Quad.
Et die tertia resurget. Vide p.94.in expositione vers.6.
Potestis bibere calicem. &c. Vide quid hoc sit p.217.n.58.& multis sequentibus.
Feria.5.post.2. Dom.Quadra.
Et induebatur purpura. Vide p.244.n.5.
Et *byssi.* Vide p.267.nu.10.& p.257.nu.24. Melius indutus fuisset si indueretur alia byssо,in qua intelliguntur iustificationes Sanctorum. Vide p.267.nu.10.
Sed & canes veniebãt, & lingebãt vlcera eius. Impij canes dicuntur, vide p.330.n.14. Sed nec hoc nomine digni sunt, cum canes sint magis misericordes illis.
Feria.6. post Dom.2. Quad.
Et fodit in ea torcular. Meritò tantis bonis non vrentibus ipse calcabit torcular. vide p.273.nu.27.& p.226.nu.88.
Cum autem tempus fructuũ appropinquasset. Ferentem hos fructus Deus alet optimis fructibus ligni vitæ. Vide p.327.nu.5.&.6.
Eiecerunt extra vineam. Meritò de illis dicitur: Foris canes. &c. Vide pag.330. num.14.
Sabbato post Dom.2.Quad.
Facta est fames valida. Vide p.105.nu.19.& sequentibus.
De dignitate per pœnitentiam restituta. Vide p.71.nu.71.& sequentibus.Exhortationem ad pœnitentiam vide pa.37. nu.18.& p.71.nu.69.
Dominica.3. Quadrag.
Signum de cœlo quærebant ab eo. Vide p.194. num.30.
Ideo ipsi iudices vestri erũt. Vide p.255.n.17
Perambulat per loca inaquosa. Vide pa.252. nu.3.& sequentibus.
Feria.4.post Dom.1.
Cæci sunt, & duces cæcorum. Vide pag.69. num.62.
Blasphemiæ. Vide p.190.nu.16.
Feria.6.post Dom.3.
Non sitiet in æternum; Vide p.128. num.25. &.26.
Vt perficiam opus eius. p.49.nu.42.
Dominica.4. in Quadr.
Erat autem fenum multũ in loco. Vide p.133. num.12.
Feria.4.post Dom.4.
Me oportet operari opera eius, qui misit me. Vide p.49.nu.42.
Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Quid mirum si lux sit mundi,qui cœli lux est? Vide pag.310. in expositione vers.11. Præterea ipse est stella matutina. Vide pag.50.num.46.&.47.
Feria.6.post Dom.4.
Quasi stadijs quindecim. p.228.nu.95.
Sabbato post Dom.4.
Ego sum lux mũdi. Vide Feria.4.post Dominic.4.eadem verba.
Tu de te ipso testimonium perhibes. Quid sit testimonium perhibere. p.11.nu.9.&.10.
Dominica in passione.
Quis ex vobis arguet me de peccato. Vide p.70. num.67.
Si veritatem dico. Cum veritate omnes virtutes intelliguntur p.240.nu.16.
Honorifico patrem meum. Quid sit honorificare p.88.nu.50.
Non quæro gloriam meam. Vide p.88.nu.50.
Amen amen dico vobis. Vide p.21.num.59. &.60.
Feria.4.post Domin.passionis.
Hæc testimonium perhibent de me. Vide p.11. nu.9.&.10.
Sed de blasphemia. p.190.nu.16.
Feria.5. post Dom. pass.
Lacrymis cepit rigare pedes eius. Meritò hoc fecit, pedibus enim Christi conculcandi sunt impij. vide p.30.nu.102. &.103.
Feria.6.post Dom. pass.
Sed vt filios Dei. Vide p.44. nu.25. &.26. Hi sunt qui scripti dicuntur in libro vitæ. Vide pag.55.nu.9.
Iam non in palam ambulabat. Figura sanctorum, qui tẽpore Antichristi fugient in deserta. Vide p.177.nu.23. & sequent.
Dominica in palmis.
Et imposuerunt super eũ vestimenta sua. Quid vestimenta significent. vide pag. 239. nu.12.& p.70.nu.64.
Dominica Resurrectionis.
De resurrectione vide p.95.nu.12.&.13. & p.16.nu.36.
Coopertum stola candida. Quid sit stola vide p.115.nu.46. Vestes albæ quid significent vide p.54.num.6. & p.70.nu 64.
Dicite discipulis eius, & Petro. Vide pag.23. num.66.& p.287.nu.30.
Dominica in octava Paschæ.
Venit Iesus, & stetit in medio eorũ. Iohannes vidit

vidit similem filio hominis stantem in medio candelabrorum aureorum. pag. 26.nu.81.& sequentib.
Domin.2. post Pascha.
Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. De pastoribus Ecclesiæ vide pa.31. nu. 105. Quæ seruare eos oporteat, quæ vitare latè describitur. p.36.ab initio capitis secundi vsque ad finem tertij.
Domin.3.post Pascha.
Mundus autem gaudebit. &c. Vide pa.167. in expositione vers.10.
Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Vide exemplum p.167.n.27. & p.261.n.37. Contra illorum gaudium vertetur in tristitiam. vide pa.168.ab expositione vers.13.vsque ad finem capitis.& pag. 255.nu.17.& sequentib. vsque ad.21. & p.261.n.38.vsque ad finem capitis.
Mulier cum parit, tristitiam habet. Animæ in parturitione bonorũ operũ tristitiam habent, sicut Ecclesia parturiẽs. p.173. in expositione vers.2.
Dominica.4.post Pascha.
Arguet mundum. Vide p.70. nu.67.
Princeps huius mundi iam iudicatus est. Vide de hoc multa.p.279.n.1.vsque ad.13.
Domin.5.post Pascha.
Amen amen dico vobis. Vide p.21.num.59. &.60.
Si quid petieritis. De orationibus iustorum vide p.96.n.15.
In Ascensione Domini.
Vide eius similitudiné. p.167.n.27.&.28.
Dominica infra Oct. Ascens.
Spiritum veritatis. Omne bonum hic indicat. Vide p.240.nu.16.
Et vos testimonium perhibebitis. Vide pa.11. nu.9.&.10.
Dominica Pentecostes.
Vide huius rei similitudinem. p.167.in expositione vers.11. hoc enim die venit spiritus vitæ à Deo,& Apostoli verè steterunt super pedes suos, qui ante iacebant,& cadebant.
Et sermonem, quem audistis, non est meus. &c. Vide p.10.nu.3.
Venit enim princeps mundi huius. Vide pag. 280.nu.6.
In festo sanctæ Trinitatis.
Vide de hoc mysterio p.23.nu.18.& seq. & p.88.nu.48.&.49.
In Sollennitate Corporis Christi.
Caro mea verè est cibus. Vide p.249.nu.21.
Et sanguis meus verè est potus. Non bibentibus, aut non bene bibentibus hunc sanguinem alius sanguis dabitur. vide pag. 116.n.52.& p.237.n.4.&.5.
Octa infra Oct. Corporis Christi.
Homo quidam fecit cœnam magnam. Ad cœlum homines inuitat. Vide.p.62.nu.33. & p.268. in expositione vers.9.
Dicere inuitatis vt venirem. Væ non venientibus, quia ad eorum cadauera inuitabuntur volucres. vide.p.273.in expositione vers.17.&.18.
Dominica.3. post Pentecosten.
Quia hic peccatores recipit. Non solum recipit venientes,sed quærit vt veniant. Vide. pa.71.nu.69.&.70. & eos mensa,& throno suo dignatur. p.71.n.71.& sec. Exhortationem ad pœnitentiam vide pa. 37.num.18.
Domin.4.post Pente.
Per totam noctem laborantes. Ita in nocte tribulationũ extremorum temporum laborabunt prædicatores Ecclesiæ: vide p.173.in expositione vers.2.
In verbo autem tuo. Vide pag.23.nu.63.& pa.221.n.71.
Domin.5.post Pente.
Non intrabitis in regnum cœlorum. Quantis bonis hi priuent se vide p.62.num.33. & pa.268. in expositione vers.9.
Qui autem occiderit. Vide p.192.n.22.
Dom.6.post Pentec.
Quia ecce iam triduo sustinent me. In hoc triduo significantur tres anni Antichristi, per quos qui Christũ sustinuerint, magnam misericordiam consequentur. Vide p.302.nu.73.
Dom.7.post.Pent.
Attendite à falsis prophetis. Horum similitudo,& imago cernitur in falso propheta præcursore Antichristi. Vide omnia quæ de illo dicũtur.p.192.n.23.& multis sequentibus,& accommoda ad hos.
Domi.8.post Pente.
Redde rationem villicationis tuæ, iam enim nõ poteris villicare. Ad hæc accommodari possunt quæ sunt in pa.37.in expositione vers.4.&.5.
Recipiant vos in æterna tabernacula. Vide p. 169.n.31.&.32.& p.232.n.10.&.11.
Dominica.9.post Pente.
Et circumdabunt te inimici tui vallo. Ad hoc Euangelium possunt accõmodari multa eorum, quæ cap.18.dicũtur de excidio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dio Babylonis, præsertim quæ sunt in pa. 261. à numero. 36. vsq; ad finem capitis:

Dominic. 10. post Pente.

Deus tibi gratias ago, quia non sum sicut ceteri hominum. Ad hęc referri possunt omnia, quæ sunt in pag. 69. nu. 60. vsque ad. 66.

Dom. 12. post Pente.

In lege quid scriptum est? Rectè ita interrogat, quia in custodia mandatorum Dei est beatitudo. Vide pa. 232. n. 10. &. 11.

Diliges Dominum Deum. &c. Hæc duo caritatis præcepta sunt aurum, quod emere iubet Christus. Vide p. 69. in expositione versi. 18.

Domi. 16. post Pente.

Cum inuitatus fueris ad nuptias. Omnes inuitati sumus ad nuptias. Vide p. 62. nu. 33. & p. 268. in expositione versi. 9.

Dom. 17. post Pentec.

In his duobus mandatis vniuersa lex pendet. Vide p. 232. n. 10. &. 11.

Dom. 19. post Pentec.

Et misit seruos suos. Vide de hoc Euangelio supra in Dominica infra Octa. corporis Christi.

Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. Vide p. 17. n. 39.

Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Vide pa. 247. nu. 14. &. 15. & de veste nuptiali vide quę scripta sunt pag. 70. nu. 64. & p. 239. nu. 12.

Mittite eum in tenebras exteriores. Vide quæ scripta sunt in p. 330. in expositione versicul. 14. &. 15.

Dom. 20. post Pentec.

Incipiebat enim mori. Vide p. 68. n. 57.

Dom. 21. post Pentec.

Decem millia talenta. Vide p. 241. n. 15.

Dom. 23. post Pentec.

Quæ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim. Hoc de anima intelligitur, quæ omni tępore fuit in peccatis, vniuersitas enim significatur in duodenario. vide p. 78. num. 30.

Si tetigero tantùm vestimentum eius, salua ero. Nam per sacerdotum, & oblationem Christi omnes salui fiunt, quæ in vestimento eius significantur. vide pag. 27. num. 84.

Et vidisset tibicines. vide p. 262. nu. 40.

Dom. 24. post Pentec.

Cum videritis abominationē desolationis. Vide de his quæ de adoratione Antichristi scripta sunt p. 189. in expositione versi. 3. vsq; ad expositionem versi. 8. & p. 196. in expositione versi. 14. vsque ad expositionem. 16.

Erit enim tunc tribulatio magna. Vide p. 181. ab expositione versi. 12. vsque ad finem capitis.

Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ. Huc pertinent omnia, quæ cap. 13. scripta sunt de Antichristo, & de eius præcursore pseudopropheta, & de eorum prodigijs. p. 185. & sequentibus.

Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiã electi. Vide p. 176. nu. 16. &. 17.

Statim autem post tribulationē dierum illorum Sol obscurabitur. Vide p. 116. n. 52. & pa. 332. initio columnæ secundæ.

Et stellæ cadent de cælo. Vide p. 117. in expositione versi. 13.

Et tunc plangent omnes tribus terræ. Vide pa. 21. nu. 58.

Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli. Vide p. 20. n. 52. & sequentib. & p. 21. nu. 57.

De toto autem iudicio vide p. 223. ab expositione versi. 14. vsque ad finem capitis. & p. 302. n. 74. vsque ad fin. capitis.

Cœlum, & terra transibunt. p. 302. n. 74.

Sententia Christi in malos gladius acutus. p. 37. n. 106. &. 107.

De Communi Sanctorum, vnde multa desumi poterunt ad dies festos singulorum.

De communi Apostolorum.

APostoli significãtur in equo albo. pa. 102. n. 7. & in duodecim stellis, quibus coronatur Ecclesia. p. 172. n. 6. & in fundamentis muri Ierusalem. pa. 312. n. 25. & in duodecim gemmis. pa. 318. nu. 43. & sequentibus.

Apostoli sedes habebunt in iudicio. p. 78. nu. 18. & iudicabunt cũ Christo. p. 255. nu. 17.

Apostoli cur semper duodecim numerẽtur. p. 172. n. 7.

Quis sit eorum ordo, & vnde sumendus. p. 316. n. 38. & sequentibus.

Apostoli omnes omnium virtutibus ornati. p. 316. n. 38.

De communi Euangelistarum.

Vide omnia, quæ de quatuor animalibus dicuntur. p. 82. nu. 28. vsq; ad. 52. & quæ dicta sunt de Apostolis.

De communi Martyrum.

Martyribus vincentibus magna præmia promittuntur. pa. 43. n. 22. vsque ad. 26. & pa. 49. n. 42. & sequent. & p. 54. n. 6. & sequent. & p. 60. nu. 26. & sequent. & pag. 71. n. 71. & sequent. Hæc enim omnia possunt facilè ad martyres accõmodari.

†Martyrum corpora sub altaribus sepelie bantur. p. 111. n. 33.

†Martyres quod testimonium reddiderint. p. 112. n. 38. & 39. Vindictam de interfectoribus suis petũt, p. 113. n. 40. 41. Gloria animæ illis datur. p. 114. n. 45. & 46. gloria corporis differtur vsque in finem sæculi. p. 115. n. 47. & sequent.

Gloria martyrum, & eorũ coronæ. p. 126. n. 18. vsque ad finem capitis. & pa. 181. nu. 33. & p. 177. n. 22. & p. 221. n. 71. & sequentibus.

Christus pro laborantibus in terra sanctis pugnaturus. pa. 270. nu. 20. & multis sequentibus.

De communi confessorum.

Ad confessores optimè referẽtur omnia, quæ de martyribus diximus, exceptis illis, quibus hæc nota † præfigitur. Vide etiam de eorum gloria p. 230. n. 3. & sequentibus.

De pontificibus.

Episcopi angeli dicuntur. p. 33. nu. 117. & quentib. In dextera Christi sunt. pa. 31. nu. 105. Oculi Christi sunt. p. 95. n. 13.

In episcopis quæ laudet Dominus, & quæ accuset. Vide p. 37. nu. 3. & sequentib. p. 42. nu. 19. & p. 45. nu. 29. & sequent. & p. 52. n. 1. & sequent. & p. 58. n. 19. & p. 64. n. 43. vsque ad finem capitis.

Boni episcopi coronam vitæ accipiunt. p. 41. n. 15. &. 16.

Qui ignaui sunt, de dignitate amouentur. P. 37. nu. 18.

De doctoribus.

Doctores sunt columnæ in domo Dei. p. 60. nu. 27. & sequentib. Aquilis comparantur. p. 136. n. 22.

Per angelos intelliguntur. pag. 206. nu. 21. & p. 207. n. 24.

Ad prædicatores suo modo pertinent quę de quatuor animalibus dicuntur. p. 86. num. 43. vsque ad. 52.

De Communi virginum.

Virginum vox quæ sit, & cur dicatur vox tonitru. p. 202. n. 7. Quod sit eorum canticum. p. 202. nu. 8. Cur illud alij sancti discere non possint. p. 203. n. 10. Peculiari quodam modo empti Christi Sanguine dicuntur. p. 203. nu. 11. Quomodo sequãtur Agnum quocũq; ierit. p. 203. num. 12. &. 13. & p. 204. nu. 14. &. 15. Virginum numerus tempore Antichristi. p. 200. n. 2. eorum maxima Sanctitas. p. 204. n. 16. vsque ad. 20.

Propria Sanctorum.

In die S. Andreæ Apost.

ANdreas fundamẽtum Ecclesiæ, & saphiro comparatur. p. 318. n. 44. &. 45.

In die S. Nicolai, & aliorum confessorum.

Intra in gaudium domini tui. Quale sit hoc gaudium vide p. 118. nu. 23. & sequent. & p. 307. nu. 5. & sequentibus.

In die S. Ambrosij, & aliorum doctorum.

Vos estis lux mundi. Accensa ab altera luce, de qua vide p. 310. in expositione versi. 21. Vide p. 26. n. 80.

Neque accendunt lucernam. Supplicio Deus afficit eos, qui cum doctores, aut episcopi sint, alios non illuminant. Vide p. 38. nu. 6. &. 7.

Sed super candelabrum. Vide p. 38. n. 6.

Amen quippe. Vide p. 21. n. 59.

Donec transeat cœlum, & terra. p. 302. n. 74.

In die S. Thomæ Apost.

Thomas fundamẽtum Ecclesiæ, & beryllo comparatur. p. 320. n. 50.

In die S. Stephani.

Et ex illis Occidetis. &c. Vide p. 176. n. 18. & sequentibus.

Amen dico vobis. &c. Vide p. 22. n. 59.

In die S. Iohannis. Apost.

Iohannes fundamentum Ecclesiæ, & smaragdo comparatur. p. 318. n. 47.

Iohannes vnum ex quatuor animalibus. p. 100. nu. 2.

Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Vide pag. 154. numero. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index in Euan.tã de temp.quã de ſan.

In die S.Sebaſtiani, & de Communi martyrum.

Ecce enim merces veſtra multa eſt in cælo. Vide p.128.nu.23.& ſequent.p.307.nu.5. & ſequentibus.

In Conuerſione S.Pauli, & de Communi Abbatum.

Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes.&c. Vide p.78.nu 18.& p.255.nu.17. & pag.76. n.13.& ſequentibus.

In die S.Matthiæ Apoſtoli.

Matthias fundamentum Eccleſiæ,& amethyſto ſignificatur. p.320.n.54.

In die Annuntiationis b. Mariæ.

Miſſus eſt angelus Gabriel.. Vide pagina.95. num.7.

Et regnabit in domo Iacob in æternum. Vide p.17.num.38.&.40.& p.231.nu.5. &.6. & p.273 nu.29.

In die App. Philippi,& Iacobi.

Philippus fundamẽtum Eccleſiæ,& comparatur Sardonychi.p.319. n.48.

Iacobus fundamentum Eccleſiæ, & cõparatur topazio. p.320.n.51. Magna fuit eius fides. Ibidem.

In domo patris mei manſiones multæ ſunt. De ciuitate,in qua ſunt hæ manſiones,vide multa p.321.n.57.& multis ſequent.

Si quo minus,dixiſſem vobis. pag.43. n.21.

Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor. Vide p.10.n.3.

In die App.Petri,& Pauli.

Petrus fundamentum Eccleſiæ,& comparatur iaſpidi. p.318.nu.43.

In die S.Mariæ Magdalenæ.

Vide Feria.5. poſt Dominicam paſsionis.

In die S.Iacobi Apoſtoli.

Iacobus fundamentum Eccleſiæ,& comparatur Chalcedonio.p.318.n.46.

Poteſtis bibere calicem. Vide p.217.nu.58.& multis ſequentibus.

In die Transfigurationis.

Vide Dominica ſecunda quadrageſimæ.

In die S.Laurentij.

Qui amat animam ſuam, perdet eam. Vide pa. 181.nu.33.

In die S.Bartholomæi Apoſtoli.

Bartholomæus fundamentum Eccleſiæ, & comparatur Sardio. p.319.n.48.

De numeratione Apoſtolorum vide ſupra de Communi Apoſtolorum.

In Decollatione S.Iohannis.

Ad Iohannem referri poſſunt quæ dicuntur Angelo Smyrnæ. p.39.nu.12.vſque ad.16.

In Exaltatione S.Crucis.

Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Vide p.279.n.4.& ſequent.

In die S. Matthæi Ap.

Matthæus fundamentum Eccleſiæ,& cõparatur chryſolitho. p.319. n.49.

In die S.Michaelis archangeli.

Michael præeſt angelis, qui ad nos mittuntur.p.179.nu.26. Idem pro hominibus præliaturus eſt cum Diabolo in fine ſæculi.p.178.n.25.&.26.

In die SS. Apoſt.Simonis,& Iudæ.

Simon fundamentum Eccleſiæ, & comparatur hyacintho.p.320.nu.53.

Iudas, ſiue Thaddæus,fundamentum Eccleſiæ,comparatur chryſopraſo .p.320. num.52.

In die omnium Sanctorum.

Vide ſupra De Communi martyrum, & De Communi cõfeſſorum. Vide etiam quæ de viginti quatuor ſenioribus ſcripta ſunt p.76.nu.13. & multis ſequent.

Sanctus quid ſit,vide p.237. n.4.

Sancti quomodo in hac vita dicantur eſſe ſine macula.p.205.n.17.&.18.In hac vita non habent palmas,ſed picturam palmarum.p.126. n.18. &.19. Iudicabunt cùm Chriſto p.255.n.17. Eorum preces ſuauiſsimæ Deo ſunt.p.96.n.15.& pag. 131.nu.6.

Sancti vocantur ſtellæ. p.176.n.26.&.27.

Et aperiens os ſuum. Vide p. 190.nu.17.

Quoniam ipſi conſolabuntur. pa.128. n.27. & p.307.n.7.Affligentur eorum perſecutores,& ipſi lætabũtur.p.230.n.4. Canẽt Deo pro ſua liberatione. pag.230. num.4.

Quoniam ipſi ſaturabuntur. Vide p.326.nu.1. vſque ad.7. & p.330. nu.16.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Semper iuſti patiuntur.246. n.12.

*Merces veſtra multa eſt in cœlis.*pa.128.nu.3. & ſequentibus.& p. 307.n.5.& ſequentibus.

In die S. Martini Epiſcopi.

Nemo accendit lucernam. &c. Vide ſupra In die S.Ambroſij.

DEO GRATIAS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI RIBERAE VILLACASTINENSIS, PRESBYTERI

Societatis Iesu, Doctorisq; Theologi de Templo, & de ijs, quæ ad templum pertinent libri quinq; ad Sacræ Scripturæ intelligentiam ita necessarij, vt vix in ea paginam integram legas, in qua tibi vsui non sint.

Primus est de Fabrica primi templi, & secundi, & eius quod ab Herode ædificatum est.
Secundus de ijs quæ erant in templo.
Tertius de Sacerdotibus, & vestibus Sacerdotalibus.
Quartus, de Sacrificijs Hebræorum.
Quintus, de Festis diebus Hebræorum.
In quibus omnia primum Historico, deinde mystico sensu explicantur.

Cum quinq; copiosis indicibus. Primus est capitum singulorum librorum, qui ante primum librum est; Secundus quæstionum Scripturæ. Tertius locorum. Quartus rerum, atq; verborum. Quintus Euangeliorum totius anni in vsum concionatorum.

Cum Priuilegio Philippi Regis Hispaniarum.
SALMANTICAE.
Excudebat Petrus Lassus. M. D. XCI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Suma del Priuilegio Real.

COncedio la Mageſtad del Rey don Philippe nueſtro Señor al Padre Doctor Franciſco de Ribera de la compañia de Ieſus, que por eſpacio de diez años que ſe comiencan a contar deſde la data de ſu cedula, ninguno pueda imprimir, ni vender eſtos cinco libros de Tẽplo, & de ijs quæ ad templum pertinent, ſino el meſmo, o quien ſu poder tuuiere, ſopena que el que lo cõtrario hiziere pierda los libros y moldes y aparejos, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez, la tercera parte para quien dello denunciare, y la otra para el Iuez que lo ſentenciare, y la otra tercera parte para la Camara de ſu Mageſtad. Dioſe en S. Lorenço el Real a 22. de Setiembre de mil y quinientos y nouenta años.

Taſſa.

TAſose eſte libro por los Señores del Conſejo a quatro marauedis el pliego, ſegun parece por el teſtimoio que dello dio Alonſo de Vallejo eſcriuano de Camara del Rey nueſtro Señor. En Madrid a tres dias de Iulio de 1591. años.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LICENCIA DEL PADRE
Gil Gonçalez Visitador.

YO Gil Gonçalez Davila Visitador de la compañia de Iesus en estas prouincias de Castilla, y Toledo, por particular commission que tengo de nuestro Padre General Claudio Aquaviua. Doy licencia, que se impriman los Commentarios sobre el Apocalypsi de S. Iuan, y los tratados, o libros de la fabrica del templo, y de las cosas que auia dentro del, que son dos libros, y otro libro tercero de las vestiduras sacerdotales, y de las causas dellas, y el quarto de las fiestas de los Hebreos, y el quinto de los Sacrificios, los quales Commentarios y libros compuso el Padre Doctor Francisco de Ribera de nuestra compañia, residente en nuestro Collegio de Salamãca, porque han sido vistos y examinados por muchas personas doctas, y graues de nuestra compañia. En testimonio de lo qual, di esta firmada de mi mano, y sellada con el sello acostumbrado. En Burgos a cinco de Febrero de 1590.

Gil Gonçalez.

Aprobacion desta obra.

HOS quinque de Templo, & de ijs, que ad templum pertinent libros à Doctore Francisco Ribera è Societate Iesu, & apud Salmãticenses sacrorum Bibliorum interprete compositos qua potui diligentia iussu supremę curiæ regiæ perlegi. Quumq; nihil inuenerim, quod pias aures offendere, aut Catholicæ veritati possit aduersari, imo vero multa in illis sint, quæ miram eruditionem redoleant, & Theologicum studium adiuuent, atque ad sacrarum literarum intelligentiam viam muniant, & sternant, dignissimos censeo, qui typis excudantur, & manibus studiosorum euoluantur. Salmanticæ vigesimo die mensis Maij. Anni 1590.

Ioannes Alfonsus Curiel
Sacræ Theologiæ Doctor.

INDEX CAPITVM QVINQVE LIBRORVM DE TEMPLO, ET DE IIS, QVAE AD TEMPLVM PERTINENT.

Liber Primus.

Qui est de Fabrica templi primi, & secundi, & eius quòd ab Herode ædificatum est.

De tempore quo tẽplum ædificatum est. cap. 1. pag. 3.
Vbi nam sacrificia obtulerint Hebræi antequam templũ condererur. cap. 2. pag. 6.
Cur Dauid non ædificauerit templum, sed Salomon, cap. 3. pag. 8.
De loco in quo extructum est tẽplum. c. 4. p. 8
De interiori templi fabrica: & primum de lõgitudine, & latitudine, & altitudine eius. cap. 5. pag. 9.
De tribus partibus tẽpli, & de altitudine Sancti sanctorum. cap. 6. pag. 11.
Cur domus maior fuerit quam tabernaculũ Mosis. cap. 7. pag. 13.
De foribus Sancti Sanctorum, siue Oraculi, cap. 8. pag. 13.
De velo Sancti Sanctorum. cap. 9. pag. 15.
De foribus domus exterioris, id est secundæ partis, quæ erat ante vestibulum, & de ipso vestibulo, seu porticu. cap. 10. pag. 16.
De interiori ornatu domus, id est qualis fuerit hæc domus intrinsecus. cap. 11. pag. 17.
De ornatu domus exteriori, id est qualis fuerit hæc domus extrinsecus. cap. 12. pag. 17.
De fenestris domus. cap. 13. pag. 19.
De exteriori fabrica templi, & primùm de tabulatis, quæ erant circa domũ. cap. 14. p. 20.
De ostijs tabulatorum, & de cochlea, qua ad illa ascendebatur. cap. 15. pag. 23.
De atrijs. cap. 16. pag. 25.
De exhedris. cap. 17. pag. 28.
De tempore quo templi ædificatio absoluta est. cap. 18. pag. 31.
Totius templi fabricæ mystica expositio, ac primum temporis & loci, quo templum ædificatum est. cap. 19. p. 31.
Mensurarum templi, & trium eius partium mystica explanatio, & quid vnaquæque pars significet. cap. 20. pag. 34.
Ostia, & velũ tam Oraculi, quam domus exterioris, & porticus ostio, ac velo carens, & vniuersum harum rerum opus quid significent. cap. 21. pag. 36.
Ornatus interior domus quid significet. cap. 22. pag. 39.
Ornatus exterior domus quid significet. cap. 23. pag. 40.
Tres ordines cellarũ, & ostia, & cochlea quid significant. cap. 24. pag. 41.
Atria & Exhedræ quid significent. cap. 25. pag. 43.
Templum Salomonis quot annis steterit, & templum secũdum quod à Iudæis è captiuitate Babylonica reuersis cõstructum est, quo tempore ædificatum sit, & quot annis durauerit. cap. 26. pag. 43.
De forma templi secũdi, & quid à primo differret. cap. 27. pag. 45.
De eodem templo ab Herode reædificato, & quot annis steterit. cap. 28. pag. 46.
De ijs quibus in interiori ædificio hoc templum à primo differebat. cap. 29. pag. 47.
De porta prima domus exterioris, quæ erat ante Sanctum Sanctorum, & de velo eius, ac de porticu. cap. 30. pag. 48.
De primo atrio, quod erat omnibus commune. cap. 31. pag. 49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De secundo fano, seu templo, quod erat atriũ, laicorum.cap.31.p.50.
De tertio templo, siue atrio, quod solùm patebat sacerdotibus, & Leuitis. cap.33.p.52.
De forma tabernaculi veteris.cap.34.p.52.

Liber Secundus.

Qui est de ijs quæ erant in templo.

De arca testamenti, siue fœderis.cap.1.p.55.
Quid fuerit in arca fœderis.cap.2.p.56.
De arcæ mystica significatione.cap.3.p.59.
De Propitiatorio.cap.4.p.62.
De significatione Propitiatorij. cap. 5. pag. 63.
De Cherubim, qui erant supra Propitiatorium.cap.6.pag.64.
Quid significent duo Cherubim, qui sunt super Propitiatorium.cap.7.p.65.
De altari Thymiamatis.cap.8.p.67.
De significatione altaris Thymiamatis. cap. 9.pag.70.
De mensa propositionis,& panibus. cap. 10. pag.71.
De significatione mensæ Propositionis,& panum.cap.11.pag.74.
De candelabro.cap.12.p.76.
De significatione candelabri.cap.13.p.77.
De ijs quæ erant in porticu,id est, de duabus columnis.cap.14.p.79.
Quid columnæ duæ significent.cap.15.p.82.
De ijs quæ erant in atrio sacerdotum. De labro,& de Mariæneo,quod erat in templo, cap.16.p.82.
De significatione labri.cap.17.p.84.
De decem luteribus.cap.18.p.87.
De significatione decem luterum. cap. 19. pag.89.
De altari Holocausti.cap.20.p.92.
Quid significet altare Holocausti. cap. 21. pag.94.
De vasis tabernaculi,& templi. cap.22.p.95.
Quid significent vasa tabernaculi, & templi. cap. 23. pag. 95.

Liber Tertius.

Qui est de sacerdotibus, & de vestibus sacerdotalibus.

Quid differat inter sacerdotes, & Leuitas, & de vtrorumque initiatione.cap.1.p.98.
De redditibus Leuitarum, & sacerdotum.ca. 2.pag.100.
De officio Pontificis, & sacerdotum. cap. 3. pag.102.
De Nathinæis,& Nazarçis,& Scribis,& Pharisæis.cap.4.p.104.
De vestibus sacerdotalibus generatim, & earum causis.cap.5.p.106.
De feminalibus.cap.6.p.107.
De linea stricta,& zona,& significatione earum.cap.7.p.108.
De tiara, & significatione pileorum. cap. 8. pag.110.
De vestibus Pontificis: & primùm de tunica hyacintina,& eius significatione,tam Allegorica,quam Morali.cap.9.p.111.
De Ephod,& eius significatione,tam Allegorica,qui Morali.cap.10.p.14.
De Rationali.cap.11.p.118.
De Doctrina & Veritate,quę erant in Rationali,& eiũs Allegorica,ac Morali significatione.cap.12.p.122.
De zona, & mystica eius significatione. cap. 13. p. 128.
De tiara Pōtificis, & eius Allegorica,ac Morali significatione.cap.14.p.129.

Liber Quartus.

Qui est de Sacrificijs Hebræorum.

De triplici sacrificiorũ genere, & de animalibus, quæ in eis immolabantur. cap.1. pag. 133.
De Holocausto.cap.2.p.134.
De significatione Holocausti.cap.3.p.136.
De hostia Pacifica. cap.4.p.140.
De significatione hostiæ Pacificæ, de eius lege,ac significatione.cap.5.p.144.
De sacrificio pro peccato.cap.6.p.149.
In eo sunt hæc:
De victima peccantis Pontificis.p.149.
De sacrificio peccati totius populi per ignorantiam.p.152.
De peccato principis per ignorantiam.p.152.
De peccato plebeij per ignorantiam. pag.153.
De peccato per ignorantiam contra ceremonias sacras.p.153.
De peccato sine ignorantia commisso. pag. 153.
Quid fieret de hostia pro peccato.pag.155.
De hostia pro delicto.p.156.
De significatione sacrificij pro peccato. cap. 7.pag.159.
In eo sunt hæc:
De peccato Pontificis ibid. fol. 159.
De sacrificio pro peccato totius populi,ibid. pag.161.
De peccato principis,ibidem.pag.161.
Quid fieret de Hostia pro peccato, ibidem. pag.161.
De Hostia pro delicto,ibid.pag.162.
De sacrificio Iugi,cap.8.pag.162.
De Iugis sacrificij significatione, cap. 9.pag. 163.

Liber Quintus.

Qui est de Diebus festis Hebræorum.

De sabbato,& quid sit sabbatum secundo primum,cap.1.pag.165.
De neomenia, siue kalendis,cap.2.pag.171.
De Pascha,cap.3.pag.174. In eo sunt hæc:
De mense Paschæ,pag.175.
De die Paschæ,& de hora immolationis,pag. 175.
De loco,pag.184.
De ritu immolandi,pag.184.
De ritu comedendi,pag.185.
De mystica Paschæ significatione,cap.4.pag. 187.
De diebus Azymorum,cap.5.pag.190.
De mystica Azymorum significatione, cap. 6.pag.192.
De Pentecoste, siue sollennitate Hebdomadarum,cap.7.pag.194.
De significatione Pentecostes,cap.8.pa,197.
De die festo Tubarum,cap.9.pag.198.
De significatione sollennitatis Tubarum, ca. 10.pag.199.
De die Expiationis,cap.11.pag.200.
De signignificatione diei Expiationis, cap. 12.pag.201.
De sollēnitate Tabernaculorum siue Scenopegiæ,cap.13.pag.202.
De significatione Tabernaculorum, siue Scenopegiæ,ca.14.pag.205.
De die festo Coetus, atq; collectæ, cap. 15. pag.206.
De significatione diei Coetus, siue collectæ, cap.16.pag.207.
De die dati ignis,cap.17.pag.208.
De Encænijs,& eorum significatione,cap. 17. bis posito,pag.210.
De die festo obcædem Nicarnoris, & eius significatione,ca.18.pag.211.
De diebus Sortium, siue de die Mardochæi, cap.19.pag.212.
De significatione dierum Sortium, cap. 20. pag.214.
De sollennibus ieiunijs Hebræorum.cap.21. pag.214.
De septimo quoque anno, qui dicitur Sabbatum terræ, seu annus remissionis, cap. 22. pag.206.
De significatione septimi anni.cap.23.pa.217.
De quinquagesimo quoque anno, qui Iubilæus dicitur,cap.24.pag.217.
De significatione anni quinquagesimi. cap. 25.pag.220.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX QVAESTIONVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

quæ paulò fusiùs in hoc opere disputantur.

Quæstiones Scripturæ tot sunt fere in hoc opere, quot singulorum capita librorum, ideo hic non omnes, sed insigniores indicabimus.

1 *Voto anno ab exitu ex Ægypto templum extruxerit Salomon, pag.2.num.1.*
2 *Anni iudicum Israel quomodo sint computandi, p.3 n.2.*
3 *Sacrificia vbi oblata fuerint ante templi ædificationem, pag.6.nu.1.*
4 *An licuerit immolare in excelsis, pag.7. nu.8.*
5 *Quid sint Excelsa, & cur Scriptura dicat nonnullos reges non abstulisse excelsa, pag.7.num.9.*
6 *Cur Salomon potiùs templum ædificauerit, quam Dauid, pag.8.num.1.cap.3.*
7 *Quis, & qualis fuerit locus, in quo ædificatum est templum, pag.8.num.1.& sequentibus.ca.4.*
8 *Cur templum magnus fuerit quam tabernaculum, pag.13.num.1.cap.7.*
9 *Quot annis steterint templum primum, & secundum, pag.43.cap.26.*
10 *Qualis fuerit arca testamenti, & cur ita dicta, pag.55.num.1.& sequentibus.*
11 *Quid fuerit in arca, pag. 56.num. 1. & sequentibus.*
12 *Cur non dicatur Deus sedere super Seraphim, sed super Cherubim, pag.65.num.6,*
13 *Altare Thymiamatis vtrùm in Sancto Sanctorum fuerit, an extra. pag.68.num.6.*
14 *Quid differat inter sacerdotes, & Leuitas, pag. 99.num.3.*
15 *Moyses an fuerit Sacerdos, pag.99.num.4.*
16 *Nathinæi, & Nazaræi, & Scribæ, & Pharisæi qui fuerint, pag.104 num.1.& sequentibus.*
17 *Quid sint Vrim, & Thummim, siue Doctrina, & Veritas, pag. 122.num.1 & sequentibus.*
18 *Quid in Scriptura intersit inter Peccatum, & Delictum, pag. 156.n.26 & sequentibus.*
19 *Quodnam sit iter Sabbati, pag.167.num.8.*
20 *Sabbatum secundo primum quid sit, p.169.nu.13.*
21 *Quota hora incipiebant dies festi apud Hebræos. pag 170.num.15.*
22 *Qualis sit ratio mensium, & annorum apud Hebræos, pag.171 num.1.*
23 *Agnus vtra vespera diei decimiquarti immolaretur, pag.176.num.7.*
24 *Paschæ dies an esset festus, pag.187.num.30.*
25 *In diebus festis vter dies esset Sanctior, primus, an Septimus, pag.191.num.4.*
26 *Lex an quinquagesimo die data sit, pag.195. nu. 2.& sequentibus.*
27 *Quænam sint buccinæ Iubilæi, pag.220.nu.10.*
28 *Quo tempore pontifex vteretur vestibus sacris, pag.130.num.7.*
29 *Cur Oze sit interfectus, pag.102.num.4.*

DE TEMPLO, ET DE IIS QVAE ad templum pertinent.

LIBER PRIMVS,

QVI EST DE FABRICA TEMpli primi, & secundi, & eius quod ab Herode ædificatum est.

PROOEMIVM.

MVlta, eademq; cognitu dignissima latẽt in scriptura eos qui tẽpli fabricam, & eorũ, quæ in eo erant, rationem ignorãt. Et cũ de illis sæpe loquatur, si ignorẽtur, plurima ignorari necesse est: vix enim librum in ea inuenias, in quo non multa occurrãt de Sancto sanctorũ, de tẽplo exteriori, de vestibulo, de atrijs, de arca, de Propitiatorio, de altari thymiamatis, & holocausti. Quare vt breui commẽtario multos scripturarum locos explicaremus, visum est semel hæc omnia explanare, vt earũ studiosis ad ingrediẽdum in hæc Sancti Spiritus adyta omni cultu, reuerentiaq; dignissima, facem (quãtum patris luminum benignitas dabit) præferamus. Dicturi ergo de tẽplo, & de ijs, quæ in eo erãt, primùm de templi fabrica, & tabernaculi dicemus: deinde de omnibus quæ erant in tẽplo, & in tabernaculo, adhærentes vbiq; verbis sacræ historiæ, & ex alijs autoribus addentes quæ maximè addenda videbuntur. Quare nũc caput sextum libri tertij Regum interpretabimur, vbi de templi fabrica agitur, quod etiam subscribendum putauimus.

CAP. VI. Libri. III. Regum.

1 FActum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra AEgypti, in anno quarto (mẽse zio ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel ædificare cœpit domũ Domino. 3 Domus autem quam ædificabat rex Salomon Domino: habebat sexaginta cũbitos in longitudine: & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos 4 latitudinis ante faciem templi. Fecitq; 5 in templo fenestras obliquas. Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum in parietibus domus per circuitum templi, & Oraculi: & fecit latera in circuitu. Tabulatũ quod subter 6 erat, quinque cubitos habebat latitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinis: & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis: & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, vt non hærerent
7 muris templi. Domus autem cum ædificaretur de lapidibus dolatis, atq; perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur. Ostium
8 lateris medij in pariete erat domus dextræ, & per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, & à medio in
9 tertium. Et ædificauit domum, & consummauit eam. Texitq; domum la-
10 quearibus cedrinis. Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis: & operuit do-
11 mum lignis cedrinis. Et factus est sermo Domini ad Salomonem dicens:
12 Domus hæc quam ædificas: si ambulaueris in præceptis meis: & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea gradiens per ea, firmabo sermo-
13 nem meum tibi, quem locutus sum ad Dauid patrem tuum. Et habitabo in medio filiorum Israel: & non dere-
14 linquam populum meum Israel. Igitur ædificauit Salomō domum: & con-
15 summauit eā. Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis: à pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & vsque ad laquearia operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimentū domus tabulis abie-
16 gnis. Ædificauitq; viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina à pauimento vsq; ad superiora: & fecit interiorem domum Ora-
17 culi in Sāctum sanctorum. Porro quadraginta cubitorum erat ipsum tem-
18 plū pro foribus oraculi: & cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur habens tornaturas & iūcturas suas fabrefactas,
19 & cælaturas eminentes. Omnia cedrina tabulis vestiebātur nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat: vt poneret ibi arcam fœderis Domini. Porro Oraculum habebat viginti cubitos longitudinis: & viginti cubitos latitudinis: & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atq; vestiuit auro purissimo. Sed & altare vestiuit cedro. Domum quoq, ante oraculū operuit auro purissimo: & affixit laminás clauis aureis. Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur. Sed & totum altare Oraculi texit auro. Et fecit in Oraculo duos cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala Cherub vna: & quinque cubitorum ala cherub altera: id est decē cubitos habētes à summitate alę vnius vsque ad alæ alterius summitatem. Decem quoque cubitorum erat cherub secundus in mensura pari: & opus vnū erat in duobus cherubim, id est altitudinem habebat vnus cherub decem cubitorum. & similiter cherub secundus. Posuitque cherubim in medio tēpli interioris. Extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub secūdi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi seinuicem contingebant. Texit quoque cherubim auro. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs cælaturis & torno. Et fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete & egredientes. Sed & pauimētū domus texit auro intrinsecus, & extrinsecus. Et in ingressu Oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarū: postesq; angulorum quinque: & duo ostia de lignis oliuarum. Et sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia: & texit ea auro, & operuit tam cherubim quam palmas & cetera auro. Fecitque in introitu templi postes de licitque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrāgulatos: & duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: & vtrumque ostium duplex erat: & foi

uicem

35 uicem tenens aperiebatur. Et sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes, operuitque omnia lami
36 nis aureis opere quadro ad regulam. Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordi
37 ne lignorum cedri. Anno quarto fundata est domus Dñi in mense zio: &
38 in anno vndecimo mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo: & in vniuersis vtensilibus suis. Ædificauitque eam annis septem.

DE TEMPORE, QVO templum ædificatum est.

CAPVT. I.

Versus. 1. 1 ACTVM est ergo quadringentesimo, & octogesimo anno. Templum Ierosolymitanum bis, aut potius ter, ædificatum est, vt dicemus postea, primùm à Salomone rege, quod templum primum dicitur, deinde ab ijs qui è captiuitate Babylonica reuersi sunt, quod templum secundum vocatur: tertiò ab Herode magno rege Iudææ. Primum templum, de quo nunc loquimur, sacra historia cœptum esse dicit anno quadringentesimo, & octogesimo ab egressione filiorū Israel ex Ægypto, anno quarto regni Salomonis, mense zio: qui anni ita computantur. Moses octoginta annorum erat quando locutus est ad Pharaonem, vt dimitteret populum. Exo. 7. & mortuus est, cum esset annorum centum, & viginti, Deut. vltimo. † Itaque ab anno egressionis filiorum Israel vsque ad mortem Mosis anni quadraginta numerantur, vt constat ex Exo. 16. & Deut. 8. Post Mosem Hothoniel, additis annis, qui bus præfuit Iosue, & qui fuerunt inter Hothomelem, & Iosue, rexit populum. 40. annos. Iud. 3. Ahod. 80. annos, Iud. 5. Barac, & Debora. 40. Iud. 5. Gedeon. 40. Iud. 8. Abimelech filius Gedeonis. 3. Iud. 9. Thola. 23. Iud. 10. Iair. 22. Iud. 10. Deinde fuit interregnū. 18. annorum. Iudi. 10. Iephthe. 6. Iudi. 12. Abesan. 7. Iud. 12. Ahialon, siue, vt est in Hebræo, Aelon. 10. Iud. 12. Habdon 8. ibidem Samson. 20. Iud. 16. Heli sacerdos. 40. 1. Reg. 4. Samuel, & Saul. 40. Act. 13. Dauid. 40. 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2.

Anni vsq; ad fundationē tēpli quomodo cōputētur.

2 3 †His adijcienda sunt tres anni regni Salomonis, siquidem mense secundo quarti anni ædificare templum cœpit. Ita annos numerat Alfonsus Episcopus Abulensis Q. 12. in caput. 3. Iudicum, & Q. 4. huius capitis, admonetque ad rectam libri Iudicum intelligentiam non esse numerandos omnes annos, quorū liber ille meminit, tamquā interse distinctos, (ita enim erunt plusquam sexcenti) sed omittendos esse multos numeros, tanquam in se inuicem redeuntes, vt nunc factum est, atque ita fient anni quadringenti octoginta. Eamdem rationem secutus est Dionysius in vtrumq; locum. At videtur hæc enumeratio planè aduersari scripturæ, nec solum hæc enumeratio, sed summa etiam quadringentorum octoginta annorum in hoc capite signata, quoniam ex historia libri Iosue, & Iudicū multò plures anni apertissimè colliguntur. Iosue vltimo † legimus: Seruuitq; Israel Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo vixerant tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera Domini, quæ fecerat in Israel. Ex cap. autem. 2. Iud. intelligimus post eorum mortem qui cum Iosue vixerant, filios Israel declinasse ad idola, & eam ob causam tradidos sæpe fuisse in potestatem hostiū, donec in afflictione clamabant ad Dominum, & iudices à Domino suscitabantur, per quos liberarentur. Primus ergo iudex Hothoniel non continuò post mortem Iosue suscitatus est, sed post mortem seniorum, qui lōgo post eum tempore vixerāt, & post Hebræorum idololatriam, ob quam in potestatem Chusanrasathaim regis Mesopotamiæ irato Deo traditi sunt. Iudic. 3.

4 5 †Deinde ait: Egressusq; est ad pugnā, & tradidit Dominus in manus eius Chusanrasathaim regem Syriæ, & oppressit eum, quiteuitq; terra quadraginta annis, & mortuus est Hothoniel. Si militer Ahod secundus iudex non est creatus continuò post mortem Hothoniel, sed postquam populus iterum idololatria sua Deum irritauit, & seruiuit Heglon regi Moab decem, & octo annis. Iud. 3. Deinde ait: Humilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tusque est Moab in die illo sub manu Israel, & quieuit terra octoginta annis. Eadem est de ceteris iudicibus ratio vsque ad Abimelech, à quo iam manifestius iudicum tempora notãtur, nam vsque ad eum non creantur iudices continuò post mortem præcedẽtium, sed postquam populus in potestatem hostium traditus est, & à tempore, quo liberatur, dicitur terra quiescere tot annos, quot communis sententia illis iudicibus assignat, vt videmus Iud. 4. 6 &. 5. &. 8. † Quare necesse est multò maiorem summam annorum colligi. Confirmat hoc Iosephus, qui ita, vt diximus, hæc omnia intellexit, & ab exitu Israel ex Aegypto vsque ad initium fabricæ templi annos numerat quingentos nonaginta duos. 8. Antiq. ca. 2: non sexcentos, & duodecim, vt putauit Abulensis. Q. 4. huius ca. dum vitiosis codicibus credit, in quibus, & in quibusdam recentioribus scriptum est: *Locus Iosephi restitutus.* Annis DCX duobus postquam Israelitæ ex Aegypto excesserãt, sed errore librariorum, C, litera post, D, posita est, quæ ponẽda erat post, X, vt legeretur. Annis DXC duobus, vt manifestum est ex Græco.

7 †Alij versi à Ruffino habent: Anno quingentesimo, 2. quos secutus est Dionysius. Ac ne forte mendum sub esse apud Iosephum, aut temerè eum ita scripsisse suspicemur, bis hoc idem confirmat: libro enim. 10. cap. 11. air: In cẽsum est autem templũ annis ex quo structum fuerat, elapsis quadringentis septuaginta, mensibus sex, & diebus decem additis, exactis à trãsmigratione ex Aegypto annis mille sexaginta duobus, mensibus sex, diebus decem. † 7 Si igitur ex hoc numero deducantur anni 470. durationis primi templi ab exordio fabricæ, supersunt. 592. ab exitu ex AEgypto vsque ad ædificationem templi. Idem lib. 11. ca. 4. docet gubernationem iudicum post Mosis, & Iesu imperium plusquam quingentis annis duraſſe. Mosi autem tribuit. 40. annos, Iesu. 25. 5. Antiq. capit. 1. Et quia superiunt. 27. ad. 592. dixit plusquã quingentis annis duraſſe. Huic argumento Abulensis locis citatis respõdet numeros libri Iudicum non esse accipiendos tanquam inter sẽ distinctos: ita enim in plures sexcentris summa excresceret, sed omittendos esse multos tanquam sibi coincidentes. Ob hoc (inquit in. 3. cap. Iud.) considerandum quod quandocunque ponuntur aliquot anni, quibus Israelitæ oppressi sunt ab aliquibus hostibus, illi non sunt per se computandi, sed computantur sub annis, quibus terra dicitur quieuisse, vel quibus dicitur præfuisse aliquis iudex, & hoc modo reducentur omnia ad concordiã. † 8 Vt quum tempore Hothonielis terra dicitur quieuisse. 40. annos, in istis. 40. numerantur anni Iosue, & seniorum, & octo anni, quibus seruierunt Regi Chusan, & anni ipsi⁹ Hothonielis. &c. Ita intelligendos esse annos libri Iudicum docent Hebræi in maiori Chronologia, cap. 12. & recentiores Hebræi, quorum verba refert Andreas Masius in caput vltimum Iosue, in versum 31. Petrus Comestor in Historia libri Iudicum cap. 5. Lyranus, & Dionysius Iud. 3. &. 3. reg. 6. Hugo Cardinalis Iud. 3. Ioan. Lucidus libr. 2. de Emẽdatione temporum cap. 8. Matthæus Beroaldus in Chronico lib. 7. cap. 4. Montanus in Daniele, siue de tẽporibus. Genebrardus lib. 1. suæ Chronographiæ pa. 38. † 9 Qui omnes, licet nonnihil differant inter se initio computationis, in hoc conueniunt, ita accipienda esse verba libri Iudicum, vt dictum est, neque ab illis multum disserepat Masius loco citato. Immo & Eusebius in Chronicis, in annis, quibus terra quieuisse dicitur, semper includit annos præcedentes, quibus scribitur Hebræos vexatos fuisse ab hostibus, idque se facere dixit iuxta Hebræorum traditiones. Verùm hi autores dum partem scripturæ tueri volunt, alteri manifestam vim afferunt. Quum enim legamus: Egressusque est ad pugnã, & tradidit Dominus in manus eius Chusan, & oppressit eum, quieuitque terra quadraginta annis, atque ita de ceteris iudicibus, quis non intelligat terram quieuisse postquam Chusan oppressus est, & victus? nec enim poterat terra quiescere, quæ ab hostibus affligebatur dura seruitu- 10 te. † Propterea vt veritatẽ historiæ ita tueamur, vt molliter etiam verba ipsa explicẽtur, sciendum est hanc esse Hebræorum consuetudinem, vt numerabilibus

libus Cardinalibus vtantur pro Ordinalibus (ita enim vocant.) Et quidem à decem, & supra necesse est hoc facere, quia ordinalibus carent. Sed tamen etiam ab vno vsque ad decem facere solent. Vt Hag. 1. & Zachar. 1. In anno. 2. Darij regis, Hebr. In anno duobus. 3. Regum. 15. In anno tertio Asa. Hebr. In anno tribus Asa. Ita dictum est Genes. 1: Factumque est vespere, & mane dies vnus, pro primus, & vna sabbathorum, pro Prima sabbathorum. Zachar. 1: Iste iam septuagesimus annus est, Hebr. Iste iam septua- 11 ginta annus. Leuit. 25. † Sanctificabisque annũm quinquagesimum, Hebræe. Annum quinquaginta. Et in hoc ipso capite: Factum est ergo quadringentesimo, & octogesimo anno. Hoc etiam in verbis citatis Iudicum factum puto, vt quum ait capit. 3: Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus est Hothoniel, sensus sit: Quieuit terra quadragesimo anno, id est, post mortem Iosue, & seniorum expulso dominatu regis Syriæ tandem quadragesimo anno terra quieuit. Nos etiam eodem modo loquimur, quia Numeralibus Ordinalibus caremus in multis, nisi ex Latino sermone capiamus. Ita de ceteris iudicibus dicendum est, & seruata proprietate literæ conficitur numerus quadringen- 12 torum octoginta annorum. † Quodsi aliquis obijciat deesse literam ה ad hunc sensum conficiendum: sæpe in simplicibus locutionibus solet desiderari apud Hebræos, vt etiam adnotauit Pagninus libr. 1. Hebr. Institut. capit. 25. Verùm quoniam hæc responsio, & si cum verbis Hebraicis satis congruat, cum nostra translatione non congruit, in qua capit. 5. scriptum est: Quietuitque terra per quadraginta annos: dicamus cum in fine vitæ Iudicum dicturi Quieuit terra quadraginta annos, intelligi de annis, qui præcesserunt, & per quos ille iudicauit, non de consequentibus, vt verba sonare videntur. Hoc intelligimus ex Iudic. 3. Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus est Hothoniel. Quiescere autem dicitur à prælijs, vt manifestum est in capit. eodem: Et quieuit terra octoginta annis à prælijs. Sensus ergo est: Quadraginta annis Israelitæ bellum non gesserunt, qui videlicet cum vita 13 huius iudicis terminati sunt. † Et bellum non gerere dicuntur, quia repente traditi à Deo hostibus, nec aduersus eos rebellabant, nec alios bello adoriebantur. Donec tandem per iudicem liberabantur. Itaque quadraginta annos quieuit terra, quia maxima huius temporis pars, atque adeò, tota ferè nulla prælia habuit. Postremò notandum est. 40. annos, quibus Palæstini oppresserunt Hebræos, Iudic. 13. incidere partim in 20. annos Samsonis, Iudic. 15. Iudicauitque Israel in diebus Philisthijm viginti annis: partim in. 40. annos Heli Sacerdotis. Ex his explodituꝛ Cani opinio, qui contra omnium Hebræorum, & Græcorum sententiam libr. 11. de locis capi. 5. in responsione. 2. argum. dicit vitiatos esse codices. 3. Reg. 6. & multò maiorem annorum fuisse summam.

Mensis zio.

14 † Secundus mensis anni intelligendus est, non anni quarti regni Salomonis. Quodq; ait: *Ipse est mensis secundus*, parenthesis est, vt sit sensus: In anno quarto regni Salomonis, mense zio, ipse est mensis secundus. Quod præterquam quòd à nonnullis adnotatur, vt à Beda in libr. de Templo Salomonis, capite. 5. & ab Anselmo, à Ricardo in libr. eiusdem tituli, & à Lyrano: apertum est ex 2. Paralipo. 3. vbi legimus: Cœpit autem ædificare mense secundo anno. 4. regni sui. Mensis autem secundus anni Hebræis dictus est, ז Vltima vocali, siue u, sit, siue o, vtroque enim modo legi potest, non consonante, vt Lyra, & Varablus, & quidam alij putauerunt, quoniam, & Hieronymus scripsit zio, & lxx. postea in hoc capite non scripserunt, ז, sed ιε. Cui in nostris mensibus respondet pars Aprilis, & pars Maij, quod tempus ædificijs inchoandis aptissimum est. zio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VBINAM SACRIFICIA obtulerint Hebræi antequamtemplum conderetur.

CAP. II.

1 SED quæritur, his quadringentis octoginta annis vbi nam sacrificia obtulerint filij Israel. Per quadraginta cer tè annos, quib⁹ versati sunt in deserto, & posteà donec terram promissionis occuparent, tabernaculū illud, quod in deserto constructum est Deo iubente, & formam præscribente fuit illis pro templo, ac semper illud secum portarūt per diuersa loca, donec pacata terra portare desierunt, & fixerunt illud in Silo. Ios. 18: Congregatique sunt omnes filij Israel in Silo, ibique fixerunt Tabernaculum testimonij, & fuit eis terra subiecta. Erat autem Silo vrbs in sorte tribus Ephraim, prope Bethel tribus (si Gallico vocabulo vti licet) leucis distans ab Ierusalem, vt ait Brocardus in Descriptione terræ sanctæ. Iud. 21: Ecce sollennitas Domini est anniuersaria in Silo, quæ sita est ad Septentrionem vrbis Bethel, ad Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebna. † Positum est autem in Silo, quòd is locus propter pulchritudinem visus sit idoneus, in quo tantisper maneret, dum maior commoditas ædificandi templi se præberet, vt scribit Ioseph. lib. 5. Antiq. cap. 1. Simul etiam (vt ait Abulensis in cap. 18. Iosue) quoniam Iosue, qui Princeps erat populi, erat ex tribu Ephraim, Num. 13. ibique oportebat figi tabernaculum, vt Iosue accuratius obseruari faceret omnia, quæ ad tabernaculi sanctitatem pertinebant. Mansit auē tabernaculum in Silo vsq; ad tēpora Helcanæ patris Samuelis. 1. Regum. 1: Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituū in Silo. Immò & vsq; ad annum vltimū Heli Sacerdotis, quo grauissimo bello Palæstinorū ingruente misit populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis, & capta in eo bello arca mortuus est Heli. 1. 3 Reg. 4. † Arca autem ducta est à Palæstinis in Azorum. 1. Reg. 5. & mansit in eorum regione septem mensibus. 1. Reg. 6. Deinde remissa est ab illis in vrbem Bethsames. 1. Reg. 6. posteà in Cariatharim. 1. Reg. 7. ibique mansit dōnec Dauid confirmato iam regno super Iudam, & Israel reduxit eam ex Cariath-iarim. 1. Paral. 13. Mansitque in domo Hobededon Gethæi tribus mensibus, in villa quadam prope Ierusalem, vt ait Ioseph. 7. Antiq. cap. 4. Inde à Dauide ducta est in domum suam, in superiorem partem Ierusalem, quæ Ciuitas Dauid dicta est, vbi locum arcæ ædificauit, tetenditque ei tabernaculum. 1. Paral. 15. quod aliud erat ab illo, quod fecit Moses, vt rectè ait Lyranus. 1. Paral. 15. † Et constat aperte ex. 2. Paral. 1. vbi cum dictum esset tabernaculum Mosis fuisse in Gabaon, dicitur continuò: Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locum, quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Ierusalem. De hoc tabernaculo, quod arcæ præparauit Dauid, dictum est. 3. Regū. 1. Adonias autem timens Salomonem surrexit, & abijt in tabernaculum Domini, tenuitque cornu altaris. Et capit. 2. Fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. Ita Abulen. Q. 41. in capit. 1. libr. 3. Regū. Et ratio docet: hæc enim omnia celerrimè facta sunt eodem die, vt ait Abulen. Nec poterāt ire in Gabaō in tanta temporis angustia, præsertim 5 Cum non esset ibi arca Domini. † Tabernaculum autem, quod Moses construxerat, translatum est de Silo, sicut scriptum est Psal. 77: Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit inhominibus. Quo tempore translatum fuerit, non satis constat ex scriptura, sed valde probabile est translatū fuisse, cū arca inde educta est, & Palæstini vicerunt Hebræos, vt aiunt in eundem Psal. Aug. & Euthy. Ianse. Genebrardus. Quod verba eiusdem Psalmi videntur indicare: Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici, &c. De hoc etiam Ierem. 7. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio, & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel: vbi Hieronymus ait locum in ruinas, cinereſque collapsum fuisse, iuxta illud: Et 6 repulit tabernaculū Silo. † Inde translatum est in Nobe ciuitatem sacerdotum, vbi erat, quum Dauid fugiebat Saulem. 1. Regum. 21. Inde venit in Gabaon vrbem tribus Beniamin, quæ, autore Iosepho, libro. 2. de Bello, capit. 23. quinquaginta stadijs distat ab Ierusalem, id est, sex mille ducentis quinquaginta passibus, siue, iuxta Brocardum, tribus Leucis. 1. Paralip. 21: Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum ea tempestate erat in excelso Gabaon, id est, quando angelum stricto gladio vidit Dauid, & sacrificium Domino obtulit in area Ornan Iebusæi. Ibi autem mansit donec cum arca illatum est à Salomone in templum. 3. Regum. 8: Et portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctua- 7 rij, quæ erant in tabernaculo. † Hoc autem esse illud, quod Moses fecerat, docet Iosephus. 8. Antiq. capit. 2. Manserunt autem tabernaculum, & arca in templo donec destructum est à Chaldæis, tunc enim ab Ieremia seruata sunt in spelunca. 2. Machabæo. 2. Ex his intelligimus cur dictum sit Psalm. 77: Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim nón elegit, sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit. Et cur etiam dictum sit. 3. Regum. 3: Abijt itaque Salomon in Gabaon, vt immolaret ibi. Illud quippe excelsum erat maximum: videlicet præferebatur omnibus excelsis, quòd in eo esset tabernaculum à Mose factum. 2. Paralip. 1: Et abijt cum vniuersa multitudine in excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis Domini, quod fecit Moyses 8 famulus Dei in solitudine. † Sacrificia vero semper populus offerebat in Silo, cum ibi sint tabernaculum, & arca, sed postquam translatum est, offerebantur in loco in quo erat tabernaculum, vt à Salomone. 3. Reg. 3: aut in montibus, aut locis excelsis, non enim ædificatum erat templum nomini Domini vsque in diem illum. Hoc tamen, quod de excelsis, & montibus

Tabernaculum Mosis fuit in Silo.

Silo.

Tabernaculum, & arca quò trāslata fuerint.

Locus. Psalm. 77.

dicimus, Abulensis contra Lyranum, & Hebræos. Q. 2. in capit. 2. lib. 3. Reg. & Q. 5. in hoc caput, nemini licuisse putat citra peculiarem Dei dispensationem ad quosdam factam. Ita Samuel immolauit in Ramatha, & in Galgalis. 1. Reg. 7. & 10. & 11, Elias in monte Carmelo. 3. Reg. 18, Dauid in area Ornam Iebusæi. 1. Paralipo. 21. Quod multis probat Abulensis, sed eo potissimum, quod scriptum est. 3. Regum. 3. Dilexit autem Salomon Dominum ambulans in præceptis patris sui, excepto quod in excelsis immola- 9 bat, & accendebat thymiama. † In his excelsis constituebantur altaria, in quibus Deo immolabant. Quare semper Deo fuerunt inuisa, & antequam templum fieret, vt dictum est, & multò magis postquam est factum, quoniam extra templum sacrificare nemo poterat. Leuit. 17. hostiæ iubebantur immolari ante ostium tabernaculi, & Deuter. 12. Scriptum est: Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus, &c. Quod autem sæpe de regibus etiam bonis, vt de Iosaphat 3. Reg. vltimo dicitur: Verumtamen excelsa non abstulit, adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis, etiamsi de hostijs idolis immolatis non intelligeretur, sed de ijs, quas populus veterem consuetudinem retinens Deo vero immolabat, vitiosum iam erat, & Deo ingratum. † Ex his 10 intelligitur difficilis locus Ecclesia. 49. Præter Dauid, & Ezeciam, & Iosiam omnes peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem Altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei: quoniam Dauid non immolauit in excelsis. 3. Reg. 3: Ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quod in excelsis immolabat. Ex quo cognoscimus Dauidis tempore populum non immolasse in excelsis. Ezecias autem, & Iosias excelsa abstulerunt. De Ezecia. 4. Reg. 18: Fecitque quod erat bonum coram Domino iuxta omnia, quæ fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa, &c. Quare & Dauidē excelsa dissipasse intelligimus. De Iosia idem legimus. 4. Reg. 23.

Excelsa.

Locus ex Eccli. 49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CVR DAVID NON AEDIficauerit templum, sed Salomon.

CAPVT. III.

1 QVæritur etiam cur Dauid nō ædificauerit templū, sed Salomon. Ex omnibus, qui præfuerunt Israeli, primus Dauid de tēplo ædificando cogitauit. 1. Paralip. 17: Cùm autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan Prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem fœderis Domini sub pellibus est. Pellibus enim extrinsecus tabernaculum tegebatur. Cui per Nathan respondit Dominus: Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum, neque enim mansi in domo ex eo tempore, quo eduxi Israel vsque in diem hanc, sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cū omni
2 Israel. † Causam ipse Dauid ostendit cap. 28. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator, & sanguinem fuderis. Propterea relicta est hæc cura Salomoni, qui iuxta nomen suum, pacificus fuit, ipse ædificauit templum quia typus erat Christi regis pacifici, qui ædificaturus erat Ecclesiā. Ex hoc intelligitur ratio illa. 1. Paralip. 17. Neque enim mansi in domo ex eo tempore, quo eduxi Israel, &c. Est enim ac si diceret: Non ego templum mihi fieri volo propter indigentiam meam, si enim egerem, initio ædificari illud iussissem, sed propter mysterium, vt significetur ædificiū futurum Ecclesiæ: ideò nec ab ijs, qui præcesserunt, neq; àte ædificari voluí, sed à rege pacifico Salomone, qui expressior typus est
3 Christi fuit. † Alioqui eadem ratione concluderetur, neq; à Salomone iussē ædificandum. Reliquit tamen Dauid Salomoni magnam vim auri, argēti, æris, materiæ cedrinæ, quæ parauerat, cum templū ædificare moliebatur. Reliquit etiam magna munera omnis generis, quæ populus obtulerat, & singillatim omnia enumerantur. 1. Paral. 28, & 29. Illud autem magis mirandum, reliquisse etiam eum illi formam totius templi, & vasorum, non humano ingenio excogitatam, sed à Deo si
4 bi traditam. 1. Paral. 28. † Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorū, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, necnon & omnium, quæ cogitauerat atriorum, & exhedrarum per circuitum in thesauros domus Domini, & in thesauros sanctorum, diuisionūque sacerdotalium, & Leuiticarum in omnia opera domus Domini, & in vniuersa vasa ministerij templi Domini, &c. vsque ad finem vers. 18. Et postea: Omnia venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris.

DE LOCO, IN QVO EXtructum est templum:

CAPVT. IIII.

1 VT formam futuri templi præscripsit Dauidi Deus, ita etiam locum. 2. Para. 3. Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ierusalem, in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauidi patri eius, in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi, qui vocatur in Hebræo Araunа. 2. Reg. 24. & in nostra translatione Areuna, in Paralipomenis verò Ornа, à lxx. semper Orna, siue Ornan. Erat autem Iebusæus. 1. ex priscis vrbis habitatoribus, æque ex primis amicis Dauid, vt ait Ioseph. 7. Antiq. c. 10. *Mons Moria.*
Mons Moria est in quo olim Abrahā Dei iussu sacrificare voluerat Isaac: si
2 quidem Genes. 22. ait illi Dominus: † Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi. Pro, In terram visionis, in Hebræo est: In terram Moria, pro quo lxx. verterunt: In terram excelsam. Aquila: In terram, ὑψηλὴν κατοπτὴν, id est, quæ illustris, vel conspicua est. Symmachus: In terram visionis, vt in Traditionibus Hebraicis in Genesin docet Hieronymus, estq; omnium idem sensus. Mons enim erat excelsus, & propterea valde conspicuus, longeque videri poterat, & ex eo multa longè poterant videri.

Deinde

3 Deinde subijcit Hieronymus: † Aiunt ergo Hebræi hunc monte esse, in quo postea templum conditum est in area Ornæ Iebusæi, sicut & in Paralipomenis scriptum est. Idem ait in illud Ierem. 7. Dabo domum istam sicut Silo. Eadem est Iosephi sententia. 7. Antiq. ca. 10. & Bedæ in libro De templo Salomonis, cap. 5. & multorum. Est autem Moria pars montis Sion (propter quod dictum est Psalm. 77: Sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit. Et ædificauit, sicut vnicornium, sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula) & à torrente Cedron ascendit versus vrbem exigua planitie, & vndique præceps, atque declius, vt ait Iosephus lib. 6. De bello capit. 6.
4 Idē lib. 15. † Antiq. c. 14. Tumulus erat petricosus, arduus, à vertice sensim versus Orientale vrbis latus resupinus, &c. & propter altitudinem toti vrbi immi nebat. Aristæus in libello De lxx. interpretibus ad Philocratem, Vrbem (inquit) in monte suspicimus totius Iudaicæ regionis mediam, sublimem prospectum præbentem, in cuius vertice templum apparebat visu pulcherrimū, &c. Inde sicuti qui ex alijs vrbibus veniebant in Ierusalem, dicebantur ascēdere, quia vrbs erat in sublimi ædificata, vt Matth. 20. Ecce ascendimus Ierosolymam: ita qui ex vrbe veniebant in templum, ascendebant, vt Lucæ. 18. Duo homines ascendebant in tem-
5 plum vt orarent. † Erat autē templum ad Occidentalem plagam Ierusalem, ita vt eius lōgitudo esset ab Oriente in Occidentem, & latitudo à Meridie ad Septentrionem: & ostium, quo ad quotidiana ministeria templi ingrediebantur, erat versus Orientem, ita vt exoriens Sol æquinoctialis sine vllo obstaculo radios suos per ostia templi, & Oraculi in ipsam arcam, quæ erat intra Sancta Sanctorum, mitteret, vt ait Beda in libr. Quæst. in libros Regum. Q. 12. & Angelomus. Iosephus quoq; ait libr. 8. Antiq. ca. 2. templum conuersum fuisse ad Orientem. Idem lib. 15. c. 5. ait: Tabernaculum autem statuit in eius medio versum ad Orientem, vt
6 Sol surgens radios in illud mitteret. † Hoc autē ideo factum videtur, quòd ethnici ita ædes sacras constituebant, vt signum in ara collocatum spectaret ad vespertinam cœli regionem, & sacrificantes spectarent ad Orientem, vt ipsa simulacra viderentur exorientia contueri supplicantes. Ita Vitruuius libr. 4. de Architectura. cap. 5.

DE INTERIORI TEMpli fabrica, & primùm de longitudine, & latitudine, & altitudine eius.

CAP. V.

1 DOmus autem, quàm ædificabat rex Salomon Domino. Ab interiori ædificio orditur, tur, quod propriè vocatur Domus, nam quæ circa illud erant, potiùs atria vocabantur, tametsi tota interior, & exterior fabrica sæpe domus dicantur, & templum. Longitudo eius est sexaginta vulgarium cubitorum, latitudo viginti. Exigua forsasse videbitur domus, sed si consideremus intra hos sexaginta cubitos nemini ingredi licuisse, nisi sacerdotib⁹, ipsumq; altare holocaustorum, & atrium sacerdotum extra illos esse, supereminentem esse videbitur longiorem, aut latiorem facere domum. Altitudo fuit triginta cubitorum, quæ pro longitudine, & latitudine satis ampla visa est. Sequitur continuò (simul enim sunt omnia explicanda) † *Et porticus erat ante templum.* Videlicet per quā ingrediebantur in domum illam sexaginta cubitorum, Hebraicè: Et porticus erat ad faciem templi, cuius lōgitudo erat viginti cubitorum, latitudo viginti. Sed longitudo eius respondebat latitudini domus, quoniam longior huius porticus pars erat. 20. cubitorum, sicut latitudo templi: latitudo verò respondebat longitudini domus: & ita domus adiuncta porticui longitudinē. 70. cubitorū habebat, latitudinē verò semper eamdem, id est, viginti
3 cubitorum. † Sed cum per se cōsiderantur porticus, & separata à domo, habet suam latitudinem respondentem longitudini domus. Secundum id tamen 2. Paral. 3. multo altiorem domum describi, ita enim scriptum est. Porrò altitudo cēum viginti cubitorum erat.

Vers. 2.

Vers. 3.

Altitudo totius domus.

A 5 Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed habent hæc verba dubitationem, quoniam non de tota domo, sed de porticu dicta videntur, vt ex verbis præcedentibus conijci potest. Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorum viginti: porrò altitudo centum viginti cubitorum erat. Atque ita quidam sentiunt, altitudinem domus esse. 30. cubitorum, porticus verò altitudinem, centum &. 20.
4 † At falsa est omnino hæc sententia, verbaq; nõ ad solã porticũ, sed ad domum etiam referenda sunt: itaq; non pertinent ad præcedentem proximè sententiam, sed ab illis noua incipit, vt probat grauissimorum autorum consensus. Ita interpretantur Beda in libro de Templo Salomonis. cap. 6. &. 10. & in libro Quæstionum in libros Regũ. Q. 11. & Angelomus in hoc cap. & Rupertus lib. 3. comment. in lib. Reg. cap. 7. & idem Beda lib. 2. in Hesdram cap. 7. Ricardus in lib. de Templo, Petrus Comestor in historia tertij libri Regum. cap. 9. Lyran. Abulensis, Caietanus in hoc cap. Vatablus in. c. 3. 2. Paralip. † Deniq; Iosephus sacerdos, &
5 eruditus, & proprius gentis historicus palam hoc docet. 8. Antiq. ca. 2. Huius, inquit, ædificij altitudo fuit cubitorũ 60. & totidem longitudo, latitudo verò viginti. Super hoc autem erat aliud ædificium pari mensura, ita vt tota altitudo templi centum viginti cubitis constaret. Et lib. 15. cap. 14. inducit Herodem ita Iudeis loquentem: Templo huic, quòd postliminio reuersi à captiuitate Babylonica patres nostri instaurauerunt, desunt ad priscam altitudinem sexaginta cubita, tanto enim celsius erat vetus illud Salomonis ædificium, &c. † Templũ autem secũdum,
6 de quo ibi loquitur, cõstat habuisse sexaginta cubitos altitudinis ex Hesdræ. 6. prohibente, videlicet, Cyro altius templum ædificari, vt ibidem ait Iosephus, & ex cap. 6. Hesdræ intelligitur. Cum autem secundum multò minori magnificentia extructum fuisse constet, quam primum, non est dubium primum habuisse multò maiorem altitudinem. Confirmat hoc quod legimus Hesdras. 3: Plurimi etiã de Sacerdotibus, & Leuitis, & principes patrũ,
7 & Seniores, qui viderant templum prius: cum fundatum esset & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna, scilicet, quoniam ex fundamento cognoscebatur, non posse illud surgere in altitudinẽ prioris. † Postremo cum in capite illo describatur mensura longitudinis, & latitudinis domus, & nihil de altitudine dictum sit; non est dubiũ, quin id, quod mox subijcit: Porrò altitudo cẽtum viginti cubitorum erat, non solum ad porticum, sed etiam ad domum referri debeat. Multùm tamen inuari videtur sententia, quam nunc refutamus, sequẽtibus verbis: Et deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo; non enim subaudiri posse videtur, Domum, sed porticũ: quoniam continuò ait: Domum quoque
8 maiorẽ texit tabulis ligneis, &c. † Atque ita necessario videtur dicendum de porticu tantum sermonem fieri, cum dicitur: Porrò altitudo centum viginti cubitorum erat. Sed negamus subaudiendum esse Porticum, cum dicitur: Et deaurauit eam, imò subaudiendum est Domum, vt multi ex autoribus citatis intellexerunt, & vt manifestè docet translatio. 70. apud quos Porticus neutrius generis est, καὶ τὸ δίλαμ aut potius τὸ δ'λάμ, quod sæpe videre licet apud eosdem, Ezec. 40. & 41. & postea ait: καὶ κατεχρύσωσεν ἐυτὸν, scilicet, ἴλυον, idest, domũ. Itaq; vt rectè ait ibidẽ Caietanus, prius docet scripturã totã domũ vniuersim fuisse deauratam, deinde cum dicit: Domum quoq; maiorem, de partibus sigillatim loquitur, in quibus, quæ longior erat, vocabatur domus maior, vt statim dice-
9 mus. † Dicendum ergo est, si & citatos autores, & veritatem ipsam sequi volumus, in hoc nostro capite describi altitudinem domus vsque ad primam contignationem, in Paralipomenis verò vsque ad supremam: & ita omnia conciliantur. Iosephus autem non de prima contignatione locutus est, sed de media, quoniam ab ea incipiebat alterum ædificium, siue alterum templum altitudinis sexaginta cubitorum, & inferiorem cõtignationem omisit, quia pars erat templi primi, siue inferioris.

Abu-

Abulensis: Sciendum autem, inquit, quòd duæ domus istarum, scilicet, superiores, non habent expressa aliqua
10 ministeria, ad quæ essent, ideo scriptura de eis rarò mentionẽ facit. † Sed credendum est, quod ibi reponebantur thesauri templi, & vestes ministrorũ, & alia multa, quia erant ibi securissima, &c. Idem aiunt Lyranus, & alij; atque admodum probabile est, præsertim cum in templo seruatum sit tabernaculum Mosis, & illud fortasse quod fecit Dauid, & altare holocaustorum vetus, & plurima sacrificiorum instrumenta, & templi, ac Sacerdotum ornamenta. De his cõtignationibus intelligunt autores citati, & Iosephus quod postea dicitur: Et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertium. Quòd si verè exponitur, valide hinc omnia confirmantur quæ dicta sunt. Sed de his postea.

DE TRIBVS PARTIbus templi, & de altitudine Sancti Sanctorum.

CAP. VI.

Vers. 16. 2 *Ædificauitq́ue viginti cubitorũ.* Vt ordine procedam⁹, & semel de interiori fabrica dicam⁹, trãsimus, à versu. 3. huius capitis ad. 16.

Sancta Sanctorum. Tota hæc domus. lxx. cubitorũ in tres partes diuidebatur: extima omniũ versus Orientem, porticus dicitur, & vestibulum, Hebraicè אוּלָם. Post porticũ

Vlam. exterior domus pars Hebraicè dicitur:

Hechal. הֵיכָל Latinè templum, sicut superius ait: Et porticus erat ante templum. Dicitur etiam exterior domus. Intima omnium Hebraicè דְּבִיר id est Oraculum, à דָּבַר quod significat loqui, quia inde responsa diuina reddebantur, vt dicemus cũ loquemur de arca, Exo. 30. coram Propitiatorio, quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi: Et

Videt hæc eadem sim. קֹדֶשׁ הַקָּדָשִׁים id est Sanctitas Sanctitatũ, siue Sãctũ Sãctorũ, siue Sãcta Sanctorũ, aut etiã Sãcta per Antonomasiã.
2 † Psal. 133. In noctibus extollite manus vestras in Sancta, & benedicite Dominum, εἰς τὰ ἅγια, idest, in sancta, Hebraicè, In Sanctum, קֹדֶשׁ Ita & Paulus Apostolus Heb. 9. Introiuit semel in Sancta æterna redemptione inuenta. Sanctum verò Sanctorum dicitur, quo niam hæc est pars totius templi Sanctissima, in qua, scilicet, erat arca, & Propitiatorium, & Cherubim: quomodo dicitur Canticum canticorum, id est, eximium, & præstantissimum cantricũ. Et, Vanitas vanitatũ, id est, eximia, & maxima vanitas. Ita dictũ est Leu. 6. de simila oblata, qua solis Sacerdotibus vesci licebat: Sanctum Sãctorum erit, idest maximè Sanctum. Et postea: Omnis masculus de genere Sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia Sanctum Sanctorum est. Et cap. 7: In loco Sancto vescetur his carnibus, quia Sãctũ Sãctorũ est. In his locis, & in similibus, q̃ sæpe occurrunt, est similiter in Hebræo קֹדֶשׁ קָדָשִׁים apud lxx. ἅγια ἁγίων. Templum, siue hechal, aut exterior domus, longa erat cubitis. 40. Oraculum verò non nisi. 20. quoniam in exteriorem domum introibant Sacerdotes, in interiorem verò non nisi Summus Sacerdos, idq; semel singulis annis, nempe decimo die mensis
3 septimi in festo die Expiationum. † Hebr. 9. In priori quidem tabernaculo (idest in exteriorem tabernaculi partem) semper introibant Sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, in secũdo autẽ semel in anno Solus Pontifex. De altitudine Oraculi nõ eadem omniũ opinio est; sunt enim qui velint fuisse triginta cubitorum, vt Beda cap. 10. libri citati de Templo Salomonis, Comestor in Historia. 3. Regum. cap. 10, Lyranus, Ricardus: aiuntq; cum viginti cubitorum dicitur, id non ad totius Oraculi altitudinem pertinere, sed ad parietem diuidentem Oraculum à templo, qui viginti cubitos habebat, vt per aperturam illam intraret in Oraculum fumus altaris thymiamatis, quod erat ante Oraculum, & operiret
4 arcam existentem in ipso Oraculo. † Vatablus in hoc cap. affirmat Oraculum habuisse. 30. cubitos altitudinis, sed ideo dici. 20. quia illi viginti erant tecti auro, decem autem postremi tegebantur lapillis pretiosis, idque tradere doctissimos Hebræorum. At hoc commentum Hebræorum est, quod

nullo

Sancta Sanctorum.

Altitudo Sancti Sanctorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullo argumento probant, vt soleant multa. Probabilius videbatur quod ait Beda, sed nos id dicamus, quod bis in hoc cap. dicit sacra historia, altitudinẽ fuisse. 20. cubitorum, & ita prorsus fuisse quadratum Oraculum, quod etiam confirmat Ioseph. 8. Antiq. c. 2. & Abulẽsis, qui prius quidem dixit: Altitudinẽ habet. 20. cubitorum secũdũ Hebræos, vel secundum nos. 30. ideſt, secundum
5 Christianos Doctores. † Sed tunc tantum sentẽtiam aliorum retulit, suã verò confirmauit Q. 15. huius capit. nempe Oraculum fuisse quadratum, quoniam etiam in tabernaculo Mosis erat quadratum, ideſt longitudine, & latitudine, & altitudine decem cubitorum, vt ex Exo. 26. colligitur. Ita exponere videntur autores à me paulò antè nominati quod in hoc eodem capite legimus: *Ædificauitque viginti cubitorum, ad posteriorem partem templi tabulata cedrina à pauimento vsque ad superiora, & fecit interiorem domum Oraculi in Sanctum Sanctorum.* Tabulata hæc esse volunt parietem separantem Oraculum à templo, atque hunc tantumhabuisse. 20. cubitos. † Sed refellant hanc
6 interpretationẽ verba, quæ paulo post sequuntur: *Porrò Oraculum habebat. 20. cubitos longitudinis, &. 20. cubitos latitudinis, &. 20. cubitos altitudinis.* Refellunt eam, & verba Hebraica, nam vbi nos habem⁹ Tabulata, in Heb. est Latera, ita enim habent: Et ædificauit. 20. cubitos ad posteriorem partem domus in lateribus cedrinis, &c. Ita etiam vertit lxx. Latera autem cedrina vocat tabulas cedrinas, quibus nõ solum parietes Oraculi tegebantur, sed ipsum etiam pauimentum, quo præstabat exteriori domui, cuius pauimentum tegebatur tabulis abiegnis, vt exponunt rectè Vatablus, & Caietanus. Leo Iudas vertit: Ædificauit etiam. 20. cubitis à lateribus ædis asseribus cedrinis à pauimento ad parietes. † Atq; hinc intelligitur
7 quomodo Oraculum habet altitudinẽ 20. cubitorum, cum reliqua domus haberet. 30. nimirũ quod latera illa, siue tabulata, non surgebant nisi vsq; ad. 20 cubitos, & inde trabibus quibusdã continuabantur cum totius domus contignatione, quæ erat. 30. cubitorum. Vnde. lxx. transtulerunt: A pauimẽto vsq; ad trabes, quæ scilicet erãt in tecto Oraculi. Quare quod in nostra trãslatione habemus, *A pauimento vsque ad superiora*, intelligitur, vsq; ad superiores partes parietũ, quemadmodũ paulò antè vertit eadẽ vocabula: *A pauimento domus vsque ad summitatem parietum*, Hebraice: A pauimento vsq; ad parietes, id est tam pauimẽtũ, quã parietes toti ad
8 summũ vsq; erant obtecti tabulis cedrinis. † Quod autẽ ait: *Et fecit interiorẽ domum Oraculi in Sanctum Sanctorum*, idem est, ac si diceret: Et interiorẽ partẽ domus fecit, siue ædificauit (ita enim est in Heb.) vt esset Sanctum Sanctorum. Vt Genes. 2: Et ædificauit Dñs Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem, ideſt fecit vt esset mulier. Deinde quod ait: *Oraculum autem in medio domus in interiore parte fecerat*, pugnare secum videtur, quomodo enim in interiori parte domus esse potest, si est in medio domus? Sed cõsuetudo Hebræorũ est, vt dicat, In medio domus, pro intrà domũ, & similia. Vt Hab. 3: Domine, opus tuũ in medio annorũ viuifica illud, id est, intra annos, quos constitueras, & per prophetas promiseras. Psalm. 100:
9 Nõ habitabit in medio domus meæ qui facit superbiã. † At Ricardus argumẽtatur acutè cõtrà id, quod dictum est, vt probet tabulata cedrina. 20. cubitorũ esse parietẽ distinguẽtẽ oraculũ à templo, atq; illud tãtùm fuisse. 20. cubitorũ, vt per aperturã illã. 10. cubitorũ summus ingrederetur ad arcã. Argumẽtũ est ex. 2. Paral. 3. vbi velũ factũ dicitur ante Oraculũ, nec dubiũ est quin velũ hoc sit, quod in passione scissũ est à summo vsq; ad deorsum. Cõsentiũt autẽ oẽs Doctores scissũ esse hoc velũ, vt paterent ea, quæ erãt intra Sãcta Sãctorũ. Si hoc velum pẽdebat ante parietẽ, nihil eius scissio profuisset, quãdoquidẽ integer paries manebat: necesse est ergo dicere pepẽdisse ante illos decẽ cubitos, q sine parietẽ remãserãt à tabulato. 20. cubitorũ vsq; ad primã contignationẽ triginta. Præt.
10 † Vectes, q semper arcæ circulis inserti erãt, apparebãt extra Oraculũ. 2. Paral. 5: Vectiũ autẽ, quibus portabatur arca, quia paululũ lõgiores erãt, capita parebãt ante Oraculũ, si verò qs paululũm fuissẽt extrinsecus, eos videre nõ poterat. Ergo vectes ex vna parte supermitatem

mitatẽ parietis. 20. cubitorum iacebant, ita vt eorum capita extrinsecus apparerent: & quia velo illo tegente spatium decem cubitorum sine pariete, operiebantur, videbantur ab ijs, qui prope erat, si quis verò paululùm fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. †Horum argumentorum solutio
11 melius ex ijs, quæ paulò post dicentur, cognoscetur; nunc hoc satis erit, fores Oraculi fuisse magnas, semperque patuisse; ita capita vectium arcæ prominentia, & velo tecta apparebant: ita etiam velo scisso à summo vsque deorsum patuerunt Sancta sanctorum. Quamuis, & aliter ea verba de apparitione vectium possint intelligi iuxta Caietanum, de quo suo loco dicemus.

CVR DOMVS MAIOR fuerit, quam tabernaculum Mosis.

CAP. VII.

1 MIrò hic quæret quis cur domus maior constructa fuerit, quam tabernaculum, quod, vt colligitur ex mensuris capit. 26. Exodi, longum erat. 30. cubitos, latum. 10. & altum totidem. Quamuis Iosephus. 3. Antiq. cap. 5. latitudinem dixit fuisse. 12. cubitorum, & totidem altitudinem; sed id extrinsecus intelligendum est, vt ipse exponit. Hanc quæstionem optimè dissoluit Abulensis. Q. 11. huius capit. Negat causam fuisse multitudinem hominum maiorem tempore Salomonis, quam Mosis, quoniam in Sancta Sanctorum solus pontifex introibat, in templum verò, quod erat ante Sancta Sanctorum, non introibant omnes sacerdotes, sicut modò introeunt in templa nostra, ita enim oporteret esse manus, vt plures caperet sacerdotes, sed vnus
2 tãtum introibat manè; † & vespere ad incendendas lucernas, & ad adolendum incensum, vt intelligitur ex Exo. 30. Atque ita Luc. 1: Zacharias introiit ad ponendum incensum solus, & populus eum foris expectabat; certè non introibant multi simul. Quare quod Paulus scribit Hebr. 9: In priori quidem tabernaculo semper introibãt sacerdotes sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem semel in anno solus pontifex: non de templo dicitur, sed de tabernaculo, & primum tabernaculũ, id est, exterius, videtur latè sumi; vt comprehendat etiã locum extra illud, in quo erat altare holocaus-
3 storum. † Causæ igitur sunt duæ, prior est pulchritudo, & magnificentia templi, quam decet amplior magnitudo, dixerat enim Dauid. 1. Paral. 22: Domus autem, quam ædificare volo Domino, talis esse debet, vt in cunctis regionibus nominetur. Huius rei causã Salomon quædam maiora fecit quam Moses, & Herodes templum reædificans etiam maius illud fecit, quam fecerat Salomon, vt suo loco dicemus ex Iosepho. Posterior causa est munitio templi, quod munitissimum esse oportuit, vt in eo sacra sine metu fierent, & diuitiæ templi diutius seruarentur. † Et quidem tabernaculum,
4 quia portabatur, & mouebatur cum exercitu, neque ita magnum esse potuit, aut debuit, neque ita munitum: templum autem semper in eodem loco mansurum erat. Seruata est tamen in templo proportio tabernaculi, quoad eius fieri potuit: nam vt in tabernaculo longitudo. 30. cubitorum tripla est ad latitudinem decem: ita in domo lõgitudo. 60. ad latitudinem. 20: & sicut longitudo domus dupla est ad longitudinem tabernaculi, ita & latitudo ad latitudinem. In altitudine autem nõ potuit seruari proportio, quoniam altitudo tabernaculi erat altitudo vnius tabulæ, quæ non poterat esse decem cubitis longior, aut si esset, non poterat tabernaculum portari, ideoque fuit altitudo. 10. cubitorum, templum autem instar turris ædificari oportebat.

DE FORIBVS SANCTI sanctorum, siue Oraculi.

CAP. VIII.

1 DOmus. 60 cubitorũ, in qua adhuc versamur, diuersa erat à pariete, qui relinquebat versus Occidentẽ. 20. cubitos, & versus Orientem. 40: sic fiebant duæ domus, vt dictum est, altera. 20. cubitorum, id est, Sanctum Sanctorum: altera. 40. id est, templum, aut domus exterior.

In hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

In hoc pariete erat ianua, qua introiba
tur in Oraculum, de qua dicitur: *Et in*
Exod. 31. *ingressu Oraculi fecit duo ostiola de lignis*
oliuarum, postesq; angulorum quinque. Id
est in ipsa ianua, per quam ingrediebā-
tur ad Oraculum, fecit duas fores olea-
ginas, quas vocat interpres Ostiola, arq;
ita vocari putant Lyranus & Abulen-
sis, quoniam parua erant cum eis colla
ta, quæ erant in ianua extima totius
2 templi. † At noster interpres non dimi
nutionis causa ostiola posuit, sed per
inde ac si diceret, Ostia: nam Hebraicè
dicuntur דַּלְתוֹת & lxx. θύραι, & ipse cō
tinuò ait: Et duo ostia de lignis oliua-
rū. Fortasse Ostiola dixit, vt more Græ
corū, ipsorū elegantiā, decoremq; ostē
deret, solent enim parua gratiora ocu-
lis esse, & pulchriora. Porrò in Heb. nō
est, Duo, in primo loco, sed absolutè. In
gressu Oraculi fecit ostia, ita etiā est
in Græco, & in Heb. & in emēdatiori
bus codicibus Latinis, & ita inueni in
manu scripto codice antiquo. Ita legit
Beda. c. 15. Quod vel ex eo intelligitur,
quod ilarius repetit: Et duo ostia de
lignis oliuarum: ac si diceret: Ostia quę
3 sine numero posuit, duo erant. † Sed
non parum habere dubitationis vide-
tur, è qua materia facta sint hæc ostia;
quamuis enim interpres vertat: De
lignis oliuarum, tamen quod in Heb.
est, עֲצֵי שֶׁמֶן, Idest de ligneis olei, recē-
tiores fecuri R. Dauidem vertunt, De
ligneis pineis. Iosephus autē. 8. Antiq.
cap. 2, De lignis cedrinis: lxx. ἐξύλων
ἀχράντων, id est, ex lignis iumperi, quæ
nullam cariem sentiunt, & perpetuita
ti ædificiorum aptissima sunt. Immo
idem continuo vbi habemus: Et duo
ostia de lignis oliuarum, verterunt:
ἐξύλων πευκίνων Id est, ex ligneis pi-
neis, aut piceæ arboris, ex qua pix edu-
citur. Nec mirum est variare alios inter
pretes, cum ipse noster interpres va-
riet, & Nehem. 8. verterit: † Et fron
des ligni pulcherrimi, Heb. עֵץ שֶׁמֶן
4 Id est ligni olei. † Egredimini (inquit)
in montē, & afferte frondes oliuæ, &
frondes ligni pulcherrimi: Lignum au-
tem pulcherrimū Hiero. in illud Zach.
14. Et omnes, qui reliqui fuerint, affir-
mat Iudæis intelligi cedrum. Quod
quidem rectè conuenit cum Iosepho,
qui fores cedrinas esse voluit, nisi quod

Lignum pulcherrimum.

in montibus Iudææ non inueniuntur
Cedri. Quare. lxx. ibi verterūt. Et fron
des lignorum Cupressinorum. Dica-
mus ergo, עֵץ שֶׁמֶן Non vnius arboris *Lignum olei.*
nomen esse, sed multarum, vt varietas
interpretationum indicat, significat
enim lignū olei, siue pinguedinis. At-
que ideo illis arboribus conuenit, ex
quibus oleum, aut pinguedo educitur,
cuiusmodi sunt Oliua, pinus, larix, pi-
cea, cupressus, cedrus, iuniperus. † Sed
5 quoniam oleum oliuæ propriè, & sim
pliciter dicitur oleum, atque hoc ma-
ximè significatur nomine Hebraico,
שֶׁמֶן vbicunque per se ponitur lignum
olei, si nihil sequatur, aut præcedat,
quod aliter interpretari cogat, meritò
oliuam interpretabimur, vt fecit hic
Hiero. & Isa. 41. Dabo in solitudine ce
drum, & spinā, & myrtum, & lignum
olivæ. Proprereà Chaldæus similiter
affirmat fores Sancti Sanctorum fuisse
ex oliua, & semper ita vertit. At Neh. 8.
quoniam iam dictum erat: Afferte frō-
des oliuæ, rectè Hieronymus de alia ar
bore interpretatus est. Cur autem è li-
gnis oliuæ factæ sint, intelligere possu-
mus ex verbis Vitruuij libr. 1. cap. 5. qui
de huiusmodi lignis ait: Namque ei
materiæ nec tempestas, nec caries, nec
6 vetustas potest nocere. † Sed ea & in
terra obruta, & in aqua collocata per-
manet sine vitijs vtilis sempiterno.
Sequitur cōtinuò: *Postesque angulorum*
quinque. Id est (vt exponunt Lyranus,
& Abulensis,) superficies postium,
qui erant ad latera tanuæ, secundum
longitudinem suam habebat quinque
angulos, de quo nihil scripsit Iosephus.
Quinque anguli fortasse præter deco-
rem nullā habent causam, sicuti neque
quatuor in postibus ostij templi exterio-
ris, sed mysterij causa, quod significant
positi sunt, de quo suo loco dicemus.
Multa enim solet exprimere sacra hi- *Regula.*
storia, quæ non tam Historiæ, quam Al
legoriæ deseruiunt. † Quale est cul-
7 tros fecundæ circuncisionis filiorum
Israel fuisse lapideos. Ios. 5. buccei-
nas, quibus euertēda erat Iericho, fuisse
sacerdotales, templum fuisse. 60. cubitos
longum, latum. 20. fores Oracu-
li fuisse de lignis oliuæ, de quibus omni
bus postea agemus. Ceterum vbi nos
habemus: *Postesq; angulorum quinque*: re-

recentiores omnes vertunt, Superli-
minare, & postes angulorū quinque,
quoniam præter id quod sonat, Po-
stes angulorum quinque, in Heb. est,
הָאַיִל, qua voce postem, siue super-
liminare significari dicunt. Immo &
Chaldæus ita vertit, Et portæ domus
Oraculi fecit valuas e lignis Oleæ, su-
perliminaribus eius, & postibus inte-
8 se ordinatis. † Verum nihil nostrę trās-
lationi addendum est, ita enim &. lxx.
transtulerunt, καὶ φλιὰς τετραγώνους, id
est, Et postes quinquplices, id est q. in-
que angulorum. Quod vt intelligatur,
sciendum est, אַיִל, planitiem inter-
dum significare, vt Genes. 14. Vsque
ad campestria Pharam, idest, Vsque ad
planitiem. Interdū verò significat fron
tem, siue partem rei anteriorem, vt sæ-
pe Ezec. 40. &. 41. vbi Hieronymus,
idest initio fere cap. 41. exponēs illud:
Mensus est in fronte portæ duos cubi-
tos, dicit Symmachū vertisse, κατὰ τὴν
θύραν, id est, Circa portam, Theodotio
nem ipsum vocabulum, אַיִל, reliquis-
se, Aquilam vertisse ostium, se autem
9 frontem. † Ita igitur interpretari possu
mus Hebraica: Et planities, postū quin
que angulorum, חֲאֵיל מְזוּזוֹת חֲמִשִּׁית
vel: Et frons, idest, extima superficies
postium angulorum quinque, quod
idem est cum nostra translatione, nisi
quod scribendum est, חָאַיִל, vt semper
apud Ezec. scribitur, & vt ratio ipsa do-
cet. Addit etiam scriptura: *Et sculpsit in*
eis picturam Cherubim, & palmarum spe-
cies, & anaglypha valde prominentia, & te-
xit ea auro, &c. De Cherubim dice-
mus cum agemus de ijs, quæ erant in
templo. Postea etiam explicabimus,
quid palmę significarent, & sculpturę.
Anaglypha 1 † Anaglypha vocat nunc sculpturam
eminentem, & signis asperam, quam
sculptores vulgò releuatam vocāt. Ita
Paulo post vertit: Et cælaturas valde
eminentes, varias videlicet imagines
rerum non planas, sed eminentes. In
Hebræo est vtrobique, מְגֻלָּפִים וּפְטוּרֵי צָצִים
& vtroque loco. lxx. similiter transtu
lerunt: καὶ διαπεπετασμένα ἀνάγλυφα Id est,
& extensas laminas. Recentiores
vertunt: Et apertiones florum, vt
significent cælatos simul fuisse flores
cum aperiuntur, & explicantur: quod
etiam potest rectè verti, quoniam צִיץ,
& florem significat, & laminam, &
פְּטוּרִים apertiones, siue emissiones, ac
si diceret: Emissiones laminarum, idest
sculpturas exurgentes ex ipsis laminis.

DE VELO SANCTI Sanctorum.

CAPVT. IX.

Velum Sā ctī Sāctorū.

1 ANte hūc parietem, & ante hoc ostium velum pen-
debat, de quo. 2. Parali. 3. Fecit quoque velum ex
hyacintho, purpura, cocco, & byssō, & intexuit ei Cherubim.
Et Iosephus. 8. Antiq. c. 2: Et in pariete
adytum à reliquo corpore sēparantefo
res apposuit cedrinas, has quoque cæ-
latas, & inauratas, eas prætexit velis pi-
cturatissimis, hyacintho, purpura, coc-
co, byssoque splendidissima, ac mollis-
sima distinctis, &c. Horum quatuor sæ
pe meminit scriptura cum de ornatu
templi, & summi sacerdotis agit. Hya-
cinthum vocat lanam coloris hyacin- *Hyacinthꝰ*
thini, qui violaceo, atque cœlesti simi-
lis est, quam lanam pretiosam fuisse
apud veteres docet illud Odyss. 4. vbi
Helenæ colum famula affert violaceā
lanam habentem-- Αὐτὰρ ἐπὶ σφυρὸν
ἠκε φερέσπολος εἰδυῖα ἔριθος ἠϋκόμοιο. Τηλεμάχου
Hoc est: At super ipsum-
Colus extēsa est violaceā lanā habens.
† Purpuram vocat lanam rubei colo- *Purpura.*
2 ris subobscuri, quam olim veteres
summo in pretio habebant, & regi-
bus tribuebant, tingebantq; illā suc-
co piscis ex conchyliorū genere, qui
purpura dicitur, de quo Plin. libr. 9. ca.
36. Ibidem de colore purpuræ ait: Ni-
grantis rosæ colore sublucēs. Coccus *Coccus bis tinctus.*
bis tinctus dicitur nūc lana, quæ tinge
batur sanguine vermiculi ad modū ru-
bri, qui nascitur in coccis, idest, in gra-
nis arbusculæ, quā Cusculiū dicūt, vt
docet Plin. lib. 16. c. 8. Vnde nobis Cos
coja dicta est, & granū ipsum vocatur
grana. De quo vermiculo legimus Isai.
1: Et si fuerint rubra, quasi vermiculus,
velut lana alba erūt. Heb. תּוֹלַע, id est,
vermis. Vt autē lana plenius hoc colo-
re pretiosissimo imbueretur, bis tingi
solebat, semel antequā in fila deducere
tur, & iterum postquam deducta erat,
& dicebatur tunc תּוֹלַע שָׁנִי, id est,

vermis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Byssus. vermis secundus. Byssus vocabulum apud Græcos, & Latinos ab Hebræis mutuatum, בוץ, tenuissimi, & candidissimi lini genus est, quod veteribus erat in delicijs Luc.16: Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso. Et de coccinis vestibus. 2. Reg. 1. Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs. Huius veli magnitudinem scriptura non docuit, sed intelligendum est eiusdem fuisse magnitudinis cum pariete ipso, quem tegebat, quoniam eadem magnitudine fuit velum, quod erat in tabernaculo, vt planè intelligitur ex Exo.26. & apertè confirmat Ioseph.3. Antiq.c.5.

DE FORIBVS DOMVS exterioris, id est, secundæ partis, quæ erat ante vestibulum: & de ipso vestibulo, seu porticu.

CAP. X.

Vers.33. 1 DE domo exteriori deinde loquitur scriptura: *Fecit & in introitu templi postes de lignis olivarum quadrangulatos.* De

Vers.34 quo iam diximus: *Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus.* Ostia, vt & superius, pro foribus ponit. De his foribus hoc tantum scripsit Iosephus.8. Antiq.c.2. Ianuæ demum fores altitudini parietis proportione conuenientes addidit, latas cubitos viginti, & auro illitas. Sed mendosus omnino videtur numerus, quoniam tota latitudo parietis non erat nisi viginti cubitorum. Figuram foriū ita describit Beda cap. 15: Necesse erat parietem istum templi, quum esset extimus domus, & altus esset cubitos. 20. conuenientem crassitudinem habere. Decem videlicet cubitorum, vt ait Comestor. † In huius crassitudinis extrema parte ostia affixa erant altera contra altera, ita vt vtrumq; ostium vnius lateris tegeret totam crassitudinem aperturæ, duoque ostia vnius lateris inter se conectebantur ansulis quibusdā, ita vt cum aperiebantur, alterū alterū deferret. Quo fiebat, vt si fores essent clausæ, videretur omnino vnus paries continuus, tam intrinsecus, quàm extrinsecus, cum eisdem cælaturas habe-

2

3

rent cum pariete, apertæ verò totam crassitiem parietis lateris sui bina ostia tegerent, & eadē pulchritudo cernere tur in crassitudine parietis, quæ in ipso pariete extrinsecus atque intrinsecus videbatur. Sed si parietis crassitudo de cē cubitorū fuit, vt ratio exigit, oportebat duo ostia vnius lateris esse decē cubitorū, ideſt singula quinq;. † Itaintelle xit Comestor in Historia 3. lib. Reg. c. 10. & Abulensis. Et hoc est, qđ dicitur: *Et vtrumq; ostium duplex erat, & se inuicem tenens aperiebatur.* Poterant enim complicari hæc ostia, & tunc alterum non deferebat alterum, sed cum aperiebantur, alterum alterum ferebat propter ansulas, quibus fuerunt copulata, quæ ansulæ in medio ostiorum manebant cum aperiebantur. Necesse autem fuit ansulas apponi, quoniam si simplex esset ostium decem cubitorum, magni ponderis esset, & multo labore claderetur, atque aperiretur. Hoc & mihi magis probatur. Sed obstare videntur Hebræa, quæ ita habent ad verbum: Et duo ostia de lignis abiegnis; duo latera ostij vnius rotunda, & duo latera ostij alterius rotunda, sicut verterunt Pagnus, & Leo Hebræus. † Quare si latera duo in vtroque ostio erant rotunda, binæ fores fuisse videntur in vtroque ostio rotundæ versus postes, positæque more libri complicati erecti. Sed respō dendum est, dici rotunda, id est, volubilia, quæ voluebātur. Et ideo Hieronymus dixit, pro גלולים. Et se inuicē tenens aperiebatur. lxx: Duæ plicaturæ ostium vnum, & cardines, siue vertebræ ipsorum, & duæ plicaturæ ostium secundum, quæ conuoluuntur. Itaque in medio duarum forium erant vertebræ ferreæ, siue aureæ, quibus conuoluebantur fores ipsæ, & se inuicem tenebant. Hæc omnia videntur confirmari verbis Ezech.41: Et duo ostia erāt in templo, & in Sanctuario, & in duobus ostijs ex vtraque parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur. † Nonnulli, vt Ricardus, eodem modo existimant disposita fuisse ostia Oraculi, id est, fuisse quadruplicia. Verum id neque ex verbis scripturæ colligitur, neque idoneo vllo argumento cōprobatur; immò id apertè negat Beda capit. 15. Ante hanc ianuam, & an

4

5

te

te hunc parietem velum alterum appensum erat simile illi, quod erat in Oraculo. Iosē. 8. Antiquit. capit. 2: Oppansum est præterea aulæum & huic ianuæ, simile illi, quod interior ianua habuit, &c. Porticus verò nec fores habebat, nec velum, sicut Iosephus indicat in eodem loco. Cùm enim dixisset ianuæ domus exterioris fores esse additas, & aulæum oppansum, subijcit: Cererùm porticus nihil tale habebat. Tota ergo patebat anterius, & sine vlla contignatione surgebat in altitudinem. 120. cubitorum, latera tantum parietes claudebant, erat enim vestibulum, & additum videtur ad domus maiestatem, & venerationem augendam, & ad alia, quæ in eo collocabantur, vt lib. 2. dicemus.

Porticus.

3

DE INTERIORI ORnatu domus, id est, qualis esset hæc domus intrinsecus.

CAP. XI.

Vers.15 1 DE ornatu domus interiori hæc dicta sunt: *Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis*, (id est, lateribus, vel costis cedrinis.) *A pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & vsque ad laquearia.* Id est ipsa etiam laquearia, siue tecta laqueata, cedrina erant, & hoc est quod ait: *Et operuit lignis, cedrinis intrinsecus*, (scilicet laquearia.) *Et texit pauimentum domus tabulis abiegnis*, quod de domo exteriori intelligendum est, nam pauimentum Oraculi tabulis cedrinis tegebatur, vt supra dictum est.

Vers.18 Et postea: *Omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.* 2 † Tabulæ autem omnes, exceptis ijs, quæ erant in pauimento, habebant *tornaturas*, id est, torno erant expolitæ, *& iuncturas fabrefactas*, id est, ita altera cum altera copulabatur, vt firma esset iunctura, & latens, vt non duæ tabulæ viderentur, sed vna. *Et cælaturas eminentes*, id est palmas, & Cherubim, & flores sculpta in ipsis tabulis, ita vt eminerent. His tabulis omnibus tam parietum, quam pauimentorum vtriusque domus laminæ aureæ infixæ erant clauis aureis, ita vt singuli claui sicli os quinquagenos appenderent, vt legimus. 2. Paralipo. 3. † Sed tanta artis subtilitate, vt *quadræ essent ad regulam*, id est, æqualiter vndique quadræ, vt sine vllo hiatu copularentur, & sculptæ etiam essent, ita vt sculpturæ auri eædem essent cum cælaturis tabularum, id est, eædem figuræ apparerent in auro, quæ sculptæ prius fuerant in tabulis. At pauimenti tabulæ, & laminæ nullam sculpturam habebant, quoniam planum esse debuit pauimentum. De ornatu porticus nihil hic dicitur, nec in Paralipomenis, quare non constat, an parietes eius similiter essent cedro, & laminis aureis contecti, immò negare hoc videtur Iosephus. Verùm non est dubium talem fuisse porticum, vt magnificentiæ reliquæ domus responderet.

DE ORNATV DOMVS exteriori, id est, qualis esset hæc domus extrinsecus.

CAP. XII.

1 DE exteriori ornatu, & pulchritudine domus legimus 3. Reg. 5: *Præcepitq; rex, vt tollerent lapides grandes pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos.* Et Iosephus. 8. Antiq. capit. 2: Iecit igitur rex in altissimam terræ profunditatem fundamenta templi è saxis validissimis, quæ contra omnem temporum iniuriam resistere possent, ita vt cum cōtigua terra coalita solùm, ac firmamentum imponendis substructionibus præberēt: & propter inconcussam soliditatem facilè molem ædificij cum paratu ornamentorum sumptuosissimo perferrent, non minorem admirationem habitura, quā quæ supernè ad amplitudinem, pulchritudinem, & magnificentiam operis per artifices elaborata sunt. Extruxerūtq; illud vsq;

2 ad lacunar ex albo lapide, &c. † De summitate domus hæc ait Scriptura: *Texit quoq; domū laquearibus cedrinis*: tectū videlicet supremū, vt rectè ait Ricardus. *Et ædificauit tabulatum super omnem domū quinq; cubitis altitudinis, & operuit domū lignis cedrinis.* Beda cap. 9: Turriculas significat, (id est latera, siue partes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes in modum propugnaculorum, aut minarum factos) quæ in supremo domus tecto per circuitum erant factæ, ne quis ad altiora perueniens repentè laberetur ad ima. Quod in omni domo, quam quisque ædificaret, Moyses fieri præcepit: Cum ædificaueris, inquiens, domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente, Deuter. 22.
3 Idem ait in libr. quæst. in libros Regū, q. 13. †Hoc est pinnaculum templi, de quo Matth. 4. Erat enim tectum templi, qualia erant tecta domorum in Palæstina, & in Iudæa, & in AEgypto, id est planum, atq; aptum ad sedendum, & deambulandum, iuxta quod dictum
Locus Prou. 21. est Matth. 10: Et quod in aure auditis, prædicate super tecta, & Prou. 21: Melius est sedere in angulo domatis (id est, tecti expositi iniurijs cœli) quam cum muliere litigiosa, & in domo cómuni. Quod autem secundò dicit: *Et*
Vers. 6. *operuit domum lignis cedrinis*, propter supernam faciem supremi tecti dictum videtur, quæ etiam cedrina fuit. Ita exponit Beda in citata quæstione. † De la-
4 pidibus totius domus, & de toto ædificio ait:
Vers. 7. *Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis, atq; perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur.* Quod recentiores Hebræi, genus hominum fabularum appetentissimum, ideo fictum tradunt, quòd Salomon haberet sanguinem cuiusdā vermiculi, qui vocatur Thamir, quo aspersa marmora facilè secabantur. Verum inane est eorum commentum, & ridiculum: legimus enim 3. Regum. 5. lapides templi dolatos fuisse prius à cæmentarijs, non ergo id sanguine vermiculi, sed ferramentis factum est. Quomodo hoc factum sit Scriptura ipsa docet, vt benè adnotat Abulensis, q. 12. huius capitis, & communis sen-
5 tentia. † Videlicet lapides dolabantur, & præparabantur in monte ipso, vnde excidebantur, & ita perfecti, aparati ducebantur in templum, vt nullo ferramento opus esset, vt aptè inter se cohærerent, quia præpositi latomorum omnes parietum, & lapidum, & angulorum mensuras tenebant. Atque idem de lignis dicendum est, ita enim legimus: Præcepitque rex, vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos. Quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram. Porrò Giblij, præparauerunt ligna, &
6 lapides ad ædificandam domum. † Est *Giblij.* autem Giblos, aut Gibil, vrbs Phœnices huiusmodi peritis artificibus abundans. Idem scribit Iosephus, 8. Antiq. cap. 2. Et postea: Tota vero structura ex lapidibus politissimis constabat ita ad vnguem inter se quadrantibus, & commissuris oculos fallentibus, vt in tuentibus nullum vsquam mallei, aut cuiuslibet fabrilis instrumenti vestigium appareret, sed connata potius omnia, quam arte congesta viderentur, &c. Hoc, vt Caietanus adnotauit, verba Hebraica docent, legitur enim in Hebr. Et domus cum ædificaretur, ex lapide, מְסֻעֵ id est, profectionis, ædi
7 ficata est. † Vbi nos habemus: De lapidibus dolatis, in Hebr. est: De lapide, שְׁלֵמָה. Dicitur autem lapis, שְׁלֵמָה id est, integer, & nulla ex parte diminutus, vt aptè, scilicet copularentur inter se. lxx. ὁλόκληρος, id est, integer. Sed conuenit etiam vtrumque nomen in ea, quæ absoluta, & completa sunt, ideo vertit: Dolatis. מְסֻעֵ verò profectionē significat, à נָסַע id est, profectus est, & dicuntur lapides profectionis, qui profecti è monte fuerant, & adducti, lxx. ἀκροτόμους. id est dolatis, atque excisis vndiq; Chaldæus: מְסֻתָּם, id est, ordinationis, id est, iam præparatis, vel aptis vt inter se ordinarentur. Propterea Hieronymus vertit: Perfectis.
8 † Ex quibus discimus nomen vtrumq; significare & lapides prius dolatos fuisse, & deinde in templum portatos. Iam ex his possunt intelligi hæc verba: *Et malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur*: tantùm enim loquitur de ferramentis, quæ ad dolandum lapides, & ligna adhibebantur, quoniam dolata hæc afferebantur: non de ferramentis, quibus alia efficiebantur, vt notauerunt Abulensis, & alij. Hoc ipsa Scriptura docuit, cum enim prius diceret: Domus autem de

de lapidibus dolatis, arque perfectis ædificata est, id pro commentario
9 esse voluit verborum sequentium: † Et malleus, & securis, &c. Etenim cum in hoc ipso capite legamus: Et affixit laminas clauis aureis, quî id fieri potuit sine ferramentis, & sonitu? At dices, Scriptura negat auditum esse malleum, sine malleo ergo fixi claui sunt. Respondeo Scripturam hic loqui de malleo, quo petræ scinduntur, vt dolentur, de quo etiam ait Ierem. 23: Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram?

DE FENESTRIS domus.

CAP. XIII.

1 VErùm antequam ab interiori fabrica ad exteriorem transeamus, superest vt dicamus de fenestris, quæ partim ad hanc, partim ad
Vers. 4. illam pertinent. De his legimus vers. 4: *Fecitque in templo fenestras obliquas.* Vbi hoc primùm adnotandum est, templum hic non accipi pro exteriori domo, sicut aliàs in hoc capite accipimus, sed pro tota domo tam interiori, quam exteriori, neque enim est in Hebræ. הֵיכָל, sed לַבַּיִת, id est, domui. Has fenestras nonnulli Hebræi, & quidam, qui eos sequuntur, vt Isidorus Clarius in hoc capite, & alij putant fuisse introrsum angustiores, extrór-
2 sum verò latiores. † At nostrorum doctorum communis sententia est extrorsum fuisse angustiores, introrsum latiores. Ita Beda de templo capit. 7. Angelomus, Ricardus, Comestor capit. 9. Lyranus, Abulensis, Caietanus, Vatablus; immò, & nonnulli Hebræi, vt postea dicemus. Verùm Angelomus, & Abulensis affirmant non dici obliquas eo quòd re vera essent obliquæ, sicut exiguæ fenestræ, quæ fiunt in quibusdam arcibus, sed quòd cum essent introrsum latiores, lineæ laterum illarum non erant parallelæ, sed à se inuicem semper elongabantur, sicut latera trianguli, ita enim exponit Abulensis, & addit. Istud autem fit ad hoc vt lux multa intret per illas, quod non fieret si essent fenestræ æquales
3 intus, & extra. † Causa huius est, quod radij solis vementes ab extra intersecant se in superficie fenestræ, vbi est locus strictior, & deinde dilatantur, & intrat lux in domum per modum pyramidis euersæ. De quo patet libr. 1. Perspectiuæ cōmunis, propositione. 6. & sic fiūt fenestræ communiter in Ecclesijs, & alijs domibus. Hæc Abulensis. Pro Obliquas in Hebr. est, שְׁקֻפִים אֲטֻמִים, pro quibus Chaldæus vertit: Apertas intrinsecus, & clausas forinsecus, quemadmodum doctores nostri affirmant. Eodem modo interpretatur Pagninus in V. שְׁקֻפִים & in V. אֲטֻמִים, & citat in eamdem sententiam R. Dauid, quamuis contrario modo fuerat prius in translatione sua interpretatus, שְׁקֻפִים propriè apertas significat, id est, quæ luci, & visui patent, à שָׁקַף id est aspexit, aut prospe-
4 xit. † אֲטֻמִים verò significat clausas, ab אָטַם, id est, clausit, aut obturauit, quia scilicet intrinsecus erant apertæ, extrinsecus verò clausæ, non ita vt nihil videri posset, non enim essent fenestræ, sed quòd erant, & angustiores, & cancellis quibusdam clausæ. Hoc magis explicat trāslatio. lxx: καὶ ἐποίησεν τῷ οἴκῳ θυρίδας ἐκλελυσμένας κρυπτάς. id est, fenestras cancellatas occultas. Posterior dictio, אֲטֻמִים, pro qua verterunt. lxx: κρυπτάς inuenitur Ezec. 40. vbi habemus: Et fenestras obliquas in thalamis, αἱ θυρίδες κρυπταί. Chaldæus: Et fenestræ obturatæ. Et cap. 41: Limina, & fenestras obliquas, vbi vertunt, lxx. θυρίδες διατετμημέναι, id est, fenestræ reti
5 culatæ, siue cancellatæ. † Chaldæus similiter obturatæ. Quæ omnia apertius exposuit Hieronymus: nam in cap. 40. Ezec. ita scribit: Fenestras absconditas, quæ Hebraicè appellantur אֲטֻמוֹת, Symmachus τοξικὰς trāstulit. Et postea: In quibus fenestræ erant obliquæ, quas lxx. absconditas, Symmachus τοξικὰς vocat. Quæ fenestræ obliquæ, siue τοξικαί, idcircò à sagittis vocabulum perceperunt, quòd instar sagittarum angustum in ædes lumen immittant, & intrinsecus dilatentur, omniaq; per circuitum plena erant huiusmodi fenestris, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego etiam à sagittis nomen accepisse puto, quod ita factæ sint angustæ extrinsecus, & intrinsecus latiores, vt per eas clam sagittæ mittantur, nec possit, qui mittit ab hostibus lædi. Cuius rei causa Hispanicè Saeteras dicun
6 tur, & in arcibus fiunt. † Idem Ezechiel. 41: Fenestræ quoque erant factæ in modum retis, instar cancellorum, vt non speculari lapide, nec vitro, sed lignis interrasilibus, & vermiculatis clauderentur (pro quibus in Hebraico obliquas fenestras habet) quæ in tribus tantum erant partibus templi, ad dexteram videlicet, & ad sinistram, & post tergum, id est, ad Meridiem, & ad Aquilonem, & ad Occidentem. Orientalis autem pars non habebat fenestras, quia ipse introitus clarum immittebat lumen intrinsecus, & cuncta interiora templi ianuarum lumine complebantur, ita vt per singulas fenestras, & cancellorum foramina intro quis posset aspi-
7 cere. Hæc Hieronymus. † Ex quibus, quamuis de templo Ezechielis dicta sint, satis probabiliter intelligimus ita fuisse fenestras dispositas in templo Salomonis. Videmus etiam fenestras חלנות ab Hebræis iuxta Hieronymum vocari, quæ obliquæ sunt, eumque pro duobus Hebraicis vocabulis, quæ significant apertas, & clausas, vnum posuisse, id est, obliquas, vt
3 obliquitatem in eo intelligamus, quòd cum sint extra angustæ, intus verò latæ, lumen non rectum ingreditur, ac si æquales essent vndique fenestræ, sed obliquum, propter declivitatem ipsarum, vt explicuerunt Beda, & Angelomus, & Abulensis locis citatis. Quot autem fuerint, aut vbi, scriptura non docet: sed multas fuisse conuenit, quoniam magnæ non erant. Deinde probabile est fuisse non solum in parietibus primæ contignationis, id est, vsque ad primos triginta cubitos, sed etiam cum ceteris omnibus, alioqui cœnacula illa superiora obscura essent, & nullius vsus.

DE EXTERIORI FAbrica templi, & primùm de tabulatis, quæ erant circa domum.

CAP. XIIII.

1 EDIFICAVIT *autem super parietem templi tabulata per gyrum in parietibus domus per circuitum templi, & Oracula, & fecit latera in circuitu.* Quamuis in circuitu latera facta esse dicat, non de pariete Orientali intelligendum est, in quo erat porta magna, sed de ceteris, hunc enim sine impedimento cellarum esse oportebat. Et quidem de hoc inter omnes conuenit, sed de tabulatis magna inter omnes autores contentio est: ex Latinis enim plurimi existimant hæc tabulata fuisse deambulacra quædam circa templum, & latera appellari turriculas, seu cancellos erectos, ne deambu-
2 lantes decidèrẽt. † Ita sensit Beda c. 7. & in libro Quæst. in lib. Reg. q. 13. Angelomus, Ricardus, Comestor capit. 9. Lyranus, & omnium latissimè Abulẽsis, q. 11. Volunt autem tabulata imposita fuisse capitibus trabum primæ cõtignationis domus exeuntium per parietes, videlicet 30. cubitis à pauimento, secunda verò trabibus secundæ cõtignationis similiter exeuntibus sexagesimo cubito à pauimento, tertia trabibus tertiæ contignationis centesimo vigesimo cubito, atque hoc supremum tabulatum ferè dicũt esse pinnaculum templi, quò ductus est Dominus Matth. 4. † At Hebræi, & Vatablus nequaquam deambulacra esse existimant, sed cellas circum templum triplici ordine fabricatas. Quam ego sententiam veram omnino esse arbitror, prioremque vix, aut ne vix quidem, posse sustineri, tota enim euerti videtur his verbis: *Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, vt non hærerent muris templi.* Vers. 6. s. tabulata. Quomodo igitur facta esse possunt super capita trabum prodeuntium? † Dicunt quidam inter tabulata, & parietes relictũ esse breue spatiũ, ita tamẽ vt per illud nec deambulãtes decidere, nec pedem immittere possent. Sed quoniã Lyranus, & Abulensis, & alij viderunt id fine vlla ratione dici, aliter soluunt: affirmantq; murum templi in prima contignatione reductum fuisse cubitum vnum, in quo trabes tabulatorum fulciebantur, deinde in secunda contignatione reductum fuisse

se cubitos duos eadem ratione, in tertia tres, atque ita factum esse vt cum tabulatum supremum latum esset septem cubitos, medium sex, infimum quinque, omnia tamen essent
5 æqualia ad perpendiculum. † Atque hoc de muri reductione non solum antiquioribus placuit, quos nominauimus, & Comestori, sed etiam recentioribus, vt Iidoro Clario, & Caietano, & alijs placet. Confirmatur autem optimè ex eo, quod vbi nos habemus: Trabes autẽ posuit in domo, &c. in Hebræo est, וַיַּעַשׂ גְּרָעוֹת, id est, deficiẽtias à גָּרַע defecit, & deficientiæ dicuntur illæ reductiones muri, in quibus aliquid semper muro deficit. Adde quod in Hebræo ratio redditur inæqualitatis tabulatorum, &c. כִּי, מִגְרָעוֹת נָתַן id est. Quoniam deficientias dedit, siue posuit. Similiter vertunt. lxx. Ὅτι διαφορὰν ἔθηκεν, id est. Quoniam distantiam posuit domui in circuitu, & distantia appellari videtur spatium illud, quod relictum est
6 in pariete. † At contra hæc pugnant non solum nostræ translationis verba, verùm etiam Hebraica ipsa. Si enim trabes posuit in domo forinsecus, vt non hærerent muris templi tabulata, manifestum est, non potuisse poni in reductione parietis. Si autem esset legendum: Deficientias autem posuit: deficientiæ sunt paries ipse, & murus templi, quomodo ergo non hærent muris templi? His verbis commoti quidam dicunt has trabes esse, quæ erant in exteriori parte tabulatorum, & ea sustinebant. Sed hæc quomodo positæ sunt vt tabulata non
7 hærerent muris templi? † Abulensis reiectis aliorum sententijs tandem ait hoc de trabibus quibusdam crassis intelligi, quas fixit Salomon in terra circum templum, ne aliquis posset accedere ad parietes templi, tam vt illi seruarentur illæsi quam propter ipsius templi sanctitatem. Sed debuit considerare Abulensis se nouum quoddam vallum ponere circum templum, quod nemo posuit: deinde male exponi verba scripturæ: *Vt non hærerent muris templi*, quod de tabulatis intelligitur ab omnibus, non de hominibus, nec enim homines dicuntur hærere parietibus, sed accedere ad illos. † Dicendum ergo est non
8 deambulacra fuisse, sed cellas circum ædificatas. Hoc primùm confirmatur autoritate Iosephi, 8. Antiquit. capit. 2. cui hac in re fides potiùs habenda est. Eius verba, non vt ab interpretibus versa sunt, sed vt sunt in Græco, ita habent: Circum ædificauit autem templum in circuitu triginta breuibus domibus, quæ coagmentatio, & complexus totius futuræ erant (id est, templum roboraturæ) propter densitatem, & multitudinem exterius circum positæ. Erantque interse peruiæ, & parebant singulæ in longum viginti cubitos (ita omnino nunc legitur in Græco, sed in veteri Ruffini translatione scriptum est longitudinem fuisse quinque cubitorum, ex quo constat vetustiores, ac emendatiores codices Iosephi ita olim habuisse) ac totidem in latum, & viginti cubitis attollebãtur. † Super has alia
9 series cellarum erat extructa, super quam rursum aliæ, omnes inter se numero, & amplitudine pares, ita vt communeta inferius ædificium æquarent, nam superius non erat circum ædificatum, tectum verò ipsis impositum est cedri. Et cellæ quidem suum quæque tectum habebant non proximo contiguum, &c. Sed quoniam Abulensis ait Iosephum hoc templum non vidisse, eodem modo cellæ circum ædificatæ sunt templo ab Herode reædificato, in quod Iosephus quotidie ingrediebatur, quod non est dubium eadem forma, qua primum illud Salomonis, fuisse ædificatum. De quo hæc scribit libr. 6. de Bello, cap.
10 6. † Circa latera vero inferioris templi multa erant membra peruia triplici tecto suspensa, & ad vtrumque latus ad ea introitus à porta patebat. In Græco apertius: Circum latera autem inferioris templi peruiæ erant domus trium tectorum multæ, & ad vtrumque ingressus erant à porta ad ipsas. Superior autem pars (templi) has domos tam non habebat. Ex his Iosephi locis habemus non solum domunculas fuisse, sed etiam inferioris templi altitudinem æquasse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est, in. 60. cubitos surrexisse. Id etiam intelligitur ex templo Ezechielis, quod, licet, maius erat, & præstantius, tamen ad huius similitudinem conformatum est, in quo ponuntur circa domum tria, quæ dicuntur latera, nec deambulacra erant, sed
11 domunculæ. Ezech. 41. † Latera autem latus ad latus (scilicet continuatum) bis triginta tria. Et postea: Et vidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio, & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum. Et erat interior domus in lateribus domus, id est, cingebatur inferius templum totum illis lateribus. Verùm manifestius etiã perspicitur ex. 1. Paralip. 28: Dedit autem Dauid Sãlomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis. In Hebræo est: Et dedit Dauid Salomoni filio suo descriptionem por-
15 ticus, & domorum eius, quemadmodum verterunt, & lxx: domos autem eius vocat domum exteriorem, & interiorem adiunctas porticui, & ideo Hieronymus, vt apertius diceret, vertit: Et templi. Subijcit: Et cellariorum eius, & cœnaculi eius, & cubiculorum eius interiorum. Non est dubium hæc omnia fuisse in domo ipsa, aut illi adiuncta, nam de atrijs, & cubiculis, quæ erant circum atria, continuò ait: Necnon & omnium, quæ cogitauerat, atriorum, & exhedrarum per circuitum in thesauros domus Dei, & in thesauros Sanctorum. Atque hæc ita esse nec Beda negare potuit capit. 8. Quare cellaria, quæ lxx. ἀναβάσεις vertunt, sunt huiusmodi cellæ ædificatæ in lateribus templi, quæ quasi promptuaria quædam erant, in quibus reponerentur diuitiæ templi, & ideo altæ erant cubitos. 20. vt ait Iosephus latæ autem quinque, & totidem
13 longæ: † Ædificatæ enim sunt etiã ad munitionem, & firmitatem templi, vt diximus ex Iosepho, & ad pulchritudinem, atque custodiam, ideo cellaria, siue apothecæ dicuntur. Quare necesse est fenestras magnas habuisse è regione fenestrarum domus. Cœnaculum intelligit, quod erat super contignationem. 60. cubitorum, lxx: κατὰ τὸν ὑπερῶνα, id est, superiorum tectorum, Hebr. עֲלִיּוֹתָיו. Cubicula in adytis siue interiora, sunt quæ erant in secundo, & in tertio tecto templi, & interiora dicuntur, vt distinguantur à cellarijs, quæ sunt exteriora. Nunc verba interpretemur. † *Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum*, id est, iuxta parietem templi, siue ad parietem templi, vt Caietanus, & Pagninus, & alij adnotarunt, quod vsitatum est in Scriptura, vt Luc. 4: Et stans super illam imperauit febri. Et Psalm. 136. Super flumina Babylonis, &c. Quomodo autem essent iuxta parietos, & in parietibus domus, statim dicemus: *Tabulatum, quod subter erat, &c.* Inæqualitatis tabulatorum causã fuit angustia areæ, fuit enim admodum angusta, vt videbimus, cum de atrijs agemus. Ideo non potuit esse inferiorum cellarum latitudo nisi quinque cubitorum. † Cellæ autem secundi ordinis non potuerunt habere ampliorem proiecturam quàm vnius cubiti, tum propter firmitatem, tum propter decorem: & super has commodè ædificari potuerunt aliæ cubito latiores. Quòd verò ait: *Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, &c.* Ita intelligendum est: In muro, cum fiebat, relictæ sunt prominentiæ, quæ canes dicuntur ab architectis, super quas transuersæ trabes ponerentur, atque ita cellæ illæ fierent, vt non hærerent muris templi, id est, vt non esset necesse capere partem muri, aut perforare, vt tabulata sustinerentur, † Atque hæc est vera horum verborum intelligentia, in quibus tot fuerant, tamque variæ expositorum sententiæ. Ideo eleganter Chaldæus: Quoniam proiecturam fecit in medio. Docemur hoc Ezechiel. 41. vbi de similibus lateribus ita ait: Latera autem latus ad latus bis triginta tria. Et erant eminentia, quæ ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem templi. Quæ vocat eminentia, hic vocantur trabes, quia eminebant ex pariete ad

Vers. 5. Super pro Iuxta.

Vers. 6.

ad sustinendum trabes transuersas imponendas, ideoque Hebr. dicta sunt, מְגֻרְעוֹת, id est, deficientiæ, quoniam non erant integræ trabes, sed capita: & à lxx. in Ezec. dicta sunt πάσσαλα, sicut, & in hoc loco Regum, vnde 20
omnia explicantur, atque confirmantur: quia recedunt à pariete foras pro-
17 minentes. † Hebraicè autem מָבוֹאוֹת id est, venientia, quia per parietem venie bant, siue per parietem ingrediebantur, quod de reductionibus muri non dicitur, non enim veniunt, neque ingrediuntur per parietẽ domus. Quod sequitur, ita est in Hebræo. Vt tenerentur, & non tenerentur in parietibus templi, id est, vt illæ trabes, siue illa prominentia, tenerent tabulata, & non tenerentur tabulata in parietibus templi perforatis, aut quouis alio modo læsis. Chaldæus: Tabulata autem, tabulatum super tabulatum, triginta tria, vndena per ordinem, defixa parieti intra tabulata per circuitum, vt capita trabum requiescerent super illud, quod eminebat, neque trabes penetrarent per pa-
28 rietes domus. † Cellas, siue domunculas, triginta fuisse dicit Iosephus, quæ cũ longitudinem, & latitudinem haberent cubitorum quinque, rectè ædificari potuerunt circa domum, nam cubitis sexaginta ex vtroque latere domus, & viginti ex latere Occidentali addendi sunt cubiti crassitudinis murorum domus. Domunculæ exigunt spatium centum quinquaginta cubitorum, domus autem intrinsecus habet. 140. cubitos excepto latere Orientali, addita autem crassitudine parietum, quæ nouem aut decem cubitorum fuit, necesse est plures esse, ac satis spatij superes-
19 se domũculis. † Ex his soluuntur omnia, quæ obiecta sunt, præter illud, quod dicebatur, in illis verbis: *Trabes autem posuit, &c.* Causam reddit, quoniam in Hebræo est: Quoniam trabes posuit, &c. Sed ad hoc respondẽdum est non reddi causam inæqualitatis tabulatorum, sed explicari quo fundamento niterentur. Sæpissimè enim apud Hebræos, Quia, & Quoniam, & similes particulæ ponuntur initio sententiæ, ita vt causam non significent, sed ornatui tantum deseruiant pro consuetudine illius linguæ, vt Luc. 1. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine, &c. & cap. 2. Sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiẽs vuluam sanctum Domino vocabitur, & Psal. 17. † Quoniã in te eripiar à tentatione, Eccles. 11. Si multis annis vixerit homo, &c. Heb. Quoniam si multis annis, &c. Illam autem expositionem de capitibus trabum tabulatorum prodeuntibus non recipimus, quoniam omnia tabulata non ascendebant, nisi in. 60. cubitos, vt diximus ex Iosepho.

Quia, & Quoniam sæpe soli ornatui deseruiunt.

DE OSTIIS TABVLAtorum, & de cochlea, qua ad illa ascendebatur.

CAP. XV.

1 OStium lateris medij in pariete erat domus dextræ. Dubiũ est de vtro latere medio loquatur, de eo ne quod medium erat in tribus illis ordinibus cellarum, an de secundo tecto domus, quod. 60. cubitis surgebat à pauimento. Nonnulli, vt Lyranus, intelligunt hæc de secundo tecto domus, quòd medium cœnaculum dici arbitrarur. Et videtur id valde confirmari verbis Iosephi. 8. Antiq. cap. 2. dicentis: Porrò ascensum in superiorem templi partem sic commentus est rex, vt cochleam in hunc vsum crassitudini parietis includeret. Hæc enim pars non habebat ab Oriente magnam ianuam, vt inferior, sed à lateribus inerãt
2 parua ostiola. † At sine dubio non de tectis domus, sed de tabulatis loquitur nunc, vt docent Chaldæus, Abulensis, Caietanus & Vatablus, immo vt verba ipsa planè docent, nam tecta templi nihil habent cur latera dicantur, sed latera vocauit tabulata ædificata circa domum, vt etiam interpretatus est Ricardus. Sensus ergo est, in crassitudine parietis, quæ decem cubitorum erat, factam esse cochleam, per quam in omnes cellas singulorum tabulatorum ascenderetur. Itaq; à pauimento vsque ad medium latus, siue tabulatũ, quod à vigesimo cubito surgebat cochlea ascẽdebat, & ibi erat

Vers. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostium, per quod introibatur ad ipsum tabulatum. Nolunt enim Salomon extra domum scalas apponi, ne extra ascenderetur ad tabulata, & vt vacua area
3 relinqueretur decoris causa. †Inde ascendebat adhuc Cochlea vsque ad latus supremum, & erat in pariete alterum ostium ad ingrediendum in ipsum tabulatum. Quoniã autem cellę vniuscuiusque lateris peruiæ erant omnes, vt diximus ex Iosepho, vnum ostium satis erat ad singula latera per circuitũ. Et ascendentes (vt ait Beda cap. 8.) creberrimas habebãt à Meridie fenestras, quarum luce certum per omnia, & sine offensione iter facerent. Ostium itaque lateris medij, id est medij tabulati, per quod scilicet à domo transibatur ad cellas medij tabulati, erat in pariete domus dextræ, id est, non erat in pariete ipsius tabulati, sed in pariete ipsius domus, in pariete, inquam, dextræ, id est, qui ad dextram erat, siue in pariete dextro, lxx. ἐπὶ τὸν ὦμον τὸν δεξιὸν τοῦ οἴκου, id est ad humerum,
4 siue latus dextrũ. †Latus dextrum vocatur Meridionalis murus, vt Beda capit. 8. & alij adnotarunt, quoniam qui Orientem spectat, Meridiem habet ad dexteram, Aquilonem ad sinistram. 3. Reg. 7. Mare autem posuit ad dextram partem templi contra Orientem ad Meridiem. Meritò autem ostium in latere domus factum est, non in fronte, quoniam tabulata non in fronte domus erant, sed ad latera circum circa. Quod autem ait: *In medium cœnaculum*, latis Hieronymus indicat tabulata illa non fuisse deambulacra, sed cellas, vt Iosephus docuit: etenim in Hebræo non est cœnaculum, sed ita habetur: Ostium lateris medij in pariete erat domus dextræ, & per cochleam ascendebant in medium, & à medio in tertium. In medio scilicet latus, sed quia domunculis constabat, recte dictum est cœnaculum. †Quare falsum est quod putauit Ricardus, per cœnaculum tectum domus, medium intelligi, quasi Scriptura prius loquatur de lateribus, & postea idem etiam de cœnaculis, id est, de tectis templi, velit intelligi. At illud non est explicatum ab autoribus, cur de ostio lateris medij locutus sit, non autem de ostio inferioris lateris,

Dextrum dicitur ad ad Meridiẽ est.

quod prius erat, aut etiam de ostio supremi. Et vt dubitatio augeatur, vbi in Hebræo, & in nostra translatione habetur: Ostium lateris medij, lxx. verterunt: Ostium lateris inferioris, τῆς πλευρᾶς τῆς ὑποκάτω, & Chaldæus:
6 Porta appendicis inferioris. †Respondeo scripturam non loqui de ostijs, per quæ à cochlea introibatur in tabulata, hæc enim tria erant, vt ipsa tabulata, nec dubium erat ostia futura fuisse in pariete templi, vt ad illa transiretur: sed de ostio, quo in cochleam introibatur, quod vnicum erat in domo, reliqua enim non ducebant à domo in tabulata, sed à cochlea in tabulata, & à templo non videbantur. Hoc autem ostium, quod à templo ibat in cochleã, oportebat dicere quo in latere parietis, aut vbi denique esset: cum enim dictum esset, hoc fuisse apertum in latere dextro domus, & inde per Cochleã ascendi ad medium tabulatum, satis intelligebatur ostia, per quæ ad tabulata introibatur, in eodem pariete esse debere. †Itaq; ostium lateris medij dicitur id, per quod à templo ascendebatur ad latus medium, ad primum enim non ascendebatur, cum in ipso pauimento esset. Atque idem ostium dicitur etiam lateris inferioris, quoniam à templo per hoc ostium ingrediebantur qui transituri erant ad infimum tabulatum, & hoc est quod ait Abulensis, vnum ostium fuisse pro omnibus tabulatis: Ita idem est sensus omnium translationum. Ad verba Iosephi respondeo eum nequaquam nostræ sententiæ refragari, sed ostendere aliud, quod scriptura tacuit, id est, qua ascenderetur ad superiorem domum, siue
8 ad superiorem partẽ templi, † dicitq; ascensum à rege fuisse excogitatum in crassitudine parietis, quoniam domus superior non habebat ab Oriente ianuam, sicut inferior, vt extra parietem ascensus esset faciendus. Atque hoc satis apte intelligi poterat, cochleã quæ ascendebat vsque ad tertium tabulatum vlterius fuisse progressam, id est, vsque ad sexagesimum cubitum, in quo erat superior domus. Sed quoniam continuò ait: sed à lateribus in erant parua ostiola, aut (vt est in Græco) A lateribus erant introitus per par

ua valde ostia significare videtur alteram cochleam fuisse in pariete Septemtrionali, siue sinistro, quo ad do-
9 mum superiorem intraretur. † Arbitror enim fuisse illam domum superiorem in duas partes ad longum diuisam, & multa cubicula habuisse, siue multas cellas, sicut. 1. Paral. 28. significari iam diximus in illis verbis: Et cœnaculi, & cubiculorum in adytis, ideóque ostiola esse oportebat ex vtroque latere. Quod etiam conuenit cum eo, quod de templo Ezec. dicitur cap. 41: Et platea erat in rotundum; (id est, latitudo quædam rotunda) ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum.

DE ATRIIS.

CAP. XVI.

Vers. 36 1 T*ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine ligni rum cedri.* De atrijs confusè admodum loquuntur autores, quoniam confundunt tempora, & templa, & templo Salomonis tribuunt quæ de templo Herodis scripta sunt, vt Beda capit. 16. & Cassiodorus in Pandectis à Beda citatus, Comestor, cap. 14. & 15. Abulensis q. 17. Nos autem, quoniam de primo templo nũc loquimur, vt à Salomone ædificatum est, ea tantum modo commemorabimus, quæ fuerunt in templo Salomonis, mox de templo secundo, deque Herodis templo dicturi. † De atrijs templi
2 Salomonis nunc sit: Et ædificauit atriũ
Atrium interius. Atrium Heb. חצר Græc. αὐλὴ, apud veteres prima domus pars fuit, quæ statim ab interiori ianua introcundibus occurrit, continetque aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia decondit. Habet dextra, ac sinistra alas, quæ Græcè peristomata dicuntur, vt ex Vitruuio ostendit Daniel Barbarus in scholijs eiusdem, lib. 6. cap. 4. Ex quo apparet non ex omni parte fuisse tectum atrium, sed ex lateribus, &, vt idem ait cap. præcedenti, idem causa dium dicitur: sed alia ratione: nam causa dium dicitur causa illius partis, quæ est sub diuo, & in medium impluit,

atrium verò causa illius, quæ tecta est.
3 † Spatia illa laterum cum tectis porticus dicta sunt: Vnde illud:

Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat. 2. Æneidos

Talia erant atria templi Salomonis, & porticus habebant, quò se populus reciperet cum pluuiæ, aut æstus vrgebant, sicut & in theatris eadem causa fiebant à veteribus. Vitruuius lib. 5. capit. 9. Post scenam porticus sunt constituendæ, vti cum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò se recipiat ex theatro, &c. Nullum porticibus deerat ornamentum, nulla commoditas, imbres, soles, cœlumque graue vitabant, ambulationibus, negotijs, spectaculis aptæ erant. A magnitudine milliariæ, aut stadiariæ vocabantur, ex eodem Daniele lib. 5. capit. 1. Cùm autem Scriptura dicit:
4 † *Ædificauit atrium interius*, satis indicat fuisse & atrium alterum exterius ædificatum ab eodem: quod manifestius est ex. 2. Paral. 4: Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem, & ostia in basilica, quæ texit ære. Atrium sacerdotum est, quod nunc vocatur atriũ interius, quia porticus, & domui adiunctum erat, Basilicam grandem vocat atrium exterius, quò populi multitudo confluebat, nam in atrium sacerdotum soli sacerdotes introibant. Et quoniam atrium exterius magnam multitudinem capere debebat, basilica grandis dictum est, erat enim multò maius atrio sacerdotum. † Quo in
5 loco lxx. tam atrium, quam basilicam αὐλὰς vocant. in Hebræo atrium
1 sacerdotum חצר basilica verò עזרה dicitur, quoniam illuc ad orandum cõueniebant, & à Deo iuuabantur, עזר enim significat adiuuare. Nec ego plura atria fuisse tempore Salomonis existimo, quoniam plura loci angustia non patiebantur, vt mox videbimus. Hinc de rege Manasse dictum est. 4. Reg. 21: Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli in duobus atrijs templi Domini, acsi diceret: Nihil reliquit, quod non polluerit, nam de domo etiam dixerat: Extruxitque aras in domo Domini. † Quare Beda, & reliqui, qui quatuor atria ponunt, confundunt, vt dixi, tempora. Hinc etiam Iosephus de

Porticus.

Duo atria tantum in templo Salomonis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eodem templo loquens. 8. Antiq. capit. 2. tantum meminit atrii interioris, & exterioris. De atrio sacerdotum ait: Circumdedit deinde templo septum quoddam trium cubitorum altitudine, quod nostra lingua Gison vocamus, exclusurum profanam multitudinem, & solos sacerdotes admissurum. Ex quibus intelligimus verba nostri capitis: *Ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum.* Nec enim significat fuisse tres ordines lapidum, ita vt primus esset exterior, secundus interior in eadem altitudine, tertius adhuc interior, vt intellexit Ricardus: sed, vt rectè exposuit Abulen-
7 sis. q. 21. † murus diuidens sacerdotes à laicis tres tantum cubitos altus erat, vt laici videre possent sacerdotes, & sacrificia, & tres ordines habebat lapidum, quorum alter alteri impositus erat. Quod autem addit: *Et vno ordine lignorum cedri.* Ricardus, & Abulensis, & quidam alij censent hunc murum intrinsecus vestitum fuisse tabulis cedrinis, idque nunc significari. Sed planè verbis scripturæ videntur aduersari: ponit enim tres ordines lapidum politorum, & vnum ordinem lignorum cedri, qui decoris causa super lapides additus est, ex ijsque ordinibus quatuor altitudo fiebat trium cubitorum, vt Iosephus scripsit: quare non erant singuli ordines lapidum cubitales, vt
8 putauit Abulensis. † Hos lapidum ordines quidam fuisse putant diuersorum colorum, vt Lyranus, & Abulensis, sed nihil de hoc constat. Hunc murum, siue hoc septum Iosephus vocari dixit Geison Hebraica lingua, quo vocabulo vsi sunt. lxx. Ezec. 40. vbi nos habemus: Et labia eorum palmi vnius. Et cap. 42. vbi habemus: Et definitio vsque ad labium eius in circuitu palmi vnius. lxx. verterunt: Et Gisus per labium eius in circuitu palmi vnius. In priorem locum ita Hieronymus: Rursum vbi nos diximus: Et labia eorum, &c. lxx. transtulerunt: Et gisos palmi
9 habentes dolatum intrinsecus per circuitum. † Quod verbum vtrum Hebræum, an Græcum sit, scire non possumus, nisi hoc tantum, quod pro Giso Symmachus, & Theodotio χεῖλος, id est, labia, Aquilæ prima editio ἐπ᾽ ὤμου.

Gisus.

numero plurali; Secunda: labia reanstulerunt: pro quo in Hebræo habetur: שִׂפְתַיִם. In posteriorem verò ait: Aquila, Symmachus, & Theodotio posuerunt terminum. lxx. rursum ὦμον interpretati sunt. Cuius verbi, vt antè iam dixi, nõ possum scire rationem, nec cuius linguæ sit dicere confidenter, &c. Hoc ergo, quod se ignorare Hieronymus fatetur, discimus ex Iosepho, Hebraicum nomen esse, & septum significare, siue terminum, aut labium, quòd instar labij cingat, &
10 claudat. † Eodem vocabulo vtitur aliquoties Iosephus. 6. de Bello, capit. 6. Sed iuxta Græcum, lib. 5. cap. 14. & 15. nisi quòd ibi ὦμον scribitur, & ita appellat septum, quod diuidebat in templo Herodis sacerdotes à populo. De hoc atrio Beda capit. 16. ait: Habebat autem hoc atrium tres cubitos altitudinis, vt Iosephus narrat, quatenus ab ingressu templi exteros prohiberet, & solum hoc sacerdotibus licere significaret. Eratque ianua ad Orientalem plagam, ad quam vsque populus hostias suas, & sacrificia inferebat inde
11 susc ipienda à sacerdotibus, atque ad altare perferenda, &c. † De atrio exteriori hæc ibidem subijcit idem Iosephus: Extra hoc septum erat fanum porticibus magnis, ac latis cinctum, & portis altis patens, quarum singulæ singulos ventos spectabant, & foribus auratis claudebantur. In hoc fanum cuilibet é populo, puro modo, ac casto, & præscriptorum legis obseruanti accessus patebat. Dici autem non potest, ac vix etiam oculis credi, quam mirandum fuerit illud exterius fanum. Vallibus enim expletis tam profundis, vt ad prospectum oculi caligarent, & aggesta ad quadringẽtos cubitos terra, eam vertici montis, in quo templum extructum est, æquauit, atque hoc modo factum est, vt area fani cum solotẽpli æquaretur. † Hanc cinxit duplicibus porticibus, quas columnæ é nariuo
12 saxo sustentabant, & laquearia cedro expolita tegebant. Fores verò habebãt omnes ex argento fabricatas. Hæc Iosephus. Sed intelligendum est hanc fani, siue atrij exterioris coæquationẽ, ita factam esse, vt per gradus quosdam ab atrijs ascenderetur ad domum, sicut idem

Atrium sacerdotum.

Atrium exterius.

idem Iosephus docet quum de templo Herodis agit lib. 6. de Bello cap. 6. Porticus duplex dicitur, quam terni columnarum ordines efficiũt. Saxum natiuum est, quod sponte sua in loco illo gignebatur. † Sed magna dubita-
13 tio est, vtrum hæc atria totam domum vndique cingerent, an verò anteriorem tantum domus partem. Plerique totam domum cinxisse existimant, vt Cassiodorus in Pandectis citatus à Beda cap. 16. & ipse Beda ibidem: Comestor cap. 19. & Lyranus & alij. Abulen-
14 sis verò Q. 21. putat atrium sacerdotum non circumdedisse templum, sed fuisse plateam quamdam magnam, & quadratam ad Orientalem partem templi: atrium autem secundum, & alia duo, quæ ipse ponit, omnino templũ circumdedisse. Ego neutrum horum atriorum templum totum circumdedisse existimo, sed anteriorem tantum templi partem, id est, Orientalem; quod manifestissimè docet Iosephus 6. de Bello cap. 6. his verbis: † Fanum
15 autem conditum erat, vt dixi, supra durissimum collem. Et initio quidem vix templo atque areæ sufficiebat iacens in summo planities, quòd vndique præceps erat, atque declivis. Cum autem rex Salomon, qui etiam templum ædificauerat, muro eius partem ab Oriente cinxisset, vna porticus aggeri est imposita, & manebat ex alijs partibus nudum, quoad sæculis posterioribus semper aliquid aggeris accumulante populo coæquatus collis latior effectus est. Ex his Iosephi verbis intelligimus cur cellæ in latere domus ædificatæ sint paruæ, & inæquales, nẽpe quia initio area illa vix templo ipsi
16 sufficiebat vndique præceps, atque declivis. † Deinde discimus partem tantum Orientalem fuisse cinctam muro alto, vt ita valles aggeribus complanarentur, & templum ex alijs partibus fuisse nudum, id est, nõ cinctum atrijs. His aggeribus porticum impositam esse dicit, porticus nomine totam illam aream complectens, in qua erant atrij interius & exterius; nã ναὸς siue porticum vocamus locum amplum, & spatiosum ad ambulandum recto inclusum. Atque hæc porticus omnino est quæ porticus Salomonis dicta est Ioã.

Anatria ita dicta quòd domum cingerent.

10 Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Et Act. 3. Cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis. Et cap. 5: Et erant vnanimiter omnes in porticu
16 Salomonis. † Dicta est autem porticus Salomonis, quòd à Salomone sit facta, vt ab alijs fecerneretur, quæ sæculis posterioribus complanato aggeribus monte (vt ibidem ait Iosephus) ad alias templi partes ædificatæ erant; solent enim porticus nomen ab autoribus habere, vt Romæ porticus Pompeianæ. Atque inde semper nomen Salomonis areę mansit, licet ea, quæ super areã ædificata sunt, euersa fuerint à Chaldæis. Quare omnino lapsi sunt graues autores in huius porticus explanatione, sed præcipue Abulensis in hoc cap. bis, & Titelmannus in Ioh. cap. 10. qui existimant porticum Salomonis esse porticum latam 10. cubitos, & lõgam viginti, quæ erat ante domum exteriorem: quod etiam suspicari videtur Iansenius in Concordia ca. 91. † Cum constet illam porticum fuisse interiorem ipso atrio sacerdotum, neminemque ex laicis potuisse ingredi in atrium sacerdotum, ne dum in porticum illam. Et quamuis aliæ porticus factæ sunt postea, vt videbimus in templo Herodis, ad alias templi partes complanatis vallibus circa templum: nunquam tamen atrium sacerdotum cinxit totum templum, nec vltra Orientalem partem extensum est, quoniam in ea parte erat altare holocaustorum, & porta templi. Sed neque aliæ porticus ita factæ sunt, vt eadem porticus totum tẽplum cinxerit, vt suo loco videbimus, in quo
18 plurimi errauerunt. † Quare quod Iosephus. 8. Antiq. cap. 2. dixit: Circũdedit deinde tẽplo septum quoddã, &c. quo scilicet, atrium Sacerdotum claudebatur, intelligendum est ab Oriente cinxisse tantum.

Porticus Salomonis.

17 At videtur necessariò esse quatuor atria ponenda, vt à Beda, Cassiodoro, Comestore, Abulensi ponuntur, quoniam immundi non ingrediebantur in atrium exterius. Propterea scriptores, quos nominauit, ponut atriũ mulierum mundarum, quas separari ab hominibus decebat, & aliud atrium immundorum, tam virorum, quam mulierum, &

Genti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gentilium venientium ad adorãdum. Confirmari hoc apparet ex Ioſepho.
8. Antiq. capit. 2. affirmante atrium exterius tantũ mundis patuiſſe. † Prætereà
19 Paral. 28. legimus Dauidem reliquiſſe Salomoni deſcriptionem omnium, quæ cogitauerat atriorum. Duo autem, non ſolent dici omnia, ſed minimùm tria, vt Ariſtoteles docet. 1. de cœlo. cap. 1. Reſpondeo tamen in templo Herodis fuiſſe (iuxta quoſdam) hanc diſtinctionem atriorum, vt poſteà dicemus, vnde hi autores deſumunt, quaſi eadem fuerint in templo Salomonis, quod neque probant, neque probare poſſunt. In porticu tamẽ Orientali à Salomone facta propter areæ paruitatem tot atria eſſe non potuerunt, quare nequein libris Regum, neque in Paralipomenis, neque in Ioſepho vnquam mentio facta eſt, niſi de
20 interiori, & exteriori atrio. † Sed ſicut ante atriũ tabernaculi magna area relinquebatur populo, ita in templo Salomonis. Immò neque in templo Herodis ita omnino fuerunt hæc atria, vt ab his autoribus ponuntur. Ad verba Ioſephi reſpondendum eſt Salo-
Atrium immundorum nullũ erat. monem non feciſſe alterum atrium laicis immundis, ſicuti neque ſacerdotibus immundis fecit alterum atrium ſacerdotum. Immò, & hoc addendum, immundos donec mundarentur, non potuiſſe ingredi in templum, vt docet Moſes AEgyptius lib. 3. Directoris, ſeu Ducis dubitantium, cap. 57. quod numerat inter negatiua præcepta, & eſt
21 præceptum. 77. & Lyranus in illud Leuit. 11. Et ſi neceſſe fuerit, &c. † Quod ſi hi autores animaduertiſſent, vidiſſent non eſſe neceſſe ponere atrium immundorum. Mulieribus certum locum deſignatum eſſe probabile eſt, quemadmodum in templo Herodis factum dicit Ioſephus libr. 6. de Bello, cap. 6: at intra idem atrium cancellis quibuſdam ſeparatum, vt nunc fit in noſtris templis. Gentiles autem, qui ad templum veniebant, conſiſtebant, extra hoc atrium exterius, & inde videbant templum, & adorabant. Ezechiel. 44. Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael, eo quod induciris filios alienos incircũciſos corde & incircumciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domum meã.
† Ad locum. 28. cap. 1. lib. Paral. reſpon
22 deo non eſſe ſenſum: Dedit ei deſcriptionem omnium atriorum, ſed nomen, omnium, complecti omnia, quæ ſequuntur, ac ſi diceret: Dedit ei deſcriptionem omnium, quæ cogitauerat, atque ibi fiat diſtinctio, & poſtea ſequatur: Atriorum, &c. quaſi dicat: nempe atriorum, & exhedrarum, &c. Hoc ex Hebræo manifeſtum eſt, vbi ita habetur ad verbum: Et deſcriptionem omnis, quod fuit in ſpiritu eius cum eo ad atria domus Domini, & ad omnes exhedras in circuitu, ad theſauros domus Dei, &c. lxx. etiam ita verterunt: Et exempla omnium, quæ erant in ſpiritu cum eo, & atriorum domus Domini, & omnium exhedrarum in circuitu, &c.

DE EXHEDRIS.

CAP. XVII.

1 NTra hæc atria fuiſſe exhedras, dubitare non poſſumus cum legamus in hoc ipſo loco, quẽ nunc interpretabamur: Nec non & omnium, quæ cogitauerat, atriorum, & exhedrarum per circuitum in theſauros domus Dei, & in theſauros ſanctorum. Erant autem exhedræ in porticibus atrij exterioris in interuallis portarum, nam ad omnes mundi plagas portas habebant, vt iam ex Ioſepho diximus. Ita enim ſolebant exhedræ in nonnullis publicis ædificijs conſtitui, vt docet Vitruuius, libr. 5. cap. 11: Conſtituuntur, inquit, in tribus porticibus *Exhedræ.* exhedr. ſpatioſæ. Exhedra autem pro priè dicebatur cubiculum columnis fultum, & epiſtylijs pluribus, exciſis ſpatijs, quibus proſpectus in viam erat, nonnunquam ſub diuo, nonnunquam ſubtecto, vt autor eſt Alexander lib. 5.
2 Genialium dierum, cap. 11. † Inde Ioſephus libr. 6. de Bello cap. 6. de Exhedris templi Herodis ſcribit, poſt introitum, vbi latiores portæ ipſę fiebant, exhedras vtrimque fuiſſe magnas, quarum ſingulas impoſitas binæ columnæ ſuſtinebant. In exhedris multæ ſedes erant, vnde & nomen habent. De publicis exhedris Vitruuius lib. 5. c. 11. ait:

Habentes

Habentes ſedes, in quibus Philoſophi, Rhetores, reliquique qui ſtudijs delectantur, ſedẽtes diſputare poſſint. &c. In domibus verò priuatis loca ſunt ad colloquendum per æſtatem cum amicis, aut ad meridiandum. Verùm hæ, de quibus nunc loquimur in templo, partim erant ad cuſtodiam rerum templi, partim vt in eis manerent ſacerdotes,
3 cũ in templo miniſtrabant. † Legimus enim. 1. Paral. 28. Et exhedrarum per circuitum in theſauros domus Dei, & in theſauros Sanctorum, id eſt, vt ibi reponerentur cum aliæ opes templi, præſertim quæ erant eius miniſtris diui dẽdæ, vt videmus Neh. 13: tum omnia, quæ populus offerebat ad templum totum reficiendum, & cõſeruandum in ſuo decore, maximè autem ad reficiendum Sancta, ſiue Sanctitates, ideſt, Sanctum Sanctorum, aut etiam domum exteriorem. Quid ſit theſaurus ſanctorũ *Theſaurus Sãctorum.* intelligimus ex. 4. Reg. 12: Omnem pecuniam Sanctorum, quæ illata fuerat in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam ſponte, & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini, accipiant illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſarta tecta domus, ſi quid neceſſarium viderint inſtauratione. † Pecunia illata à prætereuntibus
4 pro pretio animæ dicitur illa, quæ offerebatur quando numerabatur populus, pro quolibet enim prætereunte, ſiue tranſeũte, ſcilicet, ad numerum eorum, qui idonei erant ad bellum, id eſt, à vigeſimo anno, & ſupra, offerebatur dimidius ſiclus, ne ille periret, ſi non offerret. Exo. 30: Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint recenſiti. Hoc autem dãbit omnis, qui tranſit ad nomen, dimidium ſicli iuxta mẽſuram templi. Qui habetur in numero à viginti annis &
5 ſupra, dabit pretium. † Hæc igitur pecunia, & quę ſpõte offerebatur ab alijs, ſeruabatur ad templum reficiẽdum, & vocabatur theſaurus Sanctitatum, ſiue Sanctorum. Exhedrę autem in quibus huiuſmodi pecuniæ ſeruabantur, *Gazophilacium.* propriè dicte ſunt Gazophylacia, ideoque in exteriori atrio erant prope ianuas, vt populus ingrediẽs facile offerre poſſet, quod vellet, & mittere in donaria. Quare credibile eſt iuxta ianuã gradus paucos habuiſſe, quibus facile populus inferre pecuniam poſſet in gazophylacium, niſi forte erat ibi ſacerdos accepturus, quod eſt probabile
6 ex. 2. Paral. 24. vt poſteà referemus. † De his Ierem. 35. Et introduces eos in domum Domini in vnam exhedrã theſaurorum, & dabis eis bibere vinum. Et introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium filiorum Hanan, quod erat iuxta gazophylacium principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli. Quod prius exhedram, poſteà Gazophylacium vocat. Inde etiam. 4. Reg. 23: In introitu templi Domini iuxta exhedram Nathan-Melech. 1. Paralip. 9. His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant ſuper exhedras, & theſauros domus Do
7 mini. † Habebãt autem exhedræ, ſiue gazophylacia nomina, vel ab iis, quibus cuſtodienda committebantur, vt Gazophylacium Hanan. Vel ab iis, quorum dona ibi ſeruabantur, vt gazophylacium principum. Et cap. 36. Legitque Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo Domini in Gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouæ domus Domini audiente omni populo. Et ibidem. Porro volumen commendauerunt in gazophylacio. Eliſamæ ſcribæ. Ex his ſatis intelligimus vbi Dominus loqueretur, cum ait Iohannes cap. 8: Hæc verba locutus eſt Ieſus in Gazophylacio docens in templo; nempe in porta quadam atrij exterioris, vbi erat maximum gazophylacium, in quod plures dona mitte- *Paſtophoria.* bant, & qua plures ingrediebantur.
8 † Sed ſciendum eſt exhedras etiam paſtophoria vocari in ſcriptura, nam vbi legimus. 1. Paral. 28. Atriorum, & exhedrarum. lxx. vertunt: Atriorum domus Domini, & omnium paſtophoriorum. De his etiam ſcriptum eſt. 1. Mach. 4. Et viderunt ſanctificationem deſertam, & altare profanatum, & portas exuſtas, & in atrijs virgulta nata, ſicut in ſaltu, & paſtophoria diruta. Et poſtea: Et ornauerunt faciem templi coronis aureis,

ſcutu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sęutulis, & dedicauerunt portas, & pastophoria, & imposuerunt eis ianuas. Et dicuntur pastophoria, quia habitabant in eis sacerdotes cum templo deseruiebant, nam παστὸς thalamum significat, atque inde pastophori vocabantur sacerdotes, qui thalamis illis prærant, siue qui in eis habitabant, &
9 ipsi thalami inde pastophoria. † Vocabantur etiam pastophori apud AEgyptios sacerdotes quidam honoratiores, qui pastion, id est pallium ferebant sacerdotale. Inde Isai. 22. vbi nos habemus: Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, lxx. verterunt: Vade ad pastophorium ad Somnam quæstorem, hoc est dispensatorem thesaurorum domus Dei, vt ibi ait Hieronymus, lib. 7. in Isai. & ibidem interpretatur pastophorium ibi dici thalamum, in quo habitabat præpositus templi. In de etiam. 3. Hesd. 9: Et exurgens Hesdras ante atrium templi abijt in pastophorium Ionathæ filij Nasabi, & hospi
13 tatus ibi non gustauit panem, neque aquam bibit super iniquitatem multi-
10 tudinis. † Quare eodem modo loquitur Scriptura de exhedris, & de pastophorijs, vt. 1. Paral. 9: Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exhedris morabantur, vt die, ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent, videlicet iuxta ordinem vicis suæ vnusquisque. lxx. ibi verterunt: ἐν παστοφορίῳ διατεταγμένοι εἰς ἐφημερίας, id est, in pastophorio ordinati in vices, id est, vt quisque iuxta ordinem vicis suæ ministraret. De his vicibus dicitur Luc. 1: Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum secundum consuetudinem sacerdotij, &c. ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ. Ac propterea cum 14
11 dictum esset. 1. Paral. 28: † Dedit Dauid Salomoni descriptionem atriorum, & exhedrarum, additur: Diuisionumque sacerdotalium, ac Leuiticarũ in omnia opera domus Domini, vt significaret exhedras illas esse domicilia sacerdotum, quia iuxta ordinem vicis suæ erãt in templo ministraturi. Ideo apertius verterunt. lxx: Dedit illi exẽplar atriorum, & omnium exhedrarum, &c. & in diuisiones, quæ per vices sunt sacerdotum, & Leuitarum: καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν

ἱερατεύειν ἐφημερίαν τῶν ἱερέων. Et primo Paralipomenõ. 23: Et erũt (Leuitæ) sub manu filiorum Aharon in cultum domus Domini in vestibulis, & in exhedris lxx. Super atria, & super pastophoria.
12 † Hęc omnia vel inde confirmantur, quodvbicũq; in nostra translatione est Exhedra, & apud, lxx. Pastophorium, in Hebr. semper est idem nomẽ לִשְׁכָּה id est, cubiculum, pro quo, & Gazophylacium vertere solet Hieronymus, quoniam hæc tria vnum erant. Vt Neh. 13. Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini, & olei, partes Leuitarum, & cantorum, & ianitorum, & primitias sacerdotales. Quo ex loco melius intelligimus quid in exhedris seruaretur. Ezec. 40: Et per singula Gazophylacia ostium. lxx: Et pastophoria ipsius. Et prius: Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia. lxx: Et
13 ecce pastophoria. † Ex quibus abunde cognoscitur lapsos fuisse Comestorẽ, cap. 15. & Abulensem, q. 21. qui distinguunt gazophylacia à pastophorijs, & pastophoria volunt esse loca separata ad comedendum, vt in eis sacerdotes comederent partes sacrificiorum sibi obuenientes. Et addunt: Quidam tamen volunt, quod ibi tantum foris venientes à finibus Israel comedebant, & inde dici pastophoria, à pastu, & foris: quam etymologiam veram putauit Abulensis, cum ridicula sit: at hoc non hominis, sed sæculi illius vitium fuit. Quod autem scriptum est. 4. Reg. 12: Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dextrã ingredientium domũ Domini, &c.
14 † nihil dictis obstat, non enim est ibi gazophylacium exhedra, sed arca, vt manifestẽ videmus. 2. Paral. 24: Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam, posueruntque eam iuxta portam domus Domini forinsecus. Immõ, & in loco ipso vbi nos habemus Gazophylacium, in Hebræo, & in Græco est, Arcam אָרוֹן & κιβωτὸν. Posita est autem iuxta altare in atrio sacerdotum, vt melius seruaretur, sed sacerdotes accipiebant à populo munera, & deferebant in arcam, sicut statim ait: Mittebantque in

eo sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam, quæ deferebatur
15 in templum Domini. † Comestor, & Abulensis & alij ponunt in hoc atrio quædam alia, quæ ego prætereo, quoniam neque ex scriptura colliguntur, neq; ex Iosepho, neq; ex probatioribus autoribus. Certè cathedram, seu cathedras fortasse, docẽtium legem certum videtur in hoc atrio fuisse, aut saltem in muro, quo atrium sacerdotum separabatur ab atrio exteriori.

DE TEMPORE, QVO templi ædificatio absoluta est.

CAP. XVIII.

Vers. 33. 1 POstremo additur in fine capitis: *Anno. 4. fundata est domus Domini in mense zio.* (Id est, quarto anno regni Salomonis fundamenta templi iacta sunt.) *Et in anno vndecimo, mense Bul, ipse est mensis octauus, perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis, & ædificauit eam annis septem*, id est, vndecimo anno regni Salomonis perfecta sunt omnia, tam opus ipsum, & ædificium, quam vasa omnia, & vniuersa templi supellex. In his hoc adnotandum est corruptè legi in biblijs Complutensibus & Regijs: Mense Elul, cum legendum sit: Mense Bul, vt constat ex Hebræo, & ex lxx: Elul enim non octauus mensis est, sed sextus, quod etiam adnotatum est à Lyrano, & ab Abulensi. † Mensi au-
2 tem Bul respondet apud nos pars Octobris, & pars Nouembris. Ex dictis intelligitur ædificatum esse templum non septem annis, sed septem, & dimidio, quia à mense zio, qui est secundus, vsque ad Bul, qui est octauus, sex menses sunt, sed more scripturæ, & humanarum historiarum annus cœptus sæpe non numeratur. Quæritur tamen quomodo templum dicatur perfectũ mense octauo cum omnibus vtensilibus suis, cum cap. 8. legamus dedicatũ fuisse illud mense. 7. conuocato vniuerso Israel: Conuenitque ad regem Salomonem vniuersus Israel in mense Ethanim in solẽni die, ipse est mensis septimus. Si autem non erant perfecta omnia
3 vtensilia, quomodo dedicabatur? † Ad hoc respondet optimè Comestor. c. 21. sed latius Abulensis Q. 2. in cap. 8. Salomonem dedicationẽ celebrasse perfecto iam templo, non tamen omnibus templi vtensilibus perfectis, quia nonnulla deerant, quæ tandem octauo mense perfecta sunt, ac proterea dixit scriptura mense octauo perfectã fuisse domũ in omni opere suo, & in vniuersis vtẽsilibus suis. Fieri etiam potuit, vt aliquid operis in remotioribus partibus remanert, sed omnia mẽse octauo
4 plenè absoluta sunt. † Noluit autem Salomon differri dedicationẽ in mensem octauum, quo plenè essent omnia absoluta, quoniam mẽsis septimus maximas sollennitates habet Tubarum, & Expiationum, & Tabernaculorum. Leu. 23: atque ideo eo mense Israeliticus populus conuenire debebat in domum Dei, Exo. 23. &. 34. Ne igitur populus grauaretur, & bis veniret, sed semel vtrumque fieret, maluit mense septimo dedicare. Hanc huius quæstionis solutionem post alias posuit Beda c. 17. & ex eodem sumpsit Angelomus in fine capit. 6.

TOTIVS TEMPLI FAbricæ mystica expositio ac primũ temporis, & loci, quo templum ædificatum est.

CAP. XIX.

1 TEmplum Salomonis quatuor sensuum, qui scripturæ tribuuntur, capax videtur. Iuxta Historiam enim significatur in eo ædificium illud Dei cultui dicatum: iuxa Allegoriam corpus Christi Domini, de quo dixit ipse Ioh. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: quod Euangelista exposuit: Ille autem dicebat de templo corporis sui, quem sensum persequitur Rupertus in Cõment. 3. Reg. Significat etiam Ecclesiam catholicam: quæ est domus Dei. 1. Tim. 3: Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia
2 Dei viui. † Iuxta Tropologiam significat templum, quod per pœnitentiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& alias virtutes Deo in anima nostra eriginus, vt semper nobiscum habitet, cuius rei causa dicitur. 1. Corin. 3: Nescitis quia tẽplum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Anagogico sensu significat regnum cœlestis beatitudinis, seu potius Ecclesiam triumphantem, in qua Deus habitiat, vt in domo gratissima. Si enim Ecclesia militans, in qua sunt multi peccatores: & qui iusti sunt, sine peccatis venialibus non viuunt: domus, & habitaculum Dei dicitur, quanto magis Ecclesia triũphans, in qua nullum peccatum est, sed iustitia, & sanctitas, & perpetua Dei laus, iuxta illud Psalm. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine in sæcula sæculorum laudabũt te? † Hunc sensum ostẽdit nobis Dauid in eodem Psalmo: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & dificit anima mea in atria Domini. Et Psalm. 23. Quis ascendet in montem Domini (quoniam templum ædificatum est in monte excelso) aut quis stabit in loco sancto eius? Et Psalm. 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Ex his sensibus celebrior est apud patres ille de Ecclesia militante, quem nos etiam accuratius explicabimus, ita tamen vt reliquos nõ penitus omittamus. † Templum igitur à Salomone ædificatum per septem annos Ecclesiam significat, quæ à rege pacifico, & verò Salomone, de quo dictum est Psalm. 71: Orietur in diebus eius iustitia, & abũdantia pacis, donec auferatur luna, ædificatur per totum huius sæculi tempus, quod septenario numero intelligitur, quia per septem dies, totum sæculi tempus deuoluitur, & nascentibus electis, quasi noui lapides proferuntur ad ædificium. Septem annis templum absolutum est cum omnibus vtensilibus suis. Anno 4. regni Salomonis fundatur, mense 2io, qui est mensis secundus, & anno vndecimo absoluitur, mense Bul, ipse est mensis octauus. † Primus annus regni huius Salomonis fuit tempus legis naturæ, secundus fuit tempus legis scriptæ, tertius fuit tempus, quo ipse inter homines homo versatus est, quo facit conuiuium magnum prædicationis suæ, & præsertim corporis, & sanguinis sui optimatibus suis, id est, Apostolis, sicut de rege Assuero in eius figurã scriptum est Esther. 1: Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se. Quartus annus est tempus prædicationis Apostolorum, quo intrante multitudine gentium ædificari vbique cœpit Ecclesia, sicut ait Apostolus Rom. 10. Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. † Præterea quarto anno etiã Christi ędificata est Ecclesia, quia quarto anno prædicationis eius inchoato, id est, ex quo baptizatus est, & discipulos habere cœpit, fundata est Ecclesia ipso morien te, & legẽ veterem antiquãte, ac noua Sacramenta Ecclesiæ suæ relinquente. Eleganter autem dictum est, Mense secundo, vt Beda cap. 5. & cum eo Angelomus adnotarũt, vt intelligamus templum fundatum fuisse peracto iam Pascha, quod videlicet primo mense celebrabatur. Scriptum tamen est Num. 9: Homo, qui fuerit immundus super anima, siue in via procul, in gente vestra, faciat Phase Domino in mense secundo. † Immundus super anima dicitur, qui ex contactu hominis mortui immundus est, homo enim anima vocari solet per Synecdochen. Quia igitur plurimi ex Iudæis, & Gentiles non celebrauerunt Pascha mense primo, cum immolatus est agnus, id est, non crediderunt cum Dominus crucifixus est, sed immundi erant super anima, quia mortuum contigerant, id est, pleni erãt peccatis, quæ sunt opera mortua, & immunda, & erant in via, id est, remoti ab Ecclesia, sicut ait Paulus Ephes. 2: Vos qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi, celebrauerũt Pascha mense secũdo, id est, credidervt in Iesum Christũ crucifixum, & ita ædificari cœpit Ecclesia. † Verùm anno octauo, & octauo mense consummatum est templum in omni opere suo, & in omnibus vtensilibus suis, quia cum vniuersus numerus electorum explerus fuerit, & ille omnibus suis viribus, & meritis absolutt fuerint: in die iudicij vniuersa Ecclesia electorum in

cœlum transferetur, & nihil illi deerit, quia plenè Deum possidebit, & habebit illud: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. vt ait Beda capit. 17. *Iob. 14.*

Dies iudicij octonario numero significatur.

9 † Vbi mox subijcit: Cõstat enim quod dies iudicij sæpè in scripturis octonario numero typicè exprimitur, eo quòd hoc sæculũ, quod septem diebus currit, sequatur. Vnde & Propheta Psalmo titulum pro octaua imposuit, quem ob metum eiusdem districti iudicis cantauit ita incipiẽs: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, &c. Sed cur anno quadringentesimo octogesimo egressionis filiorũ Israel ex Aegypto fundatum est templum? Tabernaculum figura fuit Synagogæ, templum autẽ figura fuit Ecclesiæ ex gentibus congregandæ, vt ait Beda cap. 5. Tabernaculum enim factum est dum tempus venerabat templi faciẽdi, & ve venit, delijt in honore esse tabernaculum, & templum ab omnibus visitabatur: ita lex vetus data est, donec veniret noua, & Synagoga stabat donec tempus veniret ædificandæ Eccle- 10 siæ. † Præterea, Tabernaculum ab Hebræis factum est principe Mose, templum autem ab Hebræis & à gentilibus ædificatum est rege Salomone, ac certitis videlicet Tyrijs, & Sidonijs, & Giblijs artificibus. Synagoga enim Hebræos magistros habuit, Ecclesia autẽ ab Apostolis ædificata est, & ab eorum discipulis, id est, à doctoribus ex gentilitate vocatis à Christo, sicut Salomon accersiuit artifices ex Tyro, & Sidone, & ex Giblijs. Quoniam igitur quadringentis octoginta annis tabernaculum steterit, totum tempus veteris legis, & status Synagogæ totidem annis significatum est, & statim abrogata veteri lege desijt in honore esse Synagoga, & omnes gentes confluere cœperunt ad Ecclesiam, iuxta illud Isai. 2: Et fluent ad eum omnes gentes. & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domũ 11 Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. † Dedit Dauid filio suo descriptionem tẽpli, & omnium, quæ in eo futura erant, quia Deus pater Christo filio suo demonstrauit quomodò esset Ecclesia ædificãda, & gubernanda, &c. Dedit illi aurũ, & argentum, & æs, & materiam cedrinam, quia demonstrauit ei electos, ex quibus (quãuis & multos ex ijs, qui dãnandi sunt, habeat) ædificanda erat maximè Ecclesia, & dedit illi doctrinam Euangelicam, & virtutes, ac dona, quibus electi instruerentur, & ornarẽtur. A Edificatur templum in mõte Moria, id est, in monte visionis, siue excelso, quia Ecclesia excelsa est, & super omnẽ doctrinam humanam, & super omnes respublicas eleuatur. Isai. 2. & Mich. 4: 12 † Et erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus Dni in vertice montiũ, & eleuabitur super colles. In monte etiam ædificatur, quia illustris est, & vndiq; videtur. Matth. 5: Nõ potest abscondi ciuitas supra montem posita: & ipsa proxima cœlo est, & apta vt ex ea videãtur arcana cœlestia, quæ ex nullo alio loco videri possunt. A Edificatur in area Ornan nõ Hebræi, sed quẽ Scriptura nõ tacuit esse Iebusæũ, quia nõ in Iudæa solũ, sed in locis gentiliũ, id est, in vniuersõ orbe, Ecclesia erat ędificãda. Ornã est exultãs, Iebusæus cõculcatus, quia gẽtiles, qui prius à vitijs cõculcabãtur, & ab immũdis spiritibus, admissi in Ecclesiã exultauerunt accepta gratia Dei, & spe futurorũ bonorũ. 1. Petr. 1: 13 † In quẽnũc nõ vidẽtes creditis, credẽtes autẽ exultatis lætitia inenarrabili. Rectè quoq; ędificatur in loco eodem, quo Abrahã immolare voluit filiũ suũ, & arietẽ immolauit, quia Ecclesia in fidẽ, & in cultũ veterũ patrũ succedit, sicut ait Apost. 2. Cor. 4: Habẽtes eumdẽ spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Nos enim in eumdem Deum credimus, & eumdem cum illis Deũm inuocamus, & colimus, nõ quidem eisdem sacrificijs, sed illo tamen, quod significabatur in Isaac, & in ariete, & in omni 14 bus sacrificijs. † Tẽplũ versum erat ad Orientẽ, & portam magnam habebat, qua totũ Orientis solis lumine perfundebatur, quia Ecclesia Christi, qui Sol iustitiæ est, radios plenissimè excipit, atque ita ab eo illumi natur, vt columna dicatur, & firmamentum veritatis, & omnibus hominibus in maximis tenebris versantibus ipsa sola luce plena est, nec vllo modo errare po- *1. Tim. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

test in credendis, aut in agendis. Isai. 4: Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum, & splen-
15 dorem ignis flammantis in nocte. † Alludit ad expressam huius rei figuram, cum populus in terram promissionis tendes per diem columna nubis ducebatur, per noctem columna ignis, vt dux esset itineris eis vtroque tempore, Exod. 13. Sed apertissimè Isai. 60: Surge illumina re Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos; super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur, &c.

MENSVRARVM TEMpli, & trium eius partiũ mystica explanatio, & quid vnaquæque pars significet.

CAP. XX.

1 LOngitudo domus (vt Beda inquit cap. 6.) longanimitatẽ designat sanctæ Ecclesiæ, quæ in exilio peregrinationis huius patienter aduersa quæque tolerat, donec ad patriam, quam expectat perueniat. Latitudo insinuat caritatẽ, qua dilatato sinu mentis non solum amicos in Deo, sed inimicos gaudet dẽ ligere propter Deum, donec veniat tempus, quo ad pacem suam conuersis, seu funditus extinctis inimicis, cũ solis gaudeat amicis in Deo. Altitudo spem denuntiat futuræ retributionis, cuius intuitu libẽter infima quæque, siue quę demulcent, siue quæ aduersantur, contemnit, vsq; dum vtrisque transcensis sola mereatur videre bona Domini in terra viuentium. Hæc Beda, & Angelomus, qui omnia, quæ de tẽplo scribit, ex Beda desumit. † Sexagenarius
2 *Sexagenarius.* humerus fit ex denario multiplicato per senarium. Denarius plenitudinem magnam; & vniuersitatem significat, *Denarius.* quia omnes numeros continet, quandoquidem vsq; ad decem numeramus, & post decẽ non nominantur noui numeri, sed illi, qui nominati erant, repetuntur. Senarius autem (vt ait Beda) *Senarius.* significat perfectionem bonorum operum, quia sex diebus mũdus factus est.

Lõgitudo. Longitudo ergo est sexaginta cubitorum, quia dum in hoc exilio sumus, perfectioni bonorum operum in magna plenitudine incumbendum est, ita vt nihil relinquamus faciendum, nihil fugiamus pro Deo perferendum. Latitu
Latitudo. do est viginti cubitorum, quia & vniuersos amicos diligere, & vniuersos inimicos sustinere, & diligere debemus propter Deum, nec vllis eorum odijs, aut malefactis vinci debemus. Rom. 12: Noli vinci à malo, sed vince
3 *Altitudo.* in bono malum. † Altitudo est centũ viginti cubitorum, quia futura retributio continet vniuersitatem omnium bonorum multo maiorem quam intelligi possit, & nihil potest deesse beatis: nam denarius plenitudinem, & vniuersitatem significat, vt dictum est, eamdemque vniuersitatem, & plenitudi-
Duodenarius. nem, adhuc plenius significat duodenarius, quia constat ex duobus senarijs. Ita cum dicitur Matth. 19: Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel: in duodecim sedibus vniuersitas iudicantium intelligitur, (alioqui Paulus non iudicaret, nec haberet sedem) & in duodecim tribubus vniuersitas iudicandorum, vt docet Augustin. in Psalm. 49. in illud: Et in circuitu eius tẽpestas valida, & in Psal. 86. in illud: Diligit Dominus portas Sion. Quia ergo centum & viginti duodecim denarios habent, meritò in hoc numero vniuersitas bonorum maxima,
4 *Tres contignationes templi.* & cumulatissima significatur. † Verùm in hac altitudine sunt tres contignationes, quibus tres status Ecclesiæ designãtur, id est, incipientium, proficientium & perfectorum. In prima quæ triginta cubitorum erat, indicantur incipientes, quoniam id habent, sine quo salui esse non possunt, id est, custodiam præceptorũ decẽ cum fide sanctæ Trinitatis: triginta enim fiunt ex decem multiplicatis per tria. Ita altitudo arcæ Noe, qua typicè continentur omnes, qui salui futuri sunt, triginta cubitorum erat, Gen. 6. Deniq; hunc numerum pertinere ad incipientes docemur, Matth. 13: Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum

num. Ex quibus verbis intelligitur numerum sexagesimum, qui secundæ contignationis est, pertinere ad proficientes; quia vniuersitatem bonorum operum amplectuntur, non præceptorum tantum, sed etiam consiliorum.
5 † Tertia contignatio, quæ centum viginti cubitorum erat, pertinet ad perfectos, quia pleniorem, & firmiorem habent vniuersitatem bonorum operum. Et quidem in Euangelio centena
Matth. 13. rius eis tribuitur, quia secundissimi agri eum fructum ferunt, hic verò idem significantur in centum, & viginti, quoniam vt ille agris, sic hic numerus templo aptior fuit: sed vtrerque magnam perfectionẽ significat. Idem
Tres partes domus. tres status significantur in tribus partibus domus, id est, in porticu, & in domo exteriori, & interiori. Sed duæ priores quid præterea significarent eleganter Paulus docuit Heb. 9. his verbis: In priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua, & populi ignorantia: hoc significante Spiritu sancto nondum propalatam esse Sanctorum viam adhuc priori ta-
6 bernaculo habente statum, &c. † Sensus est, prius tabernaculum, id est, prio
Domus exterior. rem tabernaculi partem, quam in templo vocamus domum exteriorem (eam nos addere possumus porticum, immò & atrium quoque sacerdotum) significare statum veteris legis, quoniam in illa cordue imabantur sacrificia, & erat ea, quæ ad cultum Dei pro illo tempore pertinebant, vt mensa, & candelabrum, & panes, & altare thymiamatis,
Sanctum sanctorum. & holocaustorum altare. Sanctum autem sanctorum cœlum ipsum significabat, quia in illo erant arca, & Cherubim, & Diuina maiestas: & erat post primũ tabernaculi, sicut prior est cœlum huius vitæ quam beatitudo, quæ merces illius est. Quod igitur apertum erat Sanctum sanctorum, & nemo illuc ingrediebatur, nisi solus pontifex semel in anno, id est, infesto die Expiationum, significabat nondum esse propalatam viam Sanctorum, id est, non patuisse hominibus animum in cœlum
Velum stabat prius tabernaculum, id est, dum durabat status veteris legis, in qua munera, & hostiæ, quæ offerebantur, non poterant animam sanctificare, &
7 cœlum aperire. † Sed Christus assistẽs, (Id est, accedens, quod Græcè dicitur παραγενόμενος,) pontifex futurorũ bonorum, id est, vt impetraret nobis futura bona cœlestia, sicut verus pontifex noster, expleta passione sua, qua peccata nostra expiauit, non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, id est, non virtute sacrificiorum veteris legis, sed per sanguinem suum, quem fuderat, introiuit semel in Sancta, id est, ascendit ad patrem. Inde cum ipse expirauit, velum templi scissum est à summo vsque *Matth. 27.* deorsum, vt scieremus iam propalatam esse ianuam regni cœlestis. Sed totum hoc, quod sacrificiorum & thymiamatis oblationis locum includit, significat nunc præsentem Ecclesiam (vt aiunt Beda in libro de Templo, capit. 10. & S. Thomas in hunc locum Pauli) in qua nos Deo sacrificare debe-
8 mus. † Siue, vt magis proprie dicamus, significat præsentis vitæ nostræ statum; quoniam sicut in prius tabernaculum semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, ita nos semper offerre debemus Deo sacrificia pœnitentiæ, & reliquarum virtutum. Et nunc quidem totos nos offerre, & quasi holocausta viuo Deo immolare debemus, non solum animam, & quid quid in ea est, sed etiam corpus: iuxta illud Rom. 12: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Nunc ad altare thymiamatis accedentes offerre Deo debemus pia suspiria, & preces, & laudes. Et sicut per atrium sacerdotum, & domum exteriorem trãsibatur ad Sanctum sanctorum; sic per laborem bonorum operum tranſitur ad æternam beatitudinem. Primùm omnium occurrebat locus laudibus Diuinis dicatus, deinde altare holocaustis, postea altare thymiamatis, & Sanctum sanctorum: quoniam non est satis Christianos nos esse confiteri, & laudare Deum verbis, nisi per opera pœnitentiæ, & oppugnatione affectuum nos Deo immolemus. Sed neque hic sistendum est, adolenda sunt thymiamata, quia cum affectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mactauerimus, caritati incumbendum
est, & orationum spiritualium, ac cœlestium desideriorum odoramenta per
ignem interim amoris in conspectu
creatoris nostri offerre debemus, donec intremus in æternam beatitudi-
10 nem. † Inter atrium, & domum exterior em porticus erat media, qua significabatur mora, & perseuerantia in
sacrificio bonorum operum, & in mactatione affectuum, vt intelligamus
non satis esse breui tempore opera carnis mactare, vt in magnam Dei familiaritatem recipiamur, & accedamus
ad altare thymiamatis, id est, vt habeamus ignem caritatis, & gemitus, & ardentia desideria cœlestium bonorum.
3. Reg. 7. Ideo positæ sunt in porticu duæ co-
Duæ columnæ. lumnæ firmissimæ, vt videbimus, altera
ad dexteram, altera ad sinistrã, quibus
significatur fortitudo, & perseuerantia tam in prosperis, quam in aduersis.
Huius longitudo erat viginti cubitorum, in qua significatur longanimitas, & patientia electorum, vt dictum
11 est. † Et erat iuxta latitudinem do- 13
mus, in qua designatur latitudo, caritatis, quia quanta est latitudo caritatis, quæ in amicos, & inimicos extenditur, tanta debet esse patientia, & longanimitas in operibus pœnitentiæ, ceterarumque virtutum: vt tam suauia,
quam insuauia amplectatur, & nullo tempore desit, nulla difficultate vincatur; iuxta illud: Patientia autem opus
Iacobi. 1. perfectum habeat. Latitudo erat decem cubitorum, quæ addebatur longitudini domus, quia ad omnia suauia, &
insuauia patientia, & constantia extenditur, vt perficiatur longitudo domus,
in qua, vt diximus, significatur, dum in hoc exilio sumus, ut magna plenitudine incumbendum esse perfectioni bonorum operum, quia nimirum virtus
boni operis perseuerantia est, vt ait Gregor. Hom. 25. in Euangelia, & idem
1. Moral. cap. vltimo: In cassum, inquit, bonum agitur, si ante terminum vitæ
deseratur, quia & frustra velociter currit qui antequam ad metas veniat,
12 deficit. † Vndè præclarè domus exterior
Quaternarius. longitudinem habet quadraginta cubitorum, quoniam quaternario omnia
tempora significantur, siquidem dies
quatuor habet tempora, matutinum, meridianum, vespertinum, nocturnũ:
& annus quatuor temporibus constat, verè æstate, autumno, hieme. In dena- *Denarius.*
rio autem intelligitur scientia creatoris, & creaturarum, habet enim ter- *Ternarius.*
narium, qui creatorem indicat, ideſt, Sanctam Trinitatem, & septenarium, qui *Septenarius*
indicat creaturã, quia sex dieb' omnia facta sunt, & septimo Deus requieuit ab opere, quod patrauerat: & quia
creatura perfectissima, id est, homo, constat in corpore quatuor humoribus, in anima tribus potentijs. Ita Au-
gustinus. 2. de Doctr. Christ. capit. 16. *Quadragenarius.*
Quadragenarius fit ex denario quater multiplicato; ergo domus exterior
quadraginta cubitos longa est, quia dum denarius temporaliter trahitur, id
est quater multiplicatur, hoc est dum in hoc tempore toto creatorẽ, & creaturas cognoscemus, propter gloriam
creatoris omnia incommoda creaturarum perferenda sunt, & viriliter agendum est donec accedamus ad Sanctum
sanctorum, id est, cœlestia præmia capiamus. † Sãctum sanctorum viginti cubitorum habet longitudinem, & quadratum, atque æquale vndique est, quia
cœlestis beatitudo semper sui similis est, neque aliquid susçipit varietatis, vt
figura quadrata: & propter stabilitatem, quam eadem figura habet. Hinc
de cœlesti Ierusalem dictum est Apoc. 21: Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo, & altitudo, & latitudo eius
æqualia sunt.

OSTIA, ET VELVM tam Oraculi, quam domus exterioris, & porticus ostio, ac velo carens, & vniuersum harum rerum opus quid significent.

CAP. XXI.

1 IN eius ingressu duo ostia facta sunt de lignis oliuarũ, & postes angulorũ quinq;. Introitus vnicus est, quia vnus in regnũ cœleste per opera fidei sperandus introitus est, vt ait Beda. c. 15. sed ostia duo sunt quia sine caritate Dei, & fratrum non patet ingressus in cœlũ. De lignis oliuarũ fiunt, quia caritas otiosa esse non debet, sed pleña operibus misericordiæ, & lucis: iuxta illud Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Itaque per opera misericordiæ intratur in cœlum, iuxta illud Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defecerit, recipiant vos in æterna tabernacula. Et Matth. 25. Venite benedicti, &c. Esurijui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Rectè etiam dicuntur ligna olei, quia homines auari, & aridi illuc introire non possunt. *Ostia.*

Postes. Postes angulorum quinque fiunt, quia operibus caritatis, & misericordiæ in fratres adiungenda est abnegatio, & mactatio quinque sensuum, vt intremus in cœlum. De his foribus dicitur: *Fores.*

2 † *Et sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia.* Cherubim significant electos eò tendere debere, vt angelorum vitam puritate, & amore imitentur, inter quos sibi viuendum est in cœlo. Palmæ, quæ non deprimuntur pondere, sed surgunt, & tollunt onus, atq; ideo victorum insigne sunt, indicant non esse cedendum tentationibus, aut laboribus vllis, sed viriliter esse pugnandum, vt palma donemur. Hinc de sanctis scriptum est. Apoc. 7: Et palmæ in manibus eorum. Anaglypha valde prominentia significant variarum virtutum opera non latentia, sed extra prominentia, & exemplo alios prouocantia. Sed hæc omnia tegun-
tur laminis aureis, quia omnibus virtutum operibus fulgor supereminere amoris debet, vt magna cum caritate fiant, & non humana merces, sed Dei gloria quæratur, iuxta illud. 1. Corinth. 10: Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in glo-
3 riam Dei facite. † Paries diuidens *Paries diuidens Sanctum ab exteriori domo.* Sanctum sanctorum à domo exteriori significat in hac vita separari nos à sanctis, qui cœlum incolunt, eamque non gaudij esse, sed laboris. Velum significat abscondita esse nobis illa bona, quæ speramus, ac per fidem ambulandum esse, non per speciem, sicut legimus. Isai. 64: Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Quod verò in textum erat *Velum.*

hyacintho, purpura, cocco, bysso, significat nostram fidem eius veritate niti, qui prima veritas est, & vniuersa fecit: his enim quatuor vniuersa creatura significatur, vt ait Iosephus libr. 6. de Bello, capit. 6. Coccus enim colore ignem imitatur, hyacinthus verò aerem, & cœlum. Purpura mare significat, byssus terram, non colore, sed origine, quia purpura è mari est, byssus è terra, vt ibidem ait Iosephus. Significat etiam eamdem fidem non ignauam esse debere, sed ornandam esse, atque picturandam his maximè virtutum operibus, quæ his quatuor
4 indicantur. † Hyacinthus quia calore cœlum refert, significat vitam fidelium cœlestem esse debere, non terrestrem, qualis est vita infidelium, & plenam superiorum bonorum desiderijs, quæ fides ostendit. Coccus, quia *Hyacinthus* *Coccus.* ignem imitatur, ardorem significat caritatis, & his tinctus esse debet, vt non solum Deus diligatur, sed etiam fratres. Purpura, quæ sanguine inficitur, imitationem passionis Christi, & patientiam laborum, crucisque portationem designat, vt ait Beda cap. 15. *Purpura.* Byssus, eodem autore, atque in eodem *Byssus.* loco, quia de terra virenti germine nascitur, & multo artificum labore exercetur, vt natiuum exuat virorem, atque ad albedinem deducatur speciem, congruè castigationem nostræ carnis insinuat, quæ exercenda est operibus pœnitentiæ, & edomanda, vt candida fiat, & munda. Intexuntur velo Cherubim, vt angelorum vitam imitari studeamus, sicut dictum est, & vt in bonis, quæ agimus (vt ait Beda) multitudine scientiæ indesinenter vtamur (nã Cherubim multitudinem scientiæ significat) respicientes semper ad eloquia Diuina, & ne fortè à virtutum calle aberremus, horum intuitu vestigia nostra regentes. † In introitu tem-
5 pli postes erant de lignis oliuarum quadrangulati. Potest introitus hic consi- *Postes quadrangulati* derari vel quatenus initium est domus, & primus eius ingressus, vel quatenus est post altare holocaustorum, & post atrium sacerdotum. Beda capit. 15. primo modo considerat, atque ita significare dicit primordia nostræ conuersionis ad Deum, quando in Ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clesiam ingredimur. Postes quadrangulati facti sunt, propter quatuor sancti Euangelij libros, quorum doctrina in fide veritatis erudimur; siue propter quatuor virtutes principales. Duo autem ostia, propter dilectionem Dei, & fratrum. At mihi videtur posteriori potius modo considerandus introitus templi, vt à Pauli expositione nunquam recedamus: alioqui, & ipse introitus in Sanctum sanctorum posset similiter designare introitum nostrum ad Ecclesiam. † Postquam ergo 9 nos per pœnitentiam Deo immolamus: & holocaustum corporis, atque animæ nostræ offerimus, quod significatur in altari holocaustorum, & in atrio sacerdotum, vt dictum est, & in hoc permanemus constanter, quod significatur in porticu: nouus nobis introitus offertur ad maiora bona, & penitius intramus in domum Dei magis Deo familiares, & domestici effecti, & vicinniores efficimur altari thymiamatis, in quo purissima, & incensa mentis eleuatio, & desiderium ardens fruitionis Dei magna cum perfectione offeratur. Postes sunt quadrangulati, propter quatuor præcipuos affectus, quos breuiter summus Poeta indicauit:

Virg. 6. Æneï. *Hinc metuunt, cupiuntq; dolent gaudentq;.*

¶ Quos iam quasi expoliunt, & rationi subijciunt, nec vnquam hanc curam abijciunt, siue in prosperitate spiritualis sint, siue in aduersitate. † Sed sunt de 7 lignis oliuarum, siue de lignis olei, quia ita nostris affectibus edomandis incumbere debemus, vt nunquam misericordiæ operum, tam spiritualium, quã corporalium obliuiscamur. Atque in hoc introitu postes sunt de lignis oliuarũ: in introitu autem Sancti sanctorũ non postes, sed fores ipsæ ex oliuis sunt, quoniam quo magis proficimus, & magis mente pura in Deũ ascendimus, maiori curæ, & potiora nobis sunt opera misericordiæ. Quo enim magis cognoscitur Deus, magis amatur, & magis cognoscitur humana miseria, & grauitas, atq; deformitas peccati, & magis subuenire illi studemus. Idcirco ibi fores ipsæ, quæ caritatem significãt, sunt ex lignis oliuarum, & quia iam perfecta caritas tota in misericordiæ opera 10 vertitur, & quia illa misericordia maiorem nobis gratiam, & maiorem Diuinarum rerum cognitionem, ac denique introitum in beatitudinẽ impetrat. † Inde duo discipuli Luc. 24. qui Dominũ in via colloquendo non cognouerant, in opere illo misericordiæ, & in fractione panis cognouerunt, vt adnotauit Gregorius Hom. 23. in Euangelia. Ecce, inquit, Dominus nõ est cognitus dum loqueretur, & dignatus est cognosci dum pascitur. Itaque in illo statu misericordia est quasi ad latus, in hoc verò est in conspectu, & recta facie eam intuemur. Duo ostia dilectionem Dei, & fratrum significant, sed in introitu templi significant caritatem in statu proficientium, in introitu autem Oraculi, in statu perfecto. Et abiegna sunt, quia abies robusta arbor est, & latè ramos expandit, semperque viret. Debet ergo caritas esse fortis, & in omnes expandi, neque iniurijs vllis, aut tempore vllo debet arescere, & hoc ipsa caritas per pœnitentiam, & abnegationem affectuum, & perseuerantiam assequitur. Atque hæc ostia altrinsecus posita sunt, quoniam, vt rectè ait Beda cap. 15. vna dilectio sine altera haberi non potest, nec enim Deum diligit qui nõ diligit fratres, nec fratres caritate diliget, 9 qui non diligit Deum. † Ostium exterius significat dilectionem fratrum, vt ait Beda: interius significat dilectionẽ Dei, quia ab operibus caritatis in fratres venimus magis ad opera caritatis in Deum, 1. Ioha. 4: Qui non diligit fratrem suum, quem videt Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Eccle. 6: Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim magis in dilectione firmaberis? Verùm vtrumque horum ostiorum duplex erat, & se inuicem tenens aperiebatur: quia in vtraque dilectione duo sunt, quæ maximè obseruare debemus. In dilectione Dei debet esse fides veritatis, & puritas bonæ operationis, quia sine fide impossibile est placere Deo. Hebræ. 11. & fides sine operibus mortua est; Iac. 2. Quare vtrumque ostium sibinuicem tenes aperitur, quia neque fides sine operibus, neque sine fide bona opera placere possunt. † In dilectione fratrũ debet esse patientia, & beni-

Ostium exterius, & interius.

Ostia duplicia.

benignitas, iuxta illud. 1. Cor. 13: Caritas patiens est, benigna est. Patientia, ad tolerandas iniurias, molestias q; fratrum, benignitas, ad dimittendum ex corde, & benefaciendum iis, quorum iniurias sustinet, sicut ait Dns Luc. 6: Dimitte, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis. At neque iniurias bene tolerabit qui non est paratus ad remittendum ex animo, & ad benefaciendum: neque benefacere poterit qui iniurias, & molestias tolerare nescit. ex Beda cap. 15. Possumus etiam in vtraq; dilectione duplex ostium interpretari exteriorem seruorem operum, & interiorem animi deuotionem, quorum neutrum permanere sine altero potest. Ante hæc ostia erat velum, sicut *Velum.* 11 & ante ostium Oraculi. † Quemadmodum autem illud significabat clausum esse cœlum, & abscondita esse hominibus quæ intra cœlum erant: ita hoc velum templi significat abscondita esse hominibus nondum expertis bona maxima, quæ Deus præparauit iis, qui per pœnitentiæ, & abnegationis sui perseuerantiam transeunt ad perfectionẽ caritatis, & semper de futuris bonis cogitant eaque tantum expetunt obliti ceterorum. Porticus sine ostio, & velo. Porticus nequeostium habet, nec velum, quia omnibus notum esse oportet quanta sit perseuerantiæ in pœnitẽtia vis, & vtilitas, & omnes ad id vocandi sunt, atque hæc perseuerantia ceteris, quæ intus sunt, maiestatem, & venerationem conciliat.

ORNATVS INTERIOR domus quid significet.

CAP. XXII.

Tabulæ cedrinæ. 1 TAbulæ cedrinæ, quibus tota domus tegebatur, insuperabilem virtutum venustatẽ significat, vt ait Beda ca. 11. Est enim cedrus arbor odorata, & incorruptibilis: & quia filij Ecclesiæ toti esse debent virtutibus pulchri, & odore boni exempli, perseuerantiaque in bonis operibus venerabiles, rectè domus tota cedro tegitur. Tabulis cedri omnia vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete, quoniam talis debet esse vita nostra, vt naturæ vitia omnino, si fieri posset, abscondantur, & solæ virtutes in nobis appareant: quod sancti per gratiam Christi imperfectè in hac vita obtinent, sed in futura plenè atque perfectè obtinebunt. † Pauimentum tegeba 2 tur tabulis abiegnis, quia nostræ parientatis cognitio, id est humilitas firma debet esse in nobis, & semper virens dum hic viuimus. Pauimentum autem Oraculi tegitur tabulis cedrinis, quia in beatis firma, & incorruptibilis est hæc sui ipsorum cognitio, & odorem suauem emittit, id est, Deo gratissima est, & ceteris beatis. Tabulæ omnes torno expolitæ sunt, quia virtutes nihil habere debent informe, aut impolitum, sed omnia ad regulam rationis, Diuinæque legis facienda sunt. Iuncturas habent fabrefactas, quia virtutes inter se iunctæ, & connexæ sunt, & altera pendet ex altera. 3 † Cælaturas eminentes habent, quia prodire foras debent ad laudem Dei, & ad exemplum fratrum. In cælaturis sunt palmæ, id est, crebræ nostri ipsorum victoriæ; & Cherubim, id est vitæ, & puritatis angelicæ imitatio, & flores, id est, varia bonorum operum pulchritudo. Laminis aureis omnia tegebãtur, quia aurum caritate significat, iuxta illud Apoca. 3: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum, vt locuples fias. Caritas autem est ornamẽtum, & pulchritudo bonorum operũ. Laminæ sunt quadratæ ad regulam, vt nullus hiatus appareat, quia iuxta regulam Diuinæ voluntatis nihil esse debet in operibus nostris, quod non sit cum 4 caritate coniunctum. † Habet laminæ suas cælaturas prominentes, quia caritas latere non debet, sed foras prodire, ita tamen vt illæ cælaturis tabularum respondeant, quia vna debet esse, & eadem virtutum, caritatisque manifestatio, id est, nec virtutes sine caritate manifestandæ sunt, nec caritas sine virtutibus. Claui aurei sunt verba Scripturæ cœlestes promissiones continentia, & timorem Dei docentia, quibus in virtutum studio continemur ne deficiamus. Eccle. 12: Verba sapientum quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi. Appendebant autem quinquagenos

Tabulæ abiegnæ.

Expolitio tabularum.

Iũcturæ tabularum.

Cælaturæ.

Laminæ aureæ.

Cælaturæ laminarum

Claui aurei

Universidad de Deusto
Biblioteca

siclos, quoniam quinquagenario numero significatur in Scriptura (vt ait Beda capit. 12.) remissio peccatorū, & gratia Spiritus sancti, & æterna requies. Psalmus enim quinquagesimus est remissionis, & annus Iobilæi quinquagesimus est: & Spiritus sanctus quinquagesimo die descendit in Apostolos: verba autem diuina, quibus in bonis operibus continemur, remissionē nobis peccatorum pollicentur, & gratiā Spiritus sancti, & æternam requiē. In pauimento nullæ erant cælaturæ, quia humilitas videri refugit, & latere, atque conculcari cupit. Habet quidem & ipsa opera sua externa, sed hæc maximè ostendit dum se planam, & æqualem, & calcabilem præbet.

EXTERIOR ORNATVS domus, quid significet.

CAP. XXIII.

1 FVndamentum domus quod nam sit, apertè Paulus ostendit, 1. Corint. 3: Fundamentum autem aliud nemo potest ponere præter id, quod positū est,
Fundamentum domus quod est Christus Iesus. Qui (vt ait Beda cap. 4.) rectè ideo fundamentum vocatur, quoniam, vt Petrus dixit Act. 4: Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Verùm hic est primus lapis ædificij, lapis angularis ceteros continens, atque connectens de quo Isai. 28: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Sed lapides, de quibus nunc loquitur, sunt Apostoli, & Prophetæ, sicut exponit idem Paulus Ephes. 2. Super ædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Ideo elegan-
2 ter dictum est: † Præcepitque rex vt tollerent lapides grandes pretiosos in
Apostoli. fundamentum templi, & quadrarent eos. Fuerunt enim Apostoli, & Prophetæ quadrati, id est, ex omni parte excisi, & expoliti, & æquales. Beda capite. 4: Qui bene lapides primò quadrari, ac sic in fundamēto poni iubentur. Quadratum namq; omne quocunque vertitur, fixum stare consuevit. Cui nimirum figuræ corda assimilantur electorum, quæ ita in fidei firmitate consistere didicerunt; vt nulla occurrentium rerum diuersitate, nec ipsa etiam morte à sui rectitudine status possint inclinari, &c. Significat quadratum, vt in talis videmus, quomodocunq; proijciatur semper rectum stare, & ideo de viro bono, & forti scripsit Aristoteles, 1. Ethicorum ad Nicom. cap. 10: Fortunamq; feret pulcherrimè, & omni ex parte concinnè, ac æquabiliter, quippe
3 qui verè bonus, atq; quadratus est. † Domus tecta erat laquearibus cedrinis, *Tecta domus.*
quia perfecti, quos in hac suprema contignatione significari diximus, omni virtutum varietate decorātur. Cedrus (inquit Beda cap. 9.) arbor est imputribilis omnino naturæ, odoris iucundi, aspectus nitidi, serpētes accensa nidore fugans, ac perimens. Quæ perfectis quibusque conueniunt, quorum insuperabilis est patientia, forma virtutum eximia, præsentia cunctis gratissima bonis, autoritas ad reuincendos, confutandosq; eos, qui veritati resistunt, constantissima: qui & in hac vita, & in futura singulari præ ceteris sanctis eminentia fulgent, &c. † Suprema autem,
4 atq; extima domus pars cœlum spectās *Tabulatum circa domū.*
super quam tabulatum quinq; cubitorum altitutidinis ædificatū est ne ascendētes caderent, beatitudinē cœlestē significat, quæ tota in Dei aspectū cōuertitur, & cedrina est, id est immortalis, & tutissima, vnde nemo decidere vllo euentu potest, vt ibidem ait Beda. Quinq; cubitos altitudinis habet, quoniā (vt idē scribit) ita nos in illa patria Diuinæ præsentia claritatis adimplet, vt nihil aliud visus noster, nihil auditus, nihil olfactus, nihil gustus, nihil tactus dulce habeat, nisi diligere Dūm Deum nostrū ex toto corde, tota anima, tota virtute: diligere, & fratres tamquā nos
5 ipsos. † Lapides totius domus dolati, *Ferramentum non auditum in templo.*
atq; perfecti fuerūt, & malleus, & securis, & omne ferramentū nō sunt audita in domo dum ædificaretur. Lapides, ex quibus totū domus ædificiū cōstat, quatenus vt primū quoddā subiectū considerātur tabulatū cedrinarū, & cælaturarū, & auri, naturā nostrā significant, cui decor gratiæ accedit, & virtutum, quatenus verò domū ipsam cōstituūt, & domus ipsa sunt, indicāt beatos, qui lapides sunt cœlestis templi, & domum illam beatā, atq; illā superna Ierusalē cōficiunt. Vt ergo lapides in mō te ipso, vnde excidebatur, dolabantur, & quadrabantur vt in templo colloca
6 rētur, nec ibi ad dolationē vllā ferramē tū audiebatur, † ita electi in hac vita laboribus, & ærumnis exercētur, & dolā tur, vt suis quiq; locis in cœlesti beatitudine disponātur, & (vt ait Beda c. 7.) castigatione cessante solo amoris glutino, quo inuicē copulētur, vno impleti spiritu perfundātur. Quod elegāter in Ecclesiastico hymno indicatū est.

Tunsionibus, pressuris expoliti lapides
Suis coaptantur locis per manus artificis,
Disponuntur permansuri sacris ædificijs.

¶ Potest iuxta hunc sensum in tabulis cedrinis, quibus teguntur lapides, perpetuitas beatitudinis significari, in laminis aureis, fulgor, atq; præstantia maxima eiusdem beatitudinis, in cælaturis varietas, ac multitudo gaudiorum, quæ & perpetua sunt, & ideò cælaturæ factæ sunt in tabulis cedrinis, & eximium fulgorem, atq; admirabilem præ
7 stātiam habent. † Et ideo cælaturæ etiā sunt in auro: quidquid enim gaudij est in hac vita, non magis cum gaudijs illis comparari potest, quam terra cum auro. Claui, quibus hęc connectuntur, sunt dulcissimi affectus amoris. Verùm hæc ad Anagogicū sensum spectant. Iuxta priorem, lapides dolantur vt nō audiatur ferramentū cum domus ædificatur, quoniam vt templum Dei efficiamur, id est, vt non solum gratiā habeamus, sed tales etiam simus, vt in nobis diu, quasi in propria domo permaneat Deus, & conquiescat, exercitatione virtutum naturam nostram dolare, atq; expolire debemus, id est, affectus nostros comprimere, vt ita domus Dei ædificetur.

Fenestræ. 8 † Fenestræ templi (vt ait Beda ca. 7.) doctores Ecclesiæ sunt, qui dum fidei mysteria, & facienda docent, per eos lux ad reliquos ingreditur. Ideo dictū est Matth. 5: Vos estis lux mundi. Fenestræ obliquæ sunt, eodem autore, quia nimirum necesse est vt quisquis iubar supernæ contemplationis vel ad momentum perceperit, mox sinum cordis amplius castigando dilatet, atq; ad maiora capessenda sollerti exercitatione præparet, &c. Sunt etiam introrsum latiores, quia & si magna latitudo caritatis cerni in eis debet exterius, maior intus debet in corde feruere. In corpore Christi fenestras interpretari possumus vulnera, quæ cum magnam ostē
9 dant caritatem, multò tamen maior erat in eius corde intus. † Erant autem fenestræ in tribus lateribus templi, id est in omnibus, præterquam in Orientali, & in omnibus contignationibus, quia omnium conditionum homines lumine solis iustitiæ indigent, quod per doctores Ecclesiæ, & per spirituales viros diffunditur. Latus Orientale, quia magnam habet ianuam, & orientis solis radijs plenissimè perfunditur, fenestris non indiget, quia pars illa Ecclesiæ, quæ plenè à Deo illuminatur in beatitudine, non necesse habet ab hominibus doceri: Apoc. 21. Et ciuitas nō eget Sole, neq; Luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus.

TRES ORDINES CELlarum, & ostia, & cochlea quid significent.

CAP. XXIIII.

1 TRes ordines cellarum circum domum ædificati tres vitæ rationes significāt, vt ait Beda cap. 7. quæ omnes bonæ sunt, & ad Ecclesiam pertinent. Prima est coniugatorum, secunda continentium, tertia virginum. Et quia quæliber harū multos recipit, ac proinde multæ in eis diuitiæ domus Dei seruantur, rectè cellæ dicūtur, siue domunculæ. Primus ordo strictior est, quia minorē habuerūt latitudinē animi, atq; spei cōiugati putātes se aut nullo modo, aut difficillimè, in castitate posse permanere, & illud Pauli auscultātes, 1. Cor. 7. Quod si nō se continēt, nubant. Hæc latitudo maior est incōtinentibus, & maior adhuc in virginib⁹, idcirco secūdus ordo latior est, tertius
2 adhuc latior. † Primus ordo quinq; cubitorū est, quia à quinq; sensuū voluptatibus non admodum abstinet, secundus, sex, quia perfectior est, senarius

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim perfectionem significat: vt supra diximus: tertius septem, quib numero integra perfectio significatur. In his omnibus à Beda recedimus, quoniam in ea fuit sententia, vt putaret infimum tabulatum esse septem cubitorum; supremum verò quinque. Rectè etiam interpretatur Rupertus in Comment. lib. 3. Reg. cap. 16. qui in his tabulatis significari affirmat tres viuendi distinctiones, quæ significatæ sunt. Ezec. 14. in Iob, Noe, Daniele. Prima est coniugatorum, qui per fidem, & patientiam in coniugio Deo placent, vt Iob. Secũda est prælatorum, qui in Noe, qui gubernauit arcam in fluctibus, significantur. Tertia, & suprema est contemplationi vacantium, qualis fuit Daniel. Prima est quinque cubitorum, in qua mensura intelligitur labor exterior
3 quinq; sensus corporis occupans. † Secunda est sex cubitorum, quia versatur & laborat in opere Dei, Deus autem sex diebus absoluit opera sua. Tertia septem habet, quia septimo die, id est, sabbato, requies significatur, & sabbatismus. In hac enim viuendi ratione sancta anima sabbatizat sæculo altior, & cum adhuc teneatur in corpore, per contemplationis requiem quodammodo iam fruitur cœlo. Hæ viuendi rationes siue hoc, siue illo modo interpretemur, adiunctæ sunt templo, quoniam Ecclesiasticam normam sequuntur, & ad Ecclesiam pertinent: sed non fiebat muris templi, id est non sunt perforati muri ad eas sustinendas, aut super muros fulciuntur, nihil enim per earum diuersitatem onerata, aut grauata est Ecclesia, nihil de sua integritate, aut vnitate amisit. Trabes tamen positæ sunt in muro, quibus hæc tabulata sustineantur, quoniam hæ viuendi rationes præceptis & consilijs Christi, quæ nobis Ecclesia tradidit, innituntur. † Ostiũ
4 quo ad has intrabatur, in pariete domus erat, non extra, quia qui ita vnum, membra Ecclesiæ sunt, & extra Ecclesiam nec coniugium Deo placet, vt cõiugium Sanctorum, nec continentia, aut virginitas; etiam si verè hæ duæ virtutes extra eam inuenirentur. Sed erat in pariete domus dextero, id est, in Meridiano, quæ pars cœli in bonam partẽ sumi solet in Scriptura, quia plus iuceis, & caloris habet, sicut pars Septentrionalis in malam, quia frigida est, & obscurior, vt sciamus has distinctiones graduũ in Ecclesia bonas esse, & Deo placere. Ad primum ordinem cellarũ facilè quisque ascendit, quia nemo est qui sibi continentiam non promittat in coniugio. Ille magis ascendit, qui transit ad secundum, id est, ad vitam cõtinentium; qui iterum, atque iterum secum voluit quam fluxæ sint voluptates carnis, & simul per orationem mente ad Deum ascendit, ac illas contemnit,
5 & vitam ab eis abhorrentẽ eligit. † Similiter à secundo ascenditur ad tertiũ, quoniam qui continentiam ad tempus elegerat, similiter voluendo, & ascendendo transit ad electionem perpetuæ virginitatis, si eam nondum amisit, aut si amisit, transit ad altioris continentiæ genus per votum sollenne, & ad tantam puritatem, & tantum castitatis amorem, vt meritum virginitatis possit æquare. Si autem, iuxta Rupertum, medius ordo sit doctorum, tertius contemplationi vacantium, ab eo adhuc tertium ascenditur, quia qui bene, & magna cum caritate docent, & in opere Dei laborant, ad altiorem contemplationis gradum prouehuntur. Beda, qui cetera hactenus de Ecclesia explicauerat, nunc cap. 8. ostium lateris medij dicit esse vulnus lateris Christi, quia dexterum ei latus à milite apertum sancta credit Ecclesia, vt idem ait,
6 & addit: † Vbi & apto etiã verbo vsus est Euangelista, vt non, Percussit, diceret, aut Vulnerauit, sed, Vnus militum lancea, latus eius aperuit, quasi ostiũ lateris medij, per quod nobis iter ad cœlestia panderetur. Per hoc namq; ostiũ nobis ascensus est in medium cœnaculum, & à medio in tertium, quia per fidem, & mysteria nostri Redemptoris de præsenti Ecclesiæ conuersatione ad requiem animarum post mortem ascẽdimus, rursumq; de requie animarum adueniente die iudicij ad immortalitatem quoque corporum, quasi in tertiũ cœnaculum, sublimiore profectu penetrabimus. Rupertus etiam capite. 10. ostium dicit esse latus Christi lancea apertum, quia ex eo exiuit sanguis, & aqua, id est baptismus, per quem in Ecclesiam ingredimur, & tunc aut manemus

mus in imo, aut ascendimus ad medium, siue ad tertium cœnaculum pro
7 volũtate nostra cũ gratia Dei. † Quod diximus ex Iosepho de altera cochlea ad cœnacula domus, similiter potest exponi de ascensu incipientium ad perficientes & ad perfectos; quamuis nihil necesse est in ijs, quæ ab Scriptura dicta non sunt, mysteria quærere, quoniam ideo (vt arbitror) non sunt ab ea dicta, quia mysteria non habebant. Quod mihi videtur sensisse Beda. c. 17. cum ait: Hæc quidem de structura templi studioso lectori credidimus intimãda: verùm in eis, quæcunque Scriptura sacra referre commodum duxit, figuras mysteriorum quæramus, ceteris per Historiæ cognitionem simpliciter vtamur, &c.

ATRIA, ET EXHEDRAE quid significent.

CAP. XXV.

1 DE atrio sacerdotum iam diximus, cum de domus significatione agebamus capite. 20. ex Paulo Hebr. 9. nempe in illo significari confessionem Dei, & laudem & immolationem nostram per opera pœnitentiæ, siue statum accuratè Deo seruire volentium, & offerre semetipsos per confessionem peccatorum, & per assidua opera satisfactionis. Ex quibus haud difficilè intelligimus in atrio exteriori significari eorum vitam, qui fideles quidem sunt, sed nondum à communi hominũ vita recesserũt, nondũ se per artius vitæ genus Deo immolarũt; quod etiã sensit Beda ca. 16. Septẽ quibus hi separantur ab ijs, qui sunt in
2 atrio sacerdotũ, tres ordines habet lapidum politorum, & quartum lignorum cedri, quoniam hi (vt ibidem ait Beda) sufficere sibi credunt si fidem, spem, & caritatem, & operum munditiam habeant. At alteri addunt ad hæc consilia Euãgelica, vigilias etiã, ieiunia, eleemo
2 synas, hymnos spirituales. † Tribus ordinibus lapidum politorum fides, spes, caritas, significantur, quæ firmi lapides sunt ad spirituale ædificium: & lapides politi dicuntur, quoniam (vt ait Beda) necessaria est discendi sollertia, quo quisque modo, quid credere, quid sperare, seu quid diligere debeat dignoscat. Ordo lignorum cedri est bona operatio sine corruptione simulationis exhibita, sine qua virtutes vel non manent, vel informes manent, & gratia, atque decore suo carent. Porticus significant subsidia, & quasi vmbracula, quibus Deus fouet, & tegit laborantes in opere virtutum. Exhedræ, siue gazophylacia, in quibus thesauri domus Dei seruantur, & sacerdotes hebdomadarij manent, significant per hæc Dei præsidia, & per hanc protectionem esse in nobis, conseruarique thesauros gratiæ, atque virtutum, & donorum, magis quam per nostram industriam: & per eadem effici vt nos Deo ministremus, & ei per pœnitentiam, & bona opera sacrificium cordis contriti, & humiliati offeramus.

TEMPLVM SALOMONIS quot annis steterit, & templum secundum, quod à Iudæis è captiuitate Babylonica reuersis constructum est, quo tempore ædificatum sit, & quot annos durauerit.

CAP. XXVI.

1 DE fine templi Salomonis hæc scribit Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 11. Incensum est autem templum annis, ex quo extructum fuerat, elapsis, CCCCIxx, mensibus sex, & diebus decem additis; exactis à transmigratione ex Aegypto annis M. LXII. mensibus sex, diebus decem. A diluuio verò vsque ad templi deuastationem interceserunt anni M. DCCCC, L. menses sex, dies decem. Ab Adamo item condito vsque ad hunc templi casum tria milia annorum elapsa sunt, & insuper. DXIII. menses sex, dies decem, &c. Sed reuera deprauatus est hic numerus annorum: à quarto enim anno Regni Salomonis, quo templum fundatum est, vsque ad vndecimum annum Sedeciæ, quo euersum est à Nabuchodonosor Rege Chaldæorum, quadringenti viginti septem anni numerantur iuxta fi
2 dẽ sacræ historiæ. † Cũque aduersus eũdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem Iosephum eadem historia doceat. 3. Reg. 6. quartum annum regni Salomonis fuisse quadringentesimum octogesimum egressionis filiorū Israel ex AEgypto: constat, templum stetisse quadringentis viginti septem annis; enersumque fuisse anno nongentesimo septimo egressionis ex AEgypto. Falsum est enim quod quidam exrecentioribus Hebræis aiunt, non stetisse nisi quadringentis decem. A diluuio vsque ad exitum ex AEgypto anni colliguntur ex sacra historia, iuxta Hebraeū, & nostram translationem, septingēti nonaginta duo, quibus necessariò addendi sunt centum triginta anni, quos natus erat Cainam filius Arphaxat, cum genuit Sale, vt est apud lxx. Gen. 11: recipit enim hanc generationem Lucas capite. 3. His si addamus nongentos, & septem, qui fluxerunt vsque ad templi desolationem, relinquuntur à diluuio vsque ad eam anni mille octingenti viginti nouem. A creatione mundi vsque ad diluuium aperte anni colliguntur ex Gen. 5. mille sexcenti quinquaginta sex, quibus priori summæ adiectis colliguntur anni à creatione mundi vsq; ad templi Salomonis fundationem ter mille quinquaginta octo, vsque ad desolationem verò, ter mille quadringenti octoginta quinque.

3 †Templum secundum anno secundo
Templi secundi tēpus à solutione Babylonicæ captiuitatis ædificari cœpit, id est, annis ex quo diru tum est à Chaldæis, quinquaginta quatuor, tot enim fuerūt iuxta verisimam chronologiam ab vndecimo anno Sedeciæ regis, qui fuit decimus nonus regni Nabuchodonosor, vsque ad secundum annum Cyri, quo ædificari templū cœpit, Hesd. 3. vt demonstrauimus in caput. 1. Zach. num. 21. & sequentibus. Itaq; ædificari cœpit anno, ex quo primum fundatum est à Salomone, quadringentesimo octogesimo primo: ante natalem autem Domini nostri Iesu Christi quingentesimo quinquagesimo nono: nam Eusebio in Chronicis, aliisque doctissimis viris quingenti sexaginta anni numerantur à libertate ex captiuitate Babylonica, siue à primo anno Cyri, vsque ad salutarem Seruatoris aduentum. Quare à fundatione templi Salomonis vsque ad Christi natalem annorum quingentorum nonaginta quinque, licet ij, qui lxx. interpretes sequūtur, multò plures addant, sed depranata est numerorum ratio apud lxx. vt ingenuè fatetur Augustinus. 15. de Ciu. cap. 13.

4 † Itaque ædificari quidem cœpit secūdo anno Cyri, regis Persarum, sed eo bellis distracto finitimarum gentium inuidia, & Cambysis filij Cyri prohibitione interruptum opus est vsque ad annum secundum Darij filij Hystaspis, & anno regni eius sexto absolutum, vt legimus Hes. 6. Sed iuxta Iosephum. 11. Antiq. capi. 4. intra septenū consummatum est, id est, anno eiusdem regis nono, quo tandem porticus, & exterior templi fabrica absolutæ sunt. Absolutum ergo est templum secundum anno ex quo fundari cœpit vigesimo tertio, nec plures vllo modo numerari possunt, vt ostendimus Zach. 1. nu. 32. & sequentibus. Etenim à templi desolatione, quæ contigit anno vndecimo Sedeciæ, vsque ad annum secundum Darij, septuaginta anni sunt, vt planè docet Zacharias cap. 1: Domine exercitum vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es iste iam septuagesimus annus est?

5 †Ierusalem autem euersa est anno. 19. Nabuchodonosor. 4. Reg. vltimo, cui qui plures annos tribuunt, quadraginta quinque tribuunt. Supersunt ergo ex eius regno vsque ad initium regni Euilmerodach filij eius. 26. anni, quod apertum est ex. 4. Reg. vltimo: Factum est verò in anno tricesimo transmigrationis Ioachin regis Iudæ, mense duodecimo, sublenauit Euilmerodach rex Babylonis anno, quo regnare cœperat, caput Ioachin, &c. Ioachin autem transmigrauit Babylonem vndecim annis, ante templi desolationē, vt constat ex. 4. Reg. 24. Quos vndecim si deducamus ex. 37. relinquuntur. 26. regni Nabuchodonosor. Euilmerodach iuxta receptissimam omnium sententiam, regnauit viginti tres annos. † Huic successit Balsassar filius, cui tres annos tribuunt optimi annorum computatores. Hoc interfecto regnauit Cyrus Dan. 5. Quare à templi desolatione, vsq;

vsque ad secundum Cyri annum, quo templum fundatum est, sine dubio plures anni non sunt quam quatuor, & quinquaginta, restant enim vsque ad secundum annum Darij filij Hystaspis sedecim, vsque ad nonum verò viginti tres. Quod ergo Iudæi dicunt Ioh. 2: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, falsum est, & ab hominibus dictum, qui temporum rationem minimè tenebant, quod Origenes 12. tomo in Ioh. & apertius Lyranus, & Iohannes Eckius in cap. 1. Haggæi

7 animaduerterūt. † Stetit hoc templum vsque ad decimum octauum annum Herodis regis Iudeæ, vt cum de templo Herodis agetur, ostendemus, tametsi Antiochi Epiphanis tempore bona ex parte destructum, sed Iudæ Machabei victorijs, & industria citò instauratum, & in primam dignitatem restitutum, vt videmus. 1. Macha. 4. Cum autem Dominus. 32. anno Herodis natus sit, vt Eusebius in Chronicis, & alij tradunt, atque i secundò anno Cyri, quo fundatum est, vsque ad Christi natalem numerari dixerimus annos quingentos quinquaginta nouem, constat templum stetisse à prima fundatione quingentis quadraginta quinque, ab absolutione verò integra, quæ incidit in nonum annum Darij, quingentis viginti duobus.

DE FORMA TEMPLI secundi, & quid à primo differret.

CAP. XXVII.

1 FOrma ædificij eadem fuit quæ in primo, sed magnificentia, & ornatus multò minor. Primum enim à rege opibus florentissimo conditum est, secundum, à multitudine, quæ ex lxx. annorum captiuitate cum ijs tantum opibus redierat, quas rex Persarum exportari voluerat. Summa eius altitudo sexaginta cubitorum fuit, cum primum centum & viginti habuerit. De hoc legimus Cyri decretum à Dario filio Hystaspis confirmatum in hunc modum, Hesd. 6. Anno primo Cyri regis Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolent hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis, &c. Atq; ideo qui prius templum viderāt, flebant quum huius fundamenta iacta cernebant, Hesd. 3.

2 † Sed magna in his verbis Hesdræ quæstio est, cur nihil de longitudine dicatur, sed latitudini dentur sexaginta cubiti, cum prius non habuerit nisi viginti. Lyranus putat latitudinem hic accipi pro longitudine, siue pro latere magis protensō, quoniam, nisi ita sit, templum hoc triplo latius fuisset templo primo. Beda lib. 2. in Hesdram, cap. 7. nihil in hac re laborat, nec laborandū esse putat, quoniam Cyrus suo sensu, & arbitrio templum fabricari iussit. At cum Deus suscitauerit spiritum Cyri, vt Hesd. 1. legimus, ad templum ædificandum, non est probabile, vt rectè ait Lyranus, eum suo sensu fabricā fieri voluisse, sed ad exemplar prioris, nisi quod altitudinem tantam esse noluit ne munitissimum templum habentes res nouas fortasse molirentur.

3 † Quare probabilius videtur latitudinē hic non strictè accipi, sed pro extensione poni, siue in latum, siue in longum, ita vt prohibeatur templum quāqua versum extendi vltra sexaginta cubitos: est enim Chaldæo, פתוּיָה quod est à verbo פתא, id est dilatauit, siue extendit, quare latitudinem pro extensione posuit, quomodo, & Iohannes dixit Apoc. 20: Et ascenderunt super latitudinē terræ. Porrò in eo quod dicit, Ordines de lapidib' impolitis tres, &c. Beda loco citato in Hesdram nihil certi statuit; intelligendum tamen est Hebræos ita olim ædificasse, vt in parietibus pulchrioribus tres ordines lapidum politorum disponerent, deinde quartum cedri, siue alterius ligni pretiosi adderent, inde iterum tres ordines lapidum, & quartum ligni, &c. vsque ad summum. Ita fabricatum fuisse septum atrij sacerdotum iam diximus, sed illud non habebat plures ordines, quoniam trium cubitorum erat, vt ex Iosepho demonstrauimus. Denique de atrio domus, quam Salomon ædificauit vxori suæ filiæ Pharaonis, legimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

gimus.3.Reg.7:Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis,& vnius ordinis de dolata cedro: nec non & in atrio domus Domini interiori,& in porticu domus,id est, ita ædificatus erat murus atrij interioris templi,& porticus. † Quamuis & hæc verba ex Hebræo ita verti possunt, sicut & à.lxx.& à Chaldæo, & à nouis interpretibus versa sunt: Et atrio magno in circuitu tres ordines lapidum sectorum, & ordo dolatarum cedrorum,& atrio domus Domini interiori,& vestibulo domus,vt sit sensus. Habuit hoc atrium septum constans tribus ordinibus lapidum sectorum, &c. quale habuit atrium sacerdotum, & porticus, vno enim septo hæc duo cingebantur: & iuxta hoc censeo verba nostræ translationis esse interpretanda. Sed etiam si ita legatur,idem confirmatur,quod volumus. Præterea sciendum est, vbi nos habemus apud Hesdram: Ordines de lapidibus impolitis tres,omnino legendum esse: De lapidibus politis, nec enim tantum templum e lapidibus impolitis fieri iuberent Cyrus,aut Darius, cum magno studio cultus Dei fieri imperarẽt. Sed nec lignorum ordo aptè collocaretur super lapides impolitos,& huiusmodi ædificatio semper,vt iam vidimus,fiebat de lapidibus politis. Aristeus etiam magna cum magnificentia extructum fuisse dicit hoc templum. Quin & Iosephus.11.Antiq.cap.4.referens idem decretum Cyri scripsit: Elapidibus politis, אבנין גלל. † In Chaldæo est, גלל אבן, quod ex Hebræis quidam lapidem marmoreum interpretantur, alij lapidem, quem ob ingentem grauitatem deuoluere necesse est, quoniam, גלל significat voluit, aut reuoluit. Sed re vera lapidem rotundatum significat,id est sectum,& politum,sicut vertit noster interpres,nam rotunditas etiam hoc vocabulo significatur,quòd apta sit vt voluatur. Hoc templum habuit iam vndequaque atria, licet fortasse non ita ampla,vt templum Herodis,ita enim ibidem scripsit Iosephus: Ædificauerant enim Iudæi porticus quoque,quibus templum circum quaque includebatur. † Hoc templum tempore Ptolemæi Philadelphi,& lxx. interpretum,id est, ducentis octoginta annis ante Christi natalem (Christus enim natus est anno tertio Olympiadis.194.lxx. autem verterunt Scripturam Olympiade.124.iuxta Eusebiũ in Chronicis) habuit triplicẽ murum, quo collis ille cingebatur, ita enim Aristæus illorum temporum scriptor, tradidit in libello de.lxx.interpretib⁹, his verbis: In cuius vertice templum apparebat visu pulcherrimũ. Hoc muri tres circum ambiunt, altitudine suprà.lxx.cubitos sublimes,latitudine ea, quæ ad altitudinem deceret, longitudine omnem templi apparatum magnifico opere,& decore circumeunt,&c. Sed de his plura dicemus in templo Herodis. Alterum addit idem Aristæus,quod nouum, neque admodum probabile videtur: Erat(inquit) & extrinsecus velum,quo templum in circuitu clauditur,appensum, simili portarum magnificentia. Quod quidem visu iucundissimum spectaculum præbebat,tum maximè cum mota per pauimentum aura velum subintrans illud ad summum vsque crispantibus sinibus in vndarum morem motat.

DE EODEM TEMPLO ab Herode reædificato,& quot annos steterit.

CAP. XXVIII.

1 HErodes Iudææ rex,qui Innocentes infantes interfecit, decimooctauo regni sui anno post magna, & miranda ædificia absoluta ad templum Dei ædificandum animum conuertit,quòd videret ei tam in altitudine,quam in reliquo ornatu multùm decesse prioris magnificentiæ. Nec ante vetus templum demoliri voluit,quam vniuersam materiam futuræ fabricæ magnis sumptibus compararet. Templum deinde à fundamentis euertit,ac nouis reposuit, actorum octo annis magnificentissimè extruxit, vt tradunt Iosephus.15. Antiq.cap.14. & alter Iosephus filius Gorionis.libr.5. Historiarum Iudaicarum,capit.24. & duobus sequentibus. Hos cum nominabimus,quoniam sæpe citandi sunt,Iosephum sacerdotem scripto

scriptorem Antiquitatis Iudaicæ Iosephum absolutè vocabimus, alter dicetur Iosephus Gorionis,siue alter Iosephus,aut posterior Iosephus. Atq; hic quidem multum ab Scriptore Antiquitatis differt,& antiquitate,& autoritate: quare vbi illi aduersabitur, nihili eius testimonia faciemus. † Addit ergo Iosephus:Herodes autem interiora, à quibus profani lege arcebantur, non ausus ingredi,per sacerdotes curabat fabricam intimarum porticuum, absolutoque octo annis reliquis ædificio tandem etiam templum ipsum eorumdem sacerdotũ operâ sesquianno perfecit. Ex his videmus totum opus nouem annis,& dimidio fuisse perfectum,id est,vigesimoseptimo anno regni eiusdem Herodis, quinto autem ante natalem Christi,qui, vt diximus, trigesimo secundo anno Herodis natus est. Euersum est à Tito Cæsare Vespasiani filio anno ab ascensione Domini quadragesimo,vt autor est Eusebius. Constat hoc templum Herodis steterisse postquam absolutũ est,septuaginta octo annis, à fundatione verò fere octoginta octo. Huius templi meminerunt duo Iosephi locis citatis, & Egesippus libr. 1. de excidio Ierosolymitano,cap. 35, Hieronymus in cap.21.Zacha.ferè initio,& Rupertus in cap.2. Haggæi, & alij quam plurimi. † De quo etiam hoc Iosephus scripsit loco citato: Fertur toto tempore,quo templum struebatur,nunquam interdiu pluisse, noctu tantum imbribus descendentibus ne intercrumperetur templi ædificatio: eaque fama,quasi per manus tradita,ad nos peruenit à maioribus. Idem narrat alter Iosephus lib.5.cap.26.In huius templi descriptione Iosephum vbique sequemur,& grauem historicum,& testem oculatum, qui sæpè in eo sacerdos sacra fecit. Sed quoniam sæpe ita lubricus est, vt cum maximè tenere eum te credas, elabatur,vixque animo possis concipere fabricæ formam, præsertim in Latinis translationibus,vtar quidem eius verbis semper quantum licebit,sed adhibebo tamen lucem, quam potero,ex Græco codice, & ex translationum collatione,tum ex diuturna rei, atque verborum eius consideratione. Si quã do igitur à Iosepho recedere videbor, nõ à Iosepho recedo, sed ab eius Latina trãslatione,quam sæpe obscurioré, interdũ etiam non nimis fidam reperi.

DE IIS, QVIBVS IN interiori ædificio hoc templum à primo differebat.

CAP. XXIX.

1 AC de interiori quidem ædificio eà solum videntur adnotanda,quæ huic templo cum primo illo non fuere communia, ne eadem iterare cogamur, cum constet tam secundum templum, quam hoc,de quo loquimur,ad prioris formã fuisse constructa,eisdemque locis altaria,& cetera omnia collocata,quib⁹ ante fuerant. De his ita Iosephus.15.Antiq.cap.14: Sublatis deinde veteribus fundamentis, & nouis repositis desuper templum extruebat longitudine centum cubitorum(quæ fuit in primo sexaginta)altitudine totidem,& viginti amplius,qui viginti cubiti aliquanto post fidentibus fundamentis decesserunt,eosque denuo addere curauerunt nostri Neronis temporibus. † Et alter
2 Iosephus. Habuit autem templum illud,quod Herodes rex erexit, centum cubitos in longitudine,& centum in latitudine,in altitudine autem centũ, & viginti,in medio scilicet altitudinis ædificij,& fundamenta desubtus decem tenebant cubitos. Quod verò latitudinem templi centum cubitorum fuisse dicit,non de interiori latitudine intelligendum est,quoniam Iosephus libr.6.de Bello capit. 6.viginti tantum cubitorum fuisse docet,sed de exterioris facie templi latitudine addita parietum templi,& dominicularum, siue cellarum hinc inde,cõstructarum crassitudine,vt ex Iosepho paulò post dicemus. † Iosephus: Costabat autem structura ex lapidibus cãdidis, firmissimis, magnitudine viginti quinque cubitorum in longum, octo in altum, latitudine verò cubitorum duodecim. Cõsentit omninò & alter Iosephus, atque addit; Vnam & eamdem mẽsuram habebant omnes lapides à fundamento

ædifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædificij vsque ad summitatem eius. Iosephus: Habebatque basilicæ similitudinem, hinc & inde humilius, media sui parte excelsum, à multis stadijs conspicuum, maximè ex aduerso habentibus, aut aduentantibus. Eadem & alter Iosephus. Basilica autem ædificij genus est, cuius pars media sublimior latera habet vtrimque humiliora, qualia templa sunt, quæ trium nauium vulgus vocat: quam formam templum habebat, quoniam pars media duplo celsior domunculas ab vtroque latere adiunctas habebat. Nec habuit hoc templum tres cõtignationes, vt templum Salomonis, sed duas, vt manifestè intelligitur ex Græco Iosepho: pro eo enim quod recentior translatio habet: Cum autem interior pars contignatione intercepta esset, etc. in Græco: τοῦ δὲ ἐσωτέρου δύο ὀρόφων, id est: cũ templum intus duas contignationes haberet. † De exteriori autem templi facie ita scripsit idem lib. 6. de Bello capit. 6. Exterior autem facies nihil quod animus, aut oculi mirarentur, non habebat. Crustis enim aureis grauissimis vndique tecta ad primos ortus (ita enim ex Græco legendum est) igneo splendore lucebat, vt cum intuerentur oculi, quasi solis radijs, auerterentur. Hospitibus quidem ademptibus procul monti nitido similis videbatur: nam vbi deauratum non erat templum, candidissimum erat. In summo autem aureis verubus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus auibus pollueretur. Nonnullorum autem saxorum eius longitudo quadraginta quinque cubitorum erat, altitudo quinque, & latitudo sexcentorum cubitorum. Hinc ego intelligimus meritò apud Marcum capite 13. cum Dominus de templo egrederetur, dixisse vnum ex discipulis: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respondens Iesus ait illi: Videsne has omnes magnificentias? non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

Basilica.

DE PORTA PRIMA domus exterioris, quæ erat ante Sanctum Sanctorum, & velo eius, ac de porticu.

CAP. XXX.

1 De hac Iosephus libro. 6. de Bello. c. 6: (quod, ita vt in Græco habetur, referã.) Quæ autem in domo erat porta, inaurata quidem erat, vt dixi, tota, & totus, qui circa ipsam erat, paries. Habebat autẽ & aureas super se vites, ex quibus botri staturæ hominis longitudine pendebãt. Ilit fores habebat aureas quinquaginta, & quinque cubitis altas, sexdecim verò latas, ante has verò fores æqualis longitudinis aulæum. Velum hoc erat Babylonium variegatum ex hyacintho, & byssо, coccoque, & purpura mirabiliter elaboratum; non indignam contemplatione materiæ commistionem habens, sed velut omnium imaginem præferens. † Cocco enim videbatur ignem imitari, & byssо terram, & hyacintho aurem, ac rursus purpura: partim quidem coloribus: byssо autem, ac purpura, origine: quoniam byssum quidẽ terra, mare autem purpuram gignit. Eratque in eo perscripta omnis cœli ratio præter signa. Eadem ferè scripsit lib. 15. Antiq. cap. 14. Nisi quod velum habuisse dicit purpureos flores, & intertextas columnas, nec vites aureas fuisse dicit, sed vitem: propter quod interpres non transtulit vites aureas, sed pampinos aureos; in Græco tamen est, ἀμπέλους. Alter verò Iosephus ita scripsit: Fecit enim rex columnas argenteas, & bases earum argẽteas, capita autem earum fecit aurea. Fecit insuper vitem de auro mundo, & posuit in summitate columnarum, cuius pondus erat mille talentorum aureorum. † Erat autem vitis ipsa facta opere ingenioso habens ramos perplexos, cuius folia, & germina facta erant ex rutilanti auro; botri autem ex auro fuluo; & grana eius, aciti, atque folliculi facti erant ex lapidibus pretiosis, totumque opus erat fabrefactum opere vario, vt esset mirandum spectaculum, & gaudium cordis omnibus intuẽtibus ipsum. Multi quoque scriptores Romani testantur se eam vidisse, quum desolaretur templum, &c. De porta verò & foribus, ac velo Sancti sanctorum an eadem materia, formaque constarent, nihil in his

autoribus reperio, nisi quod vbi lib. 15. habet Iosephi translatio: Ianua verò penè ipsi templo par, & superliminare aulæis variegatis ornabatur, &c. in Græcoita legimus: † Fores verò in introitibus simul eũ superliminaribus æquales templo variegatis aulæis ornauit purpureos flores habentibus, & intertextas columnas. Super ipsas autem (scilicet fores) sub capitibus vitis expandebatur aurea, &c. Quod videri potest de vtriusque partis templi foribus dictum. Sed si vitem auream non habebant fores Sancti sanctorum, & ianua, certè in reliquis non est credibile minorem habuisse magnificentiam. De vestibulo verò, quod Hebraicè vocari diximus אולם, Iosephus Gorionis ait: Construxit præterea porticum interiorem, & posuit eam in facie latitudinis templi, addiditque & duos parietes opere artificiosissimo, & connexuit eam foris ferro, nec est homo, qui amplius sciat artificium illius operis. Iosephus lib. 6. de Bello cap. 6. ait hoc vestibulum, quod primam ædem vocat, perpetuam altitudinem habuisse nonaginta cubitorum nulla contignatione interceptam, longitudinem verò quadraginta cubitorum, latitudinem viginti. † Nonaginta cubitos habebat altitudinis, quoniam licèt centum, & viginti habuerit, ceteri gradibus, quibus ad hoc summum templum ascendebatur, tegebantur. Quadraginta autem cubitorum erat longitudo, quoniam, vt iam diximus, centum cubitis longum erat, hoc templum Herodis: viginti habebat Sanctum sanctorum, quadraginta sequens pars, ac totidem vestibulum. Porta vestibuli septuaginta cubitis alta erat, & viginti quinque lata, neque fores habebat: erantq; totæ frontes inauratæ, ac prima ædes omnis perlucebat extrinsecus, auroq; circum interiorem sani partem splendida cuncta cernentibus occurrebant ex. 6. de Bello cap. 6.

1 2 3 4

DE PRIMO ATRIO, quod erat omnibus commune.

CAP. XXXI.

1 IAm de atrijs dicamus initium ab extimo omnium capientes, ac deinde ad interiora transeuntes, vt Iosephi or

dinem teneamus. Collem, in quo templum extructum est, etiam secundi tẽpli tempore, triplici muro fuisse cinctum dixi paulo ante ex Aristæo, in libello de lxx. interpretibus: vt enim ait Iosephus lib. 6. de Bello, cap. 6. post Salomonis tempora semper aliquid aggeris accumulante populo latior collis effectus est, ita vt area eius plusquam sex stadiorum ambitum haberet, vt postea ex eodem Iosepho demonstrabo. In hac area murus lapideus quadratus factus est, qui totum collis verticem cingebat, habebantque singula eius latera singula stadia. † Sed quoniam in Septemtrionalis, atque Occidentalis lateris angulo arx erat quadrangularis munitissima, olim à Machabæis facta ad pontificalium vestium custodiam, quam Herodes postea munitiorem reddidit ad tutelam templi, & in memoriam Marci Antonij amici sui vocauit Antoniam: murus quidem totus quatuor stadiorum ambitum habebat, vt Iosephus scribit lib. 15. Antiq. sed addita arce sex stadia complectebatur, vt idem ait lib. 6. de Bello. Hic erat murus primi ambitus, siue templi (nam ita semper Iosephus appellat) cuius omnia latera duplices porticus habebant, quas columnæ sustinebant quinis, & vicenis cubitis altæ, de singulis saxis marmore candido, & laquearibus cedrinis tegebantur opere imprimis memorabili. Totum autem subdio spatium, id est, quod extra porticus erat, omnium generum lapidibus strãtum variabatur, ex. 6. de Bello. † In porticibus lateris Orientalis spolia barbarica circumcirca suspensa erant, quæ reges Iudææ Deo sacrauerant: eademque Herodes denuo suspendi iussit adiectis etiam quæ ipse ex Arabibus retulerat. Latus muri Occidentale quatuor portas habebat, vna ducebat in regiam, duæ in suburbia, quarta in reliquam vrbem. Meridianum latus portas etiam habebat in medio, & triplicem porticum basilicam longitudine ab Orientali valle ad Occidentalem peruenientem. Triplicem porticum dicit, quoniam quatuor erant ordines columnarum paribus intervallis dispositi, quorum quartus copulatus erat muro ipsi lapideo, atque ita tres

2 3 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 porticus fiebant. † Sed harum media celsior erat ceteris,& ideò porticum basilicam Iosephus vocat. Columnæ omnes centum sexaginta duæ fuerunt capitellis sculptis opere Corinthio pulchris vsque ad miraculum. Vniuscuiusque longitudo vigintiseptem pedum præter basin,crassitudo quantam possent tres homines consertis inter se complecti brachijs. Porticus externæ pares erant,vnaquæque triginta pedes latitudinis habebat,plusquã quinquaginta altitudinis,stadium longitudinis, mediæ verò latitudo erat sesquialtera,altitudo dupla. Eius enim conuexitas altius surgebat excitato super epistylia pariete lapideo politissimo columnis insertis distincto, ita vt essent hæc incredibilia audientibus, cũ stupore autem spectabilia ijs,qui aderant. In hoc latere Meridiano spectaculum erat,si vllum aliud sub sole,memorabile. Nam cũ vallem haberet in immensum dehiscentem, ita vt caligarent despicientium oculi: desuper extructa erat prælta porticus, cuius tecto conscenso siquis vtramque altitudinem coniunctam contemplaretur, absque vertigine id non poterat visu deficiente ob nimiam profunditatem prius quam ad imum pertingeret. Ex Iosepho lib.15.

DE SECVNDO FANO, seu templo,quod erat atrium laicorum.

CAP. XXXII.

1 HOc modo,inquit Iosephus, se habebat primus ambitus. Interius verò non longo interstitio secundus,ad quem paucis gradibus scandebatur,quem circumibat vallum lapidei cancelli cum inscriptione, quæ vetaret transgredi alienigenam sub interminatione pœnæ capitis. Hæc lib.15. Antiq. Sed lib.6. de Bello magis explicat. Quà verò,inquit,ad secundum templum ibatur,cancellis septum saxeis ad tres cubitos altis, nimiumque grato opere factis, vbi æquis depositæ interuallis columnæ stabant legem castimoniæ prænonẽtes,aliæ Græcis,aliæ Latinis literis,in locum sanctum transire alienigenas non debere. Ideo autem factum fuerat hoc septum , & inscriptio posita, quoniam primum templum, siue quadriporticus illa extima, de qua locuti sumus, gentilibus etiam patebat, qui aut spectandi,aut adorandi causa veniebant: secundum autem templum non nisi Iudæis,atque ijs quidem castis, id est,mundis,seu nullam habentibus iuxta legem immunditiam. Hinc intelligimus quod Act.21.de Paulo legimus: Dum autem septem dies consummarentur,ij,qui de Asia erant Iudæi, cum vidissent eum in templo, concitauerũt omnem multitudinem,& iniecerunt ei manus clamantes: Viri Israelitæ adiuuate. Hic est homo,qui aduersus populum,& legem, & locum hunc omnes vbique docens insuper & gentiles induxit in templum,& violauit sanctum locum istum. Viderant enim Trophimum Ephesium in ciuitate cumipso, quem æstimauerunt quoniam in templum introduxisset Paulus. Atque ideo hoc templum sanctum vocabatur, vt ait Iosephus , & ita vocari videmus Acto.21.in verbis citatis,non enim tantum alienigenæ ab eius ingressu arcebantur, sed etiam quicunque immundi essent ex Iudæis,vt diximus , & bis à Iosepho dictum est locis indicatis.

3 † Hoc templum quadrangulare erat, ac proprium murum habebat exteriori altitudine in quadraginta cubitos surgens,interiori in viginti quinque,quoniam gradibus ad illud ascendebatur, ideoque interius humilior erat murus, quam exterius. Gradus,quibus ascendebatur,quatuordecim erant circum templum vniuersum: post quos spatiũ erat, vsque ad murum decem cubitis planum,vt est in Græco,non trecentis,vt habetur in translatione; nam neque tãtum spatium opus erat ibi,neque tanta erat latitudo areæ templi vt spatium ingens,ac non necessarium caperet. Ab hoc spatio ,in quo quatuordecim gradibus ascensis quiescebatur,alij quinq; gradus ducebant ad portas. *Porta atrij laicorum.*

4 † Erant autem portæ decem, quatuor à Septemtrione,totidem à Meridie, duæ ab Oriẽte. Prima,per quam cæsti vnà cum vxoribus introibant , vt verbis vtar Iosephi,altera interius è regione huius. Etenim

enim in hoc secundum templum mulieres quoque ingrediebantur,siue indigenæ, siue hospites,modò ex genere Israel essent,ac mundæ:idcirco necesse fuit vt proprius eis locus , atque is muro diuisus,& secretus à viris, in tẽplo signaretur. Signatus est autem in latere Orientali , protendebaturque à muro illo,in quo erat porta, quam extimam diximus , vsque ad secundam portam Orientalem,quæ erat è regione primæ,vt ipsæ quoque aspectu intimi templi,sacerdotumque , & sacrificiorum frui possent. † Sed ad hanc se-
5 cundam portam quindecim gradibus ascendebatur; ij sunt quos beatissima virgo conscendit quum trima templo est oblata,& sacerdotibus; nec vlteriùs transire mulieribus licebat,sed ad illam vsque sacerdotes prodibant, aut victimas ab eis accepturi,aut quippiam aliud facturi , quod vsus postularet. Hunc autem locum capacissimum fuisse conuenit , cum versus alia templi latera non protenderetur , & tanta esset feminarum multitudo. Habebat præterea locus feminarum in latere Septemtrionali ianuam vnam, alteram in Meridiano, vt faciliùs & citius fœminæ ingrederetur. Omnia ex
6 6.de Bello, quæ in Latino sunt perobscura,in Græco multò apertiora. † Sed in.15.Antiq. cum huius secundi templi meminit, septem portas illud habuisse dicit, tres à Septemtrione , tres à Meridie, vnam ab Oriente magnam, per quam casti vnà cum vxoribus introibant. Etenim ibi de loco mulierum loqui noluit,tantum dixit , Interiora autem fani mulieribus nefas erat ingredi: & ideò portas,quæ loci feminarum propriæ fuerunt, omisit;de quibus in.6.de Bello figillatim locutus est; vnde dicenda etiam desumpsimus. Huius templi latus Occidentale nullas portas habebat , sed , vt ait Iosephus,perpetuus ibi murus erat extru-
7 ctus. † De portis mira scribit Græcus Iosephus, quem ego sequor, non Latinum, vbi à Græco discrepat. Portarum autem,inquit,nouem illidem auro, & argento vndique tectæ erant , similiterque postes , & superliminare: vna verò, quæ extra templum erat, ære Corinthio,quæ multo argento in-

cluſas, & inauratas honore superabat. Et binæ fores quidem in singulis ianuis erant tricenis cubitis altæ, quinis denis etiam latæ. Et paulò post: Et aliarum quidem æqualis erat magnitudo, quæ verò super Corinthiam à loco mulierum ab Oriente aperta erat è regione portæ tẽpli,multò maior. Quinquaginta enim cubitis surgens quadraginta cubitorum fores habebat , ornatumque magnificentiorem , quoniam crassiori argento,atque auro vestiebatur,quod quidem nouem portis insu-
8 derat Tiberij pater Alexander. † Hæc porta,quam Iosephus Corunthiam vocant,& ceterarum omnium pulcherrimam esse dixit,Speciosa vocabatur: de qua Actor.3.legimus: Et quidam vir, qui erat claudus, ex vtero matris suæ, baiulabatur,quem ponebant quotidie ad portam templi,quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templũ,videlicet,quoniam per illam non viri solum,sed etiam mulieres introibant. De hac scribit Iosephus lib.7.de Bello cap. 12: Orientalis autem porta interioris templi (id est, secundi)cum esset ænea, atque grauissima, & sub vesperam vix à viginti viris claudereturr,& cernisa est noctis hora sexta sponte patescere. Inter has portas, quæ æquis inter se spatijs distabant, porticus erat à muro intrò constratæ ante gazophylacia , & pulchris admodum, & magnis columnis sustinebantur. Erant autem hæ porticus simplices,non duplices, vt primi fani, & immensæ magnitudinis, & nullæ ab ijs , quæ erant in primo templo, vincebantur. † Post introitum
9 verò vbi latiores portæ ipsæ fiebant, exhedras vtrimque habebant tricenorum cubitorum,turribus latitudine,& longitudine similes,altas verò plusquã viginti cubitis: quarum ; singulas impositas binæ columnæ sustinebant altitudinis duodecim cubitorum. In hoc templo facta sunt omnia ferè,quæ legimus in Euangelijs Dominum fecisse in templo , atque hîc docebat, neque enim transire vlteriùs poterat cum non esset veteris legis sacerdos. Hinc eiecit ementes , & vendentes Ioha.2. & Matth.21.quoniam domus, ac locus orationis erat: de quo etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marcus capite. 11. addidit: Et non finebat vt quisquam transferret vas per templum. Et Iohannes ait cap. 8: Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylacio docens in templo.

DE TERTIO TEMPLO, siue atrio, quod solis patebat sacerdotibus, & Leuitis.

CAP. XXXIII.

1 IN tertio templo, de quo Iosephus Gorionis ait: Templum autem non intrauimus, quia locus erat Sacerdotum: locus intelligitur, in quo consistebant sacerdotes extra porticum domus Domini, ipsa etiam domus cum porticu sua, & Sancto sanctorum, ac parte illa, quæ erat inter porticum, siue vestibulum, & Sanctum sanctorum. Totum igitur hoc templum tertium vocabatur, vt Iosephus ait, τὸ τρίτον ἱερὸν, id est, sanctum sacrum, vt à secundo templo differret, quod iam ex eodem diximus vocatum esse Sanctum. Ad illud à secundo fano duodecim gradibus ascendebatur, cuius altitudo centenos cubitos habebat (reliqui enim gradibus tegebantur) totidemque latitudo in fronte Orientali: Occidentalis enim latitudo sexaginta tantum habebat, quoniam Orientalis frons ex vtraque parte, quibusdam quasi humeris, aut lateribus vicenorum cubitorum protendebatur, qui Occidentali deerant. † Templum autem intimum, atque altare holocaustorum, quod ante ipsum erat, cingebat vndique septum quoddã ex pulchris lapidibus cõfectum, ac decorum vsque ad cubitum surgens, quod separabat sacerdotes à reliquo populo. Sacerdotes ministraturi amicti erant veste byssina, atque mundi: cum quibus & summus sacerdos introibat, non semper, sed sabbatis, & Calendis, vel si quando patria festiuitas atque annua ab omni populo agebatur. Qui verò ex origine sacerdotum genus ducentes caecitatis & mutilationis alicuius membri causã munere non fungebantur, intra septũ quidem illud manebant, sed communibus vestibus, non sacerdotalibus. Deinde domus exterior erat, & Sanctum sanctorum, de quibus iam diximus. † Hæc ex lib. 6. de Bello. Hoc in fine admonendum, Iosephum filium Gorionis loco citato quædam scribere Iosephi dictis aduersa, & quidem cum se oculatum testem profiteatur. Sed vbicunque ab illo dissidet, recipiendus non est, (vt ante dixi) quoniam Iosephus quotidie in hoc templum ingrediebatur, & sacra faciebat, vt ipse scribit. 15. Antiq. capite vltimo iuxta Græcum, & veterem translationem: In eo, inquit, templum erat, & ante hoc altare, in quo hostias Deo immolamus. Iste verò filius Gorionis nec sacerdos erat, nec templum vnquam vidit, quamuis ipse se vidisse mentiatur; fuit enim multis annis post templum à Romanis euersum, vt ostendimus in Habdiam, num. 110. & 111. Nec desunt qui eius nomine inscriptum librum totum cõmentitium, & fictum putent: de quo, quoniam nihil exploratum habeo, iudicium nunc quidem sustineo.

DE FORMA TABERnaculi veteris.

CAP. XXXIIII.

1 DE tabernaculo, quod erat quasi templum mobile, seu portatile, siue, vt ait Iosephus. 3. Antiq. cap. 4. nihil ab ambulatorio templo, & portatili differebat; post ea, quæ dicta sunt de templo, pauca restant dicenda ex Exo. 26. & 27. vbi eius forma traditur, & ex Iosepho de eadem re agente. 3. Antiq. ca. 5. idque non quòd de eo verba facere instituerimus, sed vt quæ de templo dicuntur, melius intelligantur. Atrium primò fiebat longitudinis cẽtum cubitorum, latitudinis quinquaginta. Fiebat autem vicenis vallis æreis, siue columnis in singulis lateribus longioribus, decem verò in postico latere; in quarum columnarum singulis inerant anuli, & capitella argentea, bases verò æneæ mucronatæ imæ hastæ similes, ex ære fusæ, & in terram defixæ, ipsæ verò columnæ argenteis laminis vestitæ, Exo. 27. *Atrium tabernaculi.*

Anulis innectebantur funes, qui clauis cubitalibus humi cõfixi columnas firmabant, & contra ventorum vim tabernaculum muniebant. Linteum deinde byssinum mollissimum circũtendebatur à capitellis ad bases intrinsecus dependens, totumque eum locum sepiens, vt nihil à pariete differre videretur. † Quartum latus anterius quinquaginta cubitorum, ianuam habebat viginti cubitos patentem, habentemque vtrimque tres columnas similes prioribus instar postium, linteo byssino similiter coopertas. Ad ianuam verò pendebat velum longum cubitis viginti quinque, & quinque altum. In huius atrij medio erat tabernaculum facie ad Orientem versum, tergo ad Occidentem. Longitudo eius erat triginta cubitorum, latitudo decem, dividebaturque in Sanctum sanctorum decẽ cubitorum, & in Sanctum, quod erat cubitorum viginti. Singula ejus latera fiebant vicenis tabulis ligneis quadrangulis crassitudine quatuor digitorum, latitudine vnius cubiti, & dimidij; longitudine denorum cubitorum, quas intus, & extra laminæ aureæ contegebant. † Tabulæ Occidentalis parietis sex erant, quibus coniunctæ sunt aliæ duæ tabulæ dimidij cubiti ad angulos duos. Iungebantur autem tabulæ incastraturis binæ, & binæ, & singulæ habebant cardines binos, qui in foraminibus basiũ argenteorum susceptiebantur, vt firmius tabulæ starent. Habebant & anulos aureos per exteriores frontes eminentes, per quos aurati vectes quatuor cubitorum immissi tabulas coniungebant, intrabatque caput vectis vniuscuiusque in alterius vectis caput in modum pyxidis. Pyxides dicuntur ossa caua, in quibus aliorum ossium capita excipiuntur, & pyxidata vocantur. Sancti sanctorum parietem quatuor columnæ efficiebant ex eadem materia, & opere eodem, in quo ianua erat, & velum appensum decem cubitorum quaquauersum. † Parietem secundæ partis tabernaculi quinque columnæ efficiebant quinq; æreis basibus innixæ, & in eo ianua erat, & velum magnitudine, atque opere simile priori, quod à summo ad dimidium columnarum pendens ibi anulis sustinebatur, & introitum sacerdotibus præbebat. Huic penè contiguum erat extrinsecus aliud velum magnitudine par, sed è lino contextum, anulis à funiculo per transuersum pendens; quod interdum adducebatur, interdum, festis præcipuè diebus, reductum populi prospectum admittebat. Reliquis diebus, & maximè parum serenis, obiectu suo picturatum illud velum à tempestatibus protegebat. Vnde mos mansit etiam post templum exædificatum, vt velum huic simile in aditu prætenderetur. † Ante hanc ianuam erat altare holocaustorum, & locus sacerdotum. Erant præterea decem aulæa, (siue cortinæ, vt est in nostra translatione) de byssо retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto: quorum singula latitudinem habebant quatuor cubitorum, longitudinem viginti & octo, sed quinque iungebantur ansulis hyacinthinis quasi consuta, & faciebant vnam cortinam magnam: inox altera quinque, & hæ duæ magnæ cortinæ iungebantur circulis aureis, siue (vt est in Iosepho) vncinis aureis, qui contiguorum anulis ita inserebantur, vt vnum aulæum omnia viderentur. Hæc extensa tabernaculum superne obtegebant, & parietes à lateribus, & à tergo, minus vno pede ad terram pertingentia. Hæc lanea erant; alia vndecim erant è pilis contexta, (quæ in nostra translatione vocantur saga Cilicina, eranique è pilis caprarum) eiusdem latitudinis, sed longiora, triginta cubitorum singula, quæ similiter tabernaculum tegebant vsq; ad terram demissa; vnum autem eorum à fronte prominebat, quod in hunc vsum supra denarium numerum erat adnexum. † Hæc rursus ab alijs è pellibus arietum rubricatis consutis contra æstus, ac pluuiarum iniuriam protegebantur. Vltimum operimentum erat è pellibus hyacinthinis, id est, violacei coloris. Sed hæc duo operimenta tectum solum regebant, iuxta quod Exod. 26. docent Strabus, & Caietanus, & Lipomanus, quod Scriptura ipsa videtur indicare cum ait: Facies & operimentum aliud tecto de pellibus

Tabernaculum. *Pyxides.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

arietum, &c. Probabilius tamen, & certius est ea totum tabernaculum texisse, vt probat Abulensis quæst. 10. in cap. 26. Exodi, quoniam si tectum tantum tegerent; latera tabernaculi læderentur imbribus, & tabulæ auratæ madefierent, & cortinæ pretiosæ dissiparentur. Quum autem dicit Scriptura: *Facies & operimentum aliud tecto*, intelligitur simile prioribus, quod tecto impositum totum tabernaculum tege
7 ret. † Pelles hyacinthinas sectatores Hebræorum pelles taxorum esse volunt, sed Hebræi ipsi variant, & alij huius animalis esse volũt, alij illius. Hieronymus, & lxx. semper hyacinthinas interpretatur, & Iosephus. 3. Antiq. c. 4. ouium pelles vtrasq; esse dicit, partim hyacinthino, partim rubro, partim etiã alijs coloribus infectas. Ex quo proditur nouorum Hebræorum inscitia. Erant autem pelles vtræque horrido pilo, & æstui, aquisque arcendis opportuno, vt pelles luporum. Quæritur an in atrium illud ingredi possent laici? Respondeo non potuisse, sed solis sacerdotibus, & Leuitis locus ille patebat, vt docet Augustinus quæst. vltima in librum Exodi, & alij. Sed autoribus, opus non est, cum Scriptura ipsa aperte id tradiderit Exodi vltimo: Tentorium in introitu tabernaculi testimonij pones, & ante illud altare holocausti: labrum inter altare, & tabernaculum, quod implebis aqua. Circumdabisque atrium tentorijs, & ingressum eius. Et posteà enumerans Moses ordine omnia, & à Sancto sanctorum incipiens, postquam de arca, & altari aureo, & candelabro, & mensa dixit: Posuit, inquit, & tentorium in introitu tabernaculi testimonij, & altare holocausti in vestibulo testimonij. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij, & altare, & c. Ideò porta Orientalis atrij erat viginti cubitorum, tabernaculi verò latus Orientale non nisi decem, vt posset extra atrium totum videri. De mystica tabernaculi expositione nihil dicam, quæ & longior est, & mei instituti non erat. Si quis eam fortè desiderat, Bedã legat toto ferè libro. 2. de Tabernaculo, & vasis eius eam eruditè explicantẽ.

D E

DE TEMPLO, ET DE ijs quæ ad templum pertinent.

LIBER SECVNDVS, QVI EST DE IIS, QVÆ erant in Templo.

DE ARCA TESTAMENTI, siue fœderis.

CAP. I.

1 DE ijs, quæ in templo erant dicturi à Sanctosanctorũ, quasi à loco sacratiore, primordia capiamus, vt ad reliqua paulatim deinde venientes cũ omnia trãsierimus, quali à templo exeamus. Atq; in eo primùm de arca dicamus, quæ facta est de lignis settim. Est autẽ setta (ita enim singulari numero dicitur, plurali settim) arbor, quæ nascitur tãtũ in deserto Arabiæ, similitudinẽ habẽs spinæ albæ colore, & foliis, nõ magnitudine, multo enim maior est quã spina. Lignũ ei⁹ fortissimum est, & imputribile, & incredibilis læuitatis, ac pulchritudinis: ex Hiero. Isai. 41. in illud: Dabo in solitudine cedrũ, & spinã, & in illud Ioe. 3: Et irrigabit torrẽtẽ spinarũ. Lõgitudo arcę, vt videmus Exo. 25. habet duos cubitos, & dimidiũ, latitudo cubitũ, & dimidiũ, altitudo similiter cubitũ, & dimidium. Magnitudo tãta fuit, quãtã & decoris ratio, & magnitudo Cherubim, & ea, quæ in arca collocãda erãt, postulabãt, de quib⁹ mox dicemus. † De mẽsura autẽ cubiti dubitãt Comestor in libro Historiæ Exodi. c. 46. & Abulẽsis, q. 12. in c. 25. Exodi, negantq; hic accipiendũ esse cubitũ Geometricum vt in arca Noe, sed humanũ, siue cubitũ ipsi⁹ Mosis: quod apparet (inquit Comestor) in altari Lateranẽsi, infra quod dicitur esse arca. At Iosephus. 3. Antiq. c. 6. quẽ sequitur Beda lib. 1. de tabernaculo, ca. 4. rem apertè definit his verbis. Lõgitudo eius erat quinque palmorũ, altitudo verò, & latitudo trium palmorũ. Et ne vlla sit in palmo ambiguitas, semp̃ pro Palmorũ in Græco est, σπιθαμῶν, id est, Spithamarũ: habet autẽ spithama digitos duodecim, est enim interuallũ inter mediũ digitũ, & pollicẽ: cubit⁹ autẽ est interuallũ à fle-

Settim.

Spithama.

Cubitus.

xu brachij ad extremũ medij digiti, & di
3 gitos habet. 24. † Hic est cubitus vulgaris, de quo hic loquitur Moses vt indicat Iosephus, nec est vllus maior cubitus, præter regiũ, qui viginti septẽ digitos cõtinet, vt autor est Herodot⁹ lib. 1. & Geometricũ, qui sex cubitos nostros habet, vt autor est Origenes Hom. 2. in Genes. quẽ refert, & sequitur Augustin. q. 4. in Genes. & 15. de Ciuit. ca. 27. Cęterũm area tota erat laminis aureis cooperta intus, & foris, & quidẽ ex auro mundissimo. In summo coronã habebat aureã per circuitũ, id est, limbũ quẽdã aureũ, quę coronã vocat, quòd arcã totã cingeret, qui fortè (vt Abulẽsis ait q. 13. in c. 25. Exod. & Ricard⁹ in explanatione Tabernaculi, c. 1.) surgebat in duos, aut tres digitos super
4 perculũ. † In duob⁹ lateribus lõgitudinis binos circulos aureos habebat in summitate laterũ ad angulos, vt verba Hebręa indicãt: Et dabis super quatuor angulos eius quatuor circulos, & c. & in eis erãt vectes de lignis settim inclusi, qui operti erãt auro. De his ita scribit Iosephus. 3. Antiq. c. 6. Ex vtroq; autẽ lõgiore latere inerãt anuli aurei duo totũ lignũ penetrãtes, & per eos vectes aurati vtrimque traiecti, vt quoties opus esset, quocũque trãsportari posset, neq; enim a iumẽtis vehebatur, sed sacerdotũ humeris trãsferebatur. Facta est hæc arca, vt in ea seruaretur duæ tabulæ legis, quas Dñs dedit Mosi, & indè dicta est arca fœderis, q⁹ in ea esset lex, per quã Dñs fœdus pepigerat cũ Hebræis sẽ fore eorũ Deũ, & benefacturũ eis, si legẽ seruaret. Exod. 24: Scribe tibi verba hæc, quib⁹ & tecũ, & cũ Israel pepigi fœdus, &c. & scripsit in
5 tabulis verba fœderis decẽ. † Eadẽ ratiõe dicitur arca testamẽti, qđ nomẽ fœd⁹, pactũq; significat, vt Psal. 82: Simul aduersum te testamẽtũ disposuerũt tabernacula Idumæorũ, & Ismaelitę, &c. atq; inde lex Dei eadẽ ratione vocatur testamẽtũ,

Cubitus vulgaris.

Cubitus regius.

Cubitus Geometricus.

Arca fœderis.

Arca testamenti.

Testamẽtũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arca testimonij.

vt Psal.77: Non custodierunt testamenti Dei, & in lege eius noluerũt ambulare. Eadẽ causa dicta est arca testimonij, lex enim Dei dicitur testimoniũ, quia in ea testatũ reliquit Deus quid fieri vellet à suis: quod sæpe occurrit in Psal.118. vt, Beati, qui scrutãtur testimonia eius, & postea: In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs, in mãdatis tuis exercebor. Ex quo intelligimus illud Exo.25: Ponesq; in arca testificationẽ (id est, lege) quã dabo tibi. Inde etiam tabernaculũ ipsum vocatur Tabernaculũ fœderis, & Tabernaculum testimonij, quod in se legem cõtineret, siue arcam legem habentem.

Tabernaculũ fœderis, siue testimonij.

QVID FVERIT IN ARCA fœderis.

CAP. II.

SED magna dubitatio est, & quæ vehemẽter eruditorũ torsit ingenia, an in ea solæ tabulæ legis fuerint: Etenim scriptũ est.3.Reg.8: In arca autem non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuit in ea Moyses in Horeb. & idẽ legimus.2. Paral.5. & eisdẽ verbis traditũ est à Iosepho.8.Antiq.c.2. Paulus verò Heb.9. ait: Et arcã testamẽti circũtectã ex omni parte auro, in qua vrna aurea habẽs Manna, & virga Aharõ, quæ frõduerat, & tabulæ testamẽti. In hac re plurimum laborant oẽs epistolæ ad Heb. enarratores, & multa dicũt, quæ neq; ipsis, qui dixere, forsan se satisfecerũt. Hæc sunt quæ maximè pbãtur. Primũ est, licet tẽpore Salomonis nõ fuerint, cũ hæc tamẽ Paulus scribebat iam fuisse omnia in arca, siue id factũ sit Ieremiæ captiuitatis Babylonicæ tẽpore, arcã abscõdẽte, vt legim⁹.2.Mach.2. qd ait Theophylactus; siue sacerdotib⁹ volẽtib⁹ vrnã, & virgã in secretiori, tutioriq; loco cõseruari, vt Canus exposuit li.2. de Locis, c.11. ad.7. † Alij affirmãt dici duas tabulas lapideas ibi tãtũ fuisse, quoniã etsi cetera essẽt, quæ cõmemorat Paulus, tũ ad legẽ seruandã arca potissimũ facta est, quæ fuit Sancti Thomæ sententia. Sũt quib⁹ hoc magis placeat, in arca solas tabulas lapideas fuisse, sed extra in quodã situ, qui erat in latere, fuisse virgã & vrnã. In his sunt Lyran⁹.3.Reg.8. & ibidẽ Abulẽsis.q.6. & Caietan⁹ in Paulũ, & alij. Idq; ex eo cõfirmãt, quod Deut.31. ait Moses: Tollite librũ istũ, & ponite eũ in latere arcæ fœderis, &c. Verũm hæc, prẽterquã quod nullo solido fundamento nitũtur, facillimè refelli possũt, quoniã Paulus de eo tẽpore omnino loquitur, quo taberna culũ per desertũ portabatur, vt ex eius verbis fit manifestissimũ. † Deinde etiãsi arca potissimũ ad tabulas legis seruandas facta sit, si tamẽ in ea ẽrã t vrna, & Mãna, quomodo verè dici potest, in arca nõ fuisse nisi duas tabulas lapideas? Quod au tẽ de latere arcæ dicũt, si illud extra arcã ponitur, cõmentitiũ est, nihil enim vnquã Scriptura docuit factũ esse extra arcã. Si autẽ est intra, iam in arca est, quod in ipso est, vt verbi gratia Ionæ.1. vbi nos habemus: Et Ionas descẽdit ad interiora nauis, Hebræi interpretãtur: Ad latera nauis: latera autẽ nauis in naui ipsa sunt. Libẽrius dicerẽ, & multò probabili⁹ est, quod Ambrosi⁹ Catharinus affirmat in libello de Claui⁹ Scripturæ, in claue sẽcũda, & lib.1. Annotationũ in Caietanũ, hæc omnia fuisse in arca tẽpore Mosis, sed cũ Salomõ tẽplũ dedicauit, tãtũ fuisse in ea tabulas lapideas. † Verũ & hæc diuinatio est, & Iosephus.3. Antiq.ca.6. & lib.8.ca.2. facilẽ ostẽdit nũquã aliquid in ea fuisse, præter tabulas, fauente adid maximè Scriptura. Mihi videtur hic difficillimus nodus cõmodissimè ita posse dissolui: Paulũ nequaquã libris Regũ aduersari, nec dicere hæc fuisse in arca, sed in tabernaculo. Atq; hoc quidẽ in Græco nõ est obscurũ, nã Tabernaculũ fœminei generis apud eos est. i. σκῆνος. Itaque cũ dicit: In qua vrna aurea habẽs Manna, & virga Aharõ, &c. In qua, nõ refert arcã, sed tabernaculũ fœminei similiter generis, quod paulò ante præcesserat. Hoc apertè intelligitur, & abũdè cõfirmatur ex Scriptura, quæ nũquã tradidit vrnam manna, aut virgã Aharon fuisse in arca, sed in tabernaculo, Exo.16: Dixitq; Moyses ad Aharõ: † Sumevas vnũ, & mitte ibi man, quãtũ capere potest Gomor, & repone coram Dño ad seruandũ in generationes vestras. Posuitq; illud Aharõ in tabernaculo reseruandũ. Nu.17: Dixitq; Dñs ad Mosem: Refer virgã Aharõ in tabernaculũ testimonij, vt seruetur ibi, &c. Fecitq; Moyses sicut præceperat Dñs. Nec ex eo quod esset in tabernaculo, cõsequitur fuisse in arca, nã & hic Paulus docet aureũ thuribulũ fuisse in tabernaculo, quod tamẽ in arca nõ erat. Sed quid cõtra ris opus est, cũ Moses ipse, si rectè eius verba intelligãtur, planè doceat vrnã, & virgã extra arcã fuisse? Refer, inquit, virgã Aharõ in tabernaculũ testimonij. Cũm nihil

Solutio quæstionis.

nihil addat, in eodẽ loco reponi vult, in quo erat prius. At priùs nõ erat in arca, legimus enim in eodẽ capite: Loquere filijs Israel, & accipe ab eis virgas singulas, ponesq; eas in tabernaculo fœderis coram testimonio. i. corã arca, in qua erat testimoniũ, siue lex. Et postea: Quas cũ posuisset Moses corã Dño in tabernaculo. Nusquã tabulas legis inueniem⁹ dici positas corã Dño, nã corã Dño esse dicitur, quod est corã arca, & Propitiatorio (vbi Deus esse existimabatur, & vnde respõsa reddebat) siue esset in Sanctis sanctorũ, siue prope illa. Vt Exo.27. de candelabro: Et collocabũt eã Aharõ, & filij eius vt vsq; manè luceat corã Dño. Et: c.28: Quę erũt in pectore Aharõ cũ ingredietur coram Dño. Et c.30: Vret thymiama sempiternũ corã Dño. Ex quo etiã fit vrnã Manna quę Exo.16. reponi iubetur corã Dño, nõ fuisse in arca, sed corã arca. † Quare rectè Paulus Burgẽsis in Additione c.9. epist. ad Heb. tãtũ dicit fuisse in arca duas tabulas lapideas, sed virgã, & vrnã fuisse corã arca, vt habetur Exo.16. & Nume.17. Vidit hoc Anselmus (seu quis alius fuit) qui in hũc locũ Pauli ait vrnã, & Manna dici esse in arca, quia erãt ppè arcã. Quod si quis existimat verba Pauli hunc sensum nõ admittere, quoniã Relatiuum id referre debet, quod proximum est, & ibi propior erat Arca, quã Tabernaculũ; respõdemus Paulum nequaquã ab Scriptura recedere potuisse, tum falsum id esse, Relatiuum semper referre proximum, vt passim in omnib⁹ Scripturis videre licet. Immò in his ipsis verbis hoc videm⁹: Post velamẽtum autẽ secundum, tabernaculum, quod dicitur Sãcta sanctorum, aureum habẽs thuribulum, & arcã testamẽti circumtectã ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens Manna; hic enim propius est Testamẽti, quod Græcis fœmineum nomẽ est, διαθήκης, & tamen cum dicit, In qua vrna aurea, nõ refert Testamẽtum. † Et Rom.1: De filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnẽ, qui prædestinatus est filius Dei, &c. Qui, nõ refert Dauid, sed Christum. Si dicas hoc, quod nos dicimus, id est, Relatiũ nõ referre semper quod proximum est, fieri in casib⁹ obliquis, & min⁹ præcipuis, quoniã id, quod præcipuum est, referri solet, etsi sit remotius: hoc ipsum nos dicimus, Arcam hic esse casum obliquum, & principali⁹ esse Tabernaculũ quã Arcã, atq; ideo referri, etiãsi remotius sit. Duo præterea videtur obstare in Paulo; primum, quod in omnibus codicibus legitur: In qua, si autẽ referret Tabernaculũ, legẽdum esset, In quo; alterum, quod cum dixisset: In qua vrna aurea habens Manna, & virgã Aharõ, quæ frõduerat, & tabulæ testamenti: continuò sequitur: Superq; eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatoriũ: manifestè ergò loquebatur de arca. † Respondeo testamentum esse nomen fœmineum, vt dictum est, id est, διαθήκη, quare cũ dicit, ὑπεράνω δὲ αὐτῆς, id est, super ipsam autem, refert, διαθήκην, hoc est, testamentum, id est, legem, quoniam hæc tria erant in tabernaculo, sed testamentum, id est, lex, erat in arca, & propterea dicit, Cherubim obumbrantia Propitiatorium fuisse super legem, quoniam propitiatio non datur nisi seruantibus legem, nec societas Cherubim. alioqui cum Cherubim cõflaret fuisse in Propitiatorio, id est, in operculo arcæ, quis poterat dubitare eos fuisse super arcã. Poni autẽ legẽ, siue testamẽtum, aut testimonium pro arca ipsã continente legẽ valde vsitatum est in libris eiusdem legis. Vt Num.17: Ponesq; eas in tabernaculo fœderis coram testimonio. Et, quod maximè respõsionẽ nostram confirmat, Exod.30. ait: Ponesq; altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij, corã Propitiatorio, quo tegitur testimonium. En Moses dicit Propitiatorium esse super legem, sicut in hoc loco dixit Paulus. Et cap.27: Vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum, quod oppansum est testimonio. † Demum, vt hæc, & superiora cõfirmentur, sciẽdum est nostrum interpretem sæpe casus, & genera, quæ sunt in Græcb, seruare, etiãsi Latinitati nõ cõueniant, quia maiorem sensus rationem habet quã verborum. Casus, vt Sapien. 10: Et sciret quoniam omniũ potentior est sapientia. Matt.20: Scitis quia principes gentium dominantur eorum. Genera, vt Sapien.1: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Genes.3: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Ipse conteret caput tuum, respexit ad יהוה masculinum nomen. Ita etiã lxx. Αὐτός. Et Apoca.11: Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in cõspectu Dñi terræ stantes: pro, stantia,

Coram Domino.

Regula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt Erasmus vertit: sed dixit, Stātes, cōueniēter nomini Græco, δὶς λυχνικὰ ἐφάσαν. Apo. 10: Accipe librū, & deuora illū, & faciet amaricari vētrē tuū, sed in ore tuo erit dulce, tāquā mel: est enim in Græco βλυκεῖδιον. Psal. 74: Quia calix in manu Dñi vini meri plen⁹ misto. Et inclinauit ex hoc in hoc. s. calicē, sed ita posuit vt erat in Græco vbi est, ποτήριον. Hoc ipsum fit sæpe, Habacuc. 1. ex illis verbis: Tūc mutabitur spiritus, &c. vsq; ad finē cap. vbi multo meli⁹ intelligitur loq de gēte Chaldęorū, de qua loqui cœperat, quam de Nabuchodonosor, de quo nihil omni no dixerat. Et tamen Gens fēmineum nomē est, sed vir est masculinū. Nihil etiā phibet dicere, cū Apostol⁹ scripsisset: Aureū habēs thuribulū, & arcā testamēti circūtectā ex omni parte auro, per parēthesin interposuisse quę sequūtur: In qua vrna aurea habens Māna & virga Aharō, quæ frōduerat, & tabulæ testamēti, & iterū ad arcam redire cum ait: Superq; eā erant Cherubim gloriæ. † Quæ hactenus dixi facilē Græco lectori probabūtur, nā & vera sunt, & ad Græcorū locutionē accōmodata. Sed si cui graue videbitur nostrū interpretē toties nominū genera permutare, & dicere In qua, pro In quo, aut Super eā, p Super id, poterit & aliter interpretari. In sępe in Scriptura poni pro Cū iuxta Hebræorū cōsuetudinē nō est dubiū. vt Hose. 4: Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cœli, sed & pisces maris congregabūtur, id est, simul eū bestia agri, & cū volucre cœli, vt verterūt. lxx. Et Gen. 32: In baculo meo transiui Iordanē istū, & nūc cū duabus turmis regredior. Hoc est, cū baculo meo, nullū pretereā comitē habui. Chaldęus: Solus trāsiui Iordanē istum. 1. Pet. 1: Vos autē curā omnē sub inferētes ministratē in fide vestra virtutē, in virtute autē scientiā, in scientia autē abstinentiā, &c. Id est, cū fide vestra ministrate virtutē, cū virtute scientiā, cū scientia abstinentiā. † Ita igitur nūc dicemus: In qua vrna aurea, &c. Hoc est, cum qua arca erat etiā in tabernaculo vrna Māna, & virga Aharon, & tabulæ testamenti. Quasi dicat: Nō erat sola arca in oraculo præter illā erāt hæc tria. Sed vbi essent singula nō dixit brevitatis causā, ipse enim ait: De quibus nō est modo dicendū per singula. Deinde rectē sequitur: Superq; eā, id est super arcā. Ita dixit paulò ante:

In pro Cum

Tabernaculū aureum habēs thuribulū & arcā testamēti, &c, licet hæc duo nō eo dē modo haberet, sed arcā in se, thuribulū prope sē. Anselmi etiā respōsio nō est omnino improbabilis, hæc tria dici esse in arca, quia erāt iuxta arcā. Et quāuis eodē modo de illis loquatur, constetq; tabulas testamēti nō fuisse iuxta arcā, sed in arca; nos pro eo respōdebim⁹, in loco aliquo dici esse & quæ sunt in ipso, & quæ iuxta ipsum. † Hoc posterius cōfirmat verbis Ion. ca. 10: Et ambulabat Iesus in tēplo, in porticu Salomonis. Porticus Salomonis extra id erat quod propriē tēplū dicebatur, sed tēpli tamen nomē habet, quia tēplo adiūcta erat. Ita dictū est Ioh. 1. Hæc in Bethania (seu pot⁹ in Bethbara) facta sunt trās Iordanē, vbi erat Iohānes baptizās. Nec tamē in ipsa vrbe baptizabat, sed prope vrbem, vbi aquæ erāt multæ. Et Luc. 13. de morte sua Dñs loquitur: Nō capit prophetā perire extra Ierusalē: cū tamē nō in vrbe; sed iuxta vrbē mortuus fuerit, extra portā enim passus est, vt scripsit Apostolus. Maneat igitur Paulum à verbis legis, & ab historia lib. 3. Regū nequaquā discrepare: maneat vrnā Māna, & virgā Aharō nō in arca, sed iuxtā arcā fuisse in Oraculo, & ad locorū in speciē diuisiōnē cōciliationē eruditus lector extribus eā expositionē eligat, quā ꝓbabiliorē iudicabit, quandoquidē & veras esse omnes ostendi, & ab Scripturę cōsuetudine nō abhorrere. Mihi quidē prima verior, & probabilior videtur.

Hebr. 13.

An Deuteronomium fuerit in arca.

† Sed quæritur an Deuteronomiū fuerit in arca, quēadmodū omnes fere affirmāt illis verbis adductis Deut. 31: Postquā ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atq; cōpleuit, præcepit Leuitis, qui portabāt arcā fœderis Dñi dicens: Tollite librū istū, & ponite eū in latere arcæ fœderis, &c. Si verū esset quod autores illi de capsula extra arcā facta commentabātur, ad hunc librū referendum esset; sed quoniā id cōmentitiū esse diximus, omnino videtur respōdendū præcepisse quidē id Mosem, sed nō fuisse factū, aut quoniā arcā eo mortuo aperire nō sunt ausi, aut alia causa, quandoquidē in lib. 3. Reg. c. 8. &. 2. Paral. 5. legimus nihil in arca fuisse, nisi duas tabulas lapideas. † Verūm melius dicemus, positū fuisse librū Deuteronomij in latere arcę id est, ad lat⁹, videlicet, extra, & prope arcam Hebraicē לצד, id est, à latere. Atq; hunc

hunc librum nō seruatū fuisse in arca, sed in tabernaculo, ac deinde ad locum thesaurorū translatum tēplo ædificato, intelligi videtur ex. 2. Paral. 34. vbi scriptum est: Quumq; efferrent pecuniam quæ illata fuerat, in templum Domini, reperit Helcias sacerdos librū legis Domini per manū Moysi: & ait ad Saphā scribam: Librum legis inueni in domo Dñi. Hæc arca, qualis descripta est, posita est in tēplo Salomonis. 3. Reg. 8. ita vt vectes nonnihil extra Oraculū apparerent, ac videri possent velo cooperti ab ijs, qui propē essent, non autē à remotioribus. † Mansit autē in tēplo Salomonis quamdiu illud steterit, nā cum Iudæi captiui abducebātur Babylonē, Ieremias arcam eduxit, & tabernaculū Mosis, & portari secum iussit in mōte Nebo, è quo Moses vidit terram promissionis, & abscondit in spelūca hæc simul cum altari thymiamatis, vt legimus. 2. Mach. 2. & ostium obstruxit. An verò tempore secundi templi inuenta fuerit arca, & in locum suum restituta, non satis cōstat: nobis haud improbabile visum est in caput primum Haggæi, nume. 15. & sequentibus inuentam fuisse. Illud certē constat, tempore Iosephi, & cum templū euersum est à Romanis, nihil fuisse in Sācto sanctorum; ita enim scribit lib. 6. de Bello cap. 6: † Intima verò templi pars viginti cubitorum erat, discernebatur autē similiter velo ab exteriore, nihilq; prorsus in ea erat positū, inaccessa verò, & inuiolata, & inuisibilis omnibus habebatur, Sanctiq; sanctū vocabatur. Quare quod Comestor scribit in Historia libri Iudith. ca. 3. fuisse arcam inter spolia à Romanis abductam cum mensa, & candelabro, & quod scripserat ante in Historia libri Exodi, cap. 46. seruari eam Romæ in templo Lateranensi, vtrūq; falsum est, vt probat Abulensis q. 14. in 25. cap. Exodi. Falsum est etiam quod multi putāt, ductā fuisse arcam in triūpho Titi, quoniā in arcu eiusdē Titi triūphali, qui nūc Romę cū integra inscriptione extat, arca videtur portari in pōpa triūphi cū Iosephus illius triūphi spectator hęc memoriæ tradiderit li. 7. de Bello. c. 24: † Spolia verò alia quidē passim ferebātur: eminebāt autē ea, quę apud Ierosolymā in tēplo reperta sunt,

Vbi posita fueris arca

mēsa aurea pōderis talēti magni, & cādelabrū similiter quidē auro factū, &c. Post hæc autē portabatur lex Iudæorū nouissima spoliorū. Quæ igitur in arcu Titi sculpta est, nō arca est, sed mensa illa aurea, cuius mētionē fecit Iosephus, vbi etiā cādelabrū cernitur. Quæri etiā poterat an intra Sanctū sanctorū fuerit thuribulū aureū, vt planē significare videtur Paul⁹ Hebr. 9. Sed de hoc cōmodius posteā agemus in altari thymiamatis.

DE ARCAE MYSTICA significatione.

CAP. III.

QVAE ad significationem arcæ, & Propriatorij, & Cherubim spectant, quoniam difficiles admodū habent explicatus, nec multa, vt in alijs, sed pauca, traduntur à multis; quæ si diligenter examines, singula singulis haud improbabiliter conueniant, omnia autem quasi in vnum corpus collecta non satis aptē vbique cohæreant: nos, vt ex hoc laberintho exeamus, Pauli verba ex cap. 9. Epistolę ad Hebræos, quasi Ariadnæ fila, teneamus. Is cum de Sancto sanctorum locutus esset, in quo arcam, & Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium fuisse, testatur: Sanctum sanctorum cœli typum esse docet, vt libro primo, ca. 10. fusiùs explicauimus. † Quare cum in hac interpretatione arcæ, & Propitiatorij, ac Cherubim meminerit, perspicuè docet horum trium significationem ad cœlum pertinere, omniaque ad ea, quæ sunt in beatorum domicilio, esse referenda. Atque hinc pendere arbitror harum omnium germanam explanationem, ac secus explicari nec debere, nec posse. Ab arca igitur incipiendum est, quam beatorum hominum figuram esse existimo. Scio alios multò aliter interpretari, possemque sine labore quæ ab illis dicta sunt, huc transcribere, sed aliud est de solius arcæ significatione loqui, aut Propitiatorij, aut Cherubim seorsum; quomodo multadici possūt, quę populo placeāt, & plausum excitet: aliud, ita exponere, vt quæ de arca, & de reliquis seorsum dixeris, coniungas omnia, & com-

Ratio expositionis in his Allegorijs sequēda

Universidad de Deusto
Biblioteca

& componas, ita vt apta inter se, & connexa, minimèque discrepantia videantur. † Hoc enim difficillimum, & 3
paucorum est, vt ij demum sentient qui experiri volent: sæpè enim quæ pulchrè texta videbantur, retexere cogentur: & multa inuenient, quæ sibi, pluri misque probabantur, & acuta iudicabantur, quæ quia cum ceteris cohærere non possunt, velint nolint, improbabunt. Nec ego nunc deminutis concionatoribus loquor, qui, vt ille inquit, id sibi negotij creduntsolũ dari, populo vt placeant quas fecerint conciones, ac flosculos vndique captant, & nihil præterea curant: sed de illis, qui verum, germanumq; scripturarum sensum sub Historia latentem totis vestigijs indagare student, quorũ acutum iudicium, quorum teretes, & religiosæ aures. Vidit hoc Gregorius, & admonuit, cuius verba ex prologo in primum lib. Regum libenter referam, quasi apologiã eorũ, quæ in mystica expositione hactenus dixi, quæque postea dicam, & eorum, quæ scripsi in commentarijs duo- 4
decim prophetarũ. † Sed quia in diuersis, inquit, sanctorum patrum operibus diuersa huius historiæ testimonia inueniuntur exposita: notare lector debet quia aliquando eorum sensus tractando subsequor, aliquãdo autem enodare historiam aliter insudo: vt opus quod spe Diuinæ inspirationis aggredior, & antiquorum patrum autoritate sit validum, & lectori nequaquam fastidiosum, dum inter ea, quæ nouit vetera, ea etiam ei, quæ non nouit, noua repræsentat. Ad quam profectò sententiarum pronuntiationem aliquãdo ex necessitate ducor; quia & patres venerabiles, si seriatim cuncta exponerent, quæ ex parte tetigerunt: eam seriem locutionis, quam tenere visi sunt, obseruare nequaquam potuissent. Dum igitur sanctorum patrum intellectus prætereo, necessitate aliquando, aliquando commoditate vtor: quia & fastidiũ lectori amoueo, & dum totum seriatim defeutio, multa ex medijs contra me veniunt, quæ illorum sequi sententias non permittunt. † Hæc verisimè Gregorius. Sed ad rem. Arca in San- 5
cto sanctorum beatos significat in patria cœlesti; quę facta est ex lignis settim, quæ imputribilia, & pulchra sunt, quia beati post resurrectionem pulchra, & immortalia corpora habebũt. Auro circumtecta erat, quia & animæ eorum ineffabili Diuinæ visionis claritate, & corpora admirabili splendore fulgebunt, sicut ait Dominus: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorũ. Corona aurea, quam habebat in summo, coronas significat sanctorum: omnes siquidem gloria, & honore coronantur vt victores, & vt reges, ipsorum est enim regnum cœlorum. De quo Paulus scribit ad Timotheum: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius. Adde quòd qui inter beatos summi ferè sunt, præter illam Diuinæ visionis beatitudinem, coronas quasdam habent, quas Theologi Aureolas vocant, idest, fidei doctores, martyres, virginẽs. Acceperũt autẽ illi hoc nomẽ ex sacris libris, in Exodi enim. 25. capite scriptum est: Et super illam alteram coronam aureolam: pro quo in Hebræo est, זֵר זָהָב idest, coronam auream; atque ita etiam loquitur cum in eodem capite de arca inquit: Faciesque supra 6
coronam auream per circuitum. † In ea sunt tabulæ legis, quoniam electi legem & habuerunt, & habebunt semper in medio cordis sui, quasi rem pretiosam, & quam summo amore complectuntur. Isa. 51: Populus meus, lex mea in corde eorum: & caput ipsum electorum ait Psalm. 38: In capite libri scriptum est de me, vt facerẽ voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Longitudo duorum cubitorum, & dimidij est, quia longitudo ad longanimitatem, & patientiam pertinet, cubitus autem mensura communis est. Quidquid patiẽdum est laboris, vel ab hominibus, Deo permittente, vel ab ipso Deo patimur, idque certa mensura adhibita vt rectè, & cum vtilitate patiamur, sicut scriptum. Psalm. 79: Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis 7
in lacrymis in mensura. † Electi ergo quia in hac vita æquo animo pertulerũt mẽsurã laborũ tã à Deo, quã ab hominibus profectorũ, rectè longitudine habent duorum cubitorum, idest, duarum mensurarum. Sed quia parati erãt ad plures etiam ferendos, eosque non semel petierunt, longitudine habent duorum cubitorum mensuram excedẽtem. Latitudo ad amplitudinem caritatis refertur, vt docuit Gregorius Hom. 21. in Ezechielem. Et quia caritatis mensuram ß atribus reddiderunt, quam debebant: Deo autem nunquam reddere 10
potuerũt, quia cum maximè eum amarent, multò maiori amore dignum esse sentiebant: latitudo cubitum habet cum dimidio: cubitum amoris hominum, dimidium amoris Dei. Altitudo etiam est cubiti, & dimidij, quia in desiderium æternorum bonorum supra communem aliorum hominum mensuram se leuauerunt. † Quatuor anuli 8
aurei, & vectes per eos immissi ideo positi sunt in arca, vt facilè quocunq; visus posset ferret, sacerdotum humeris portaretur. Quare quid aliud in sanctis significare debent, quam ea, per quæ illi propti, & mobiles ad nutum Sancti spiritus, agilesq; redduntur, siuè standũ sit, siuè per desertum eundum, per terram desertam, inuiã, atq; inaquosam? Hæc sunt dona Spiritus sancti, quæ ad hanc, quam dixi, mobilitatem, atq; agilitatem supra tres virtutes Theologicas adduntur. In summitate arcæ sunt anuli, & vectes, quia hæc dona supremam animi portionẽ, nobilissimamq; exornant, & præparãt diuinæ motioni. In lateribus longitudinis collocantur, quoniam labores, quibus electorũ vita conflictatur, tardos, ac remissos, & graues eos redderent, nisi eorum longanimitas (sic enim vocemus, quam Græci, μακροθυμίαν) Spiritus sancti impul- 9
sũ, atq; afflatu adiuuaretur. † Duo sunt autem in hac explicatione perobscura. Primum est, quatuor esse anulos & duos vectes, qui sex efficiunt, septẽ autem Spiritus sancti dona numerari. Alterum est, aureos esse anulos, vectes verò ex lignis settim, & auro tectos; multumq; inter anulos, & vectes interesse, cùm similia sint inter se dona. Primum ita videtur explicandum. Sex quidem sunt anuli cũ vectibus, sed vectes non simplices sunt, lignum enim habent, & aurum, atq; ita septem fiunt: Quatuor anuli magis hærent arcæ, & aurei sunt, in quibus quatuor dona intelligimus, quæ ad intellectum pertinent, sapientiam, intellectũ, scientiam, consilium, & quodammodo magis mẽti hærent, quia in suprema, & nobilissima portione animi sunt, ac propter eximiam præstantiam quasi aurea censentur. In vectibus reliqua tria significantur, quæ in volũtate sunt, pietas, timor, fortitudo. † Atq; vt vectes in anulos 11
mittuntur, ita dona intellectus accipiũt in se dona voluntatis, quia per exactam Dei, rerumq; Diuinarum intelligentiã ipsum, vt patrem pie, sanctèq; colimus, quod pietatis est, &, vt boni filij, eum reueremur, & ab eius volũtate declinare refugimus, quod est timoris, & metum laborum, periculorumq; abijcimus, quibus deterrebamur abijs, quę ad Dei gloriam, & ad felicitatem nostram inchoaueramus, & fiduciam quã dam animo concipimus euadendi ex omnibus periculis, & perueniendi ad eamdem felicitatem, quæ finis est omniũ bonorum: quæ nobis præbet fortitudo. Et vt anuli non sunt satis vt arca moueatur, nisi vectes addantur: ita quamuis intellectus ornatus, & instructus donis suis sit, nisi illa accedãt, quę voluntatis esse diximus, non erit omnino animus aptus vt ab Spiritu sancto moueatur. † Ac pietas quidem, & ti- 12
mor meritò auro vectium comparantur, Deum enim sibi obiectum intuentur: fortitudo autem, quia circa pericula, metusque versatur, non aurum est, sed lignum settim auro contectum. Lignum settim pulcherrimũ, & fortissimum, neque putrescit vnquam: & fortitudo pulcherrima est, & mirabilis, nec cedit malis, nec tẽporis longitudine vincitur. Et geminã est quodammodo, vt vectes, quia partim ad pericula superãda descẽdit, partim fiducia æternæ felicitatis erigitur. Teguntur hi duo vectes auro, quo pietatem, & timorem significari diximus, quia nisi fortitudo coniuncta esset cum pietate, qua Deum, vt patrem colimus, & cum timore, quo eũ, vt boni filij, veremur, nequaquam sectantis periculis, laboribusq; obijceret auderet. † Vectes semper erant in anulis, siuè cũ arca humeris sacerdotũ portabatur, siuè eũ in tabernaculo, aut postea in templo, quiescebat: qa

Latitudo.

Altitudo.

Anuli aurei.

Longitudo.

Matth. 13.

2. Tim. 4.

sancti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sancti, & cum erant in hac vita mortali, facilè quocunque mouebantur à sacerdotibus, qui sibi pro Christo præerat, turiq; eorum humeris ferebantur, & cum in cœlesti patria quiescunt, animos habent ad parendum Deo paratos, & accepta etiam mercede felicitatis æternæ pristinam semper retinent obedientiam. Hactenus de arca, quam scio veteres quosdam de Christo interpretari, quos cur non fuerim secutus, dicam cap. 5. cum de Propriatorio agemus: tametsi haud scio an omnia ad eũ rectè accomodare poterint, sed id eruditi lectoris iudicium esto. Illud certè non tacebo, si de Christo exponendũ sit, non de eo cum in hac vita versabatur, sed post quam victor ascẽdit ad patrem, exponi debere, vt initio huius capitis dixi. † Vidit hoc melius quam alij 13
Gregorius, qui Hom. vltima in Ezechielem: Arca, inquit, intra velum est redẽptor noster in cœlo. Coram arca vrna erat manna, vt illius beneficij memoriã semper apud posteros maneret, vt intelligimus ex Exo. 16. quia beati semper ante oculos habent admirabilem illam Dei beneficentiam, qua cœlesti pane, ideſt, sacra Eucharistia, dum per desertum huius vitæ iter faciebant, alti sunt. Seruabatur etiam ante arcã virga Aharon, quæ fronduerat, quia semper ijdem memoria retinent sacerdotiũ Christi inter omnes homines à patre electi, vt sacrificio corporis sui tolleret peccata mundi, de eoq; illi immortales gratias agunt, & sine fine lætãtur.

DE PROPITIATORIO

CAP. IIII.

1
Verſ. 17. Posi hæc omnia legimus in eodem. 25. capit. Exod: *Facies & Propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos, & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum, ac semissem latitudo, &c.* Ex quo constat æquale prorsus fuisse arcæ, aptumque vt eius operculum esset, nec fuisse laminis aureis tectum, vt arcã, sed totum aureum. Sed mirum est ita de eo loqui Mosem, acsi pars arcæ non esset, cum arca sine operculo non posse constare videatur. Existimo equidem veteres ita arcas fabricasse, vt sine operculis constarent, & licet opercula adderentur, rectè tamen sine illis arcæ dicerentur. Hoc indicat corona aurea addita arcæ, quæ 2
nunc in arcis non ponitur. † Sed apertius videmus apud Homerũ: vbi cum Arete regina Phæacum arcam proferri iussã optimam, in qua Vlysses vestes sibi dono datas seruaret, eam protulisset. Vlysi Iuit: *Lib. 8. Odyss.*

Λάϐε σὺ νῦν αὐτὸς τόδε κάλλιπε δ' ἐν δικὶ θῆκε
Μή τι τοι ἐκπέσῃ ἐπὶ δὲ δεῖπνον ἑλέσθαι. &c.

Hoc est

Nunc ipse vide de operculo, statim verò vinculum circum liga: Nequis tibi in itinere damnum afferat. Hoc operculũ aureis cardinib⁹ coaptatũ fuisse arcæ, testatur Iosephus loco citato, dictumque est Hebraicè כַּפֹּרֶת, quod operculum significat, & propitiatorium, à כָּפַר, quod est tegere, & propitiari. Propterea. lxx. eleganter vtrumque significatum nobis tradiderunt vertentes, ἱλαστήριον ἐπίθεμα, id est, placatorium, siuè propitiatorium operculum. † Dictum est autem Propitia- 3
torium quasi locus placationis, quia ibi Deus Moysi apparens, & cum eo loquens placabatur, & propitiabatur populo, sicut ipse ait. Exo. 25: Inde præcipiam, & loquar ad te supra Propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta, quæ mandabo per te filijs Israel. Num. 7: Quumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis vt consuleret Oraculum, audiebat vocem loquẽtis ad se de Propitiatorio, quod erat susuper arcam testimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei. Atque *Oraculum.*
inde dicta est hæc pars templi Oraculum, quòd in ea Deus responsa redderet. Inde etiam in nostra translatione Propitiatorium ipsum vocatur nonnunquam Oraculum, vt ibidem: Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte Oraculi. Vtrumque latus Propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes Oraculum: pro quo semper est in Hebræo, כַּפֹּרֶת ideſt, Propitiatorium, apud lxx. vero ἱλαστήριον. Et quia Deus hic apparebat, & loquebatur, dicebatur sedere susuper Cherubim, ideſt, super alas Cherubim tegentes. Propitiatorium,

DE SIGNIFICATIONE Propitiatorij.

CAP. V.

1
Ropitiatorium sine dubio significat Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nobis pater propitius factus est: ita enim Apostolus interpretatur. Rom. 3. Quẽ proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Atque vbi nos habemus Propitiationem, siue, vt alij legunt, Propitiatorem, in Græco est, ἱλαστήριον, quo vocabulo. lxx. interpretes semper Propitiatorium appellant, immo & Paulus ipse Hebr. 9. vbi in Latino legimus: Superque eam erãt Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium. Quare rectè coronula aurea arcæ paululùm erigebatur super Propitiatorium, quia sanctorum coronis (quas illa significat) Christus coronatur: ab ipso enim sunt sanctorum victoriæ, & coronæ, sine cuius gratia nõ solum vincere non poterant, sed ne cogitare quidem aliquid, quod prodesset ad victoriam. Quod intelligens Apo- 1. Cor. 15.
stolus ait; Sed abundantiùs illis omnibus laboraui, non autem ego, sed gratia Dei mecum. † Non est autem Pro- 2
pitiatorium partim ligneum, & partim aureum vt arca (pretiosius enim, & Deo coniunctus est quam arca) totum est ex auro, quia eius humanitas, cum vera humanitas sit, non per se sed per Diuinitatem subsistit, & tota ineffabilibus donis plena est, vt in qua plenitudo Diuinitatis inhabitat corporaliter. Ioh. cap. 1.
De quo Iohannes ait: Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Sed aurum mundissimum est, quia omni labe peccati caruit, & nihil habuit sordium admistum, quibus ceteri homines inquinantur. Longitudo eius est duorum cubitorum, & dimidij, quia (sicut in explanatione arcæ diximus) fortiter, & libenter passus est Christus quidquid eum pater pati voluit, & quid 1. Pet. 2.
quid homines iniuriæ intulerunt: & cum malediceretur (sicut aut Petrus) non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicãti se iniustè. † Impleuit igitur vtrãq; 3
mensuram, id est, duos cubitos, longanimitate sua: Sed multò etiam plura pateretur, si ita salus humani generis postularet, atq; ita aliquid supra duos cubitos habet lõgitudo. Latitudo vnius cubiti, & dimidij est, quia sancta Christi anima mensuram integram amoris hominibus reddidit, quæ cubito indicatur, id est, tantum eos amauit, quantum amandi fuerunt: sed Deo mensuram, qua ille dignus erat, hoc est, infinitum amorem, reddere non potuit, id enim creatæ naturæ non est, atque idcirco cubitum alterum integrum non habuit latitudo. Altitudinem Propitiatorij non sine causã tacuit Scriptura, quia quamuis ea, quæ in tabula illa aurea fuit, facilè potuit indicari, quod in ea tamen significabatur, id est, quantũ beatissima illa anima supra omnium electorum mensuram se se in cœlum extulit desiderio glorię Dei, nemo, etsi hominum linguis loquatur, & angelorum, explicare potest. † Super arcã 4
ponitur, quia omnium Sanctorum virtutes, & gratiam infra se habet, & super omnes est, & cum omnibus individua caritate copulatur, & omnes ei hærent, & quasi membra capiti, & arca operculo, ei conjuncti sunt. Hic mihi explicent velim qui Christum arcã esse voluht, cum dubitare non liceat eum in Propitiatorio significari, quomodo Propitiatorium sit supra arcam, id est, Christus supra se ipsum; cur arca & lignea sit, & aurea, Propitiatorium verò tantum aureum: Cur altitudo arcæ expressa sit, Propitiatorij autem prętermissa. Si in arca humanam naturam intelligi velint, in Propitiatorio Diuinam; quomodo à propitiatione humanitatem secernere poterunt, sine qua Christus pati non potuit? Quomodo Cherubim super Propitiatorium collocantur? quomodo Deus sedet super alas Cherubim? Hæc qui soluere poterunt, & omnia; quæ de arca dicuntur, ad Christum in cœlo haud inuita accõmodare valebunt, ita vt volunt exponant: ego quæ violenta videbantur, & quæ cohærere inter se non videbam, dicere non debui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE CHERVBIM, QVI erant supra Propitiatorium.

CAP. VI.

Versus. 1 DE his legimus in eodem capit. 6. lib. 3. Reg: *Et fecit in Oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis, &c.* In Oraculo erant Cherubim, & arca, quæ tegebatur alis eorumdem Cherubim. Sed aliter positi erant Cherubim in tabernaculo, aliter in templo. Nam arca in tabernáculo erat in medio Sancti sanctorum in pauimento: & è Cherubim, qui toti erant aurei, alter erat in latere vtpote operculi arcæ, quod Propitiatorium dicitur, alter in altero mutuò se aspicientes, & alis vndique tegentes Propitiatorium. Nam à Meridie, & Septemtrione tegebant illud crassitudine corporum, ab Oriente autem, & Occidente, alis extensis, ita vt dextera ala vnius tãgeret sinistram alterius, & vice versa, vt si duo homines se se aspiciant, seque 2 manibus teneant. † At ij, quos Salomõ fecit, & in medio Oraculi similiter posuit, multò maiores erant, videlicet decem cubitorum altitudine, ideoque non erant toti aurei, vt priores, sed de lignis oliuarum, quod ei materiæ nec tempestas, nec caries, nec vetustas possit nocere, vt ait Vitruuius lib. 1. cap. 5. operti tamẽ laminis aureis. Nec se mutuò aspiciebant, sed facies habebant versas: ad domum exteriorem, siue ad Orientem, terga ad Occidentem, & alas habebant quinque cubitorum singulas extensas versus Meridiem, & Septemtrionem, ita vt ala exterior vnius tangeret parietem Meridianum, altera alterius parietem Septemtrionalem, interiores verò alę amborum sese attingerent tegentes arcam cum Propitiatorio, & cum duobus Cherubim aureis, quos fecerat Moses, & ibi similiter positi erãt, vt ait Abulensis, q. 18. in 25. cap. Exo. & ante eum Beda cap. 13.

3 † De forma Cherubim variæ sunt sententiæ, quarum nonnullas refert Sixtus Senensis lib. 5. Bibliothecæ, Adnotatione. 58. Iosephus lib. 3. Antiq. ca. 6. hæc scribit: Operculo autem impositæ erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubim appellant: ea sunt animantia volucria, noua specie, nec vnquam cuiquam hominum visa, quæ Moses in Dei solio viderat figurata. Et. 8. Antiq. cap. 2: Hæ Cherubicæ effigies quanam specie fuerint, nemo vel conijcere potest, vel eloqui, &c. Verùm hæc est receptissima, & verissima sententia, humana forma factos fuisse Cherubim, non quidem vtroque sexu insignes, (quod ridiculum est) sed humana tamen forma, vt satis indicat Scriptura, cuius verba de situ Cherubim ad nullius animalis formam ità commodè referri possunt, atque ad formam hominis: præsertim cum scriptum sit, 2. Paral. 3: Ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. † Alæ autẽ quatuor, 4 quia viginti cubitos habebant, quæ est altitudo, & longitudo Oraculi, aut intelliguntur habere viginti cubitos, id est, singulæ quinque, non per se, sed cũ dimidia parte corporis ad eam pertinente, vt intellexit Abulensis, aut certè alæ in tergo iungebantur, & totum corpus tegebant, quod magis cum Scripturæ verbis cõgruit singulis alis quinque cubitos tribuentis. Nec dubitandum est hoc loco Cherubim nomen esse cœlestium spirituum, vt hîc Beda interpretatur, capite. 13. & Hieronymus in Ezec. capit. 9. &. 10. Sed forma corporea facti sunt, vt cerni possent, quemadmodũ apud nos angeli. † Cauta faciendi, & apponendi ad arcam fuit, 5 vt ille, qui colebatur, intelligeretur esse is, qui toties in prophetis dictus est Dominus exercituum, id est, qui regnat in cœlo, & omnibus cœlestibus spiritibus præest, etiam summis. Atque hac ratione toties dicitur Deus sedere super Cherubim, vt Psalm. 79: Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim. Psal. 98: Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedes super Cherubim, mòueatur terra, id est: Qui potentissimus es, & cuius viribus nemo potest resistere. Isai. 37: Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus omniũ regnorum. Eadẽ causa currus, in quo gloria Dei apparet Ezechieli capite. 10. portatur ab animalibus, id est, à Cherubim sub forma animalium. Eccl. 49: Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ, quam osten dit illi in curru Cherubim. † Hinc etiam de Deo Psal. 17: Et 6 ascendit super Cherubim, & volauit, id est, venit ad opem mihi ferendam ille, qui Cherubim habet sub pedibus, & eis vtitur ministris ad omnia, quæ velit, id est, qui potentissimus est. Sed cur non super Seraphim sedere dicitur, sed super Cherubim, neque enim vnquam legimus sedere eum super Seraphim, ideoque Hieronymus in Epistol. 143. ad Damasum, cuius initiũ est: Septuaginta, &c. ait: Illorum quoque, pius licet, attamen coarguendus error, qui in orationibus, & oblationibus suis audent dicere: Qui sedet super Cherubim & Seraphim. Hanc quæstionem proponit Abulensis. q. 19. in. 25. cap. Exo. sed meo iudicio non soluit. Respõdet enim non significari spiritus de octauo ordine, qui certam figuram nõ habent, sed duos cœlestes spiritus, qualescunque illi sint. Respondendum ergo Cherub significare multitudinem scientiæ, vt ait Hieronymus Ezec. 10. prope finem, & in fine fere libr. 1. Cõment. in Epist. ad Ephesios, & in Epist. 103. ad Paulinũ, & alibi sæpe, & Beda cap. 13. & plurimi 7 alij. † Vt igitur significetur hominibus Deum esse sapientissimum, & omnem scientiam, etiam altissimorum spirituũ, longè superare, & summa sapientia, atque prouidentia disponere res hominum, meritò dicitur sedere super Cherubim. Atque id maximè in Oraculo docebat, vnde responsa dabat, & populum suum regebat. Vnde autem Cherub significet multitudinem scientiæ, difficile dictu est. Pagninus in interpretatione nominum Hebraicorum putat dici a כָּבַר, id est, cognouit, & רַב, id est, multum. Probabilius videtur, dici Cherub, id est, figuratum, aut pictum, metaphoramque à corpore ad spiritum duci, vt spiritus sapiens, & multarum rerum formis insignitus, & ornatus dicatur Cherub. † Hoc intelligitur ex verbis Hieronymi in Epist. 13. ad Marcellã, cuius initiũ est: Epistolare officiũ: Nam & in Exodo, inquit, ceteris que locis, vbi describuntur vestes plumaria arte contextæ, opus Cherubim, id est, variũ, atque depictũ esse factum describitur, ita tamẽ vt Vau litera Cherubim non habeat, quia vbicunque cum hac litera scribitur, animalia magis quam opera significat, &c. Id est, litera Vau additur, aut tollitur ad tollendam ambiguitatẽ significationis, cùm reuera eadẽ ratione hæc omnia Cherubim appellata sint.

Eigura Cherubim.

Cur non dicatur dedere super Seraphim.

Cherubim.

QVID SIGNIFICENT duo Cherubim, qui sunt supra Propitiatorium.

CAP. VII.

1 QVoniam ab instituta explanatione recedẽdum non est, vt hæc quæ intra velũ, id est, in Sãcto sanctorum sunt, in cœlo esse intelligamus, vt rectè intellexit Beda in libr. de Templo, cap. 13. & Angelomus monachus antiquus autor, in commentarijs. cap. 6. libr. 3. Regum: non possumus Cherubim duo testamenta interpretari; sed angelicos spiritus, qui eiusdem cum Christo, & eius membris beatitudinis participes sunt. Super Propitiatorium collocantur, quia natura angelorum præstantior humana est, & Christus, non vt Deus, sed vt homo humanitate in se ipsa considerata, minor angelis est, iuxta quod scriptũ est: Minuisti eum paulo minus ab angelis. De quo Paulus Heb. 2: Eum autem, qui modicò quam angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum. † Quaratione etiam in Apocalypsis initio primùm Deus, deinde Angeli, postremo Christus nominatur: Gratia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, qui est testis fidelis. Nec enim dignitatis personæ in his ratio habetur, sed naturæ. Sed quia Christus homo, qui ratione humanæ naturæ minor erat angelis, longè illis erat præstantior, & sublimior, quia humana illa natura, quæ per se minor angelica erat, eximia sanctificare, & maiori gratia, maioribusque Dei donis ornabatur: Cherubim, qui in tabernaculo erant supra Propitiatorium, in templo Salomonis infra illud posuit unus: pedes enim in

Psalm. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauimento habebant, in quo erat & arca. In quo & illud ostenditur, homines in cœlo æquales angelis futuros, & inter eos sessuros esse. Duo sunt Cherubim, vt mutuam caritatem beatorum indicent, quæ minus quam inter duos esse non potest, & in eius rei symbolū Apostoli bini missi sunt à Domino, vt scribit Gregorius Hom. 17. in Euangelia. † Mutuo se aspiciunt, quia beatorum idem est sensus, & eadem voluntas; est enim summa eorum amicitia. In templo autem facies versas habent ad domum exteriorem, & ad Orientem, atque ad ciuitatem, vt ostendant semper se Ecclesiam dilexisse, diligenterque pro sua quemque parte, pro hominum salute vigilasse, omnes enim sunt ad ministratorij spiritus, in ministeriū missi propter eos, qui hereditatem capient salutis. Quamobrem Cherubim qui erant in tabernaculo, ac se mutuò, non etiam ciuitatem, id est, Ecclesiam aspiciebant, aurei sunt, & ductiles, in quo præstantia eorum & naturæ, & gratiæ indicatur, simulacra enim ductilia, & malleo, manuque cōfecta absolutiora sunt fusilibus, & elaboratiora. Sed Cherubim qui erant in templo, qui docent magna etiam se erga homines caritate affectos fuisse, ita sunt aurei, vt sint intus oleagini, quia viscera misericordiæ in humanum genus semper habuerunt. † Alas iungunt, earumque cōplexu quasi sedem Deo præstant, quia super omnes spiritus, & in omnibus Deus est, & ita illi inter se caritate copulātur, vt vnanimi consensu à Deo possideri, & ei subijci velint, omnemque suam sapientiam, & illam naturæ præstantiam & Deo minorem, & ab illo acceptam esse fateantur, tum semper illi seruire gestiant. Alæ enim velocitatem naturæ illorum cuncta intelligentia sua penetrantem, & promptitudinem ad obsequium Dei paratam significant. Verūm hoc animaduertēdum, Cherubim, qui erant in tabernaculo, magnitudinem non indicari, nec alarum, sicut in Cherubim, qui erāt in templo: quoniam tabernaculum synagogæ typus erat, templum verò Ecclesiæ, vt lib. 1. diximus, cap. 19. (quod memoria diligenter tenendum est) & in Ecclesia, id est, nouæ legis tempore, vt cetera mysteria, ita etiā quæ ad angelicæ naturæ dignitatem, & ad ministeria spectant, quibus hominum salutem procurant, multò magis cognita, perspectaque sunt. † Altitudo Cherubim decem cubitorum est, quia, etsi alij alijs præstātiores sint, omnium tamen perfectissima natura est, & qua perfectiorem nullam in creaturis inuenimus. Cubito enim res magnas metimur, & denarius numerus perfectissimus est, vt Pythagoræi testabantur, siquidem eo omnis numerus cōcluditur, neque vllum habemus altiorem, quia vsque ad decem numeramus, nec numerare amplius possumus, nisi numeros qui eo continentur repetamus. Decem etiam cubitorum sunt, quia semper illorum conatus, & labor quærenda hominum salute eò tēdebat, vt lex Dei, quæ decem præceptis continetur, integrè custodiretur. Alæ binæ singulorum decem etiam cubitorum sunt, quia totam naturæ suæ præstantiam, & se deinque totos, quanti sunt, Dei præbent obsequijs. Et quoniam alas esse diximus velocitatem naturæ illorum omnia intelligentia sua penetrantem, & promptitudinem ad Dei obsequium paratam, atque hæc intellectu, & voluntate consequūtur: rectè, vt opinor, dicemus, alā vnam esse aciem illam admirabilem intelligentiæ, alteram voluntatem, siue amorem. † Singulæ itaque alæ quinque cubitorum magnitudinem habet, quia totā intelligētiæ suæ aciem, totā suæ voluntatis, atq; amoris vim in Deum conferūt: Et ex his duabus partibus tota eorū natura cōstat, sicut Denarius ex duobus quinarijs. His mutuo sese tangentibus sedem Deo præstant, quia quod alter intelligit, alter amat, itaque idem omnes sentiunt, & amant, & quidquid habent ei subijciunt, quē intelligunt, & amant. Extremis alis parietes Sancti sanctorum tangunt, quia cœlum plenum est Angelicis spiritibus; deinde quia per omnia cœli loca discurrūt, tertiò quia omnia quæ in eis sunt, norunt, & altissima mysteriorum cœlestium cognitione prædi ti sunt. Ex sede illa, quam faciebant alæ Cherubim, Deus responsa reddebat, quia Deus in cœlo super omnes creaturas eleuatus beatis se videndum præbet, eosque visione sua mirabiliter erudit, & cum eis consilia sua communicat.

Heb. 1.

Ala.

Denarius.

DE AL-

DE ALTARI THYMIAMATIS.

CAP. VIII.

1 IAM de his agamus, quæ erant in secūda parte templi, siue in domo exteriori, in quibus primum omniū occurrit altare thymiamatis. In eo thus, & alia aromata suauissimi odoris incendebantur, ita enim ait Iosephus lib. 6. de Bello, capite. 6: Thuribulum autem per tredecim odores, quibus replebatur ex mari, & inhospito, & inhabitabili, designabat omnia Dei esse, Deoque seruire, &c. Atque inde dicebatur thymiamatis, à θυμιᾶν, quod est suffire, siue odores incendere. Inde ab interprete nostro vocari solet Altare incensi, vt Luc. 1. & thuribulum Græcè dicitur θυμιατήριον. De hoc altari legimus Exod. 30: *Facies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis setthim habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine: cornua ex ipso procedent, &c.* Hoc altare maius esse non oportuit, quoniam non factum est ad victimas immolandas, sed ad
2 odores incēdēdos. † Quod autem ait: *Cornua ex ipso procedent*, significat cornua hæc non fore additicia, sed ex ipsis lignis altaris. In Hebræo est: Ex ipso erunt cornua eius. Cornuum figura neque ab Scriptura traditur, neq; à Iosepho: probabile tamen est quod Caietanus, & Lipomanus scribunt Exo. 27. & 30. fuisse radios quosdam elegantes erectos sursum in modum obeliſci super quatuor angulos altaris, ita vt è lignis quatuor, quæ altare sustinebant, erigerentur, vt ait Caietanus. Nā quattuor cornua fuisse satis intelligitur ex altari holocaustorum, quod quatuor cornua habere dicitur Exod. 27. eaque ad decorem, & ornatum altaris
3 fiebāt. † Deinde ait: *Vestiesque illud auro purissimo, tam cratienlam eius, quam parietes per circuitum, & cornua.* Craticulā vocat tectum eius, erat enim cautum altare, & super hoc tectum imponebantur odores. Et quidem Hebraica vox, תכת tectum eius significat tantum modo, lxx. τὸ ἐσχάρα, id est, focum vertunt, hoc est, superficiem extimam, in qua ignis ponendus erat. Interpres Iosephi vertit Foculum pro eodem vocabulo, quod est in Græco. Sed Hieronymus, vt ostenderet hoc tectum fuisse reticulatum, vt in humum deciderer, si quid fortè cineris superesset, vertit Craticulam. Sequitur: *Faciesque ei coronam aureolam per gyrum* (id est, limbum aureum totum altare cingentem, qualis in arca factus est) *& duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur.* Tale erat altare thymiamatis, quod fecit Moses tabernaculo; sed præter hoc Salomon putatur à multis fecisse alterum templo, quia 3. Reg. 7. scriptum est: Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini, altare aureum, & mensam, &c. † Hoc altare Abulensis, quæstione. 16. in cap. 6. lib. 3. Reg. & paulò antè, putat alterum fuisse ab eo, quod fecit Moses, quoniam altare Salomonis erat ex cedro, altare Mosis de lignis setthim. At existimo idem fuisse, sed à Salomone fuisse magnificentius ornatum; non enim dicit Scriptura. 3. Regum. 6. Salomonem altare fecisse ex cedro, sed hoc ait: Sed & altare vestiuit cedro, quod autem vestitur, non fit, quia iam erat, sed tegitur. Et de eodem ait paulò post: Sed & totum altare Oraculi texit auro. Ideo Scriptura nunquam meminit in lib. Regum aut Paralipomenon noui altaris facti à Salomone. Quare falsum est quod ait Beda in lib. de templo, cap. 12. & Lyranus in caput. 6. libri tertij Regum, hoc altare factum fuisse à Salomone ex lapide. Atque ita non laborabimus cum Comestore, & Abulensi, & alijs vbinam positum fuerit altare thymiamatis factum à Mose. Cum ergo Salomon dicatur fecisse altare aureum, fecisse dicitur quia refecit, id est, cedro vestiuit, ac maius fecit, & auro magnificentius, ac pulchrius ornauit. Quod verò pro se citat Abulensis ex 1. Paralipom. 28: Ipse ædificabit domum meam, & altaria mea: non ita legendum est, sed, Atria mea, vt ex Græco, & ex Hebræo constat. Hoc autē quod dicimus, facilè indicat Iosephus, & Antiq. c. 11 altare

Vers. 1.

Vers. 3. Craticula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

holocaustorum, quod æneum erat, planè docet à Salomone fuisse extructum, vt suo loco videbimus; de altari autem aureo, siue thymiamatis, nihil vnquam tale dixit, sed paulò post ait: Medium autem inter vtrumque locum obtinebat altare illud aureum: de quo cum nihil dixisset, haud obscurum est dixisse, Altare illud aureum, ac si diceret: Altare illud vetus, quod erat in tabernaculo. In hoc altari odores incendebantur quotidie mane, & vespere à summo sacerdote, cum in templum veniebat, siue à minoribus sacerdotibus, vt à Zacharia, Luc. 1. & simul lucernæ candelabri componebantur, vt legimus Exod. 30:

6 *Altare thymiamatis vtrùm in Sancto sanctorum fuerit, an extra.*

†Verùm de loco, in quo erat hoc altare, magna controuersia est, magni enim autores censent intra Sanctum sanctorum fuisse, vt Origenes Hom. 9. in Leuit. Augustinus. q. 173. in lib. Exodi, & quidam, quos sine nomine refert Theophylactus in c. 9. epist. ad Hebr. & alij. Nec deest ad hoc dicendum occasio ex verbis Scripturæ, nam 3. Reg. 6. legimus: Sed & altare Oraculi texit auro. Præterea Exo. 30. Et deprecabitur Aharon super cornua eius semel per annũ in sanguine. Scimus autem summum sacerdotem semel per annum ingredi solitum in Sanctum sanctorum. Accedit quod Apostolus Paulus affirmat Hebræ. 9. in Sancto sanctorum fuisse thuribulum aureum, quod Abulensis, q. 16. in c. 6. li. 3. Reg. & in c. 25. Exo. q. 6. probat omnino esse intelligendum altare thymiamatis, quod erat aureum. Verùm in hac re non est multum immorãdum, cum Iosephus planè asserat fuisse extra Oraculum lib. 3. Antiq. cap. 7. loquens de exteriori parte tabernaculi, in qua erat mensa, & candelabrum: Inter hoc (inquit) & mensam, vt dixi, sita erat arula fusiumigatoria, & ipsa è ligno

7 imputribili, &c. †Et de templo loquens 8. Antiq. c. 2. cum dixisset de mensa, & de candelabro, subijcit: Medium autem inter vtrumque locum obtinebat altare illud aureum. Hæc omnia continebat anterior illa templi pars quadragintà cubitos longa, & velo disparata ab adyto, &c. Et aliquantò post: Candelabrum autem, & mensam, & altare aureum statuerunt in templo ante adytum eisdem locis, in quibus in tabernaculo prius sita fuerunt, &c. Eadem est sententia Theophylacti in illud Hebræ. 9: Non sine sanguine, Bedæ in lib. de templo. c. 12. S. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad. 6. & Comestoris in Historia libri Exodi. cap. 67. Lyrani Exo. 30. & 3. Regum. 6. & Heb. 9. Caietani. 3. Reg. 6. & Exo. 30. Lipomani Exo. 30. & aliorum. Sed laniss imè omnium, & eruditiss imè hoc docet, & confirmat Abulẽsis. q. 6. in cap. 30. Exo. & quæst. 16. in c. 6. lib. 3.

8 Regum. † Intelligitur hoc manifestè ex Exo. 40. vbi altare aureum collocatur inter mensam, & candelabrum, quæ nemo vnquã dubitauit fuisse semper in ea parte, quę erat extra Sanctum sanctorum: Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam Septemtrionalem extra velum. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij, è regione mensæ, posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum. Sit paulò ante: Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare aureum, in quo adoletur incensum coram arca testimonij. Ex quibus videmus, cum dicitur. c. 30: Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij coram Propitiatorio: intelligẽdum esse, Contra velum, ita vt velum esset inter arcam, & altare, non autem intra velum, vt Augustinus loco citato interpretatus est. Quod ex Hebræo sit manifestissimum, nam vbi habemus, Contra velum, pro Contra, est לִפְנֵי, id est, coram, sicut Psalm. 50: Et peccatum meum cõtra me est semper, id est,

9 coram me. †Et vbi statim ait, Corã Propitiatorio, ibi et iam est, לִפְנֵי Perspicitur etiam id apertissimè ex Leuit. 16: Assumptoque thuribulo, quod de pranis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, intra velum intrabit in Sancta sanctorum, vbi in Hebræo, & apud. lxx. est, Altaris, quod est coram Domino: ex quo cernitur male interpretatos fuisse Lyranum, & Abulensem de altari holocaustorum: Et postea: Quum autem exierit ad altare, quod coram Domino est, oret pro se, &c. Coram Domino esse dicit, quoniam erat coram Propitiatorio. Ergo exibat è Sãcto sanctorũ vt rediret ad altare thymiamatis. Præterea ad altare thymiamatis veniebant

bant minores sacerdotes: non ergo erat in Oraculo, quò nemo pręter summum sacerdotem ingredi poterat. Probat hoc Abulensis ex Leuit. 10. vbi Nadab, & Abiu filij Aharon obtulerunt incensum in thuribulis, cũ essent minores sacerdotes. At hoc non satis certũ est factum fuisse in altari thymiamatis, immo Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 9. ait fuisse in altero altari. Illud est certum,

12 Zachariam patrem Iohannis obtulisse incensum in eodem altari, Lucæ. 1. qui e minoribus sacerdotibus erat, quoniã erat de vice Abia, vt ibidem ait Lucas, quæ erat octaua sors sacerdotum. 1. Paralip. 24. de quã non erat summus sacer-

10 dos. †Lucas quoque ait: Sorte exijt vt incensum poneret, &c. summus autẽ sacerdos non ministrabat sorte, sed minores. Iam ex his facilè dilui possunt quæ obiecta sunt. Etenim illud: Sed & altare Oraculi texit auro, nihil habet difficultatis in Hebræo: Altare זָהָב, אֲשֶׁר, id est, quod ad Oraculum erat, id est, iuxta Oraculum. Et lxx. manifestius: Καὶ ἐποίησεν θυσιαστήριον κατὰ πρόσωπον τῆς σκήνης, id est: Et fecit altare ante faciẽ Oraculi. Possunt & ita exponi Hebræa: Sed & altare, quod erat Oraculo, texit auro; quem sensum secutus est Hieronymus vertẽs: Sed & altare Oraculi. Immo & propriè etiã vertitur Altare Oraculi. Intelligendum ergo est hoc altare dici Oraculi, non quòd esset in Oraculo, sed quòd admotum esset Oraculo, vt ita distingueretur ab altari holocaustorum, quod erat remotũ ab Oraculo. Ideo etiã dictum est Leuit. 16:

11 Altare, quod erat corã Domino. † Dicitur etiam altare Oraculi, seu altare, quod erat Oraculo, quoniam factum erat vt deseruiret Oraculo, id est, vt quoniã in Oraculum, vbi maximè erat præsentia Dei, ingredi non licebat, nisi summo sacerdoti, idque semel singulis annis, in illo altari, quod erat propè Oraculum, odores quotidie incenderẽtur, & intrarent in Oraculum per apertiram illam decem cubitorum, quam relictam fuisse diximus in pariete dividente Oraculum ab exteriori domo. Eadem ratione dicitur, לִדְבִיר, id est, ad Oraculum, hoc est, ad vlum, & ministerium Oraculi, vt odorum suauitatem mitteret in Oraculũ, semper enim thuris, & aliorũ odorum incensio Deo data est apud omnes nationes. Illud Exo. 30: Et deprecabitur Aharon super cornua eius semel per annum in sanguine, ex Leu. 16. facilè dissoluitur: nã fiebat id quidẽm eo die, quo summus sacerdos in Oraculum ingrediebatur, sed fiebat postquã exierat, ex quo probauimus euidenter altare thymiamatis esse extra velum Oraculi. † Multò difficilius est quod de aureo thuribulo obijcitur: verum hoc ita soluunt graues autores. Negant hoc thuribulum esse altare thymiamatis, sed illud thuribulum esse volunt, quo pontifex ingrediens in Oraculum illic ardebat thymiama, vt ejus fumo operiret Sanctum sanctorum, ne videri posset ab ijs, qui foris erant. Ita censuit Anselmus, & Sanctus Thomas, & Lyranus in cap. 9. epistolæ ad Hebræos, & idem Lyranus. 3. Reg. 6. & Exo. 30: & videtur hæc esse cõmunis sententia. Sed valdè mirum est non vidisse hos autores eam apertissimè refelli ex illis ipsis verbis. Leuit. 16. quæ pro se videtur afferre. Etenim hoc thuribulum aureum ipsi intra Oraculũ seruatum fuisse volunt, idque Paulum docere: at thuribulum, quo pontifex thymiama adolebat in Oraculo, extra Oraculum sumebat, & in Oraculum inferebat, sicut ibi ait Moses; † Assumptoq; thuribulo, quod de pruinis altaris implebit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum intrabit in Sancta. Hoc idem alijs argumẽtis bene confirmat Abulensis locis citatis. Quum igitur hæc sententia probabilis non sit, neq; Scriptura alicuius vnquam thuribuli aurei meminerit, præsertim quod in Oraculo seruaretur, omnino ceteris sentiendum cum Origene Hom. 9. in Exodum, & cum Abulẽse thuribulũ aureũ esse altare thymiamatis. Primùm quoniam cũ vellet Paulus enumerare omnia, quæ erãt in duobus partibus tabernaculi, & omnia cõmemorasset, non videbatur omissurus altare thymiamatis, quod pretiosissimum erat materia, & dignitate, & loco. Omissa autem sine dubio, nisi in aureo thuribulo intellexit. Deinde quoniam altare thymiamatis re vera nihil aliud erat, quam magnum quoddam thuribulum: si quidem in eo nihil offerebatur, sed

Thuribulũ aureum quid sit.

Thuribulũ aureum est altare thymiamatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignis imponebatur,& odores incendebantur. † Quare non inepte Syriaca translatio pro Thuribulum aureum posuit Domus aromatum. Atque hoc confirmat Iosephus,qui in thuribulo altare thymiamatis sine vlla dubitatione significauit.6.de Bello capite.6.his verbis: Et prima quidem pars ad quadraginta cubitos auulsa hæc tria mirabilia,& prædicãda opera cunctis hominibus habebat,candelabrũ,& mensam & thuribulum:vbi Iosephus,vt de Paulo diximus,enumerat ea, quæ erant in singulis templi partibus, nec poterat altare thymiamatis,quod aureũ erat, præterire,sed in thuribulo significauit, sæpe enim diximus hæc tria fuisse in exteriori domo. Atque vt minus supersit dubitationis,idem Iosephus.3. Antiq. cap.7. eodem vocabulo vsus est cum Paulo,& cum ait, inter candelabrum & mensam positam fuisse aram suffumigatoriã in Græco est, θυμιατήριον, quæ admodum & apud Paulum. † At videbitur obstare nobis Paulus, qui thuribulum aureum fuisse dicit in Sancto sanctorum. Verùm hoc Paulus non dicit,sed tabernaculum illud,quod dicitur Sanctum sanctorum, habuisse thuribulum aureum, & arcam, &c. Habere autem dicitur non quod in eo sit,sed quia ad eius ministerium illud altare deputatum est, sicut exposuimus illud. 3. Regum. 6. ex Hebræo; Sed & totum altare, quod erat Oraculo, texit auro,supra,num.11. Itaque aliter Oraculum habet altare thymiamatis, aliter arcam habet: arcam, tanquam in se existentem, altare, tanquam sibi adiunctum, & ad se pertinens; multis enim modis dicitur Habere, vt docet Aristoteles in calce Categoriarum. Ita herus famulum habet, & templum habet ministros, & rex satellites,&c. & rectè vtrumque coniungimus, vt si dicamus; Templum multam pecuniam habet, multas possessiones, multos ministros. Si quis autem putat tempore Iosephi non fuisse altare thymiamatis, quoniam absconditum est à Ieremia.2.Mach.2. longè erat, quandoquidem Lucæ.1. legimus Zachariam accessisse ad altare incensi: & in secundo templo fuit, 1.Mach.1. Etenim,etsi in eo arca nulla fuerit iuxta quorumdam sententiam; quia iam non extabant tabulæ, quarum causa illa facta fuerat, altare thymiamatis extare oportebat, ne thuris honos Deo debitus illi loco deesset, in quo Deus adorari, & loqui solebat. Quale autem esset thymiama, quod in altari incendebatur,docet Scriptura Exod.30.ex illis verbis: Sume tibi aromata,staeten, & onycham, &c. vsque ad finem capitis.

DE SIGNIFICATIONE altaris thymiamatis.

CAP. IX.

1 QVAE extra Sanctum sanctorum sunt ad præsentis vitæ statum pertinẽt, eaque significãt, per quæ in illud, id est, in cœlũ, perueniendũ est, vt superioris libri cap.20. explicauimus. Egredientibus ex Sancto sanctorum velum primum occurrit,sed de velis, & parietibus diximus iam in eodem lib.cap.21. Ea ergo tantum nunc explicabimus, quæ libro illo explicata non sunt. Altare thymiamatis,in quo thus,& aromata incendebantur,vitam significat orationi, & laudibus Dei deditam, & ardentibus desiderijs in cœlestem patriã tendentẽ. Sed libet hoc potius verbis Bedæ dicere in lib.de templo Salomonis cap.12: Significat autem,inquit,typicè perfectorum vitam iustorum,qui quasi in vicinia Oraculi sunt positi: quia delectis infimis delectationibus de solo regni cœlestis ingressu curam omnem impendunt. 2 † Vnde bene in hoc altari non carnes victimarum, sed sola incendebantur thymiamata, quia tales non adhuc peccata carnis, & illecebras cogitationum in se mactare opus habent, sed tantum orationum spiritualium, & cœlestium desideriorum odoramenta per ignem interni amoris in conspectu sui conditoris offerunt, &c. Quibus verbis Beda non negat perfectos viros habere in se etiam de peccatis carnis, & de cogitationum illecebris quod vincere debeant, cum integra illis in hac vita pax, & sanitas animæ non detur, sed vicissim iam hæc eos dicit, ita vt quamuis omnino securi esse non debeant, non sit tamen eorum præcipuus labor pugnare cum his. Hoc altare fit de lignis settim, quia pulchros virtutibus, & (quantum in hac vita contingere potest) imputribiles vitijs esse decet eos, qui orationi, & contemplationi se dedunt,& desiderio tendunt in cœlestia. 3 † Sed aureum est,quia super omnia caritatem habere debent magnam, longeque fulgentem, quod est vinculum perfectionis. Cubitum longitudinis habet,quia siue à Deo, siue ab homine patiantur,æquo animo omnia ferunt, nec homines sibi nocentes intuentur, sed siue homo sit, siue Diabolus, siue quidquis aliud,in vnum omnia refert, vnum cogitant,id est,Deum, à quo ad eius gloriam,& ad vtilitatem suã exerceri gaudent,& quo inuito nihil se patiposse certò sciunt. Beato Iob multũ Diabolus,& per se,& per alios nocuerat:verùm ille non multos cogitat,sed vnum Deum intuetur. Dominus, inquit,dedit,Dominus abstulit:sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Et Sãctus Dauid oblitus maledicentis sibi Semei,in vnũ Deum oculos mentis suæ coniiciebat dicens: Dimittite eum vt maledicat, Domin⁹ enim præcepit ei vt maledicere Dauid,& quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? † Cubitum etiam habet latitudinis,quia & longanimitas in illis caritati æqualis est: multos enim amant, eosque inter se valde diuersos: sed omnes in illis vnum sunt, quia oẽs quasi Dei filios,aut à Deo conditos intuentur,nihil in eis occurrit,quod Dei esse non videant,& in quo Deum non agnoscant, itaque omnia in Deo, & propter Deum amant. Hoc faciebat Paul⁹,qui dicebat: Caritas enim Christi vrget nos æstimantes hoc,quoniam si vnus pro omnibus mortuus est,ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus. Altitudo duorum cubitorum est, quia non solum mente,sed corpore etiam in cœlestia feruntur,sicut ait Dauid: Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Sed iuxta suam quodque mensuram:mens quantum per vitæ,& temporis huius curas,& labores licet;corpus,quantum grauitas,quam nunc habet,& indigentia, & peccatum habitans in carne nostra sinunt,menti subseruiens, & suo se modo in altum tollens. † Quatuor cornua habet,quia quatuor illæ virtutes,Prudentia, Iustitia, Temperantia,Fortitudo, rectæ in illis sunt,& valde eminent. Ex ipso altari sunt hæc cornua,quia huiusmodi virtutum actiones non sunt in illis secundum speciem, sed ex intimo corde exeunt. Crãticula verò, in qua odores ponuntur,quid nisi eorum corda significat, in quibus aromata illa, quæ diximus, Domino incenduntur? Quæ reticulata est,quia cum in conspectu Dei sunt, & incensa aromata flagrant: si quid cineris ex illis erat in corde relictum,si quid terræ adhærebat,quantum possunt excernunt vt decidat, vt pura sit oratio, & laus Dei, pura desideria. Habent enim corda iustorum quædam quasi foramina,per quæ cinerem demittant, cũ eorum oblationes igne Diuini amoris expurgatæ aliquid terrenum, & graue habere deprehenduntur, quod in cœlum non ascendat, sed ad imum suo pondere feratur. 6 † Corona aurea, quam habet altare per gyrum, coronam significat, quam, si in sanctitate sua permanserint,accipiunt, & cui perfectione illa vitæ proximi sunt. Quatuor anuli cum vectibus dona Spiritus sancti sunt,quibus ab eo iusti facilè mouentur, & ad præclara facinora excitantur. De quo iam diximus cap.3.cum de arca agebamus.

Lib II. Cap. X. 71

Cornua.

Crateula

Corona aurea.

Quatuor anuli.

DE MENSA PROPOsitionis,& panibus.

CAP. X.

1 MENSA propositionis, vt videmus Exod. 25. fiebat è lignis settim, sicut & cetera omnia, quæ ad tabernaculum pertinebant. Longitudo eius duorum cubitorum erat, latitudo cubiti, & dimidij, & laminis auri purissimi tegebatur. Magnitudo tanta fuit, quanta panum numerus, in ea ponendorum exigebat. Eam (vt Io-

Longitudo.

Latitudo.

Altitudo.

Iob.1.

2.Reg.16

1.Cor.5.

Psal.83

Universidad de Deusto
Biblioteca

sephus ait.3.Antiquit.capite.7.) sustinebant pedes dimidia sui parte inferiore per omnia pedibus simules, quales lectis Dorienses addere solent; sed supernè quadrangulares erant. Huic mẽsæ iubebatur fieri labium per circuitum, id est limbus aureus mensam cingens, & in ipso labio corona interrasilis quatuor digitorum, hoc est, clausura quædam (id enim significat סְגַר מְסִגֶּרֶת, quod est, claudit) lxx. στεφάνωμα vocant, id est, coronam. Ita etiam idem vocabulum coronulam vertit.3. Reg. 7: Et inter coronulas, & plectas: leones, & boues, &c. Sed Hieronymus hanc coronam vocat interrasilem, quod sculpturas haberet aliquas, media verò spatia plana, & quasi rasa, huiusmodi enim opus dicitur interrasile. † Itaque clausura vocatur Hebraicè, non solùm quòd mẽsam clauderet, sed etiam quòd in ea intermedia spatia claudebantur sculpturis prominentibus. Huic coronæ, siue clausuræ, corona minor aurea imponebatur ad ornatum, & vt altior esset corona, melius que panes, ac tutius in mensa essent, nec decidere possent. Iosephus tantum dixit de his omnib⁹: Habebatque labrum circumquaq; quatuor digitis tam infernè, quam supernè prominens. Ex quo intelligimus labrum illud primum additum esse extrinsecus crassitudini tabulæ, & non nihil infra tabulam descendisse. Habebat autem circulos aureos ad singulos pedes in summo, per quos vectes de ligni fettim aureis laminis operti immittebantur, vt portaretur à sacerdotibus. Verùm hoc aliter fieri quam in arca, docet iisdem Iosephus his verbis: Et per singulos pedes inferiùs anuli fere circa summum pedem, adhibebãtur que vtrimque duo, ceu manubria, è ligno firmissimo deaurata, quæ non per circulum vtrumque, vt vectes, trajiciebantur, sed fibulato morsu mensæ labrum supernè, infernè pedis anulum comprehendendo, facultatem transferendi quocumque opus esset præbebãt.

Interrasile

2

3 † Hos circulos aureos, & vectes Abulensis.q.27.in idem cap.25. probabiliter censet positos fuisse in lateribus latitudinis, vt mensa à quatuor viris portaretur: si enim ponerentur in lateribus longitudinis, non posset, propter angustiam illorum laterum commodè portari nisi à duobus, oportebat autem vt à quatuor portaretur propter pondus mensæ & panum, qui semper erant coram Domino. Huius mensæ vsum exponit nobis ibidem Scriptura, cum ait: *Et ponet super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Et Leu.24: *Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum senos alterin secus super mensam purissimam coram Domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monumentum oblationis Domini. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno, eruntque Aharon, & filiorum eius, vt comedãt eos in loco sancto, &c.*

Vsus mẽsæ

Vers.30

Vers.15 Panes propositionis, & eorũ mutandorũ.

4 †Hinc legimus Matt. 12: Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque ijs qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Iosephus.3. Antiq. c.10: Permanent vsque in proximè sequens sabbatum, tunc demum alij pro illis recentes supponuntur, & hi priores sacerdotibus in cibum dantur: thus item sacro igne aboletur, quo ad holocausta mata vti solent, & pro eo aliud quoq; cum panibus proponitur. Erant autem panes, vt ait idem.3. Antiq. c.3. azymi, è farina duorum assaronum, quæ mensura Hebræorum Septem cotylas Atticas continet. Super panes autem ponebantur duæ phialæ aureæ thure plenæ, &c. Cotyla Attica mensura est tã liquidorum, quam aridorum, nouem vncias habens. Quum autem dicit Scriptura: Qui singuli habebunt duas decimas, intelliguntur decimæ eius mensuræ, quæ dicitur Oephi, quæ erat omniũ vulgatissima, & familiarissima, vt ait ut Abulensis, & Comestor cap.49. libri Historię Exodi, & est decima pars cori, vt videmus Ezec.45. Corus autem triginta modios habet. Ita Oephi tres modios capit. Modius est fere quarta eius mensuræ pars, quam Hispani fanecam vocant, decimaque pars Oephi habebit ex nostris mensuris tres quartellas,

Assaron.

Cotyla.

Oephi.

Corus.

Modius.

5 & aliquid præterea. † Singuli igitur panes habebant plusquam celeberrimum Hispanicum, & dimidium. Habebant igitur

igitur singuli panes quasi libras octo: quare quod Iosephus ait hos, panes factos esse è farina duorum assaronũ, qui habent quatuordecim cotylas, siue libras octo, de singulis panibus intelligendum est, vt & ex eodem constat, qui libro eodem cap.10. testatur hos panes confici ex farinæ assaronibus viginti quatuor. Ponebantur autem panes seni, & seni in mensa, ita vt alij alijs imponerentur, aliter enim non eos capere tot pars mẽsa, quod rectè animaduertit Abulensis quæst.18.in.25. cap. Exodi, & Iosephus id indicauit cum dixit: Super panes autem ponebantur duæ phialæ aureæ, videlicet vna super senos, altera super alteros senos. Offerebant eos filij Israel vt semper esset coram Domino memoria duodecim tribuum, ideoque panes duodecim erãt. Propterea dictum est Leu.24: Vt sit panis in monimentum oblationis Domini. Et postea: Suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno. Iosephus.3. Antiq.c.10: Ex publico præbetur panis non fermentatus ex farinæ assaronibus viginti quatuor. † Non autem offerebant eos confectos, & coctos, sed similam offerebant sacerdotibus, id est, dulciorem, & ad nutrimentum aptiorem farinæ partem, & sacerdotes ipsi conficiebãt, sicut ait: *Accipies quoque similam, & coques ex ea, &c.* Hieronymus verò in ca.1. Malachiæ hoc etiam addit: Panes verò propositionis, iuxta traditiones Hebraicas, ipsi sacerdotes ferere, ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere debebãt. At hæc traditio parum mihi conuenire videtur cum verbis Scripturæ, & Iosephi. Quoniam verò panis optimum omnium alimentum est, & maximè ad vitam necessarium, quia initium vitæ hominis panis, & aqua. Eccle.29: panes offerebant testantes se à Deo ali, & conseruari. Panes propositionis dicti sunt, id est, propositi, quia semper propositi erant corã Domino, & nũquam deesse poterant. Hebraicè dicuntur panes פְּנֵי־הַמַּעֲרֶכֶת id est, facierum, non quòd duas facies haberent, id est, eiusdem figuræ essent superius, & inferius, & veraque pars facies videretur, vt hic aiunt Lyranus, & Abulensis, nam si ita esset, malè ab Hieronymo dicti essent panes propositionis, immo & à lxx. qui

Quidditi sint panes propositionis.

6

7

2.Paral.5. vocant eos, ἄρτους προθέσεως, id est, panes propositionis. Et Paulus dixit Hebr.9: Et propositio panũ, quæ dicitur sancta, ἀγία. † Dicitur ergo panes facierum, quia semper positi erat in mensa coram Domino in memoriã sempiternam duodecim tribuũ Israel, vt bene vidit Comestor in Historia Exo.cap.49. & Vatablus, & Lipomanus in hæc eadem verba Exo. & Augustinus Eugubinus in Adnotationibus, in Exo.ca.25. Hoc rectè intelligim⁹ ex lxx. qui vertẽrũt: Et impones super mẽsam ἄρτους ἐνωπίους ἐνπαντὸς, id est panes (vt ita dicam) faciales coram me. Panis ἔνωπιος, id est, facialis, dicitur, qui in facie alicuius ponitur, ab, ἐνώπιον, id est, in facie, siue coram: atque ideo eade ratione eleganter dicti sunt panes propositionis, in quo valde errant noui quidam Hebræi, & eorũ sectatores. Apertius hoc erit si consideremus פָּנִים id est facies, non habere singulare apud Hebræos, quare perinde est ac si dicerentur panes facici, id est, qui sunt ad faciem, videlicet Domini. Eadem ratione mensa ipsa dicitur propositionis, quia panes illos coram Deo positos sustinebat. Erat autem ad Septemtrionalem domus exterioris partem prope altare thymiamatis. † Adduntur præterea hæc verba Exo: 25. *Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & Cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, & pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Quæ verba & quosdã alios, & Abulensem maximè mouerunt, vt putarent hæc pertinere ad hanc mensam panũ, adeò vt Abulensis ante quæstionem.28. eiusdem cap.3. multis verbis contendat hæc quæ nunc recẽsentur, & cetera instrumenta vtriusque altaris, collocari solita super mẽsam propositionis. Sed si consideramus magnitudinem panum, & mensę paruitatem, videbimus mihil loci relinqui tot vasis. Hæc tamen, quæ hic commemorantur, cum mensa ponebantur ad libamina, id est, vt cum vinum esset fundendũ, aut siccra, aut quiduis simile, ea vasa præsto essent. Num.4: Mensam quoq; propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula, & mortariola, cyathos, & crateras ad liba fundẽda. Inde libamen, נסך dicitur

8

Libamen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

à נסך, id est, fudit. Deut. 32: Et bibebãt vinum libaminum. Mẽsa qualis descripta est, tabernaculo parata est, quæ in templo etiam posita fuisse videtur, aut qualis ante fuit, aut magnificentiùs ornata. Sed in templo pliæ quoque mensæ fuerunt, legimus enim. 2. Paral. 5: Fecitque Salomõ omnia vasa domus Dei, & altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis. Iosephus verò ita scribit. 8. Antiq. c. 2: Mensas quoq; multas dedicauit rex, & in his vnam magnam auream, in qua proponebantur sacri panes: reliquæ non multò deteriores diuerso modo factæ sustinebãt phialas, & pateras aureas vigesies mille, argẽti earum quadraginta millia, &c. Mensarum numerum docemur. 2. Paral. 4: Nec non & mensas decem, & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. Phialas quoque aureas centum. Ex quo videntur depraua ti esse numeri apud Iosephum.

DE SIGNIFICATIONE mensæ propositionis, & panum.

CAP. XI.

1 IN domo exteriori, id est, in ea templi parte, quæ extra Sanctum sanctorum, & extra velum est, atque ideò præsentis temporis Ecclesiam indicabat, tria erant magna, & præclara, plenaque mysterijs, altare thymiamatis in medio, ad Septemtrionale verò domus partem, id est, ad sinistram, mensa propositionis, ad Meridianam, atque dexteram, cãdelabrum. In quibus tres vitæ, seu tres viuendi rationes designãtur, quæ sunt in Ecclesia præstantissimæ, proximæque Sancto sanctorum, id est, cœlesti beatitudini. Quidam enim sunt, quibus vnum opus est Diuina contemplari, orare, laudes Deo canere, qui in altari thymiamatis intelliguntur, vt cap. 9. diximus. Alij actioni se totos dedunt, & misericordiæ operibus exercendis fratres iuuant, quos rectè in mẽsa propositionis exprimi dicemus. Alij misericordia etiã, & caritate pleni melioribus, ac maioribus officijs Ecclesiam prosequũtur lucentes in domo Dñi verbis, ac factis, tenebras q; errorum, & vitiorum luce sua fugantes, quorum typum gerit candelabrum. † Meritòque ad Meridiem, quæ
2 pars est templi dextera, collocatur candelabrum, quia hi, & præstantiores, & Deò cariores sunt ijs, qui in corpora vtuntur misericordia. Sed in medio vtrorumque altare thymiamatis ponitur, quia nisi vtrique ad preces, & ad laudes Dei crebrò veniãt, & mente se in cœlum ferant, tueri virtutem, dignitatem, vitæque rationem illam præstantem non valebunt. Sed ad eos, quos in mensa propositionis significari diximus, redeat oratio: sunt enim, quasi mensa quædam, omnibus parati, & expositi, nihil seruant, nihil condunt, omnibus patent, quia omnibus propter Deum benefacere cupiũt. Mensa fit de lignis setim, quia nisi eorum anima sit pulchra virtutibus, & firma, itaut non putrescat, id est, vt nullis iniurijs, nullis peccatorum illecebris dissoluatur, non poterunt eum misericordiæ, & beneficentiæ cursum tenere, quem instituerant, occurrent enim plurima, quæ eos ab incepto reuocẽt, & retrahant. † Tota tamen auro tegi-
3 tur, quia nisi caritate Dei fuerint muniti, facilè cedent laboribus, & difficultatibus. Longitudo eius duorum cubitorum est, quia amicorum & inimicorũ, suorum, & alienorum, fidelium, & infidelium molestias tolerare debent. Latitudo cubiti est, quia in his omnib⁹ caritas vnum Deum respicit, & eius gratia perfert omnia. Altitudo cubiti, & dimidij, quia nisi supra communẽ mensuram altorum se se sanctis desiderijs in cœlestia bona leuent, oculatiusque quam multi beatam illam Sanctorum mercedem intueantur, quam Dominus quasi procul indicat, dicens: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, tãtis se laboribus
4 exerceri non sinent. † Mensæ sit limbus aureus, quo tota cingitur extrinsecus, & quem non fine causa noster interpres labium vocauit, quia non satis est misericordem te esse corde, & opere, nisi etiam ore misericors sis, id est, nisi labium aureum habeas, hoc est, verba caritate plena, ac dulcedine, quibus & ædi-

Longitudo.

Latitudo.

Altitudo.

Matth. 5

Labium aureum.

& ędifices, & consoleris eos erga quos misericors es, & cum deerit vnde misericordiam facias, verba tamen misericordiæ non desint, quæ misericordem animum, & ad benefaciendum paratũ ostendant. Labio huic aureo corona additur aurea altitudinis quatuor digitorum, quia qui verè misericordes sunt propter Deum, & fratres ore, ac manu iuuant, etiam in hac vita gloria, & honore coronantur, id est, maximis virtu
Psalm. 40. tibus, ac Dei donis augentur, sicut ait Dauid: Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum
5 faciat eum in terra. † Per has virtutes, & per hæc dona accipit vt perfectionem, & consilia, quæ quatuor Euangeliorum libris continentur, exequatur, & ideo corona quatuor digitorum altitudinem habet. Nec immeritò hæc mensura digitorum est, quia corona hæc operis est, non quietis, & cum manu, ac digitis omnia faciamus, tunc solent digiti nominari, cum in opere illo potentia, aut præstantia, ac denique perfectio commendatur. Sic magi Pharaonis potentiam Dei admirati exclamauerunt: Digitus Dei est hic. Sic Dominus dixit: Porrò si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Sic Sanctus Dauid lætus canit: Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum. Rectè itaque mẽsura digitorum ad consilia, & perfectionem Euangelij, id est, ad opera perfectiora, & pulchriora, & in quibus diuina potentia magis elucet, accommo
6 datur. † Nec fine causa hìc corona clausura dicitur Hebraicè, quia huiusmodi virtutibus, & donis misericordia tam operis, quam oris clauditur, atque in sua semper integritate seruatur. Est autem interrasilis, id est, sculpturas aliquas habens, spatia verò intermedia plana, & quasi rasa, quia quæ Deos in illis efficit, quos in coronat in misericordia, & in miserationibus, alia quidem apparent, ac videntur, alia intus in eorum animis potenter, ac mirabiliter operatur, quæ, si oculis cernerentur, homines non crederent, quia nõ caperent. Huic coronæ corona similiter au-

Coronaaurea.

Digiti.

Exod. 8. Luc. 11.

Psal. 8.

rea imponebatur, quæ suprema est, quia misericordes misericordiam magnam in vita cõsecuti, mox in cœlo corona iustitiæ coronantur, & cum patre misericordiarum, quasi carissimi filij, iucundissimè in misericordia vberi cõ quiescunt. † Hãc, cum in Hebræo coro
7 na aurea, sicut & prima illa, quæ labiũ dicta est, appelletur, noster interpres coronam aureolam vocauit, quoniam dum in hac vita sumus, satis intelligere non possumus quanta veræ misericordiæ merces reposita sit in cœlis. Ignaris quidem, & procul spectantibus corona ridula videtur, sed est re vera maxima, atque amplissima corona. De anulis autem, & vectibus diximus supra cap. 3. eadem enim causa in arca, & in altari, & in mensa ponuntur, atq; adeò idem in his omnibus significant.

Panes propositionis ipsa misericor- *Panes propositionis.*
diæ opera sunt, quibus benefacimus fratribus, qui sempen in cõspectu Domini esse debent, quia omni tempore parati esse debemus ad misericordiam, & illa opera semper esse debent in cõspectu Dei, ita enim facienda sunt vt Deo placeant, neque plausus hominũ quærant, sed Deum maximè intueantur. † E simila fiunt, quia nõ vilia, & abi-
8 icienda, sed meliora largiri debemus, non hominibus, sed Deo nos largiri ea iudicantes. Duodecim sunt, quia duodecim mensibus cõstat annus, nec certis mensibus, sed omnibus paratos nos esse oportet ad iuuandum fratres. Vel *Duodenarius.*
quia duodenario vniuersitas significatur, vt sensit Augustinus, lib. 20. de Ciuita. cap. 5. & in Psalm. 86. qui in duodecim sedibus iudicantium omnes iudicantes intellexit, & in duodecim tribus Israel, quas iudicaturi sunt Apostoli, omnem iudicandorum numerum contineri dixit. Super eos thus lucidissimum ponebatur, quia cum huiusmodi opera fiunt, mens in Deum leuanda est, & quasi sacrificium Deo offerendum quod fit, thus enim ad sacrificia adhibetur. Sed thus lucidissimum fit, quod nihil terræ habeat admistum, vt oblatio illa cum oratione coniuncta leuis, & pura in conspectum Dei ascẽdat, & fiat illud: Dirigatur oratio mea *Psal. 140.*
sicut incensum in conspectu tuo: elea-

uatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

uatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. † Per singula sabbata mutantur & alij calidi in eorũ locum substituuntur, quia sabbata ad Diuinorum beneficiorum memoriam colendam, & retinendam instituta sunt, & nos debemus cum nouum sabbatum venit, id est, cum noua beneficia accipimus, aut acceptorum recordamur, nouis in fratres beneficijs gratos, & memores nos Deo præstare: & hoc fœdus sempiternum esse debet, vt prius nos vita, quam beneficiorum memoria deficiat. Panes magni sunt, habent enim singuli duas decimas Ephi, quia magnis operibus nos parare, nec paruis contenti esse debemus. Verùm in tabernaculo vnica mẽsa fuit, in templo decem, quia in Ecclesia, quæ, vt sæpe diximus, templo designatur, multo plus misericordiæ & est, & esse debet, quam olim in Synagoga, postquam experti sumus viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto, & postquam ab eodem maximè nobis opera misericordiæ cõmendata sunt. † Quinque erant à dextris, & quinque à sinistris, quia postquam Deus dixit: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, æquè in amicos, & in inimicos misericordes esse debemus. Nam etsi amicorum dignidres beneficijs sint, tamen magis nos vincimus, cum inimicis benefacimus, & danda est opera vt illorum obstinatam duritiem beneficentia nostra emolliamus, & carbones ignis super capita eorum congeramus, nec vincimur à malo, sed (iuxta magnum Apostolum,) vincamus in bono malum.

Matth. 5.

Prou. 25.

Rom. 12.

DE CANDELABRO.

CAP. XII.

AD Meridianum tabernaculi latus, candelabrum aureum positum est è regione mensæ, ita vt medium haberent altare thymiamatis. Eius forma describitur Exo. 25. *Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, & scyphos, & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia.* Hoc est, calami, vel rami ex hastili exeũtes, & scyphi, & sphærulæ, & lilia, quibus rami per interualla distinguebantur, ex ipso erunt, (ita enim est in Hebræo) id est, non erunt addititia, sed ex ipso hastili. Deinde ait: *Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.* † Deinde docet quomodo calami distinguãtur scyphis, & sphærulis, & lilijs. *Tres scyphi, quasi in nucis modum, per calamos singulos, sphærulæque simul, & lilia. Hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. In ipso autem candelabro* (id est, in hastili candelabri) *erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæ que per singulos, & lilia, &c.* Erant igitur in ramis primùm scyphi, deinde sphærulæ, siue globuli quidã simul cum scyphis, deinde lilium. Mox paululum calami, & statim scyphus, & sphærula, & lilium. Inde quod reliquũ erat calami, cum scypho, sphærula, & lilio, & super hæc lucerna, atque ita septem lucernæ erant in sex calamis, & in hastili. Hastile autem è pede suo rectum semper, & æquale surgebat, donec inciperent ex ipsorum, siue calami, in hanc & in illam partem extendi qua primùm parte habebat scyphum, & sphærulam, & lilium, & inter sphærulam & lilium nascebantur primi duo calami. † Deinde crescebat hastile paululum, & habebat scyphum, & sphærulam & lilium, & inter sphærulam, & lilium nascebantur secundi duo calami, atque ita de tertijs, & super lilium vltimum imponebatur lucerna. Scyphi quales fuerint ostenditur in eo quod ait: *In nucis modum*: sphærulæ perfectam habebãt rotunditatem. Vbi nos habemus scyphu, lxx. & Iosephus κρατῆρες, quod idem est, & profin nucis modum, quod recentiores malunt vertere, In modum amygdalæ, in Hebræo est, משקדים lxx. κατατυπώματα γοητικὰ, id est, figurati in modũ nucis. Habebat præterea candelabrum enunctoria, id est, מלקחיו, id est, ab apprehẽdẽdo, & מחתותיו quo nomine intelligi solet vas, in quo ignis recipitur, vt thuribulũ, Leu. 16: Assumptoque thuribulo, &c. † Nunc autem id significat, in quo quod emunctum est recipitur, ne graui odore molestũ sit: propterea Hieronymus optimè trãstulit:

Exod. 25. Fac.

Vers. 31.

2

Vers. 33.

Vers. 34.

3

4

stulit: Et vbi ea, quæ emuncta sunt, extinguantur. lxx. καὶ τὰ ὑποθυμιατήρια αὐτοῦ, id est, ea, quæ ipsi supponuntur. Hoc candelabrum non ad modum magnum fuisse ex eo constat, quod statim legimus: *Omne opus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi.* Pro Talentum est, כִּכָּר, ac ne dubitemus cuius ponderis sit apud Hebræos, Iosephus ostendit. 3. Antiq. cap. 7: Pondo, inquit, munarum cẽtum. Hoc pondus Hebræi cinchares, Græci talentum sua lingua nominant, legendum est cichcharem. Credendum est autem Iosephum minas accepisse iuxta Hebræorum consuetudinem, quæ habent sexaginta siclos, vt constat ex Ezec. 45. id est, drachmas ducentas quadraginta. Quare hoc talentum plus etiam duplo maius erit Attico talento, quod habet sexaginta minas centum drachmarum, & talento magno, quod habet minas octoginta. † Sed intelligendum est non fuisse solidum candelabrum, vt idem Iosephus ait. Addit, septem eius lucernas significare planetas septem, & oblique positum fuisse in tabernaculo, ita vt lucernę ad Orientem, & Meridiem respicerent. Curautem in Oraculo non sit positum candelabrum manifestum est, quoniam lucernæ quotidiè manè, & vespere componebantur, vt semper arderent, vt videmus Leu. 24. atque ita quotidie necesse esset ingredi in Oraculum. Extra domum exteriorem propter ventum, & pluuias esse non poterat. Aduersus formam hanc candelabri, quam deseripsimus, pugnat cãdelabrum sculptum in arcu Titi Romæ, quod nõ habet hos Scyphos, & spherulas, & lilia. Sed Iosephus, 7. de Bello, cap. 24. rem explicat inquiens: Et candelabrum similiter quidem auro factum, sed opere commutato ab vsus nostri cõsuetudine, &c. † In templo autem plura fuere candelabra, legimus enim. 3. Reg. 7: Et candelabra aurea quinque ad dexteram, & quinq; ad sinistram ex auro puro. Ex his videmus mendum magnum esse apud Iosephum. 8. Antiq. c. 2. vbi ait: Candelabrorum item fecit decem millia iuxta præceptum Mosis (id est, ea forma, qua Moses iusserat) ex quibus vnum in templo dedicauit, &c. Legendum enim est Decem. In his credendum est etiam fuisse candelabrum Mosis.

Vers. 39.

Talentum Hebræorũ

5

6

DE SIGNIFICATIONE candelabri.

CAP. XIII.

1 DIximus supra, cap. 11. in Candelabro eos intelligi, qui verbis, ac factis lucent in domo Domini, & vitiorũ, atque hæresum tenebras luce Euangelicæ veritatis fugant. In hastili, ex quo calami prodeunt, Christum significari putarem, & doctrinam eius in lucerna, quæ est in summo hastili, si aliquid magnum de lucerna illa diceret Scriptura, quod ceteris non conueniret. Quod si lucerna illa doctrina Christi non est, melius, vt opinor, in hastili intelligemus Ecclesiam, è qua calami prodeunt, id est, Euangelici Doctores, qui sunt ex ipsa, id est, eius partes, & membra sunt. Lucerna, quæ est in summo hastili, doctrina vera, & sana est, quam Ecclesia recepit & traditionibus, ac sanctorum Conciliorum definitionibus explicauit. † Reliquæ lucernæ, quæ hanc mediam tenent, doctrina magistrorum Ecclesiæ est, quæ Ecclesiasticam doctrinam semper intuetur, & illi adhæret, neque ab ea recedit. Sex calami magistri sunt, qui omni tempore fuerunt, & erunt in Ecclesia; nam sex diebus omnia facta sunt, & ideo tẽpus durationis rerum huius sæculi, & sæculi ipsius senario designatur, post quem relinquitur sabbatismus populo Dei, quia post laborem huius sæculi septimo die perpetuum, & felicissimum sabbatum celebrabimus, quod nunc speramus. Et quia quidam ex illis in via, eademque Ecclesia ab exordio mũdi vsque ad aduentum Christi fuerunt, alij ab aduentu Christi ad finem mundi erunt, tres calami cum tribus lucernis hinc, totidem cum alijs tribus lucernis illinc sunt. † In hastili, & in calamis certis internallis sunt scyphi, & sphærulæ, & lilia. Scyphi, siue crateres, vt verterunt lxx. vino impleri solent, sed in candelabro vacui sunt, vt meminerit magister se quidem cum in Ecclesia laborat,

Hastile.

2

Calami.

Heb. 4.

3

Scyphi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laborat, vas esse vtile Domino, sed nihil ex se habere quod alijs propinet, nisi à Deo, & ab eius Ecclesiæ doctrina acceperit. Semper igitur vacuum se cõsideret, sitiat anima eius ad Deũ viuũ, *Psal.41.* quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum. *Sphærulæ.* Sphærula, quia rotunda est, ostendit qualis debeat esse animus eius, qui à Deo docendus, & populum Dei docturus est, id est, perfectus, qui non totus terrena contingat, sed exigua parte sui, vt sphæræ, siue globi. Rotundus etiam esse debet, ne in *Ad epigrammate de vi robono.* angulis sordes insideant. Quare rectè Virgilius de viro bono scripsit:

Mundi instar habent, teres, atq; rotundus,
Externæ nequid labis per lævia fidat.

Lilia. 4 † Lilia pulchritudinem virtutum, quibus ornari debet, & suauem earum odorem per omnes partes diffusum significant, sicut de episcopo, qui doctor *1.Timot.3.* Ecclesiæ est, scripsit Paulus: Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt. Lilijs imponuntur lucernæ, quia qui hæc habuerit, quæ diximus, ille germanus Ecclesiæ magister erit. Nec satis est inopiam suam intelligere, aut à terrenorum cõtactu separari, id est, iungi scyphos cũ sphærulis, nisi præterea lilia addantur, id est, suauis odor virtutum, & tertium bonum ab ijs, inter quos versatus est. Et quia non semel, aut iterum in vita hæc tria iungenda sunt, sed sæpe sunt recolenda, & repetenda: post modicũ spatium in calamis redeunt scyphi, & sphærulæ, & lilia, ter videlicet in singulis calamis, quia quotidie tribus temporibus hæc cogitare debemus, quæ signat Dauid dicens: Vespere & mane, & *Psal.54.* meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. 5 † Sed vt calami sunt ex hastili, ita scyphi, & sphærulæ, & lilia ex ipso calamo sint oportet, nec extrinsecus addita: ex intimo enim corde hæc prodire debent, nõ ad plausus hominum confingi. Hastile quator habet scyphos, & sphærulas, & lilia, habet enim in summo, vbi lucerna est, & vbi calami tres in singulis lateribus exeo egrediuntur: quia ipsi principes Ecclesiæ, hoc est, summus pontifex, & episcopi Ecclesiarum cum ad definitiones fidei, & morum conueniunt, vt id statuant, quod doctores populo Christiano tradituri sunt, non errabunt illi quidem in statuendo, etsi mali sint, sed vt vtiliter statuant, hoc est, vt Ecclesijs persuadeant quod iubent, vt eas in officio contineant, & ad pristinam illã meliorum temporum sanctitatem reuocent, exemplo præeant, & ad Deum sitiant ipsi, terreteseque, & rotundi sint, quibus nihil sordidi adhæreat, & omni virtute, ac bona existimatione floreãt 6 necesse est. † Nec enim vnquam conse qui poterunt sancti vt sint ij, quibus præ sunt, nisi eos alliciant, & quasi cogant, exẽplo. Calami ergo inter sphærulas, & lilia prodeunt ex hastili, quia quamuis se vasa inania esse sentiant, quod scyphis designatur, nisi internam virtutẽ, quam significant sphærulæ, cum sanctoexemplo, quod intelligitur in lilijs, cõiunxerint principes Ecclesiæ; nec dignitati suæ satisfacient, nec Ecclesijs, quas regunt. Hastile, & calami ex auro purissimo fiunt, quia & principes Ecclesiæ, & magistri pleni esse caritate, &, quantum hæc mortalitas patitur, nihil terrenæ fæcis admistum habere debẽt. Nec fusile candelabrum est, sed ductile, quia vtrique crebris tẽtationum, & persecutionum ictibus apti euadunt, vt plene luceant in domo Dei, & sint lux mundi; rarò enim, nisi per hæc, ad summam perfectamque virtutem per- *Emũctoria* 7 ueniunt. † Sed quia interdum lucernæ non satis lucent, id est, quædam habent doctrinæ magistrorum Ecclesiæ, quo lux earum obscuratur, dum nonnulla iuberi aut tradi videntur, quæ aut rectæ rationi, aut fidei Ecclesiæ consentanea non sunt, vt cum Deo hominum aut membra, aut affectus tribuuntur, cum oculum eruere, dexteram abscindere, castrare nos metipsos propter regnum cœlorum iubemur: emunctoria adhibenda sunt, vt lucernæ plenè luceant. Emunctoria sunt disputationes, & explicationes, quibus sua lux redditur veritati. Sed id vt fiat, sint etiam ex auro purissimo emunctoria, ex eadem videlicet materia cum candelabro, id est, sint veræ, germanæque expositiones, cum fide Scripturarum, & cum Ecclesiæ, patrumque traditione consentientes. *Vasa ad emũctoria.* 8 † Vasa quoque in quibus ea, quæ res. † Vasa quoque in quibus ea, quæ emuncta sunt, extinguãtur, aurea sint, quia

quia fidelium mentes, quæ audiunt, nõ propterea contemnere verba illa, quæ veritatem obscurare videbantur, sed fide pura amplecti, & pia animi deuotione, & magna caritate venerari par est, existimantes, id quod est, non sine causa verbis illis vti Spiritum sanctum per ministros suos loquentem, magnam inesse in illa obscuritate vtilitatem, vt fides, & humilitas exerceatur, humiles erudiantur, superbi repellantur, & qui probati sunt, manifesti fiant in nobis. Talentum auri mundissimi habet cãdelabrum cum vasis suis, quia talentum pondus plenum, atque perfectum est; & doctrina magistrorum Ecclesiæ plena esse, atque perfecta, & ipsi vita graues, & mundi, & pleni, atque 9 perfecti esse debent. † Et quoniam multò maior lux doctrinæ, clariorque Diuinorũ mysteriorum cognitio est in Ecclesia, quam olim fuit in Synagoga, in tabernaculo Mosis vnicum candelabrum fuit, in templo Salomonis decem, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram. Decem candelabra maximum, perfectumque numerũ magistrorum designat, per quos omnia plena sunt luce: Denarius enim perfectissimus numerus est, & omnes numeros continet. Et quoniam siue læta sint tempora Ecclesiæ, siue tristia, siue regnet, & triumphet, siue persecutionibus prematur, semper est luce plena, nec successibus erigitur, nec persecutionibus deijcitur, quinque candelabra sunt ad dexteram, & quinque ad sinistram.

DE IIS QVAE ERANT in porticu, id est, de duabus columnis.

CAP. XIIII.

Vers.21. 1 DE his legimus. 3. Reg. 7: Et *statuit duas columnas in porticu templi, cumque statuisset columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachin, similiter erexit columnam secundam, & vocauit nomen eius Bohoz.* Vtraque nomen habet à fortitudine, nam יָכִין dicitur 2 firmiter fundata esse à verbo כּוּן quod est firmiter stabilire, & Bohoz significat, In ipso fortitudo. In Hebræo legitur בְּעֹז Bohaz, & similiter in quibusdam codicibus lxx. sed in antiquissimis eorum exemplaribus legitur Bohoz. Vtraque alta erat decem & octo cubitos: verùmquoniam. 2. Paral. 3. scriptum est: Ante fores etiã templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: Ricardus in libro de templo, Lyranus, & Abulensis, & Caietanus in .c.7. libr.3. Regum, atque idem. 2. Paralip. 3. ita hæc conciliant, columnas quidem solas habuisse octodecim cubitos, sed cum capitibus, & basibus, & capitellis habuisse triginta quinque, quoniam capita habebant quatuor, capitella quinque cubitos, basis quot habuerit non dicitur, sed octo habuisse intelligitur, vt omnia consentiant. † Mihi non placet hæc conciliatio, quoniam cum dixisset liber Paralipomenon habuisse triginta quinque cubitos, statim addit: Porrò capita earum quinque cubitorum, non ergo erant numerati cubiti capitum in illis triginta quinque. Multò magis placet quod Vatablus dixit in eumdem locum Paralip. ibi positam fuisse altitudinem ambarum columnarum, non quidem quam reuera habebant, hæc enim erat triginta sex cubitorum, sed quæ apparebat, quoniam vtraque habebat semicubitum absconditum in capite, siue in capitello. Columnæ, & capitella fusilia erant ex ære. De vtraque earum Ieremias cap. vltimo scripsit: Porrò grossitudo eius quatuor digitorum, & intrinsecus cana erat. Circumferentiam Iosephus. 8. Antiq. c. 2. fuisse dicit duodecim cubitorum, ita enim intellexit illud. 3. Reg. 7: Et linea duodecim cubitorum ambiebat columnã vtramque. Ita etiam intellexit Caietanus, & Vatablus, & Abulensis, atque 3 ita intelligendum est. † Hoc autem non de ambabus columnis simul, sed de singulis accipiendum est, vt videmus Ierem. vltimo. Decem, & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam. Diameter vnus columnæ quatuor cubitorum erat, qua omnis diameter triplicatus cum septima parte sui constituit circulum: ita Abulensis. De capitellis ita ibidem Iosephus:

His

Universidad de Deusto
Biblioteca

His imposita erat capitella fusilia liliata (id est, in modum lilij facta) proceritate quinque cubitorum, quibus circūdata erant retiacula ærea, quæ operiebant lilia, dependebantque inde duæ series malorum Punicorum ducentorum numero, &c. Sed ad intelligentiam verborum cap. 7. lib. 3. Reg. quæ valde implicata sunt, animaduertendum est super has columnas fuisse epistylia, & capitella, quæ etiam capita dicuntur, vt bene notauit Ricardus in libro de templo: ita enim legimus. 2. Paral. 4: Fecit columnas duas, & epistylia, & capita. Nunc autem Scriptura tertij Regum à summo incipit, & loquitur de capitellis. † Igitur capitella quinque cubitorum cingebantur fasciis quibusdam factis in modum retis, siue catenarum, quoniam habebāt per interualla aperturas, per quas capitelli elegantia appareret. Hæ fasciæ similes erant catenis, siue fascijs factis in Oraculo, & ideo dicitur, 2. Paral. 3: *Nec nō & quasi catenulas in Oraculo*, id est, quasi eas, quæ erant in Oraculo. Eædem sep-
3. Reg. 7. Vers. 17. ties circuibant capitella singula, & hoc est quod ait: *Septena versuum* (id est, gyrorum) *retiacula in capitello vno, &c.* Singuli versus retiaculorum, siue fasciarum, habebant duos ordines malorum granatorum, ita vt centum malogranata essent interposita fascijs, do quibus dicitur. 2. Paral. 3: Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposiuit. Reliqua centum erant appensa ex eadem fascia, seu funiculo. De his ait statim:
Vers. 18. *Et perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum*, id est, duos ordines malorum granatorum, qui ordines per circuitum erant singulis retiaculis, siue fascijs: 2. Paral. 4. ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis ungeretur. † Fecit, inquam, hæc retiacula, vt tegerent, & circumdarent capitella, quæ retiacula erāt super summitatem malorum granatorum: nam superior retiaculi portio erat super summitatem malorum granatorum interpositorum, inferior autem erat super summitatem appensorum. *Eodem modo fecit capitello secūdo*, id est, hoc, quod dixi, fecit in capitello primæ columnæ, & eodem modo fecit in capitello secundo, id est, secundæ columnæ. Deinde ait: *Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilij fabricata, erant in porticu quatuor cubitorum*; hoc est: Illa capitella, quæ magis proprie vocantur in Paralipomenis epistylia, quoniam sine medio imposita erant summitati scapi, in modum lilij fuerant facta, erantque quatuor cubitorum in porticu, id est, versus porticum, hoc est, in latum, non in altum, vt recte animaduertit Caietanus. † Habebant autem epistylia tres cubitos altitudinis, legimus enim 4. Reg. vltimo: Decem & octo cubitos altitudinis habebat colūna vna, & capitellū æreū super se triū cubitorū, & retiaculū, & malogranata super capitellū, videlicet in capitello secundo. Deinde. 3. Reg. 7. addditur: *Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper iuxta mensuram columnæ contra retiacula*. Hoc est, super secundum capitellum erat tertium quasi coronis addita contra retiacula, id est, super retiacula, & è regione illorum; quod capitellum erat iuxta mensuram columnæ, id est, eiusdem latitudinis cum columna, nempe duodecim cubitorum in circuitu. Quod meritò additum est, non enim esset satis decorum capitellum, si minorem ambitum haberet quam columna. † Mox ait in circuitu capitelli secundi, & medij fuisse ducentos ordines malogranatorum, quod iuxta Hebraicum rectè intelligere possumus fuisse ordines ducentorum malogranatorum, vt vertunt recētiores. Sed quoniam & noster interpres, & lxx. (vt est in quibusdam codicibus Græcis) vertērunt: Ducenti ordines, intelligendum est vnum ordinem fieri ex malogranato interposito, & altero dependente. Erant igitur ducenti ordines in ambobus capitellis, ita vt capitella ambo duarum columnarum haberent quadringenta mala granata. Verum aduertendum est iuxta consuetudinem Scripturæ, & communis locutionis maiorē numerū poni, etiamsi aliquid deficiat summæ, nā mala granata dependentia non erant centū, sed nonaginta sex. Item. vltimo: Et fuerūt malogranata nonaginta sex dependētia, & ora malogranata cētū retiaculis circūdabātur, id est, illa quæ tū retiaculis circūdabātur, id est, illa quæ interposita erāt retiaculis, erāt centum.

Vers. 19.

6

Vers. 20

7

QVOD

QVID COLVMNÆ duæ significent.

CAP. XV.

1 DVas columnas Beda in lib. de Tēplo Salomonis, c. 18. & Angelomus in c. 7. li. 3. Reg. prædicatores esse volunt, qui populū gentium, & populū Iudæorū in Ecclesiā introducunt, atque ideo eas antè fores positas fuisse dicut. Quam ego expositionem quomodo sequar non video, cum, si id verum sit, effici videatur atriū sacerdotū, & atriū exterius, quò fidelis populus cōueniebat, esse extra Ecclesiā, nec pertinere ad eam altare holocaustorū. Quod si columnæ positæ fuissent ante portā atrij exterioris, à quo templū incipiobat, quod Ecclesiā significat, valde probabilis esset eorū sententia: nūc verò cum in loco sacro sint, & omnia, quæ sunt intra hoc atriū, ad Ecclesiam pertineāt, & intra eam sint: quomodo columnæ prædicatores erūt, qui duos
2 populos introducūt in Ecclesiā? † Hinc ergò excluſi ad illud redibimus, quod lib. 1. cap. 29. dicere cœpimus, porticū (quæ media erat inter atriū sacerdotū, & domū exteriorē) significare moram & perseuerātiā in sacrificio bonorum operū, & in mactatione affectuū, vt ibi explicauimus. Quo etiā loco diximus duas columnas firmissimas in porticu collocatas, alterā ad dexterā, alterā ad sinistrā, significare fortitudinē, & perseuerantiā, quā modò dixi, tam in prosperis, quæ dextera significātur, quā in aduersis, quæ intelliguntur in sinistra. Ideo æquales, & eiusdē operis, & omnino similes sunt, quia æqualis debet esse in vtrisque perseuerātia, & fortitudo, vt siue aduersa vrgeant, siue prospera arrideant, semper Deo nos tradamus, & immolemus, neq; à virtute recedāmus, semper affectus reprimamus, & in officio simus, sicut ait Paulus: Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriā, & ignobilitatē, per infamiā, &
1. Cor. 6 3 bonā famā. † Nomina rectè cōueniūt, quę à firmitate, & à fortitudine sumpta sunt. In altū erectæ sunt, quia cœlū respicere, & eius desiderio fortes permanere debemus. Sed quasi de vna rūc loquamur, idē enim & de altera similiter intelligendū est. Altitudo eius decē & octo cubitorū est, quia dum in hac vita sumus, nō in fide tantū, aut tā tum in operibus bonis perseuerādum est, sed in fide, & in operibus, quia fides sine operibus mortua est in semetipsa. Vt enim Bedæ, & Angelomi verbis vtar, tria ad fidē pertinere propter sanctam Trinitatē, sex ad operationem, quòd in eo dierū numero mūdus sit factus, luce clarius est. Et tria per sex multiplicātur, cū iustus, qui ex fide viuit, cognitionē piæ credulitatis executione
4 bonæ actionis accumulat. † Ter autem seni decē & octo faciunt. Crassitudo eius quatuor digitorū est, quia qui vsq; ad finē permānsurus est in custodia præceptorum, multa etiā ex Euāgelicis cōsilijs adhibere debet, quæ si cōtemnat, præcepta ipsa sæpe violabit. Mensura autē quatuor digitorū opera cōsiliorū indicari diximus in hoc lib. ca. 11. nu. 5. Post hanc crassitudinem intus cava est columna, quia quātumuis iusti virtutibus fulgeāt, quātumuis erecti sint animis in cœlestia, nō potest eorum perseuerantia, & fortitudo integra, & solida omninò esse in hac vita, in qua & corpori multū dādū est, & à labore interdum feriādum, in qua deniq; sine peccatis nō viuitur. Linea duodecim cubi torū cingit colūnā, quia perseuerantia, & fortitudo iuxta Apostolicæ institu-
5 tionis normā tenēda est. † Si enim ad ea fortes esse velimus, aut cōstātes, quę doctrinæ nobis à duodecim apostolis traditæ nō sunt cōsentanea, mollities animi, & pertinacia potius quā fortitudo, & perseuerātia appellabuntur. Linea enim cubitorum duodecim, vt ait Beda, norma est Apostolicę institutionis. Columnæ capitellum imponitur, quia qui perseuerauerit vsque in finem, & legitimè certauerit, coronabitur, sicut ait Apostolus: Nam qui certat in agone, nō coronatur, nisi legitimè certauerit: Altitudo capitelli quinq; cubitorū est, quia corona pro quinq; sensuū vo luptatibus animosè coēptis, atq; superatis redditur. Fascia cingens capitella beatitudo est, quam Theologi Accidentalem vocant. Septies illud cingit, quia

Altitudo columnarū

Iaco. 2.

Linea duodecim cubitorum.

In libro de Templo. c. 18.

2. Tim. 2.

Capitella.

F plurimis

Universidad de Deusto
Biblioteca

plurimis ex reb' hęc beatitudo oritur, & multæ sunt causæ gaudendi, septem enim pro multis ponũtur, sicut videmus. 1. Reg. 2. Vbi enim nos habemus: Donec sterilis peperit plurimos: in Hebræo est: Donec sterilis peperit septẽ. *Septem pro multis.*

6 † In modum retis facta est fascia, vt per aperturas elegantia capitelli appareat, id est, vt intelligamus coronam illam maximam, quæ est clara Dei visio, cognitione rerum, quæ gaudium illud efficiunt, quod Accidentale vocari diximus, neq; tolli, neq; obscurari, neque impediri. Habet autem tota fascia duos ordines malorum Punicorum, alterum in eam insertum, alterum ex ea pendẽtem. Malum Punicum, quod vno cortice multa grana cõmunẽta inter se, & cõhærentia continet, collectionem significat iustorum, quos caritas copulat, & ex multis quasi vnum corpus facit. Gaudium igitur hoc accidentale inde in beatis est, quòd in Deo se se mutuò, & omnes iustos amant: ac idcirco lætantur cum vident Deum à iustis, qui in hac vita sunt, sanctè colì, eosque proficere in dies, & multa in gloriam Dei fieri per eosdem: eos verò, qui iam eius visione perfruuntur, mercedem debitam accepisse laborum, quam amittere non possint, extra aleã iam esse, perpetuò cum illis esse viuendum, Dei bonitatẽ, & misericordiam eorum beatitudine æternis laudibus, & gaudijs esse celebrãdam. † Mala Punica inserta eos significãt, qui in patria cœlesti habitant: ea verò, quæ pendent, illos designant, qui partim cum beatis coniuncti, partim diiuncti sunt, id est, iustos in terra viuentes, qui caritate cum beatis copulantur, non etiam visione Dei, quã nondũ sunt assecuti. Et quia vtrorumq; magnus numerus est, centũ mala Punica sunt in fascia, centũ ex ea pendẽt: cẽtenario enim magnus quidã numerus indicatur, cũ ex denario constet decies repetito. Capitellũ, quod erat super caput columnæ, etiãsi sub hoc secũdo fuerit, de quo hactenus diximus, iam ad coronã pertinet perfectionẽ significat. Gaudium igitur hoc accidentale inde in beatis est, quòd in Deo se se mutuò, & omnes iustos amant: ac idcirco lætantur cum vident Deum à iustis, qui in hac vita sunt, sanctè colì, eosque proficere in dies, & multa in gloriam Dei fieri per eosdem: eos verò, qui iam eius visione perfruuntur, mercedem debitam accepisse laborum, quam amittere non possint, extra aleã iam esse, perpetuò cum illis esse viuendum, Dei bonitatẽ, & misericordiam eorum beatitudine æternis laudibus, & gaudijs esse celebrãdam. † Mala Punica inserta eos significãt, qui in patria cœlesti habitant: ea verò, quæ pendent, illos designant, qui partim cum beatis coniuncti, partim diiuncti sunt, id est, iustos in terra viuentes, qui caritate cum beatis copulantur, non etiam visione Dei, quã nondũ sunt assecuti. Et quia vtrorumq; magnus numerus est, centũ mala Punica sunt in fascia, centũ ex ea pendẽt: cẽtenario enim magnus quidã numerus indicatur, cũ ex denario constet decies repetito. Capitellũ, quod erat super caput columnæ, etiãsi sub hoc secũdo fuerit, de quo hactenus diximus, iam ad coronã pertinet perfectionẽ significat. *Malũ Punicum.* *Cẽtenarius*

Et quia vtrorumq; magnus numerus est, centũ mala Punica sunt in fascia, centũ ex ea pendẽt: cẽtenario enim magnus quidã numerus indicatur, cũ ex denario constet decies repetito. Capitellũ, quod erat super caput columnæ, etiãsi sub hoc secũdo fuerit, de quo hactenus diximus, iam ad coronã pertinet perfectionẽ significat. Gaudium igitur hoc accidentale inde in beatis est, quòd in Deo se se mutuò, & omnes iustos amant: ac idcirco lætantur cum vident Deum à iustis, qui in hac vita sunt, sanctè colì, eosque proficere in dies, & multa in gloriam Dei fieri per eosdem: eos verò, qui iam eius visione perfruuntur, mercedem debitam accepisse laborum, quam amittere non possint, extra aleã iam esse, perpetuò cum illis esse viuendum, Dei bonitatẽ, & misericordiam eorum beatitudine æternis laudibus, & gaudijs esse celebrãdam. † Mala Punica inserta eos significãt, qui in patria cœlesti habitant: ea verò, quæ pendent, illos designant, qui partim cum beatis coniuncti, partim diiuncti sunt, id est, iustos in terra viuentes, qui caritate cum beatis copulantur, non etiam visione Dei, quã nondũ sunt assecuti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

da sua translatione edita cum adnotationibus anno. 1557. ita etiam habetur in Biblijs Coloniæ excusis anno. 1529. & in Biblijs Benedicti doctoris Parisiensis anno. 1573. † Itenim in Hebræo pro Sculpturarum striatarum vnica dictio est פקעים, nō duæ, vt quidam putant, nam dictionem quę statim sequitur, וכפקעי interpres vertit Fusiles. Sed prior dictio significat, iuxta recentiores, cucurbitas agrestes, iuxta Chaldæum oua: denique significat hoc in loco rotunditates in sculpturis striatis, quæ nō cernuntur nisi in sculpturis striatis, in quibus quædam pars prominet, & quædam subsidet, atque ita fiūt striæ. Ante hæc verba legimus: *Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens Mare*, id est, in summitate continuō post labium Maris, erat sculptura quædam cingens Mare, non totum, sed quasi tertiam eius partem decem cubitorum. † Hæc autem sculptura erant duo ordines sculpturarum striatarum. Atque ita hæc esse intelligenda cognoscimus perspicuè ex. 2. Paral. 4. vbi ita legimus: Et decem cubitis quædam extrinsecus celaturæ, quasi duobus versibus, labium Maris circuibant. Et quod sequitur:

Vers. 24.

Vers. 25. *Et stabat super duodecim boues.* Ita legēdum est, vt constat ex Hebræo, & ex Græco, id est, Mare stabat. lxx: Et Mare super ipsos desuper. In eo verò quod

Vers. 26. ait: *Grossitudo autem luteris trium vncia rum erat*, Luterem vocat quod hactenus Mare appellauit, Hebraicè, & Græcè tantum habetur, Grossitudo eius.

Vncia. Tres vnciæ quatuor digitos faciunt, nam vncia est duodecima pedis pars, pes autem habet sedecim digitos, & tres vnciæ sunt quarta pedis pars, id est, quatuor digiti, quæ mensura Græcè dicitur παλαιστὴ, Latinè Palmus: hoc vocabulo nunc vtuntur. lxx. & Iosephus. 8. Antiq. ca. 2. vbi interpres vertit: Crassitudine palmari. Hebraicè טפח. Inde 2. Paralipo. 4. dictum est de eadem re: *Porrò vastitas eius habebat mensuram palmi.* lxx. παλαιστῆς, Hebraicè טפח. Quodq; sequitur: *Labiumque eius quasi labium calicis*: intellige repandum, id est, modicè flexum in exteriorem partem.

DE SIGNIFICATIONE labri, & Maris ænei.

CAP. XVII.

1 MAre æneum, quod erat in tẽplo (atq; idẽ de labro, quod erat in tabernaculo iudiciũ est) Beda in libro de Templo Salomonis, c. 19. & Angelomus in cap. 7. lib. 3. Regum, sacramentum baptismi esse interpretantur, quo omnia peccata eluuntur. Quod egò nullo modo adduci possum vt credam, cum, vt iam dictum est, & porticus, & atrium vtrūq; interius, & exterius, Ecclesiam huius temporis significēt, & qui ad baptismum veniunt, extra eam sint, anto quam illum suscipiant. Quare (vt de columnis diximus c. 15.) si baptismū designaret, ante portā exterioris atrij fuerat collocandum. Qui autem ad Mare æneum veniebāt abluēdi, non solū intra Ecclesiā erant, sed etiā sacerdotum

2 ministerio fungebantur. † Nō ergo baptismi, sed pœnitētiæ sacramentū in labro, & in Mari intelligitur, quo omnes eorū qui iā in Ecclesiam recēpti sunt, sordes eluūtur. Et quia iā per baptismū filij Dei sunt, haud ineptè sacerdotes appellātur: nō q; possint omnes sacrificiū corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, aut cōsecrare, aut per se offerre, (quod tantummodo initiatorum est) sed quòd omnes Deo dicati suo modo sint, & sacrificium illud offerre debeant, de quo sacer vates scripsit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor cōtritū, & humiliatum Deus nō despicies. Hoc enim est quod Petrus ait: Vos autē genus electū, regale sacerdotiū: & quod est in Apocalypsi: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnū, & sacerdotes Deo, & patri suo.

Psal. 50.

1. Pet. 2.

3 † Labrū de speculis mulierū factū est, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Quod egregiè beatus pater Gregorius exposuit Hom. 17. in Euang. docens sinnul quod modo diximus, in labro pœnitentiam indicari. Moyses ergo, inquit, labrum sacerdotibus de speculis mulierum fecit, quia lex Dei lauacrum compunctionis peccatorum nostrorum maculis exhiber, dum ea, per quæ sanctæ animæ superno sponso placuerunt,

runt, intuenda nobis cœlestia præcepta præbet. Quibus, si diligenter intendimus, interiæ nostræ imaginis maculas videmus: videntes autem maculas in pœnitentiæ dolore compunguntur: compuncti verò quasi in labro de speculis mulierum lauamur. Quæ sint autem specula mulierum excubantium in ostio tabernaculi, prius his verbis ex

4 plicauerat. † Specula quippe mulierum sunt præcepta Dei, in quibus se sanctæ animæ semper aspiciunt, & si quæ in eis sunt fœditatis maculæ, deprehendunt: cogitationem vitæ corrigunt, & quasi renitentes vultus velut ex reddita imagine componunt: quia dum præceptis Dominicis sollerter intendunt, in eis proculdubio vel quid in se cœlesti viro placeat, vel quid displiceat agnoscunt. Quæ, quamdiu in hac vita sunt, æternum tabernaculum ingredi nequaquam possunt, sed tantum ad ostium tabernaculi mulieres excubant, quia sanctę animę, etiam cum infirmitate adhuc carnis grauantur, amore tamen continuo ingressum æterni introitus obseruant. Hęc Gregorius.

5 † In eo lauant Aharon, & filij eius manus, ac pedes quando ingressuri sunt in tabernaculum, vel quando accessuri sunt ad altare, quia pontifices, & sacerdotes, quorum maximè typum gerunt Aharon, & filij eius, puris manibus, & pedibus, id est, opere, & affectu mundi esse debēt, cum in templum Dei ingrediuntur ad sua ministeria, præsertimque cum ad altare accedunt oblaturi patri corpus, & sanguinem Iesu Christi, in odorem suauitatis, & pœnitentia, ac compunctione cordis eluere omnes sordes. Christiani etiam reliqui, qui quadam ex parte sacerdotes dicuntur, & in templo puri esse debēt, & tunc maximè cum ad idem altare accedunt sacram sumpturi Eucharistiā,

6 ne fortè moriantur. † At rectè inter altare holocaustorum, & inter tabernaculum, siue in templo inter domum exteriorem, collocatur, quia vt ad altare interius introeatur, non satis est carnem ieiunijs, & verberibus affligere, nisi etiam quidquid aut in actione, aut in affectu impurum est, lauare studeamus. Mare, quod erat in templo, æneum est, æs enim clarum sonū reddit, & pœnitentia talis esse non debet, vt in corde tantum lateat, sed per gemitus, & lacrymas, & macerationem carnis foras prodeat, & se sono suo prodat, in verba etiam puræ, & humilis cōfessionis erumpat, qua Christi vicario sacerdoti dicta, facta, cogitataque integrè detegat. Fusile est, quia vasa fusilia prius liquefiunt, & in vas fusa sine mora eius formam, & magnitudinem capiunt. † Ita cor durū amore Dei, & dolore peccatorum liquefieri debet, atq; ita paratum continuò Diuinę naturę per gratiam particeps, & consors fiet, quę tanta erit, quanta fuerit cordis cōpunctio. Rotundum erat, vt omnes vndique ad illud accederent, sciremusq; nulli sexui, aut conditioni, aut regioni precludi lauacrū pœnitentię, sed omnibus Christianis omni tempore patere. Decem cubitorum erat à labio vsque ad labium, quia qui verè emundari hoc lauacro volunt, non ad vnum, aut alterum mandatum, sed ad decem legis diuinę mandata implenda parati esse debent: quoniam qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Quinque cubitorum erat altitudo eius, quia quidquid visu, auditu, olfactu, gustatu, tactu delinquimus, totum sacramento pœnitētię deletur. † Et quia frustra abluimur

Iaco. 2.

8 nisi gratiam, quam in hoc sacramento accipimus, studio bonorum operum, quasi quodam fune restringamus ne defluat, resticula triginta cubitorū eingebat illud per circuitum. Per resticulam enim (vt Beda inquit) disciplina præceptorum cœlestium, qua à nostris voluptatibus religamur, potest aptè signari. Et paulò post: Quę nimirum resticula, aptè triginta dicitur esse cubitorum. Quinquies etenim seni triginta faciūt. Senario autem numero, in quo Deus hominem fecit cum non esset, & cū perijsset, refecit, rectè bona operatio etiam nostra figuratur. Et sex per quinque multiplicantur vt ad triginta peruenias, cum omnes nostri corporis sensus Diuinis humiliter subiugamus imperijs; &c. Senario numero hominē factum, & refectū esse dicit Beda, quia & sexto die conditus est homo, & Christus eū sexto die moriēs refecit. † Duo ordines sculpturarū striatarum

In libro de Templo. c. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

tarum decem cubitorum erant sub labio, quia cum peccata per cõfessionem effundimus, quod in patente labio intelligitur; cor memoria firma, & dolore præteritorum peccatorum, deinde etiam cogitatione, & voluntate non peccandi non leuiter pictum, sed firmiter sculptum esse debet. Et quia in his contemplatio Diuinæ bonitatis, & nostræ infirmitatis recordatio inueniuntur, sculpturæ striatæ sunt, in strijs enim pars quædam prominet, & pars subsidet. Et quia dolor est de peccatis, quæ contra decem præcepta cõmisimus, & voluntas eadem decem præcepta custodiendi, rectè duo ordines decẽ cubitorum sunt. Super duodecim boues Mare positum est, quorum tres ad Orientem, tres ad Occidentem, tres ad Meridiem, tres ad Aquilonem respiciunt, quia fides, qua Ecclesia complectitur, & veneratur hoc sacramentum, eoque omnia peccata deleri docet, non hominum ingenio, doctrinave nititur, sed Christi ipsius traditione, quam duodecim Apostoli per vniuersum orbem terræ detulerunt.

10 † In bobus enim prædicatores Euangelij signari Paulus aperte testatus est
1.Tim.5. dicens: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os boui trituranti: &, Dignus est operarius mercede sua. Posteriora boum vniuersa intrinsecus latitabant, quia qua mercede sancti prædicatores in perpetuum donentur, in interni arbitri examine iam dispositum est, sed nobis, qui adhuc foris sumus, manet occultum, vt rectè exposuit Beda. Crassitudo eius trium vnciarum est, quia hoc sacramentum tribus partibus constat, contritione, confessione, satisfactione. Est etiam crassitudo quatuor digitorum; quia vt Mare non rumpatur, id est, vt gratia, quæ in hoc sacramento datur, non pereat, opera consiliorum ad præcepta adhibere debemus, qui enim penitus consilia abiecerit, præcepta no semper seruabit. † Hac
11 autem mensura opera consiliorum designari ostendimus capite. 11. huius lib. nume. 5. Labium eius sicut labium calicis, & folium repandi lilij est, id est, in exteriorem partem modicè flexum, quod in calice fit, vt melius, quod in eo est effundatur, quia confessio peccatoris non introrsum reflexa esse debet, vt aliquid contineat, & tegat, sed in exteriorem partem effundi, vt omnia, quæ in corde sunt, pateant sacerdoti. Idem indicat lilij similitudo, quod eiusdem formæ est, & rectè in id, de quo agitur, conuenit, quoniam confessionis pudor, & molestia pulchritudine, & suauitate virtutum, & sanctitatis, quæ per eam comparantur, & in lilio significantur, abunde compensantur. Mare hoc duo mille bathos capere dicitur, vt intelligamus illud fuisse capacissimum, & habuisse vnde innumeræ sordes eluí possint. In Mille notissimum est Scripturam inusitatum quemdam, & quasi infinitum numerum comprehendere solere vt Psal. 89: Mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna, quæ præterijt. Psalm. 90: Cadent à latere tuo mille. Cant. 4: Millè clypei pendent ex ea. † Bathus certa mensura,
12 sed magna est, quo haud inepte peccatum intelligitur, in quo certa, & magna mensurá, & culpæ, & pœnæ est. Capit ergo Mare duo mille bathos, quoniam pœnitentia innumera peccata capit, & delet, innumeras, inquam, culpas, & innumerarum culparum pœnas æternas. Hæc aquæ mensura solebat infundi in Mare, sed, vt Hebraicè dicam, fortificare facièti capiebat tres mille bathos, aut tres mille metretas, id est, si quis tantum infunderet quantum Mare capiebat, tres mille bathos infundere posset. Hoc est: si quis dolorem habeat communem, & vsitatum, qualem ferè plerumque homines habent, delebit pœnitentia omnes culpas, delebit & pœnarum æternitatem.
13 † At si quis velit virtutem sacramenti experiri, & dolorem quemdam afferat maximum, multumque communem superantem, capiet Mare tres mille bathos, id est, tollentur sacramẽti vi non culpæ solum, & pœnæ æternæ, sed temporales etiam, quamuis multæ sint, penitus remittentur: hac enim de causa sacramentum pœnitentiæ eleganter à sanctis patribus laboriosus quidam baptismus appellatum est.

Mille.

Conc. Trid. Sess. 14. c. 2.

DE

DE DECEM LVTERIBVS. CAP. XVIII.

3.Reg.7. Vers.38. MOX fecit Salomon decem luteres, id est, decem labra ærea fusilia, quorum singula
1 capiebãt bathos quadraginta; eosque operosissimis basibus imposuit, quas late describit Scriptura. Facti sunt ad ministerium sacerdotum, & ablutionem victimarum (atque inde nomen habent, id est, ab abluendo, λούω enim est lauo, vnde λουτήρ dictus est) positique inter altare holocaustorum, & porticum; quinque ad dexteram partẽ, & quinque ad sinistram. *Mare autem positum est ad dexteram partem templi contra Orientem ad Meridiem*, id est, ita erat ad Meridiem, vt verteretur tamen ad Orientem, quia obliquè quodammodo positũ erat. Vsum eius docemur. 2. Paral. 4: *Fecit quoque conchas decem, & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt ana-*
Vers.6. *rent in eis omnia, quæ in holocaustum oblatum erãt; porrò in Mari sacerdotes lauabãtur.* Si quæras quomodo hostiæ ablucrentur in luteribus, cum videantur fuisse ablutæ in Probatica piscina, quæ erat propè templum: respondet Abulensis q. 14. in cap. 3. lib. 7. Regum, moris fuisse vt sacerdotes prius iugularẽt in atrio animalia, & sanguinem funderent per circuitum altaris, interdum etiam per cornua, vt Leu. 1. 3. 4. & 6. videre licet;
2 † Mox ea excoriabãt, quod solis sacerdotibus licebat, nisi forte multæ essent victimæ, & pauci sacerdotes; tunc enim iuuabãtur à Leuitis, vt factum est. 2. Paralip. 29. Deinde animal integrum, & excoriatum ferebant sacerdotes ad Probaticam, & aperientes viscera abluebãt intestina, & caput, & pedes, & reducentes in atriũ carnes ablutas cõcidebãt in frusta, vt sic ponerent super altare; non enim ponebatur animal integrũ. Leu. 1. Sed illæ partes antequam ponerentur, abluebãtur iterũ in luteribus. Quæritur cur facti sint luteres, cum non fuerint in tabernaculo? Respõdet in eũdem locum Abulensis, Mosem pauca vasa fecisse, & parua, vt possent cõmodè portari, sed in templo plura; & maiora facta sint, quia iam illa ratio non obstabat. Ita decem candelabra facta sunt, &
3 decem mensæ. † Forma luterum ex nomine intelligitur, vocantur enim conchæ. 2. Paral. 4. quod malè de basibus intellexit Abulensis, cum ibi legamus: Fecit quoque conchas decem, & c. vt lauarẽt in eis omnia. Et postea: Bases etiam fecit, & conchas, quas super posuit basibus, & c. Et Iosephus iddocet. 8. Antiq. capit. 2. Deinde, inquit, ex eodem ære fecit decem labra rotunda conchæ speciẽ, quorum quodque capiebat congios quadraginta: erat enim altitudo quatuor cubitorum, & tantumdem spatij patebat inter margines, & c. vbi interpres iterum errauit congios vertendo pro bathis. Forma basium satis ab Scriptura describitur, sed quædam, quæ sunt in ea subobscura, exponenda sunt.

4 † *Et sculpturæ inter iuncturas, Et inter coronulas, & plectas leones, &c.* Beda in li- *Vers.28. Vers.29.*
bro de templo Salomonis, capit. 20. putat in tabulis basium sculptas fuisse coronulas, & plectas, & inter coronulas, & plectas leones, & boues, & Cherubim positos: super leones autem, & boues, quasi lora ex ære dependentia sculpta esse. Plectas autem intelligere videtur nexus rerum inter se iunctarum. Idem sensit Angelomus: ita enim intelligit verba nostræ translationis quæ sic habet: *Et ipsum opus basium interrasile erat. Et sculpturæ inter iuncturas, & inter coronulas, & plectas leones, & boues, & Cherubim: & in iuncturis similiter desuper: & subter leones, & boues, quasi lora ex ære dependentia.* Sed hic vitioso codice deceptus Beda legit: Et super leones: cum apertissimum sit ex Hebræo, & Græco, & ex emendatis codicibus Latinis legendum esse, & subter leones: itaque lora ex ære dependentia non super leones, sed sub leonibus erant. In Hebræo sunt omnia apertiora quam in nostra translatione. In eo ita est ad verbum: *Et hoc opus basis, Clausuræ eis, & clausuræ inter iuncturas, & super clausuras, quæ inter iuncturas, & leones, bos, & Cherubim. Et super iunctura sic desuper. Et subter leones, & bouem copulationes, opus descensionis.* Opus interrasile clausura vocatur Hebraicè, quod in eo sculpturis intermedia spatia plana claudantur, vt diximus in hoc libr. c. 10. num. 1. Ipsum igitur, quod interrasile dicitur, vocatur continuò sculpturæ, idem enim vocabulum est in Hebræo, & apud lxx. συγκλεισμὸν id est, conclusum.

Clausura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idē est quod vertit Coronulas, & quas ante vocauerat Iuncturas, mox vocat Plectas, quæ sunt omnia etiam apertissima in translatione. lxx. Bases habebant opus interrasile, id est, clausum sculpturis, & inter ipsas iuncturas erat interrasile, id est, erat sculpturæ. Vbi autē ego cum. lxx. verto, Super sculpturas, potest etiam verti: Ad sculpturas, siue, Iuxta sculpturas, siue etiam, Inter sculpturas, & iuncturas, vt vertunt recentiores. Iuncturæ sunt, quibus quatuor tabulæ æneæ, ex quibus basis constabat,
1 iungebantur inter se. † Explicat ergo cur dixerit opus basium esse interrasile, quoniam inter iuncturas, siue (vt vertunt lxx.) per medium iunctura rū, erat sculpturæ, quibus iunctura tegeretur, vt non multæ tabulæ, sed vna integra, & solida viderentur. Et inter sculpturas, quas Hieronymus vocat Coronulas, quia etiam quatuor illas tabulas cingebant vndique, & inter plectas, id est, inter iuncturas inferiores tabularum, in ipso videlicet spatio tabularum, erāt leones, & boues, & Cherubim. Eędem figuræ erant super iuncturas superiores. Sub leonibus autem, & bobus, & Cherubim erant quasi lora inter se copulata, & connexa (quæ idcirco dicta sunt copulationes) dependentia, id est, deorsum tendentia, quæ propterea in Hebræo, & in lxx. dicta sunt Opus descensionis.

Vers.30 *Et per quatuor partes quasi humeruli.*
6 † In quatuor angulis supremis basium surgebant prominentiæ quædam, quasi humeri parui, quasi tenentes luterem ne caderet. Iosephus lib. 8. Antiq. ca. 2: Angulos autem superne continebant fusiles humeruli manuum extēlarum, his imposita erat spira, cui labrum insērebatur, ita vt manibus sustineri videretur.

Vers.31 *Os quoque luteris intrinsecus erat.* Os luteris vocat, quod in suprema tabula basis factum erat, vt exciperet ipsum luterem imponendum, id est, spiram illam, quam Iosephus humerulis, quasi manibus, contineri dixit, cui luter inserebatur, & hanc esse dicit in capitis summitate, id est, in altiori parte basis; quod postea magis Scriptura
Vers.35. explicat dicens: *In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnius, & dimidij cubiti, ita fabrefacta vt luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variasq; sculpturas ex semetipsa*, id est, non addititias, sed simul cum ipsa fusas. Iosephus de eisdem: Qua parte effigies leonum, & aquilarum sic erant adaptatæ, vt connatas putares, interuenientibus inter eas palmarum arbusculis. Atque hæc rotunditas habebat altitudinis cubitum, & dimidium, sed dimidius cubitus tegebatur cælaturis, & tantum cubitus apparebat.

Vers.31 *In angulis autem columnarum variæ cælaturæ erāt.* Hascolūnas, & earū vsum describit in eodē loco Iosephus his verbis: Huiusoperis (ideſt, singularū basiū) partes seorsim fabricatæ sic compingebantur. Quatuor erant columellæ per totidem angulos dispositæ quadrangulæ, quibus latera basium vtrimque inferebantur.

Vers.32
7 *Et media intercolumnia.* † Intercolumnium vocat scapum columnarum, quem non rotundum fuisse dicit, sed quadrangulum.

Vers.33 *Tales autem rotæ erant, &c.* Rotæ suppositę erant basibus, vt moueri posse viderentur, cum nō mouerentur; & ideo omnia habebant, quæ habebant rotæ verę, modiolos, ex quibus oriuntur radij, quasi à centro euntes ad circumferentiam rotæ, cuius circumferentiæ exterior pars vocatur canthus.

Vers.36 *Sculpsit quoq; in tabulatis illis, quæ erant ex ære, & in angulis Cherubim, & leones, & palmas.* In tabulatis, hoc est, super summas tabulas basiū, sculpsit Cherubim, &c. vnde facilicet incipiebant illi humeruli, quos. lxx. vocāt Manus, quia erant in modum manuum facti. lxx: Et aperiebantur (id est, sculpebantur, ita etiā est in Hebræo) super principia manuū eius, & concluſa, siue clausuras eius, Cherubim, & leones, &c. vbi enim nos habemus, *In angulis*, in Hebræo est: Et super sculpturas eius, siue super clausuras eius, id est, super sculpturas, quæ erant in angulis illius supremæ tabulæ, vnde incipiebant surgere humeruli, qui erant in quatuor angulis,
8 sculpti erant Cherubim, &c. † His omnibus addendum est quod scribit Aristæus in libello de. lxx. interpretibus, non longe à principio: fuisse in templo occulta receptacula aquarum, quæ ad

diluendum sanguinem iugulatarum hostiarum funduntur, quarum fluxus tam assiduus (inquit) est, vt perennis fons videatur. Et ad hoc sunt iuxta aræ basin frequentes aperturæ solis ministris cognitæ. Sed mirabilius est, & fere inenarrabile, subterraneorum conceptaculorū magnitudo, quæ ad quinquaginta vsque stadia per circuitum templi cuncta penetrat. Plumbeæ ad ea fistulæ quacunque per muros, & templi solum, quibus omnia abluantur, mundēturque, descendunt.

DE SIGNIFICATIONE decem luterum.

CAP. XIX.

1 LVteres, quōniam ad abluendum positi sunt, vt nomen ipsum indicat, hōc idem significare putandum est, quod labrum, siue Mare æneum, id est, sacramentum pœnitentiæ. Vt enim decem candelabra in templo posita non aliud designabant, quam vnum, quod erat in tabernaculo; sed idcirco posita sunt, vt maior luminis copia in Ecclesia esse demōstraretur, quam olim fuerat in Synagoga; ita decem luteres in templo collocati sunt, vt intelligeremus multò verius esse in Ecclesia, quam in Synagoga illud: Quoniam
Psal.129 apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. In tabernaculo erat labrum æneum, in templo non tam labrum dicitur, quam Mare a collectione, & cōgregatione multarum aquarum. Hoc est: In Synagoga erat pœnitentia, per quam peccata remitterentur, sed illa sacramentum non erat; in Ecclesia mare plenū aqua, id est, sacramentum pœnitentiæ, plenum virtute ad omnia peccata abluenda, magna misericordia, copiosa redep-
2 tio. † Atque vt harum aquarum misericordiæ, & redemptionis magna in Ecclesia copia, & omnibus obuia esse monstretur, decem luteres fiunt in tēplo, in quo sæpe iam diximus designari Ecclesiam. Quinque sunt ad dexteram templi, quinque ad sinistram, quia siue prosperæ sint res Christianorum, siue aduersæ, semper in Ecclesia præsto erūt lauacra, quibus maculæ animi per quinque sensus collectæ diluantur. Etenim siue in regionibus fidelium, siue inter hæreticos degas, nusquam desunt fideles sacerdotes, qui tibi luterem præbeant, & te abluant. In pace, quamnunc Ecclesia fruitur, quanta sit vbique luterum copia videmus, sed & olim cum à Romanis imperatoribus vrgebatur, & per solitudines Christiani vagabantur, non deerant, nec deerunt cum maior extremi temporis sæuiet persecu-
3 tio. † Quam malè catholicos sacerdotes accipiut hodie hæretici in Anglia? quibus eos cruciatibus torquent, atque enecant? tamen & alij non pauci, & ex nostra societate Iesu nonnulli sacerdotes per eam ignoti discurrunt, omnibus fidelibus adsunt, vbicunque illis indigeant præsto sunt nullis laboribus parcentes, nulla capitis discrimina metuentes. In Mari æneo sacerdotes, in luteribus victimæ per sacerdotes abluebantur, quæ erant in holocaustum offerendæ. Sed (vt est apud Bedam in lib. de Templo cap. 20.) holocaustum Domini generaliter omnis electorū multitudo potest intelligi, quæ per sacerdotes abluitur, cum per eos remissionem accipit peccatorū: propriè enim eorum, qui sacris initiati sunt, typum
4 portant veteres sacerdotes. † Dicūtur & reliqui fideles quadam ex parte sacerdotes, ita vt diximus cap. 18. sed alia est sacerdotum ratio, alia victimarum, siue holocaustorum. Sacerdotes vocātur cum offerunt, victimæ cum offerūtur. Sacerdotes sunt cum Deo immolant cor contritum, & humiliatum, & cum per verum, propriéque dictum sacerdotem sacrificium corporis, & sanguinis Agni immaculati patri offerūt: victimæ sunt cum se ipsos Deo immolant, & corpus inedia, ac verberibus macerant, iuxta quod ait Apostolus:
Rom.12 Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Quare bene idem & sacerdotes quodammodo, & victimæ appellātur, & ad idem sacramentum Mare, & luteres pertinet. Quadraginta Bathos capiebant luteres singuli, vt sciamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

toto vitæ tempore abluimur posse lutoribus, id est, dum viuimus semper esse locum sacramento pœnitentiæ; per quod & culpæ, & pœnæ nobis remittantur. Quod in bathi mensura intelligitur, vt diximus paulò ante cap. 17. nu. 22. † Quadragenario autem numero integrum, atque perfectum annorum vitæ nostræ significari curriculum ieiunium Domini docuit, qui dum quadraginta diebus ieiunat, monet toto vitæ tempore abstinendum esse à voluptatibus sæculi. Denarius enim completus numerus est, quia vsque ad decem tantum numeramus: itaq; omnes numeros continet: quaternario verò tempora vitæ signantur, eo siquidem numero dierum, & annorum curricula peraguntur, vt ait Augustinus lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 16. Dies quatuor tempora habet, matutinum, meridianum, vespertinum, nocturnũ. Annus etiam quatuor temporibus cõtinetur, vere, æstate, autumno, hieme.

6 † Si quatuor per decẽ multiplicemus, (id est, si dies, & anni nostri ad completum numerum suum veniant) quadraginta fiunt. Quatuor cubitorum sunt, quia huius sacramenti virtus, & præstantia quatuor Euangelij libris traditur, & commendatur, in quorum initio legimus: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Cur autem luteres ænei sint, & fusiles, satis cap. 17. explicauimus nu. 6. & 7.

Quadragenarius numerus.

Denarius.

Quaternarius.

Matth. 3. & 4.

Bases.

Bases, quæ luteres sustinent, sacerdotes sunt, sine quibus nullum est pœnitẽtiæ sacramentum. Qui quoniam eius virtutem personare, & populum docere debent, bases æneę sunt. Fusiles sunt, & fusura vna omnes, quia omnes per verbum sacræ initiationis, & pontificis potestatem legitimam tradentis, similiter fiunt huius sacramenti ministri.

7 † Longitudo basium quatuor cubitorum est, quia quatuor hominum ætates patienter sustinere debent sacerdotes huiusmodi: pueros, qui confiteri peccata nesciunt, iuuenes, qui feruore ætatis in eadem carnis peccata crebrò relabuntur, viros, qui & opes summo studio colligunt per fas, & per nefas, ægrèque ferunt si aut ab illo vitæ, siue rerum contrahendarum genere recedere, aut malè parta restituere cogantur: senes, qui morosi sunt, & difficiles, assiduisq; fidei, blasphemarum cogitationum, odiorum, rixarum tentationibus anguntur. Longitudo enim, vt sæpe diximus, ad longanimitatem pertinet, qua quantum ministri huius sacramenti futuri egeant, norunt vni, qui experti sunt. Latitudo etiam quatuor cubitorum est, quia ad easdẽ quatuor ætates caritatem suam protendere, omnesque paterno affectu complecti debent. † Altitudo trium cubitorum est, qua sanctissimam Trinitatem semper intueri, atque desiderare oportet eos, qui has ætates & ferre, & amare volunt: nunquam enim rectè id facient, nisi amore Dei, & spe cœlestis beatitudinis, quæ in visione eiusdem Trinitatis, & amore sita est, excitẽtur. Opus basium interrasile erat, id est, sculpturas habebat, & media inter eas spatia plana, in quibus nihil esset sculptũ; quia sacerdotes ad hæc omnia partim exemplis caritatis, & patientiæ sanctorum permouentur, quæ sculpta in animo suo habere debent, partim sui ipsorum consideratione, qui nulla vnquã bona haberent, nisi Dei munere accepissent. In homine quasi quatuor tabulæ sunt sibi mutuò hærentes, id est, intellectus, voluntas, sensus, corpus: quæ sculpturis, id est, exemplis sanctorum patrum, ità per Dei gratiam iungendæ sunt, vt intuentibus quasi vnum quiddam appareant. † Hoc est, ita se gerere debent sacerdotes, qui populum Dei loturi sunt, vt quamuis homines sint, nec in hac mortalitate plenè, aut voluntas rationi, aut rationi, & voluntati sensus pareat, sic viuant, & sic gratia Dei, ac ratione quidquid faciunt, moderentur, vt nihil in eis homines videant, in quod offendant, nihil, in quo corpori vitra quod infirmitas eius postulat, indulgeatur, nihil, in quo appetitus imperet, sed omnia ad præscriptum rationis, vt totus homo quasi ratio quædam esse videatur. Hoc vt rectè fiat, leones in tabulis sculpuntur, & boues, & Cherubim. Leones, vt generosa quadam ferocitate vitia inuadant, & aduersus ea pugnent, nullique cupiditati cedant, nemini, dum officio suo fungũtur, parcant, sed quamuis nobilis sit, & diues, & potens, quamuis famulorum

mulorum & clientum turba septus, quamuis sceptro, & corona insignis, cogant eum salutaribus monitis obtẽperare, sacramento se se apros præbere, nuntium omnino peccatis remittere, aliena reddere, suspecta contubernia vitare, ac nisi paruerint, ligatos, vt
10 erant ante, dimittat. † Sed boues sint cum leonibus oportet, vt feruorem illum correptionis, & illam ferocitatem tarditate quadam consilij, & spiritu mansuetudinis reprimãt, ac coerceãt, vt, sicut ait Beda, nunquam vngulam discretæ actionis ad loquelam, nunquam verba Diuinæ lectionis, velut ruminando, in ore voluere cessent. Addantur & Cherubim, (quod plenitudinem scientiæ interpretantur) vt norint quo tempore leonis ferocitatem, quo tarditatem bouis adhibere debeant, vt sciant soluere, & ligare, vt eruditione præstent, quæ quanta in huius sacramẽti ministris esse oporteat, nemo ignorat, nisi qui expertus non est. Sed quoniam his & in alios, & in se ipsos vti debent; leones, & boues, & Cherubim, & super iuncturas tabularum sunt, &
11 infra in ipsis tabulis. † Sub leonibus, & bobus, & Cherubim sunt quasi lora dependentia, id est, virtutes inter se nexæ, & ligatæ, quæ motus à ratione abhorrentes rẽprimunt, & hominem ligant ne quod appetitus cupiebat faciat: nisi enim eas habuerint, non diu manebunt leones, & boues, & Cherubim. Firmæ illæ esse debent, ideòque lora ex ære sunt. Deorsum tendunt, siue, vt est in Hebræo, & in Græco, opus descensionis sunt, vt qui eis præditi fuerint, non altum sapiant, sed per humilitatem ad se ipsos, & ad infima quæque, quæ animarum salus postulet, descendant. Quatuor rotæ per bases singulas, vt norint sacerdotes sacramentum in omnes mũdi partes deferre, & ad omnes ætates, id est, ad pueros iuuenes, viros, senes, & securos, ac nihil tale cogitantes quærant, vt eos in sacro lutere abluant. Propterea de illis dictum est: *Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri, & axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fusilia*: nihil videlicet deerat ad velocem volubilitatẽ. † Axis, qui rotas iungit inter se vt simul moueantur, Caritas Dei est, qua impulsi in hanc, & in illam partem mouentur, sicut ait Paulus: Caritas Christi vrget nos æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus. In rotis modiolus est amor fratrum, radij, labores, quos p fraterna salute suscipiunt; qui ab vno quasi centro, aut principio orti per varias partes in canthum tendunt, qui rotundus cum sit, perfectionem indicat vitæ Christianorum, in quam labores properant Sacerdotum. Hæc, & quæ sequuntur omnia fusilia, quia propriam formam habere non debent, sed ad formam caritatis, & regulæ Diuinæ accommodari. Quatuor humeruli in summo basium positi, vt rectè in eis luteres collocaretur, quatuor virtutes sunt, quibus maximè indigent qui idonei, atque inculpati huius sacramenti dispensatores futuri
13 sunt: temperantia, fortitudo, iustitia, prudentia. † Si enim desit temperantia, cedent voluptatibus, & sacramenti sanctitatem polluent: si fortitudo, cedent periculis, & laboribus, soluentq; metu cogente eos, quos ligare oportebat; si iustitia desideretur in dispensatore, soluet ligandos, soluendos ligabit, aliena non restituentur, prece, aut pretio Diuina, & humana violabit. De prudentia nihil dicere opus est, quæ vix in vllo maior esse debet, vt discernat ætates, res, tempora, personas, mores, vires, ac singulis ea tribuat, quæ pro sint maximè. Contra se inuicem humeruli respectant, quia vna quæque quatuor virtutum ità quod sui muneris est præstat, vt alteri contraria non sit, sed mutuo omnes se iuuent. Orbis ille, quem Scriptura vocat Os luteris; ad excipiendum luterem in summa basi erectus, puritatem animi indicat, & scientiam, & quidquid aptum, atque idoneum sacerdotem efficit, vt legitimus sit tanti sacramenti administer. Hic autem orbis sculpturis ornatus est, quia eius animus variis virtutibus ad Sanctorum patrum imitationem paratus est. Quod ex eo videbatur, vnum cubitum habebat altitudinis, quia vna caritas Dei, quę semper in cœlùm se tollit, est quę maximè animum præparat. Sed quia, quamuis multum se operibus caritas

Rotæ basiũ

Quatuor humeruli.

2. Cor. 5.

12

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritas exerat, plus etiam eius in corde absconditum latere debet, dimidius cubitus altitudinis sculpturis absconditur. Quatuor columnæ, quibus, vt ait Iosephus. 8. Antiq. cap. 2. latera basium vtrimque inferebantur, quatuor Euangelia sunt, quorum præceptis, atque cõ filijs hominis partes ita compingũtur, vt quasi vnum quippiam videantur, ipsdemque homo vehementer confirmatur. Quæ, quia non sunt oratorum eloquentia polita, columnæ rotundæ non sunt. Quatuor tamen angulos habent sculpturis fabrefactos, quia exemplis, & verbis Christi quatuor hominum ætates, quas sæpe diximus, eruditur. †Quatuor autem rotæ quæ per angulos basium erant, cohærebant sibi subter basin, quia licet in diuersa eant sacerdotes salutem quærentes animarum, vno tamen spiritu semper aguntur. Singulæ rotæ altitudinem habent cubiti, & dimidij, sicut & os illud quod luterem impositum excipiebat, quia volubilitas, & velocitas rotarum tanta esse debet, quantum est os luteris, id est, quanta est in animo caritas, & virtutum, & eruditionis præparatione, si se altiora quæsierit sacerdos, & suis viribus maiora, perdat eos, quos lucrifacere cupiebat. In tabula basis summa, vnde incipiebant humeruli (in quibus quatuor virtutes signari diximus) & in principio humerulorum super reliquas sculpturas erant sculpti Cherubim, & leones, & palmę, vt sciãt sacerdotes, etiamsi virtutibus illis præstent, non posse se victoriam de Diabolo perditore animarum, & de peccatis obtinere, nisi cœlesti sapientia, & fortitudine adiuuentur. Quare super reliquas sculpturas primùm Cherubim ponuntur, in quibus plenitudo scientiæ plusquam humanæ, id est, cœlestis, indicatur: deinde leones, quorum maior est vis, & fortitudo quam hominũ, postremo palmæ, signũ victoriæ. Atq; hæc non iacentia, sed in modum hominis stantia sculpuntur: vt hæc dona cœlestia non otiosa, & quasi iacentia in nobis manere sinamus, sed assiduis precibus, & sanctis meditationibus, omnique actione virtutum, excitare, & erigere studeamus. Si enim Cherubim, & leones iaceant, palmas quoque iacere necesse est: neque enim vincere poterimus, si desidia torpeamus.

Quatuor columnæ.

DE ALTARI HOLOcausti.

CAP. XX.

1 HOC altare describitur Exo. 27. & 38. Vocatur Holocausti à digniore oblatione, omnes enim victimæ, etiã si holocausta non essent, in eo offerebantur. Fiebat de lignis settim, & operiebatur ære, longum erat quinque cubitos, & totidem latum, altum tres. Quatuor cornua habebat, vt diximus de altari thymiamatis, & intus cauum erat, anulosq; habebat, & vectes æreos quibus portaretur. Reliqua facilia sunt, quod de craticula dicit difficile est, & variè exponitur. Craticulam in vtroq; altari legimus fuisse æneam in modum retis, & quoniam in ea cremanda erãt animalia, non arbitror ligneam fuisse, sed totam æneam. Similiter aram, in qua imponebatur ignis, oportebat totam esse æneam, altare autem, etsi ligneum esset, intrinsecus laminis æreis crassis operiebatur. † Hanc craticulam quidam, vt Lyranus, & Abulensis, quæst. 6. in c. 27. Exo. existimant extrinsecus circumdedisse altare, quod nullo modo congruit cum verbis Scripturæ, aut Iosephi. Intelligo ergò craticulam factam esse æqualem cauitati altaris, ita vt inferri in illud posset, & efferri. Eius superficies erat in summitate altaris, eius fundum erat quæ dicitur arula, in qua erat ignis, atque hæc erat in media altitudine altaris, nam cap. 27. dicitur: *Eritque craticula vsque ad altaris medium*, videlicet à superficie deorsum, non enim poterat esse in fundo altaris. Et cap. 38. *Craticulamque eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam.* †Habebat enim craticula 3 pedes æneos, vsque ad imum altare descendentes, quibus sustinebatur arula, atque ita erat in medio altaris arula, & craticula veniebat vsque ad medium altaris, quia eius corpus, vt ita dicamus, finiebatur in arula. Anuli erant in quatuor infimis arulę extremitatibus, ideoque dicuntur esse subter arulam. In hos immittebantur vectes cum efferebatur ex altari vt portaretur. Ac ne quis putet eosdem fuisse anulos altaris, & craticulæ, vt putauit Ricardus in explanatione Tabernaculi. cap. 11. decipiaturq; verbis illis Exo. 38: *Fusis quatuor anulis per totidem retiaculi summitates, ad immittẽdos vectes ad portandum. Quos & ipsos fecit de lignis settim, & duxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant*: primùm iam videtur anulos in quatuor craticulæ, siue retiaculi summitatibus, & alios in lateribus altaris; vtrisque paratos esse vectes docet c. 27.

In vtroque ca. à vers. 1

Craticula.

Vers. 5.

Vers. 5.

4 † Deinde sciat cum dicitur: Quos & ipsos fecit, &c. verba fieri de vectibus altaris: vt in cap. 27. ita enim est in Hebræo: Et fecit vectes de lignis settim, &c. Induxitque per circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Eodem modo verterunt lxx. Perinde ergo est iuxta nostram translationem, ac si diceret: Fecit alios vectes similes prioribus in vsum altaris. In hoc altari Beda, li. 2. de Tabernaculo, ca. 12. & Ricardus loco citato, & Comestor in Historia Exodi. cap. 59. ponunt ex autoritate Cassiodori ostiolum in latere, per quod carbones, & cineres extraherentur. Beda etiam vt per illud ligna immitterentur.

5 † At neque Scriptura, neque Iosephus posuerunt, neque necessarium videtur, cum posset craticula sursum extrahi, quantum satis esset, & tunc ligna imponi, quæ erant in arula, & infra craticulam, vt aiunt Beda, & Ricardus locis citatis. Ex quo fit carnes fuisse super craticulam, vt rectè docuit Beda lib. 2. de Tabernaculo, cap. 12. Negat hoc Abulensis quæst. 6. & vult ligna fuisse cum carnibus, idque probari putat ex Leu. 1. Sed nihil inde probatur, ita enim habet: Et subijcient in altari ignem strue lignorum ante compositã, & membra quæ sunt cæsa, desuper ordinantes; De super enim interpretabimur Super craticulam. Hoc altare Ricardus, & Abulensis, & Comestor locis citatis, & alij volunt plenum terræ fuisse vsque ad medium, vt illud impleretur Exod. 20:

6 Altare de terra facietis mihi, & offeretis super illud holocausta. † Verùm non terra, sed lapidibus plenum fuit, vt videmus. 1. Mach. 4. vbi Iudas, & fratres diruerunt altare holocaustorum profanatum à gentibus, & reposuerũt lapides in monte domus in loco apto: & acceperunt lapides integros secundùm legem, & ædificauerunt altare nouum secundũ illud, quod fuit prius. Hoc dicit, quoniam in eodem loco Exodi scriptum erat: Quodsi altare lapideũ feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: atque hi lapides non secti dicti sunt integri. 1. Machab. Non est autem positum altare intra tabernaculum, aut templum, sed sub diuo propter ignem, & odorem sanguinis, & victimarum. Ex hoc videmus non constitisse ex lapidibus temerè comectis in altare, sed ex illis ordinatis cõstructum fuisse altare, quod postea altari æneo tegeretur. Vnum autem altare erat, licet multa, & varia essent sacrificia, ne viderentur habere Iudei multa altaria, sicut gentiles, qui multis dijs multa erigebant altaria, vt ait Abulẽsis. Ideo etiam erat vnicum templum. Verùm hoc in templo multò maius erat. 2. Paralip. 4: *Fecit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis.* *Vers. 1.*

Altare holocausti an haberet gradus.

At hoc videtur pugnare cum eo, quod scriptum est Exo. 20: Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua; nam ad hanc altaris altitudinem necessarij erant gradus. Ad hoc potest responderi verbis Abulensis in eumdem locũ, qui ita ait: Hebræi autem habebant altare aliqualiter eminens, vt ceteri, qui astabãt, videre possent cũ offerent sacrificia; sed ad illud altare non ascendebatur per gradus positos de lapidibus, aut lignis, sed erat ascensus continuus de terra, qui paulatim vniformiter tollebatur in altum, & sic non erant aliqui gradus, in quorum ascensione posset turpitudo nudari. De sacerdotum ministerio hæc scripsit Aristæus in libro de lxx. interpretibus: Silentium verò tantum inest, vt cum septingenti ferè ministrorum cõtinuò adsint, & offerentium libamina multitudo ingens, nec vnum quidem hominem in loco versari putes: summa namque veneratione cuncta, & magna Dei pietate perficiuntur, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVID SIGNIFICET altare holocausti.

CAP. XXI.

1 ALtare holocausti, in quo omnes victimæ immolabantur, vitam eorum significat, qui pœnitentiæ laboribus exercentur, & affectus, ac motus animi à lege Dei abhorrentes in eiusdem Dei honorem, & cultum iugulant, & mactant. Quod de lignis fettim factum est, quia munda, & incorrupta decet esse corda, & corpora, in quibus sacrificium Deo fit. Habet quinque cubitos longitudinis, & totidem latitudinis (vt docet Beda lib. 2. de Tabernaculo, capite. 11.) cum fidelis quisque omnes sui corporis sensus in longitudine patientiæ, & in latitudine caritatis exercere satagit, vt in omni suo visu, auditu, gustu, olfactu, & tactu semper se Diuino meminerit mancipatum esse seruitio, iuxta illud Apostoli: Siue manducatis, siue bibitis, siue
1. Cor. 10. aliud quid facitis, omnia in gloriam
2 Dei facite. † Habet & tres cubitos altitudinis, cum eadem corda electorum per fidem, spem, & caritatem ad cœlestia tendunt, &c. Sæpe enim diximus longitudinem ad patientiam, siue longanimitatem pertinere, latitudinem ad amplitudinem caritatis. Quare & hoc dicere possumus, longitudinem quinque cubitorum esse, quia iusti quinque sensus frenant, & à voluptatibus abstinent patienter omni vitæ suæ tempore, vt Deo se puros, gratosque præbeant. Sed dum eosdem sensus voluptates, quoties opus est, repellunt ne infirmioribus fratribus offensioni sint, & vt caritatem cum omnibus integram seruent, altare quinque etiam cubitos habet latitudinis. Quatuor habet cornua, quia quatuor principalibus virtutibus, temperantia, fortitudine, iustitia, prudentia terribiles spiritualibus aduersarijs esse debet.
3 † Ex ipso sunt cornua, quia longo operum pœnitentiæ vsu virtutes huiusmodi non additæ, aut aduentitiæ, sed quasi connatæ videtur. Aëre tegitur, ne lignaadurantur, in quo firmitas animi, & constantia indicatur, quæ si absit, cito animus, & corpus quasi vrentur, id est, laboribus cedent, & pœnitentiæ refugient molestias. Habet altare in medio sui craticulam ad suscipienda holocausta paratam, quia præparant electi locum Domino in intimo sui cordis, vbi amore Dei opera, & affectus carnis incendant, atque consumant. Arulam habet subter craticulam, in qua ligna, & ignem holocaustorum suscipiat, quia eadem ipsa electorum corda, vt est apud Bedam libro. 2. de Tabernaculo cap. 12. receptaculum in se præparant audituiverborum cœlestium, quibus calefacti, immò & inflammati per donum Sancti spiritus affectus, quos diximus, carnis incendant. Ligna arulæ imponuntur, cum pias cogitationes mente concipimus: ignem addimus, cum per gratiam Sancti spiritus illis ex
4 citamur, & inardescimus. † Craticula fit in modum retis, vt cinis decidat, id est, vt pura sit oblatio', & quidquid immundum adhæserat, excernatur, quod latiùs explicauimus c. 9. huius lib. num. 5. Anuli, & vectes craticulæ, & altaris dona Spiritus sancti significant, quibus iusti ab eodem Spiritu mouentur, quod etiam satis explicatum est in hoc eodem lib. cap. 3. num. 8. & sequẽtibus. Quamuis, vt in arca omnia erant aurea, ita in hoc altari omnia sunt ænea, ideoque anuli æneæ sunt, & laminis æneis vectes teguntur, quia pauperior est, ac minus iucunda vita eorum, qui pugnant cum affectibus, eosque vim sibi quamdam inferentes Deo mactãt, quam beatorum, qui in arca intelliguntur, aut etiam precationi, & contemplationi vacantium, qui sunt in altari thymiamatis significati. Adde etiam quod hi percussi sonant acutiùs, & queruntur, dolore etiam, & iracundia pertentantur: nondum enim mortui sunt, & mori adhuc timent. Alcare intus vacuum est vt satis loci sit lignis, & igni, quo victimæ adolendæ sunt: vt sciamus corda nostra expurganda esse ab omni rerum terrenarum appetitione, vt locus sit in eis sanctis cogitationibus, & verbis Dei, ignique Spiritus sancti, quo victimæ arduæ sunt.

DE

DE VASIS TABERNAculi, & templi.

CAP. XXII.

1 OMNIA vasa, quæ fuerunt in tabernaculo, seruata sunt in templo, vt videmus. 3. Reg. 8. &. 2. Para. 5: De vasis autẽ tabernaculi legimus Exo. 25: *Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina.* Et cap. 27: *Facies-que in vsus eius (altaris holocausti) lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula, omnia vasa ex ære fabricabis.* 3. Reg. 7: *Fecit ergo Hiram lebetes, & scutras, & amulas, &c. Propter multitudinem autem nimiam, non erat pondus æris.* Et postea: *Et lucernas desuper aureas, & forcipes aureos, & hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo.* 2. Paral. 4. adduntur Creagræ, & thymiateria, ait enim: *Thymiateria quoque, & thuribula. &c.*

Acetabulũ Acetabulum vas paruulum est capiens octauam partem sextarij, sicut & Cyathus, qui duodecima pars est sextarij. Pro acetabulo est in Hebr. קְעָרָה, qđ scutellã significat, Græcè, πέβλιον, acetabulum, vel patella. Pro Cyatho, מַזְרָקָה, quod. lxx. similiter verterunt
Thuribula Cyathos. Thuribula vocat קְשׂוֹת pro quo Hieronymus vertit Num. 4. Crateras. 1. Paral. 28. & Exo. 37. & alijs locis vertit thuribula, lxx θυίσκαι, siue θυισ-κάῖα, id est, calices, seu vasa ad libandum vinum, vt ait Athenæus lib. 9. c. 1.
Phialæ Phialas Exo. 25. vocat כַּפּוֹת, id est, vasa parua in modum volæ manus facta, quæ dicitur כַּף, lxx. θύϊσκαι, idest, mortaria; & Hieronymus mortariola solet vertere, vt Num. 7. Hæc vasa ponebantur ad mensam panum ad libamina, vt quoties vinum esset fundendum in sacrificijs, præsto essent, vt diximus ca-
3 pite. 10. † Lebetes, id est, סִירוֹת, (pro
Lebetes quo Hieronymus sæpe ollas vertit) vas erat in modum ollæ ad cineres sus-
Forcipes cipiẽdos. Forcipes מֵלְקָחַיִם, idest, remouit, pro quo Num. 4. vertit Hieronymus Tridentes, nunc vertit Forcipes, quibus ignis capitur. Fuscinulæ, quæ Creagræ dicuntur à carne capienda siue ex olla, siue ex quouis alio loco, Hebraicè מִזְלָג, solet Hieronymus vertere Tridentes: Exo. 38. vertit vncinos, verum hoc in loco Exo. 27. inter forcipes, & fuscinulas ponitur, in Hebræo, מִזְרָקוֹת, idest, phialæ, vt ibi verterunt lxx. & semper vertit Hieronymus. Est autem vas magnum & amplum ad bibendum. Eius vsus erat in templo ad victimarum sanguinem excipiendum. Zach. 9: Et replebuntur, vt phialæ, & quasi cornua altaris, scilicet, sanguine hostium. Ponebantur etiam ante altare plenæ odoramentis, vt ait Hieronymus in cap. vltimum Zachariæ. Verum hoc idem vocabulum postea, ca. 38. de eadem re loquens vertit Fuscinulas, lxx. Phialas, quomodo ibi etiam fortasse vertere voluit, sed si ita vertit, omisit מִזְלָגוֹת, pro quo ca. 38. vertit Vncinos. At. 3. Reg. 7. Lebetes ita accipit, vt diximus. Erant enim ollæ, quibus carnes coquebantur. Vbi habemus scutras, in Hebræo est, יָעִים, quod verterat Forcipes: lxx. ἑφυαφεῖς. Est autem scutra rotundi vasis genus, quale ad mensas adhibetur, vnde & scutella dicta est. Amulas vocat מְזַנְקוֹת. Amulam autem vocant Latini genus vasculi ad aquam gestandam. Thymiateria dicuntur. 2. Paral. 4. vasa, in quibus odores incendendi ponebãtur cuiusmodi figuræ essent, Heb. מִקְטְרוֹת, à canendo, quod tunc Psalmi canerentur. Mortaria, aut mortariola sunt vasa parua in modum volæ facta ad thura, & ad similia parata. Sed ex ijs quæ diximus, nonnulla sequenti capite plenius explicabimus.

Tridentes. Creagræ. *Phialæ.* *Scutræ.* *Amulæ.* *Thymiateria.* *Mortariola.*

QVOD SIGNIFICENT vasa tabernaculi, & templi.

CAP. XXIII.

1 IN his omnibus illud semper tenẽdũ est, quod lib. 2. de Tabernaculo capit. 11 Beda scriptum reliquit. Vasa, inquit, altaris diuersa vel diuersas fidelium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium personas, vel certè multifarias ipsorum actiones, siue cogitationes in famulatum sui cõditoris dispositas accipere debemus, &c. Acetabula, & phialæ, rhuribula, & cyathi ad mensam propositionis pertinent, in qua misericordium viram, & homines iuuantium significari diximus capite. 11. nume. 1. In eis hoc designatur, etiamsi parũ sit quo fratribus subuenire possimus, nõ esse tamen à misericordia abstinendũ. Deinde non æquè omnibus largiendum esse quod habemus, sed vnicuiq; pro indigẽtia, alij plus, minus alij. † Lebetes, qui altari holocausti deseruiebant ad suscipiendos cineres, memoriam significant nostræ mortalitatis, & contagiorum terrenorum, quæ nobis inhærent, quorum recordatio valdè vtilis est ad eas victimas immolandas, quas in hostijs altaris eiusdem designari diximus. Forcipes, quibus ignis capitur, & incẽsa ligna in altari componuntur, virtutem discretionis indicant, qua sanctas cogitationes, & verba Dei audita in mente suo loco, sitoque ordine componuntur, & ita ordinantur, vt quisque id capiat, quod sibi vtile est, eoque loco, & tempore, quo vtile est. Fuscinulæ, quibus carnes in vsum comedentium ministrorum extrahuntur, prædicatorum sanctam, ac discretam industriam designant, qua ex Scripturis sacris ea decerpunt, & colligũt, quibus & sui, & aliorum animi reficiãtur, & alantur. † De his, & de ignium receptaculis satis aptè mihi Beda loqui videtur libro. 2. de Tabernaculo, capite. 11. cuius verba subscribam. Et quia doctorum est spiritualium, quæ cuique personæ audienda committant, sollertissimè discernere, recte fuscinulas facere iubetur sacerdotibus Moyses, quibus carnes hostiarum, prout oportuerit, componant, & alia quidem hominibus, sed mundis, edenda offerrent, alia verò altaris ignibus consumenda relinquant. Quæ sunt in verbis Dei nonnulla, quæ nostræ humilitati reuelare, ad nostræ epulas refectionis concedere dignatus est; sunt item alia tantæ profunditatis, quæ Sancti spiritus solum modò scientiæ pateant, nostræ verò capacitatis per omnia mensuram transcendant. Portò ignium receptacula ad hoc deputata sunt, vt per hæc ignis sanctus ab altari holocausti ad altare thymiamatis vespere, & mane ad incensum ponendum deferretur: quæ & ipsa patenter figuram tenent doctorum, qui tanquam ignem de altari holocaustorum ad altare deferunt incensi, cum suos docent auditores ad virtutem semper proficere, meritisque crescentibus paulatim ad altaria, & interiora diuinæ visionis arcana penetrare. † Sed & omnes, qui fernentia pietate corda proximorum videntes imitari festinant, quasi receptacula ignium fiunt, quia flammam cœlestis sacrificij; quam in fraternis conspiciunt, in suis quoque accendere mentibus satagunt. Deinde cur hæc omnia vasa ænea sint, docet idem Beda his verbis: Quæ nimirum cuncta ex ære vasa fiunt, cum deuotio fidelium perseuerantèr Diuinis curæ obsecundare præceptis: vel certè hoc, quod ipsa rectè agit, proximis quoque agendum clara voce sedulæ exhortationis insonat: æternamque nonnunquam (vt sæpius dictum est) & propter diuturnitatem suæ incorruptibilitatis, perseuerantiam mentis fidelium, & propter claritatem soni, vocem solent designare doctorum. Hæc Beda. Phialæ, quę victimarum sanguinem excipiunt, sacramẽta sunt, in quibus sanguis Christi est ad abluenda peccata. † Illæ autem quæ plenæ odoramentis ponebantur ante altare, sanctorum animas caritate dilatatas indicant, quæ gratas Deo preces, & suspiria omni tempore in cœlum mittunt. Lebetes, siuè ollæ, quibus carnes ministris templi diuidendæ coquebantur, corda sanctorum prædicatorum sunt caritate feruentia, in quibus vitalis Scripturarum cibus cogitatione, & meditatione quasi coquitur, & præparatur, vt eo vesci possint reliqui ad salutem. Scutræ, & ansulæ ignium receptacula sunt, de quibus diximus paulò ante nume. 3. Quod si annulam vas, quo vinum fundebatur ad libamina, esse dicamus; vt alijs placet, animum significat dolore peccatorum paratum ad effundendam lætitiam super sacrificium suum, id est, ad immolandum Deo affectus suos cum Leuita. Thymiateria, in quibus odores incendendi ponebantur,

Acetabula & Cyathi.

Lebetes

Forcipes.

Fuscinulæ, siue Creagræ.

Ignium receptacula.

Cur sint ad sa ænea.

Phialæ.

Lebetes, siue ollæ.

Scutræ, & ansulæ.

Thimiateria.

nebãtur, id ipsum designant, quod nimirum in phialis plenis odoramentorum significari diximus. Atque idẽ in mortarijs, siue mortariolis intelligitur, nam thus sanctas piorum preces significat. Sed quia hæc caritatis dilatatio, & precandi, atque desiderandi cœlestia facultates non æquales in omnibus sunt, sed in hoc ampliores, in illo angustiores secundum mensuram sui Spiritus sancti, qui diuidit singulis prout vult: tam ad thuribula, quam ad odoramenta quædam vasa maiora, quædam minora parabantur.

Mortariola.

6 † Sed iam his, quæ ad templum, & ad omnia, quæ in eo erant, pertinebant, non prodit temeritate, sed pro nostræ infirmitate, vtcumque perfectis, quis non tuam immensam sapientiam miretur ò pater luminum, quam effudisti super omnia opera templi tui, vt nobis nostri Salomonis templum, id est, Ecclesiam filij tui indicares? Verè Domine omnia in sapientia fecisti, & minus prouidæ factæ sunt cogitationes tuæ. Nec dubito quin, si omnia rectè, & vt par erat, explicarentur, & latentia in singulis mysteria plenè detegerentur, hoc vnicuique nostrum 3. Reg. 10. eueniret, quod de regina Sabalegimus; quæ videns omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrorum, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta, quæ offerebat in domo Domini, non habebat vltra spiritum. Verùm quis sum ego Domine Deus, vt res tantas explicem, quarum vix partem vllam sensu tui, quos Spiritu sapientiæ tuæ replesti, & quorum ora in medio Ecclesiæ aperuisti, satis explanare potuerunt? Ignosce ergo Domine audaciæ meæ, & si quid fortè post illos dixi, quod verum sit, si quid latens erui in lucem, aut clausum aperui, tuum est, qui soles, cum vis, aperire ora mutorum, tibi gratiæ agantur, ad te redeant omnia. Vnum oro, vt qui hæc legent, tuam sapientiam, & bonitatem contemplantes, atque mirantes, igne Sancti spiritus incalescant ad te amandum, & laudandum, ad tibi toto pectore seruiendum, & hic sit mei laboris in paruo opere non admodum parui fructus amplissimus, & gratissimus, qui cum filio, & eodem Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE TEMPLO,
ET DE IIS, QVAE AD Templum pertinent,
LIBER TERTIVS,

QVI EST DE SACERDOTIBVS, & de vestibus sacerdotalibus.

QVID DIFFERAT INTER sacerdotes, & Leuitas, & de vtrorumque initiatione.

CAP. I.

QVAE de Leuitis, & sacerdotibus, ac de sacris eorum vestibus in Scripturis tradita sunt, multum habent; & iucunditatis, & vtilitatis: ac tam sæpè occurrunt legenti, vt ea qui ignorauerit, damni sine dubio facturus sit plurimum, siue Scripturæ intelligentiæ, siue concionibus operam daturus sit. Quare multum è re omnium studiosorum facturi videmur, si hæc, qua potuerimus diligentia, breuiter, perspicuèque nostris hominibus explicauerimus: præsertim cum ea, quæ de templo diximus, atque hæc apta inter se maximè, atque connexa sint. Cum ergò iam de templo, deq; ijs quæ erāt in templo, egerimus, ordo ipse postulat, vt de sacerdotibus, & de sacris eorum vestibus agamus. Sacerdotes oēs necessario erant ex tribu Leui, quam solam pro reliquis tribubus Deus sibi adiudicauit, & dicauit, vt priùs in tabernaculo, deinde in templo ministrarent. Num. 3: Locutusque est Dominus ad Moysem dicens: Ego tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filijs Israel, eruntque Leuitæ mei. Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi primogenitos in terra Aegypti, sanctificaui mihi quidquid primùm nascitur in Israel, ab homine vsque ad pecus, mei sunt, ego Dominus. Hinc factum est, vt cū numerarentur in omnibus tribubus viri à vicesimo anno, & supra, qui possent ad bella procedere, vetuerit Deus numerari Leuitas Numero. 1. quoniam non bello destinati erant, sed templo. Tribum, inquit, Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filijs Israel, sed constitues eos super tabernaculum testimonij, & cuncta vasa eius, & quidquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum, & omnia vtensilia eius, & erunt in ministerio, &c. † Erant ergo omnes sacerdotes Leuitæ, id est, ex tribu Leui; non tamen omnes Leuitæ erant Sacerdotes. Idcircò sacerdotes à Leuitis separantur Iohan. 1. cùm miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes, & Leuitas ad Iohannem. Leuitarum ætatem, & ministeria docemur in libro Numerorum, *Leuitarum ministeria & ætas.*

rorum cap. 8. scriptum est: Hæc est lex Leuitarum: A vigintiquinque annis, & supra ingredientur vt ministrent in tabernaculo fœderis. Cumque quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt, eruntq; ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata, opera autem ipsa non faciāt. Hoc est, A quinquagesimo anno non laborabunt oneribus portandis, sed tantum custodient quæ sibi commissa fuerint. Sed Num. 4. Leuitæ numerantur à trigesimo annovsque ad quinquagesimū, non quasi id pro lege esset habendum, lex enim erat ab annovigesimoquinto, sed voluit Deus vt tunc onerata aberna culi portare inciperent, qui firmioribꝰ viribus erant, & ætate grandiores. Iussit etiam consecrari omnes Leuitas ab anno vigesimoquinto, vt citò possent priores adiuuare, vt eruditè docet Alfonsus Abulensis episcopus in cap. 8. Num. quæst. 31. cum prius aliorum sententias refutasset. † Et c. 3. videmus quid differat inter sacerdotes, & Leuitas: Locutusque est Dominus ad Moysem dicens: Applica tribū Leui, & fac stare in conspectu Aharon sacerdotis, vt ministrent ei, & excubent, & obseruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi seruientes in ministerio eius. Dabisque dono Leuitas Aharon, & filijs eius, quibus traditi sunt à filijs Israel. Aharon autem, & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur. Illud autem: Et obseruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis, hūc habet sensum; vt ministrent in omnibus, in quibus filij Israel ministrare debebant, quando quidem eorum loco positi sunt. Ceterùm familiæ Leuitarum, & vniuscuiusque familiæ officia cap. 3. & 4. eiusdem libri continentur, & vniuersi, qui erāt ex tribu Leui, vt vigesimumquintum annum attigerant, ad ministerium familiæ suæ vocabantur. † Sacerdotium soli Aharon, & filijs eius datum est, quorum munus erat victimas, & sacrificia offerre, & orare pro populo. 1. Paralip. 6: Fratres quoque eorum Leuitæ, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini. Aharon verò, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis in omne opus Sancti sanctorum, & vt precarentur pro Israel iuxta omnia, quæ præceperat Moses seruus Dei. Sed Aharon summus sacerdos erat, siue pontifex, eius filij minores sacerdotes fuerunt. Quatuor ij fuerunt, primogenitus Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Sed Nadab, & Abiu occisi sunt à Domino, quòd ignem alienum obtulissent, & absque liberis mortui sunt, solique cum patre relicti sunt Eleazar, & Ithamar. Omnia ex cap. 3. Numerorum. Eleazar patri successit Num. 20. & deinde ad eius posteros venit pontificatus, qui enumerantur omnes vsque ad transmigrationem Babylonis, 1. Paralipo. 6. sed minores sacerdotes omnes ex alijs filijs Eleazar, & ex filijs Ithamar originem ducunt, vt videbimus. Moses quidem sacerdos fuit, qui consecrauit Aharonem, & filios eius; & sacrificia obtulit Leuit. 8. Vnde Psalm. 48: Moses, & Aharon in sacerdotibus eius, &c. Verùm postea Aharoni, & eius filijs tantum datum est sacerdotium, & posteri Mosis numerati sunt inter Leuitas, vt legimus. 1. Paralipo. 23. Nec tamen ministrare poterāt aut Leuitę, aut sacerdotes, quamuis certum esset eos esse Leuitici, aut sacerdotalis generis, nisi prius certis, & legitimis ritibus consecrarentur: quod satis, ac super conuincit hæreticorum nostri temporis insaniam, qui omnes Christianos protinus sacerdotes esse volunt, & corpus Christi consecrare.

† Ritum consecrationis Leuitarum habemus Numero. 8: Tolle Leuitas ex medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum. Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, tollent bouem de armentis, & libamentum eius similam oleo conspersam: bouem autem alterū de armento accipies pro peccato, & applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis conuocata omni multitudine filiorum Israel. Cumque Leuitæ fuerint coram Domino, ponent filij Israel manus suas

Quid differat inter sacerdotes, & Leuitas.

Sacerdotū origo.

Moyses sacerdos.

Initiatio Leuitarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

super eos, & offeret Aharon Leuitas munus in conspectu Domini à filijs Israel, (id est, sibi donatos à populo,) vt seruiant in ministerio eius. Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum, è quibus vnum facies pro peccato, & alterum holocaustum Domini, vt deprecceris pro eis. Statuesque Leuitas in conspectu Aharon, & filiorum eius, & consecrabis oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei, & postea ingrediantur in tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi. Sicque consecrabis, & purificabis eos in oblationem Domini, quoniam dono donati sunt mihi à filijs Israel. Pro primogenitis, qui aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi
6 eos. † Aqua lustrationis dicitur, cui cineres vaccæ rufæ pro peccatis combustæ infundebantur, & ea aspergebantur qui immundi erant, vt mundarentur. Numeror. 19: Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam asperſionis, quia pro peccato vacca combusta est. Ibidem iubentur immundi aspergi hac aqua. Rasio pilorum, & lotio vestium fiebat purgatis leprosis, vt nihil esset in quo remanere posset lepra. Leui. 14: Cumque lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua, purificatusque ingredietur castra. Significabant hæc eos, qui in sortem, & ministerium Dei vocantur, mundos esse debere ab omnibus sordibus, atque ita vt nihil in eis remaneat, in quo possint hærere sordes, id est, sanctificari oportere ab omnibus peccatis, & procul amandari omnia, quæ iterum inducere possint in peccata. Pontifex ita consecrabatur. Immolabantur hostiæ, & ad ostium tabernaculi testimonij lauabatur aqua, & induebatur vestibus sacris, & fundebatur super caput eius oleum sacrum. Filij eius, hoc est minores sacerdotes, etiam ad ostium tabernaculi abluebantur, & vestibus sacris induebantur, manusque eorum vngebantur. Quæ cum aliis nonnullis, quæ fiebat, scripta sunt Exodi cap. 29.

Pontificis initiatio

Sacerdotū initiatio

DE REDDITIBVS LEuitarum, & Sacerdotum.

CAP. II.

1 SCiendum etiam vniuersam tribum Leui nullam sortem accepisse in terra promissionis, sicut aliæ acceperunt, præter. 48. vrbes cum agris suis ad pastum iumentorum. Numeror. 35. Ex quibus tredecim datæ sunt sacerdotibus. Iosue. 21. atque ideo non solere numerari inter duodecim tribus, quia per eas dispersa erat, & earum decimis alebatur. Numero. 18: Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in Tabernaculo fœderis, &c. Nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui. Sed ex his decimis Leuitæ decimas pendebant, sicut statim legimus: Præcipe Leuitis, atque denuntia: Cum acceperitis à filijs Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum (id est, vt in hoc etiam pares sitis reliquis tribubus, quæ ex labore suo offerunt Deo decimas) tam de areis, quam de torcularibus, & vniuersis, quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date
2 ea Aharon sacerdoti. † Decimæ ergò decimarum pontifici dabantur, vt interpretantur Lyranus, & Abulensis. At Iosephus lib. 4. Antiq. c. 4. sacerdotibus offerri dicit: Nunc, inquit, dicendum quæ sint sacerdotum propria. Ex quadragintaocto oppidis iussit, vt Leuitæ concederent eis tredecim, & decimarum à populo quotannis acceptarum decimas penderent. In Græco est: Decimam ipsis diuiderent. In quo potius Iosepho fides habenda est, qui sacerdos erat, & ignorare id non poterat. Eadem est sententia Hieronymi, qui in illud Ezec. 45: Et hæ sunt primitiæ, ait: δεκάτα, hoc est decimam partem omnium frugum Leuiticæ tribui populus ex lege debebat. Rursum ex ipsis decimis Leuitæ, hoc est inferior ministrorum gradus, decimas dabat sacerdotibus. Et hæc est, quæ appellatur δευτερογενικὴ. Idem in epistola. 127. ad Fabiolam, de veste sacerdotali: AEditui, & ianitores accipiunt decimas, & rursus decimas decimarum offerunt sacerdotibus; tantò illis minores, quantò ipsi minores populo. Atque id ratio ipsa persuadet, nam si decimas has non acciperent sacerdotes, pauperrimi essent, si quidem decimas à populo Leuitæ accipiebant, & tamen adhuc egebant, ita vt aliunde eis subueniri opus esset. Atque idcirco secundam decimam quisque seruabat, vt eam in templo comederet, de qua Deuter. 14: Et comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu, & domus tua, & Leuita, qui intrà portas tuas est. Cauete derelinquatis eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. † Erat & tertia decima, de
3 qua continuò scriptum est: Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore, & pones intra tuas. Veniet que Leuites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, &c. Et comedent, & saturabuntur. Quare si solus pontifex secundam decimam haberet, ipse sine dubio supra modum locuples esset, alij sacerdotes multum egerent. Quod ergò ait: Et date ea Aharon sacerdoti, ita intelligendum est, vt ea ille diuidat filijs suis sacerdotibus suo tempore, & seruari iubeat. Quemadmodum in eodem capite dixit: Locutusque est Dominus ad Aharon: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum: hoc est, vt custodiri iubeas, & filijs tuis diuidas, sicut con-
4 tinuò sequitur: † Omnia, quæ sanctificantur à filijs Israel, tibi tradidi, & filijs tuis. Ita etiam intelligendum est illud Nehem. 10: Et Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri ad gazophylacium in domo thesauri, id est, vt seruetur in gazophylacio, & inde sacerdotibus distribuatur. Sequitur enim: Ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel, & filij Leui primitias frumenti, &c. Verum decimas Abulensis, & multi existimant datas fuisse à populo Leuitis, non etiam sacerdotibus, atque

An sacerdotibus cōmunes essēt decimæ cū Leuitis

id haud improbabiliter colligunt ex verbis legis. Sed Iosephus qui, vt diximus, ignorare id non poterat, hæc scripsit libro. 4. Antiquit. capite. 4: Et insuper à toto populo decimas annui fructus exegit Leuitis simul, ac sacerdotibus conferendas. Quod etiam Nehem. 10, docemur: Erit autem sacerdos filius Aharon cum Leuitis in decimis Leuitarum, id est, Sacerdotes filij Aharon simul cum Leuitis participes erunt decimarum populi. Pro quo alius interpres, vertit: Et vt sacerdos filius Aharonis cum Leuitis partem habeat in decimis Leuiticis. Quare
5 quod Numero. 18. scriptum est: † Filijs autem Leui dedi omnes decimas in possessionem, non significat Leuitis daras esse, quatenus à sacerdotibus secernuntur, vt existimauit Abulensis, sed vniuersis filijs Leui, siue vniuersæ tribui. Ratio enim, quæ redditur: Pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, non minus sacerdotibus conuenit, quam Leuitis, immò illis magis; Aharoni enim ait in eodem cap. Dominus: Tu autem, & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Vnde, & quod in eadem ratione additur: Solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi, Abulensis ipse confessus est posse non solum de Leuitis intelligi, sed etiam de sacerdotibus. Immò cum decimæ penduntur à populo, Scriptura interdum dicit dari filijs Leui. Cùm verò à Leuitis dantur sacerdotibus, tam non filios Leui dicit, sed Leuitas, vt videre licet in verbis, Numero. 18. citatis, numero. 1. Nec illud obstat, quod Nehem. 10, post ea, quæ offerenda sunt sacerdotibus, legimus: Et decimam partem terræ nostræ Leuitis: prius enim dixit quæ sacerdotibus dabantur, quatenus sacerdotes erant, deinde in decimis Leuitarum
6 eos in Leuitis numerauit. † Præter hæc sacerdotibus dabantur primitiæ, quæ nec erant plus quam quadragesima fructuum pars, nec minus quam sesagesima, sed inter hos duos terminos eas quisque pro voluntate sua metiebatur, vt scribit Hieronymus in illud Ezec. 45: Et hæ sunt primitiæ. Habebant etiam omnia, quæ offerebantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur Domino, & alia huiusmodi, quæ numerantur Numero. 18. & à Iosepho 4. Antiquit. cap. 4. Quota autem pars horum omnium, & secundæ decimæ Leuitarum obueniret pontifici, neque ex Scriptura, vt arbitror, constat, neque ex Iosepho: sed non est dubium habendam fuisse rationem officij, & dignitatis, quomodo nunc sit cum decimæ diuiduntur episcopis, & parochis, atque alijs ministris Ecclesiarum.

DE OFFICIO PONTIficis, & Sacerdotum.

CAP. III.

NVNC de sacerdotum officio agamus, vt hinc liqueat quid esset pontifici commune cum illis, quid proprium. De his Numero. 18. scriptum est: Tu autem, & filij tui custodite sacerdotium vestrum: & omnia, quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. Si quis externus accesserit, occidetur. Quinque autem erant ministeria sacerdotum, quæ colligit Abulensis in idem cap. quæstio. 3. Primum immolatio sacrificiorum, quæ fiebat extra tabernaculum in altari holocaustorum, in atrio tabernaculi, & post ædificatum templum in atrio sacerdotum. Secundum erat oblatio panum propositionis super mensam, quæ fiebat in exteriori parte tabernaculi ad latus eius septemtrionale, Exod. 26. Tertium erat compositio lucernarum in candelabro, quæ fiebat in eadem parte tabernaculi ad latus Meridianum contra mensam propositionis, Exod. 26. fiebatque quotidie mane, & vespere, Exod. 27. † Quartum erat oblatio thymiamatis, quæ fiebat in altari aureo, quod erat ante Sancta sanctorum, & fiebat quotidie mane, & vespere. Exod. 30. Quod si quis putat hoc non licuisse minoribus sacerdotibus, quoniam in eodem cap. scriptum est: Et adolebit incensum super eo Aharon suaue fragans. Mane quando componet lucernas, incendet illud, &c. sciat intelligi in eo etiam minores sacerdotes, nam paulò post ait: Et missa aqua lauabunt in ea Aharon, & filij eius manus suas, ac pedes quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriantur. Simili argumento colligeret quispiam solum pontificem componere posse lucernas, cum certum sit ex cap. 27. Exodi esse hoc etiam filiorum Aharon, id est, minorum sacerdotum. Et 1. Paralip. 6. Aharon verò, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis. Quintum erat introire in Sancta sanctorum ad aspergendum sanguinem hirci. Introibat autem pontifex solus, idque semel in anno in die Expiationis, quæ fiebat decima die mensis septimi. Quæ omnia simul cum ritu in introitu illo obseruando, scripta sunt Leuit. 16.

Introitus in Sancta.

3 † Vltimum hoc ministerium proprium erat pontificis, reliqua tam eius, quam sacerdotum. Pontifex autem non quotidie introibat in tabernaculum, sed sabbatis tantum, & Calendis, & diebus festis, vt scribit Iosephus libro. 6. de Bello, cap. 6: Erat etiam pontificis, & sacerdotum immolare extra castra vitulam rufam, Numero. 19. & leprosos expiare, Leuit. 13. &. 14. Ad hæc ministeria non licebat Leuitis accedere, quantumuis essent consecrati, immò neque altare, neque vasa Sanctuarij contingere poterant, neque introire in tabernaculum, neque in locum sacrificiorum. Numero. 18: Excubabuntque Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, ita dumtaxat, vt ad vasa Sanctuarij, & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. † Atque hinc 4 intelligemus id, quod multis negotium facessit, cur Dominus interfecerit Ozam. 2. Regum. 6. quòd manum ad arcam extendisset calcitrantibus bobus, & eam inclinantibus. Videlicet Oza filius erat Abinadab Leuitæ, vt testatur Iosephus. 6. Antiquit. cap. 2. & cum sacerdos non esset, nequaquam tangere arcam poterat. Hanc causam Iosephus & legis, & historiæ scientissimus refert. 7. Antiquit. cap. 4. his verbis:

Cur Oza sit interfectus 2. Reg. 6.

bis: Bobus enim exorbitantibus plaustrum, & arca inclinata Oza, cum non esset sacerdos, ausus manum sustentandi causa admoliri, in vestigio expirauit. Hæc Iosephi sententia non probatur Abulensi in cap. 6. lib. 2. Regum, quæstio. 10. quia Leuitis licebat tangere arcam, cum illam portare iuberentur Numero. 4: ipseque pro causa affert coniecturas, quas probare non potest, quod inhoneste arcam tetigerit, & irreuerenter. Nec quidquam efficit quod affert ex Numero. 4: immò in eo capite sacerdotes iubentur arcam velo obuoluere, & vectes per anulos arcæ immittere, ne videlicet Leuitæ arcam tangant, & post hæc ait: Cumque inuoluerint Aharon, & filij eius Sanctuarium, & omnia vasa eius in commotione castrorum: tunc intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta: & non tangent vasa Sanctuarij, ne moriantur. † Verùm hæc, quæ de Leuitis, & sacerdotibus diximus, ita constituta sunt dum per desertum iter faciebant filij Israel, & dum templum non habebant. Cum autem iam templum ædificandum erat, Dauid aliter distribuit officia Leuitarum 1. Paralipo. 23. Dixit enim Dauid: Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, & habitationem Ierusalem vsque in æternum. Nec erit officij Leuitarum, vt vltra portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum, &c. Ideò factum est quod initio eiusdem cap. scriptum est: Numeratique sunt Leuitæ à viginti annis, & supra, & inuenta sunt triginta octo millia virorum. Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini viginti quatuor millia, præpositorum autem, & iudicum fuere sex millia. Porrò quatuor millia ianitores, & totidem psaltes canentes Domino in organis quæ fecerat ad canendum. Quod autem ait: In ministerium domus Domini, Iosephus. 7. Antiquit. cap. 11. ita interpretatur, vt curarent ædificium templi. Probabilius videtur eos separatos esse, vt ministrarent sacerdotibus in ministerio templi in omnibus, quæ illi iuberent, & in parandis ijs, quæ erant ad sacrificia necessaria, vt optimè explicat Abulensis in idem cap. quæstio. 12. & intelligitur ex verbis Paralipo. quæ referemus. Sed vtrumque verum est, ante ædificatum templum curabant eius ædificium, postea ministrabant in ijs, quæ sacerdotibus erant necessaria. †Et quoniam tanta 6 multitudo ministrare simul non poterat, distribuit eos Dauid per familias, vt omnes per hebdomadas suas ministrarent. Et hoc est, quod ibidem legimus: Et distribuit eos Dauid per vices filiorum Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari, &c. Et sortes miserunt quæ familia vnaquaque hebdomada ministraret, vt legimus in fine cap. 24. libro. 1. Paralipo. quæ melius intelliguntur ex ijs, quæ de sacerdotibus dicemus. De eorum officijs scriptum est, cap. 23: Et erunt sub manu filiorum Aharon in cultum domus Domini in vestibus, & in exhedris, & in loco purificationis, & in Sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi Domini. In cultum domus Domini, id est, vt ministrarent in omnibus, quæ ad templum pertinerent pro voluntate sacerdotum. In vestibulis, & in exhedris, vbi, scilicet, erant gazophylacia, & oblationes populi. In loco purificationis, id est, in quo erant labra ænea ad ablutionem sacerdotum, & victimarum, vt aiunt Lyranus, & Abulensis, quæ Leuitæ implebant, & euacuabant. In Sanctuario, id est, in loco magis sacro, vt 7 cantores, vt ait Abulensis. † Deinde diuisit Dauid sacerdotes, id est, vniuersam posteritatem duorum filiorum Aharon, Eleazar, & Ithamar in 24. familias, filios Eleazar in sedecim, filios Ithamar in octo, multò enim plures filij Eleazar inuenti sunt, quam Ithamar. Diuisæ sunt autem familiæ sortibus quæ prima futura esset in ministerio, quæ secunda, &c. omnia ex. 1. Paralip. cap. 24: Sed quoniam eadem scribit, & magis explicat Iosephus. 7. Antiquit. cap. 11. referam eius verba: Et separatis à reliqua tribu sacerdotibus, viginti quatuor eorum cognationes inuenit: ex Eleazari familia sexdecim, ex Ithamari octo. Instituitque, vt vna cognatio ministraret Deo per dies octo à sabbato vsque ad sabbatum.

Officia Leuitarū aliter à Dauide distributa.

Diuisio Leuitarum.

Diuisio sacerdotum in 24. familias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atque ita sortitio facta est omnium cognationũ,& cuius prima sors exijt, descripta est cognatio prima, & post hãc secũda,deinceps q; vsq; vigesimam quartã:quæ quidẽ diuisio durat vsq; in
8 hodiernũ diẽ. † Deinde de Leuitis ait: Leuiticam quoque tribum in partes vigintiquatuor diuisit, & sortitione facta & illis, quemadmodum & sacerdotibus,octoni ministerij dies obuenerunt, &c. Inde ministerium hebdomadæ vnuscuiusque familiæ vicem appellant,siue ἐφημερίαν. Lucæ.1: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia. Quæ videlicet erat octaua familia in illis vigintiquatuor, vt videmus.1.Paralipo.24. Et postea: Factum est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, &c. Eadem breuiter retulit Innocentius libro.1.de Sacro altaris mysterio,cap.6. Quare vitiosè omnino legitur apud Iosephum in Latinis codicibus apud Iudæos quatuor esse tribus sacerdotum, & singulas habere plusquam quinque millia hominum, cum legendum sit, vigintiquatuor tribus: in Græco codice,quem vidi,hæc,& alia nonnulla iuria temporis desiderabantur.

DE NATHINAEIS, ET Nazaræis,& Scribis,& Pharisæis.

CAP. IIII.

1 AD templi ministros pertinebant etiam Nathinæi,de quibus, 1. Paralipo.9. scriptum est: Qui autem habitauerunt primi (id est,post reditum ex captiuitate Babylonica) in possessionibus, & in vrbibus suis: Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi. Et Hesdræ.8: Et de Nathinæis, quos dederat Dauid, & principes ad ministeria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti. Hos Lyranus.1.Paralipo.9.affirmat fuisse Gabaonitas, qui portabant aquam, & ligna, vt legimus Iosue.9: Et non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasq; comportãs in domo Dei mei. Idem sensit Abulensis in idem cap.9. quæstione.4.& ante hos Hieronymus in Traditionibus Hebr. in libr. 1. Paralipo.in medio ferè,vbi & causam no minis reddit his verbis: Nathinæi, id est, Donati,sunt enim Gabaonitæ, eo quod ad seruiendum dati sunt ad templum Domini à Iosue, &c. Deductum est nomen à verbo נָתַן, quod est, Dedit, dati enim sunt sacerdotibus,vt cæderent ligna,aquamque comportarent in vsum sacrificiorum,primùm à Iosue, deinde à Dauide, vt videmus in locis citatis Iosue.9.& Hesdræ.8. Inde cum sacerdotibus, & Leuitis numerantur apud Hesdram eodem cap.8.& cap.2. †Inter
2 ministros templi numerantur ab Innocentio,libro.1. de Sacro altaris myster. cap. 6. Nazarçi:ita enim ait:Erant autem multi minores sacerdotes, quos Nazaræos communiter appellabant, vnus autem erat summus sacerdos, &c. *Nazarei.*
Certum tamen est Nazaræos nequaquam pertinere ad sacerdotes, neque ad tribum Leui,sed ex quacumque tribu esse poterant, sicut Samson erat ex tribu Dan, & fuit Nazaræus Iudic.13. Dicebantur Nazaræi à נָזַר, quod est Segregauit,aut Sanctificauit, quasi segregati à populo,& Deo dicati, quod sponte sua se Deo traderent radentes cæsariem,& abstinentes à vino,& ab vuis,tam recẽtibus quam siccis,& alia præterea habebant,quæ cum ritu consecrationis tradita sunt Numero.6. Vbi multa de illis disputat Abulensis. Ex his quidam perpetuum votum habebant,vt Samson, Iudic.13: quidam certo tantum tempore obseruabant,de quibus postissimum agitur cap. illo.6. Numerorum. Ex his veteris legis ministris ortum habuerunt ministri nouæ legis, id est, ad eorum exemplum sunt in Ecclesia constituti: ex cantoribus templi, cantores Ecclesiæ,ex Aharon,& filijs eius, qui componebant lucernas Exod.27. Acolyti, quos Ceroferarios vocant, ex Nathinæis Subdiaconi, ex Leuitis Diaconi, ex sacerdotibus filijs Aharon presbyteri,ex pontifice episcopi,vt docet Innocentius libro.1.de Sacro altaris mysterio,à cap.2. vsque ad septimum: ex Nazaræis verò religiosi orti sunt Deo dicati, & sanctificati. † Scribæ autem,
3 & Pharisei non numerantur inter sacerdotes, & ministros templi, quoniam

niam ex omni tribu esse poterant, & in templo non ministrabant,nisi fortè sacerdotes essent, vt Hesdras, Hesdræ.7. *Scribæ.* Scribæ vocabantur Theologi illius temporis,& legis, qui sacras literas populo interpretabantur, & de dubijs respondebant. Dicti sunt autem סוֹפְרִים, id est,scribæ,quòd solis legem scribere liceret, vt doctis, ne eã scribendo deprauaretur, & quòd in legem interpretationes scriberent, Græcè γραμματεῖς, id est, literati, quòd sacras literas callerent; aut etiam ab scribendo. Hinc Isai.33: Vbi est literatus? vbi verba legis ponderans? vbi pro literatus in Hebræo est, סוֹפֵר, id est, Scriba. Et Paulus dixit.1. Corinthio.1. eadem verba referens: Vbi sapiens? Et vbi habemus: Vbi verba legis ponderans? Paulus dixit, ποῦ γραμματεύς, id est, vbi scriba? Hos autem credibile est, magna saltem ex parte, fuisse sacerdotes,ad quos pertinet de lege respondere, vt est apud Malach.cap.2:
Pharisæi. 4 Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius. † Pharisæi ex quacumque tribu esse poterant, si quidem Paulus, qui erat ex tribu Beniamin, Pharisæus etiam erat, vt videmus Actor.23. Erant hi quasi Philosophi Iudæorum, vt docet Iosephus 2.de Bello, cap.7. & legem interpretabantur,aut potius traditionibus suis corrumpebant. Inde Matth.7: Admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum,& Pharisæi. Dicti sunt à פָּרַשׁ, quod significat diuidere,quod se, quasi iustos à populo separarent, vt autor est Hieronymus in Trad.in Genes. & Matth.22.siue, vt alij volunt, à פָּרַס, quod etiam significat interpretari. Quod de Pharisæis diximus, idem de
Sadducæi, & Essenis. Sadducæis, & Essenis intelligi volumus: erant enim tres sectæ Philosophorum apud Iudæos, vt scribit Iosephus loco citato,& libro.13. Antiquit. ca.9. & libro.18.cap.2.& alijs sæpe in locis. Essenj facultates in communi possidebant,& à coniugio abstinebant. De eorum placitis,& Pharisæorum,& Sadducæorum multa Iosephus in eisdem locis,à quo desumpsit Sixtus Senen. libro. 2. verbo, Traditiones seniorum.

5 † De his legimus Acto. 23: Sadducæi autem dicunt non esse resurrectionem mortuorum, neque angelum, neque spiritum,Pharisæi autem vtraque confitentur. Dicti sunt Sadducæi à צֶדֶק, quod est,Iustificauit, aut, Iustus fuit. Essenj,siue Essæi, vt appellat Philo, à sanctitate dicti sunt, vt quidem putat Philo,in lib.Quod omnis probus liber sit,quod vnde deducat,nescio. Certè, ἔσσηνα vocant Græci regem apum, aut principem,atque inde dici potuerunt, quasi dignitate præstantes,& alios docentes viuere. Quod autem quidam putant Scribas fuisse de tribu Issachar, quoniam.1,Paralipo.12. legitur: De filijs quoque Issachar viri eruditi,qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel,non de eruditione legis intelligitur, vt putauit Abulensis in ca.49.Genes.in illud: Issachar asinus fortis,& Lyranus in eũdem locum Paral: sed de disciplina militari,de qua tunc agebatur,nam initio illius catalogi scriptum est: Iste quoq; est numerus principum exercitus, qui venerunt ad Dauid,cum esset in Hebron,&c.Et quamuis eruditi illi fuissent in lege,non tamen inde efficiebatur semper eos huic studio deditos fuisse,aut alios non extitisse ex alijs tri-
6 bubus,qui scribę dicerentur. † De Scribarum,qui in Euangelio reprehenduntur,& Pharisęorum ortu Hieronymus in illud Isai.8.Et in petram scandali duabus domibus Israel,hæc scribit: Duas domos Nazaræi,qui ita Christum recipiunt,vt obseruationes legis nõ amittant,duas familias interpretantur Sammai,& Hillel,ex quibus orti sunt Scribæ,& Pharisæi, quorũ suscepit scholã Akibas,quẽ magistrũ Aquilę Prosełyti autumãt,&c.Sammai igitur,& Hillel, non multò prius quã Dñs nasceretur, orti sunt in Iudæa.Et in illud Zacha.12: Familiæ Semei seorsum ait: In Semei doctores accipiũtur,ex hac enim tribu magistrorũ agmina pullulãrunt. Et in q. 10. ad Algasiam, tradit Akibam,Simeonẽ,& Hillel magistros fuisse Pharisæorum; Simeonem autem vocat eum,qui Sammai, & Semei dicitur. Ita enim appellatus est à lxx. apud Zachar.cap.12. Sed ego multò antiquiores esse arbitror,quoniam Iosephus.13. *An Scribæ fuerunt ex tribu.* *Origo Scribarum, & Pharisæorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiquit.cap. 9. docet iam fuisse illas tres sectas tempore Ionathæ fratris Iudæ Machabæi, hoc est, centesimo quadragesimotertio anno ante Christi aduentum. Et libro. 18. cap. 2. de tempore Herodis magni scribens ait: Iudæi patriæ sapientiæ studiosi iam inde à multis retro sæculis in tres sectas erant diuisi. Manifestum etiam est ex verbis Zachariæ citatis, qui meminit Sammai; & à Zacharia vsque ad Christum quingenti plus minus anni sunt. Quamuis igitur nihil de eorum initijs dicit Iosephus, constat tamen multò ante cœpisse quam Dominus nasceretur.

DE VESTIBVS SACERDOTALIBVS generatim, & earum causis.

CAP. V.

1 EVITARVM nullæ vestes propriæ fuerunt, quoniam non ministrabant in sacrificijs: sed sacerdotes vestes sacras habebant, quibus vtebantur eo dumtaxat tempore, quo ministrabant, & soli qui ministrabant, vt tradit Iosephus lib. 6. de Bello, cap. 6. Ex his, quædam erant omnibus sacerdotibus communes, quædam propriæ pontificis. Quemadmodum autem nunc episcopi vestes etiam habent presbyteri, & diaconi, & subdiaconi in pontificali ornatu; ita pontifex vestes omnes habebat minorum sacerdotum. Ita cum dixerimus de pontificis vestibus, vniuersum sacerdotalem ornatum describemus. De quo egerunt inter alios Iosephus libro. 3. Antiquit. cap. 8. Philo lib. 3. de vita Mosis, Origenes Hom. 6. in Leuit. Hieronymus in epistola. 127. ad Fabiolam, de veste sacerdotali, cuius initium est: Vsque hodie; Isidorus libro. 19. Etymologiarum, cap. 21. Beda lib. 3. de Tabernaculo, & vasis eius. Nomina igitur horum scriptorum tantum indicabimus. Si quandoverò alios, aut hos ipsos in alijs libris, citabimus, locos quoque dicemus. † Similiter quia de his vestibus potissimum agitur Exodi. 28. cum enarratores Scripturæ nominabimus sine loci indicatione, in commentarijs huius ipsius cap. eorum sententiam expositam esse intelligamus. Vestes numerantur Exod. 28. his verbis: Hæc autem erunt vestimenta, quæ facient. Rationale, & Superhumerale, tunicam, & lineam strictam, cidarin, & balteum. Et in calce eiusdem cap. addit femin alia linea. Finem indicat cum ait: Facient fatri tuo Aharon, & filijs eius vestimenta sancta, vt sacerdotio fungantur mihi. Causam efficientem ostendit: Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aharon fratri tuo in gloriam, & decorē, in quibus sanctificatus ministret mihi. Hi sunt Beseleel, & Ooliab cum alijs eis adiunctis, vt legimus Exod. 31. De materia ait: Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum. Quæ omnia explicauimus cum de interiori templi fabrica agebamus libro. 1. capite. 9. Aurum intelligit in fila deductum. Hyacinthum vocat lanam coloris hyacinthini, qui violaceo, atque cœlesti

Materiæ earũ vestiũ

3 similis est. † Purpuram verò lanam nigrantis rosæ colore sublucentem, quam tingebant succo, siue sanguine pisces ex conchyliorum genere, qui Purpura dicitur. Coccus bis tinctus dicitur nunc lana tincta vermiculi puluere, qui in coccis, id est, in granis arbusculæ nascitur, quæ latinè Cusculium dicitur. De qua Plinius libro. 9. cap. 41. Vt autem lana melius hoc laudatissimo colore imbueretur, bis cocco tingebatur, semel cum rudis erat, atque iterum postquam in fila deducebatur. Byssus tenuissimi, & candidissimi lini genus est. De forma autem vestium sigillatim postea dicemus. His coloribus significabatur sacerdotem illum esse summi rerum omnium conditoris, eique sacrificia offerre, nam vt autor est Iosephus li. 6. de Bello, cap. 6. de velo templi agens, (quod ex eadem materia, & eisdem coloribus contextum erat) omnium rerum imaginem præferebant huiusmodi colores. † Coccus igne imitatur, byssus terram, hyacinthus aerē, purpura mare. Coccus quidem, & hyacinthus

Coccus bis tinctus.

4 coloribus

coloribus, byssus autem, & purpura, origine, nam byssum terra, purpuram mare gignit. Beda cap. 3: Cuncta autem fuisse de auro, pretiosisque coloribus, quia nihil vile, ac sordidum in sacerdotis ore, vel opere debet apparere, sed cuncta quæ agit, vniuersa quæ loquitur, omnia quæ cogitat, & coram hominibus præclara, & in conspectu interni arbitri oportet esse gloriosa. &c. Hoc etiam restè dicemus, auro significari Diuinarum rerum cognitionē, hyacintho cœlestes cogitationes, purpura resistendum esse peccatis, etiam vsque ad sanguinis effusionem, cocco, qui ignem colore imitatur, ardentem caritatem exprimi, qui bis tingitur, vt nullo vnquam tempore decolor fiat; sed quocumque res ceciderint,

Mystice causæ.

2 5 semper sui similis sit. † Byssus perfectam castitatem indicat, quæ per carnis macerationem augetur, & conseruatur. His enim virtutibus instructos, atque ornatos esse decet sacerdotes Dei,

Psal. 131 sicut scriptū est: Sacerdotes tui induantur iustitia. Ceterùm pretiosas, & elegantes vestes esse voluit Deus, vt intelligeremus optima quæque Deo omnium autori esse offerenda, & vt dignitas illius ministerij indicaretur, tam que ipsi, qui ministrabant, quàm reliquus populus, ad reuerentiam, & ad attentiorem Dei cultum, ac denique ad religionem excitarentur. Sunt & aliæ causæ, quas reddit Abulensis Exodi. 28. quæstio. 1.

DE FEMINALIBVS.

CAP. VI.

2 VISVM est Iosephi, & Hieronymi, atque adeò rerum ipsarum ordinem imitari, & à feminalibus, siue femoralibus incipere. De quibus legimus Exod. 28: *Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ à renibus vsque ad femora, & vtentur eis Aharon, & filij eius quando ingredientur tabernaculum testimonij, vel quando appropinquant ad altare, vt ministrent in Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur.* Hieronymus: Lineis feminalibus, quæ vsque ad genua, & poplites veniunt, verenda celantur, & superior pars sub vmbilico vehementer astringitur, vt si quando expediti mactant victimas, tauros, & arietes trahunt, portantque onera, & in officio ministrandi sunt, etiam si lapsi fuerint, & femora reuelauerint, non pateat quod opertum est. Inde & gradus altaris prohibentur fieri, ne inferior populus ascendentium verenda conspiciat, vocaturque lingua Hebræa hoc genus vestimenti, מכנסי, Græcè περισκελὲς, à nostris feminalia. Refert Iosephus hæc feminalia de byssō retorta ob fortitudinem solere cōtexi, & postquā incisa fuerint, acu consui, non enim posse in tela huiusce modi fieri, &c. † In Hebræo est: Facies מכנסי בד, id est, femoralia linea, sed Iosephus, qui (vt ait Hieronymus) testis erat oculatus, non è quouis lino facta dicit, sed è byssō, eaque retorta, vt firmiora essent. Est autem byssus retorta, quæ fit ex lino, quod netur, & postea duplicatur, & torqueatur, quæ Hebraicè dicitur שש משזר, id est, byssus duplicata, quemadmodum interpretantur Hebræi. Ixx. vertunt βύσσον πεπλεγμένην, id est, quæ netur, siue torquetur. Ex hac cortinæ tabernaculi fiebant, Exod. 26. & superhumerale, Exod. 28: Femoralia autem dicuntur, מכנסי, à verbo כנם id est, colligit, quod Iosephus ita interpretatus est: Quasi dicas constrictorum: quare non habent nomen ex eo, quòd duas alas, siue duas oras habeant, vt putauit R. Dauid. Feminalia verò, vt Beda capite. 9. & omnes consentiunt, castitatem sacerdotalem significant, quæ firmissima esse debet, & nullo tempore violari; ideo è byssō retorta fiebant feminalia. Nemo enim nescit quam sæpe linum tundatur, & macereatur, donec amisso colore natiuo, album fiat: idque aperte carnis macerationem significat, quæ necessaria est, vt naturali appetitu compresso discat colere castitatem. † Atq; hoc est, quod dicitur: Vt operiant carnem turpitudinis suæ, id est, vt quamuis carne constent, vt homines, nihil tamen in ea turpe appareat, quod pudorem

Byssus retorta.

Mystica significatio.

3 afferat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

asserat. Hinc etiam illud Exo.20. quod attigit Hieronymus: Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua, ac si diceret: Ne ita ad altare accedas, vt tua scelera.& tua impudicitia oculis, ac menti hominum obuersentur. Est autem castitas adeò propria sacerdotum, vt etiam Virgilius dixerit:

6. Æne. *Quique sacerdotes casti, dum vita manebat.*

DE LINEA STRICTA, & zona.

CAP. VII.

1 SEcunda vestis est, quæ Exo. 28. Linea stricta dicitur: De qua Iosephus. Super hoc, (id est, super femina-lia) induit linteam interulam byssinam, è duplicata tela confectam, Chetomene nostris vocatur, significatque ea vox Lineam, Linum enim vocamus Cheron. Id indumentum est tunica talaris corpori adstricta, habens manicas circa brachia, & ipsas strictas, quæ accingitur circa pectus paulò axillis inferius zona lata digitos quatuor, intus mani, ita contexta, vt serpentis exuuium videri possit, floribus etiam picturatur puniceis, purpureis, hyacinthinis, & byssinis; stamen verò ex sola byssо constat. Quæ semel atque iterum circa pectus reuoluta ad talos vsque defluit tantisper dum sacerdotes à sacris feriantur: cum verò sacris est ministrandum, ne ventilata sit impedimento, super humerum lęuum reijcitur. 2 †Hanc zonam Moses nominauit, Abaneth, nos vocabulo à Babylonijs mutuato Emian dicimus, sic enim illi nominant. Sed tunica nusquam sinuatur, habetque circa collum amplam aperturam, cuius oræ vncinis à pectore, & à tergo committuntur. Hæc Iosephus. Atque eadem Hieronymus, nisi quod quædam magis explicat. Secũda, inquit, ex lino tunica est ποδήρης, id est, talaris, appellaturque כְּתֹנֶת, id est, χιτὼν, quod Hebraico sermone in lineam vertitur, &c. Græcum vocabulum manifestè ex Hebræo sumptum est. Hanc dicit esse sine ruga, & vt milites lineas habent, quas camisias vocant, sic aptas membris, & adstrictas corporibus, vt expediti sint vel ad cursum, vel ad prœlia, sicut habebat Ioab. 2. Regum. 20: Porrò Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui: sic sacerdotes in ministerium Dei paratos vti hac tunica, vt habentes pulchritudinem vestimentorum nudorum celeritate discurrant.

3 † De zona quam etiam cingulum, vel balteũ appellari dicit, Hebraicè אַבְנֵט, Babylonicè, siue Chaldaicè הֶמְיְנִין, hæc scribit Iosepho consentiens: Hoc cingulum in similitudinem pellis colubri, qui exuit senectutem, sic in rotũdum textum est, vt marsupium longius putes. Textum est autem subtegmine cocci, purpuræ, hyacinthi, & stamine byssino ob decorem, & fortitudinem, atque ita polymita arte distinctum, vt diuersos flores, ac gemmas artificis manu non textas, sed additas arbitreris. Lineam tunicam, de qua supra diximus, inter vmbilicum, & pectus hoc stringunt balteo, &c. Recentiores addunt hanc tunicam ita finisse textam, vt oculorum figuras continuus, cõtiguisque ordinibus haberet, vt scutulatæ vestes apud Romanos. Hoc autem ex eo confirmant, quod vbi nos habemus Exod. 28: Stringesq; tunicam byssо, id est, cinges tunicam zona byssyna, in Hebræo est: וְשִׂבַּצְתָּ מִשְׁבְּצוֹת שֵׁשׁ, verbum שִׂבְצָתִי ver-

4 tunt: Oculabis, id est, oculis distingues. †Hæc sententia recentiorum Hebræorum est, Salomonis, Abraham, Sahadiæ, quæ placuit Varablo, nec videtur displicuisse Lipomano in Catena Exodi, cap. 28. & alijs. Verum, vt de Hieronymo taceam, quo nemo est Hebraicarum rerum scientior, valdè mirum est Iosephum, qui quotidie hac tunica induebatur, non vidisse quod viderũt isti, qui nec vnquam illam vidérunt, nec in aliquo veteri scriptore legerũt. Sed neque Philo hoc dixit, qui Iudæus erat, & doctissimus semper habitus est. Ridẽdos ergò cẽseo illos cõmentitios oculos in tunica, & illã trãslationẽ. Oculabis tunicam byssо, neque enim id significat verbum שׂבץ sed cõstringere, aut ligare. Itaque quod Exod. 28. legimus: Et lineam strictam, pro quo

est in Hebræo יְבֹתֶנֶת מַשְׁבֵּץ, quæ significat: Et tunicam constrictionis, siue ligationis, id est, artè corpus costringentẽ. †Ixx. verterũt, Καὶ χιτῶνα κατυμοῦντόν, 5 id est, Tunicam constringentem, nam κάτυμμα nodum significat, siue succingulũ, & κατύμμω, interprete Suida, est δέω δεσμῶ, id est, vinculũ, siue colligatio, aut, iuxta Hesychiũ, ἐγκάμβωμα, περιζώματα, id est, Alligatio, siue succingulum. Similiter vertit Chaldæus, וְכִתוֹנִין מְרַמְּצָן. i. Et tunicas strictas; רַמָּץ enim Chaldæis significat Constrinxit, siue inclusit. Atque hoc ex hoc ipsо cap. 28. apertè confirmatur, est enim hoc verbum in Hebræo, vbi nos habemus: Inclusi auro erunt per ordines suos, Ixx. verterunt: Contecti auro, & colligati in auro. Chaldæus: Inclusi aturo, & ipse Pagninus, qui Hebræis subscribit, similiter etiam transtulit. Inde מִשְׁבְּצָה ligatura, siue vncinus, vt tã Hieronymus, quàm Ixx. verterunt; vbi legimus: Facies & vncinos ex auro, Ixx. ἀγκιδίσκους. Et paulò antè: Sculpes eos nominibus filiorum Israel inclusos auro, atque circumdatos. In 6 Hebræo est: Inclusos ligaturis auri. † Quare quamuis probare nobis possent hoc verbum significare etiam ocu lis variare, siue distinguere, nequaquã hoc ad hanc tunicam accommodare deberent, sed veterum sententiæ acquiescere, cum nullo autore possint ostendere talem eam fuisse, & ipsi negare non possint verbum Hebraicum significare Constringere, aut ligare.

Mystica significatio lineæ strictæ.

QVid significet linea stricta docet Beda his verbis c. 8: Cùm enim constet lino, vel byssо, continentiam, & castitatem significari corporis nostri, strictam habent lineam, siue tunicam de byssо sacerdotes, cum propositum continentiæ nequaquam eneruiter, & fluxa mente custodiunt. Hæc autem linea non solum stricta, verum etiam poderis est, videlicet ad pedes vsque descendens, cum continentia non vniculibet membro violenter 7 impositа, sed in toto est corpore delectabiliter consummata. † Hæc etenim linea manus, ac brachia debet stringere sacerdotis, nequid, nisi vtile, faciat, pectus, ne quid inane cogiter: vẽtrem, ne delicias vltra modum appetendo Deum sẽ gulosius facere præsumat: subiecta etiam ventri membra, ne lasciuiendo totam sacerdotalis habitus pulchritudinem corrumpant: genua, ne ab orationis instantia torpeant, tibias, & pedes, ne ad malum currant. Induatur ergo sacerdos primò linea stricta, vt & corpus ab iniquis operibus, & à prauis mentem cogitationibus cõpescat, &c. Verùm hoc addamus, tunicam esse talarem, vt castitas ad finem vsque vitæ seruetur. Ideò enim Ioseph, qui inter fratres iustus perseuerasse describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur Genes. 37. vt scribit Gregorius lib. 1. Mor. cap. vltimo.

Mystica significatio zonæ.

8 DE zona verò ait in eodem loco Beda: † Accingantur filij Aharon tunicis lineis, vt castitatem habeant. Sacerdotes accingãtur balteis, ne ipsa castitas sit remissa, & negligens: ne vento elationis animum perilandi aditũ præbeat, ne crescente iniquitate refrigescere faciat caritatem ipsorum, ne bonorum gressus operum iactãtia sue præsumptionis impediat, ne præpedito virtutum cursu ipsa etiam terrestris eõ cupiscentiæ sordibus polluta vilescat, & ad vltimũ autorem suũ ad ruinam superbiendo impellat. Hæc Beda. Sed quoniam non sine causa talis zona effecta est, tentemus singula exponere. Similis erat pelli colubri, qui senectutem exuit, vt renouationem veteris hominis in sacerdote necessariam indicet, qui per angustum foramen pœnitẽtiæ, & vitæ artioris ingrediens, vt colubер, nouus homo appareat renouatus secundum imaginem eius, qui creauit 9 eum. † Varietas colorum, florum, similitudoq; gemmarum, quibus picturatur, varietatẽ omniũ virtutũ significat. Hac zona stringit tunicã lineã, quia parũ est habere castitatẽ, nisi eã reliquis virtutibus ornemus, & cingamus, vt parabola fatuarum virginum declarat. *Matth. 25.* Immo & ipsa castitas impediet nos per elationem, nisi ceteris virtutibus constringatur. Semel atque iterum hac zona cinguntur sacerdotes circa pectus, ne vnquam sit castitas sine exercita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cinatione virtutum: deinde vt virtutes ostendat debere esse duplices, id est, in pectore, & in opere. Quatuor digitorum latitudinem habet propter quatuor virtutes, quæ vulgò appellantur Cardinales. Ad talos vsque defluit, quia ad finem vsque vitæ virtutes protendi debent. † Sed cum sacerdos sacris operatur, super humerum læuum reijcitur, ne impediat ministrantem, quia eo tempore etiam ab opere virtutum, quæ intentionem animi ministerio illi debitam impedire possent, abstinendum est. At non propterea studium virtutum abijcitur, sed super humerum læuum, quo onera portantur, reijcitur, vt ostendat sacerdos semper sibi curæ esse virtutes, ac libenter se tunc etiam illis operam suam fuisse naturum, nisi opus maius, ac Deo acceptius impedirent.

DE TIARA.

CAP. VIII.

1 TIARAM, siue pileum sacerdotum, qui etiam Cidaris, & Mitra dicitur, ita describit Iosephus: Super caput autem gestat pileum non fastigiatum, neque totum caput comprehendentem, sed paulò plus quam medium. Est autem tali paratu, vt videatur vitta linea sæpe in orbem replicata, & consuta, quam superne alia tela integit vsque ad frontem descendens, & per superficiem verticis futurarum deformitatem occultans. Hic adaptatur accuratè, ne inter sacrificandum delabatur. Hæc eadem Hieronymus in hunc modum explicat: Quartum genus est vestimenti rotundum pileolum, quale pictum in Vlysse conspicimus, quasi sphæra media sit diuisa, & pars vna ponatur in capite. Hoc Græci, & nostri Tiaram, nonnulli Galerum vocant, Hebræi מִצְנֶפֶת. Non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comam caput tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atq; ita in occipitio vitta constrictum est, vt non facilè labatur ex capite. Est autem byssinum, & sic fabrè opertum linteolo, vt nulla acus vestigia extrinsecus appareant. † His addit Beda cap. 8: Pilea sacerdotũ habuisse coronulas quasdam, 2
quoniam Exò. 39. scriptum est: Fecerũt & tunicas byssinas opere textili Aharon, & filijs eius, & mitras cum coronulis suis ex byssо. Atque has coronulas aureas fuisse putat (licet etiam byssinæ intelligi possent) quoniam Iosephus testis oculatus aureas fuisse testatur. Verùm hoc de coronis summi sacerdotis Iosephus scripsit, vt postea videbimus, non de coronulis minorum sacerdotum, de quibus nihil hoc quidem nomine Iosephus, aut Hieronymus, aut Isidorus dixerunt, sed dixit tamen aliquid Iosephus, vnde id intelligi possit, nempe esse in pileo vittam lineam sæpe in orbem replicatam. Illos orbes Scriptura appellat coronulas, atque ideo dixit: *Et mitras cum coronulis suis ex byssо*: tam enim pileus, quàm orbes ex byssо erant. † Verùm hæc apertiùs ex verbis Hebraicis intelligemus; nam pro eo quod est in translatione nostra: *Et mitras cum coronulis*, in Hebræo est: Et mitram, seu cidarin ex byssо, & decorem pileorum ex byssо. Similiter est in Chaldæo: Et mitram ex byssо, & gloriam (id est, decorem) pileorum ex byssо. lxx: Et cidares ex byssо, & mitram ex byssо. Quibus verbis manifestè docemur tam mitram pontificis, quam pileos sacerdotum fuisse ex byssо. Quod autem est in Hebræo, Decorem pileorum, nonnulli interpretantur, pileos elegãtes, vt Vatablus, & alij, quibus assentitur Lipomanus in Catena. Et quidem verbis Hebraicis satis apta est hæc interpretatio, at nõ verbis nostræ translationis, quam optimè 4
etiam ferũt verba Hebraica. † Hæc autem melius intelligentur si verba Iosephi repetamus non vt versa sunt à Ruffino, nec vt habet noua translatio Sigismundi Gelenij, quæ verior est, & correctior, nõ tamen satis Iosephi sensum explicãs, sed vt sunt in Græco. Ita enim ait: Τὸ δὲ κατασκευῆ τοιῶτ ἐστίν, οἱὸς τέχνη δοκεῖν ἐξ ὑφάσματ λινοῦς ταινίαν πεποιημένην πολλάκις. Ἐπίτα σινδῶν ἄνωθεν αὐτὴν περιέρχεται δικτύου μέχρι μετώπου, τὸ τέρας φῶν τὸν ταινίαν, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς ἄκρον κατὰ νῶτον.

Quæ

Quæ ita ad verbum vertuntur: Paratu autem talis est, vt corona videatur ex textura linea vitta facta crassa. Et quod complicatum est, consuitur sæpè. Deinde tela supernè circa ipsum venit descendens vsque ad frontem futuram vittæ, & quod ab ipsa est indecorum, velans. Hæc Iosephus. Si ergo illa vitta crassa linea, ideò est, ex byssо facta, videtur corona, & sæpe replicetur, & consuatur, cur non illi orbes eiusdem vittæ coronulæ appellentur? Et quoniam ijdem pileos ornabant, recte dictum est: Et decorem pileorum ex byssо.

Pileorum significatio.

5 † Hoc indumento admonebantur sacerdotes omnes capitis sensus Deo cõsecratos habere, vt ait Beda cap. 8. ne vel oculi viderent vanitatem, vel aures audirent opprobrium aduersus proximum suum, vel os abundaret malitia, & lingua cõcinnaret dolum, &c. Et postea: Mitras cum coronulis habent sacerdotes ex byssо, qui sic visum, auditum, gustum, olfactum, & tactum suum in veritate castimoniæ custodiunt, vt pro eadem custodia se coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se, accipere speret. Et mox: Et rectè sacerdos cum stolis byssinis coronas superadditas gestat, vt & in continentia ipse sua iugiter æterna præmia meditetur, & in prædicatione continentiæ, vel bonæ operationis, 6
simul eadem gaudia æternæ beatitudinis audientibus promittat: ne si absque spe retributionis pondus imponat laboris, iugum Christi suaue, & onus leue asperum suis auditoribus reddat, & durum. Hactenus Beda. † Præterea caput, quia summum membrum est, portionem animæ superiorem designat, hoc est mentem, siue rationem, quæ libera esse non debet, vt de rebus Diuinis pro arbitrio suo iudicet, sed vitta byssina constringenda est, vt captiuus fiat intellectus in obsequium Christi. Vitta enim, quia constringit, & byssina est, abnegationem proprij iudicij significat in capite posita. Orbes illi sunt ratiocinationes, quibus sacerdos intelligentiæ suæ persuadet vt Deo subdatur, & verius esse iudicet, quod fides tradit, quam quod humana ratio excogitauit; ac simul quærit vnde conuincat, quod supra rationem est, non esse contra veritatem. Hæratiocinationes, quoniam pulchræ sunt, & magnam ei coronam pariunt, satis aptè dicuntur coronulæ nitrarum, siue ornamentum, & decor. Linteolum supernè integens est assensus ipse fidei, qui omnia ambit, & humanæ rationis, ac ratiocinationis defectus occultat.

DE VESTIBVS PONtificis, & primùm de tunica hyacinthina.

CAP. IX.

1 HIS tantum, quæ hactenus diximus, vtebantur minores sacerdotes ad ministerium, absque amictu enim tunicati sacra, libationesque peragebant, vt ait Philo. lib. 2. de Monarchia, paulò post principium. Atq; hæc communia illis erant cum pontifice, quidquid enim habebant minores sacerdotes, habebat & pontifex. Exo. 28: Porrò filijs Aharon tunicas lineas parabis, & baltheos, ac tiaras in gloriam, & decorem, vestiesque his omnibus Aharon fratrem tuum, & filios eius cum eo. Quæ supersunt dicenda propria pontificis sunt. In his prima est ea vestis, quæ Exod. 28. tunica dicitur: Hæc au- *Vers. 4.*
tem (inquit) erunt vestimenta, quæ facient, Rationale, & Superhumerale, tunicam, & lineam strictam. De qua in eodem capite scriptum est: *Facies* *Vers. 31.*
& tunicam superhumeralis totam hyacinthinam: in cuius medio suprà erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facile rumpantur. Hanc Hebraicè vocat Moses מְעִיל הָאֵפוֹד. † Est 2
autem מְעִיל vocabulum valdè vsitatum in Scriptura, ita differens à כְּתֹנֶת sicut apud Græcos, χιτὼν, & ἱμάτιον Matth. 5. apud Latinos tunica, & pallium; sicut in eodem loco legimus: Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliũ. Itaq; כְּתֹנֶת est tunica interior, quo nomine appellata est tunica illa linea sacerdotum: מְעִיל verò est vestis exterior, quod est in Hebræo,

1. Reg. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3.Reg.4. vbi habemus: Et tunicam particularem faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus. Et.1. Paralipo.15: Porrò Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi Leuitæ, qui portabant arcam. Iob.1: Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, aut tunicam suam, vt habent alia exemplaria. Recte ergo tunica exterior pontificis dicitur מְעִיל, sed dicitur tunica Ephod, quoniam coniuncta erat cum Ephod, vt mox videbimus. Apud.lxx. dicitur, ὑποδύτης ποδήρης id est, tunica talaris. De qua, & de linea strictè dictum est Eccles.45: Circumpedes, & femoralia, & humerale posuit, & in Græco est, ποδήρη, καὶ περισκελῆ, videtur autem plurali numero dictū ποδήρη, pro quo interpres vertit, Circumpedes. De hac Iosephus ait: Sed superinduitur hyacinthinam tunicam talarem, quam
3 nostrates Methir nominant. † Vbi corruptè legitur Methir, pro Mehil, sicut & quædam alia vocabula deprauata sunt in hoc autore, sed multo magis apud Innocentium tertium, lib.1. de Sacro alt. myst. cap.11. & sequentibus. Et mox: Hæc tunica, inquit Iosephus, nō erat è duobus segmentis, vt suturas haberet in humeris, ac lateribus, sed vnica tela in longum contexta aperturam in summo habet, non transuersam, sed in longum descendentem à tergo, & antè vsque ad medium pectus. Cui decoris causa assuta est fimbria, ne scissura appareat. Eodem modo quà manus exeruntur, est scissa, &c. His Hieronymus nihil addit, nisi hanc tunicam manicas habere eiusdem coloris, quod neque hic legimus, nec ca.39. nec cum Iosephi verbis congruit dicentis: Eodem modo quà manus exeruntur est scissa. Sed neque Philo, neque aliquis alius ex veteribus, quos viderim, manicas habere hanc tunicam dixit. Quare quod scripsit Abulensis quæstio.16. in cap. 28. Exodi, Iosephum affirmare hanc tunicam habuisse manicas consutiles, vitiosa translatione deceptus scripsit. Erat igitur tunica hyacinthina, id est, ex lana violacea, quam pretiosam fuisse apud veteres Homeri testimonio ostendimus, cum de veli coloribus
4 agebamus. † Quod autē Hieronymus scribit, fimbriam, quæ erat in apertura ipsius, ea ipsa esse, id est, non esse assutam, sed simul in eadem contextam, quod his verbis explicat: Et in superiori parte, quà collo inducitur, aperta, quod vulgò capitium vocant, oris fimbriis extremis ex ipso textu: Augustinus etiam existimauit quæst.118. in Exodum, & nonnulli alij. Quibus nos assentiri non possumus, quoniam Iosephus ait: Cui decoris causa assuta est fimbria, ne scissura appareat. Quare quod habemus in nostra translatione: *Et ora per gyrum eius textilis*, ita intelligendum est, illam fimbriam ex eadem lana hyacinthina esse contextam seorsum, & postea eidem tunicæ assutam. De eius extremitate ait Dominus Mosi: *Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum, quasi mala Punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta missis in media tintinnabulis, ita vt tintinnabulum sit*
5 *aureum, & malum Punicum.* † Iosephus: Ceterùm ima vestis ornabatur limbo effigie malorum Punicorum distincto, à quo tintinnabula aurea sic dependebant, vt medium esset quodque malum Punicum inter duo tintinnabula situm, & tintinnabulum inter duo mala Punica. Hieronymus his nihil addit, nisi septuaginta duo fuisse tintinnabula, & totidem mala Punica. De quo numero nihil inuenio in Scriptura, nisi quod Ecclesiasticus ait cap.45: Et cinxit eum tintinnabulis aureis plurimis in gyro. Idem cum Hieronymo scripsit Isidorus lib.1. Etymol. cap.21. de numero malorum Punicorum, & tintinnabulorum. Cur hoc fiat statim docet Dominus: *Et vestietur ea Aharon in officio ministerij, vt audiatur sonus quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.*

Tunicæ hyacinthinæ Allegorica significatio.

QVorsum hæc facta fuerint ostendit eorum significatio, de qua legimus Sapient.18: In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum. Quod verbis Iosephi, & Philonis explicabimus. Iosephus: Quin & pontificis tunica, cum sit lintea, terram similiter significat, hyacinthus verò pelum,

lum. Per mala Punica fulgetra referens, sicut tonitrua per tintinnabulo-
6 rum strepitum. † Philo: Hic fuit amictus pontificis. Quid autem sibi velit, & integer, & partes eius, ne id quidem videtur prætereundum silentio. Totus enim totius mundi quædam imago fuit, partes verò, singularum partium. Incipiamus à talari tunica, hæc tota est hyacinthina ad significandam figuram aeris, natura enim aer nigricat, & quodammodo talaris est à Lunari orbe protensus vsque terræ terminos. Vnde etiam tunica à pectore vsque pedes per totum corpus diffunditur. Circa talos habet flores, mala Punica, & tintinnabula. Flores terram significant, in qua florent, & germinant omnia. Mala Punica aquam, *quæ*, dictæ à fluendo iuxta Græcam etymologiam. Tintinnabula verò horum elementorum concentum, & congruentiam. Nam nec terra sine aqua, nec aqua sine terra generationi sufficit, sed amborum
7 coitus, & contemperatio, &c. † Eadem scripsit libro.2. de Monarchia, tametsi quod de floribus ait, neque in Scriptura inuenio, neque in Iosepho, neque in Hieronymo. Hieronymus quidem in reliquis sentit cum Philone, in tintinnabulis, & malis Punicis cum Iosepho. Verùm accedit ad hæc colorum quatuor varietas, quæ erat in malis Punicis, de quibus hæc scribit Hieronymus Hebræorum sententiam referens: Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus vniuersa subsistunt. Byssus terræ deputatur quia ex terra gignitur, purpura, mari, quia ex eius cochleolis tingitur: hyacinthus aeri, propter coloris similitudinem: coccus igni, & ætheri, &c. Idem sentit Iosephus libro.6. de Bello capite.6. Quorsum autem pontifex mundum portet in vestibus, statim explicat Hieronymus: Et iustum esse commemorant, vt pontifex creatoris non solum pro Israel; sed & pro vniuerso mundo roget, siquidem ex terra, & aqua, & aere, & igne mundus iste constitit, & hæc elementa sunt
8 omnium. † Et postea: Iustum ergo erat, sicut supra ex parte diximus, vt pontifex Dei creaturarum omnium typum portans in vestibus suis indicaret cuncta indigere misericordia Dei: & cum sacrificaret ei, expiaretur vniuersalis conditio, vt non pro liberis, ac parentibus, & propinquis, sed pro cuncta creatura, & voce, & habitu precaretur, &c.

Eiusdem Moralis significatio.

QVID verò hæc tunica significet ad mores pertinens Beda eleganter explanat capite.6. cuius verba redigam in compendium. In eo quod tota vnius coloris est, vita sacerdotis qualis esse debeat manifestè docetur, hoc est, supernis solum desideriis incessanter intenta, & conuersationem, iuxta Apostolum, habens in cœlo, ac sui *Philip.3.*
Saluatoris inde desideranter expectans aduentum. Ad pedes vsque pertingebat, vt ostenderetur nihil in sacerdotali vita infimum, ac sordidum remanere, sed omne, quod ageret, quasi æthereo colore speciosissimum, vniuersa membra eius à capite vsque
9 ad pedes gratia virtutum contecta esse debere. † Item tunica talari sacerdos tota hyacinthina vestitur, vt admoneatur opus cœleste non inchoandum tantummodo, verumetiam vsque ad finem in eo esse perseuerandum omnibus, qui salui esse voluerint. Tunica namque hyacinthina vsque ad pedes vestiri, est bonis operibus vsque ad finem vitæ huius insistere præcipiente, ac promittente Domino: Esto fidelis vsque *Apoc.2.*
ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Capitium, siue apertura tunicæ firmissimam oram habet, cum primordium bonæ nostræ actionis fortis radice timoris Domini subnixum, & contra omnes insidias hostis antiqui probatur esse munitum. De tintinnabulis verò, & malis Punicis hæc scribit Gregorius in secunda parte Pastoralis curæ, capite.4. & libro.2. Epistola.24: Hinc Moysi præcipitur vt tabernaculum sacerdos ingrediens

Universidad de Deusto
Biblioteca

tintinnabulis ambiatur, vt videlicet voces prædicationis habeat, ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est, Vt audiatur sonitus quando ingreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. † Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit. Aptè autem tintinnabula vestimentis illis describuntur inferra. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere, Propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam? Vestimentis itaque illis tintinnabula inhærent, vt vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera clament sacerdotis. Sed cum rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio eloquatur attendat, ne, si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur, & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc in sacerdotis veste iuxta Diuinam vocem tintinnabulis mala Punica coniunguntur. Quid enim per mala Punica, nisi fides vnitas designatur? Nam sicut in malo Punico vnico exterius cortice multa interius grana inueniuntur, sic innumeros Sanctæ Ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet, &c. † Beda verò ait loco indicato, malis Punicis multifariam virtutum operationem vno caritatis muniminè tectam designari: & ad pedes tunicæ poni tintinnabula, & mala Punica per gyrum, cum ad tantam perfectionem vitæ sacerdos peruenit, vt nihil in illo aliud, quam splendor variis bonorum operum, nihil ab illo aliud, cum os aperuerit, quam suauissimus eorumdem operum sonus audiatur. Mala enim Punica fiunt ex quatuor coloribus, qui varietatem virtutum indicant. His verò in medio tintinnabula permiscentur, cum neque opus sacerdotis vnquam à sonitu verbi, quod loquitur, discrepat, nec à rectitudine operis linguæ sonitus dissentit. Fiuntque bina mala circum singula tintinnabula, & circum singula mala bina tintinnabula, cum & omnia quæ loquitur, bonis confirmantur actibus, & vniuersa quæ agit, quam sint rationabilia discreto sermonis sonitu produntur. &c. His addamus tintinnabula esse aurea, quia per aurum pretiosissimum metallorum rectè sermones de rebus Diuinis significantur. Deinde hoc aduertendum hæc, & quæ de vestibus pontificis dicentur, posse ad presbyteros etiam nostros transferri, si dicamus prius maiorem requiri in presbytero Euangelico Sanctitatem, quam in pontifice legis, aut simili quapiam præmunitione vtamur.

Psalm. 131

DE EPHOD.

CAP. X.

EPHOD HEBRAICE ab אפד, quod est cinxit, Græcè ἐπωμὶς dictus à lxx, id est, Superhumerale, diligenter ab Scriptura describitur: *Facient autem Superhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere polymito* (id est, variorum filorum, ac colorum. lxx. ἔργον ὑφαντὸν ποικιλτοῦ, id est, opus textile variegatoris.) *Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, vt in vnum redeant. Ipsa quoque textura, & cuncta operis varietas erat ex auro, & hyacintho, &c.* Quæ Iosephus ita explicat: Superhanc tertiam (vestem, aut tunicam) etiam nunc induit vocatam Ephodem Græcanicæ eponidi similem. Ea fit hoc modo: Ex variis coloribus auro intermisto ita contexitur, vt circa medium pectus lacuna relinquatur, maniculis quoque ita

1 *Vers. 6.*

Vers. 7.

Vers. 8.

ita extantibus, vt planè tunica appareat. Verùm Græca Iosephi malè versa sunt, quæ ita habens ad verbum: Superhis tertium induitur, qui Ephodes dicitur, & Græcanicæ Epomidi similis est. Fit autem hoc modo: texunt deorsum cubitali mensura ex omni genere coloribus, & auro simul variegato, lacunam circa medium pectus relinquit, cum manicisque fabricatus, & ornati sunt in modum tunicæ factus. Rufinus vertit: Fit enim hoc modo, vt sit textus eius magnitudine cubiti. Ex quibus videmus Ephod habere non manicas, sed manicas integras. In quo Sixtus Senensis libro 3. Biblioth. cap. 12. & multi alij errarunt, qui in modum scapularis monastici eum factum esse dicunt. Deinde videmus non protendi vltra cingulum, vt multi volunt, sed vsque ad cingulum. Ad cingulum vsque protendi, non est dubium, cum Exod. 39. legamus Ephod & Rationale ligari zona: sed non vlterius docet Iosephus, qui cubitali mensura eum esse dicit, atque ideo dicebatur, ἐπωμὶς, quod humeros tantum, cum pectore ornaret. Epomis etiam Græcanica, cui Iosephus cum similem esse dicit, vestis muliebris est, vt ait Pollux libr. 7. cap. 13. & ab humeris ornandis nomen habuit. Quod ex eo cernitur, quod Athenæus lib. 13. Dipnosophistarum, versus finem versus refert Chæremonis Tragici poetæ huiusmodi.

Iacebat hæc ad albos Lunæ radios,
Ostendens vbera soluta pectoris fascia.

In Græco ita habent:

Ἔκειτο γὰρ ἡμὶν λευκὸν ἐπὶ σελαναίοις
φαίνουσα μαζὸν λελυμένης ἐπωμίδος.

Vbi bonus interpres Iacobus Dalechampius eponidem vocatur pectoris fasciam, quod satis cum Græco conuenit. Et in margine adnotat hanc vocem iuxta veteres significare Strophium, quod Martialis vocat Mamillare, quo tumor papillarum cohibetur, vinctum ad humeros. Inde lxx. duas partes Ephod anteriorem, & posteriorem vocant duas

Lib. 14. Epigr. 66.

epomides Exod. 28. & 39. vbi nos habemus: *Duas oras iunctas habebit, &c.* Arbitror etiam fuisse infra manicas consutum, aut fibulis connexum, quoniam Iosephus ait eum omni figura simulem esse tunicæ, tunicæ autem consuuntur ad latera. Hoc etiam significatum puto verbis illis: *Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum*, summitates enim vocat extremitates vtriusque lateris קצות, quod fines, & extremitates significat, vt Psalmo. 18: Et in fines orbis terræ verba eorum. Omnia confirmantur ex verbis Philonis libro 2. de Monarchia, qui ita describit Ephod. Huic, (id est, tunicæ hyacinthinæ) superinduitur textum pectorale thoracis specie, &c. In Græco ὑφασμένον ποικίλον. & Iosephus libro. 6. de Bello, cap. 6. de Epomide, siue Ephod, ait: Fit habitu quidem indumento thoraci similis videbatur. De reliquo eius ornatu hæc scribit idem Iosephus. In vtroque autem humero singuli Sardonyches auro inclusi fibularum vice Epomidem adnectunt. His insculpta sunt Iacobi filiorum nomina literis vernaculis linguæ nostratis in vtroque lapide sena, ita vt seniores dextrum humerum obtineant, &c. Quibus verbis intelligitur quod ait Dominus: *Sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.* intelligimus enim in lapide dexteri humeri fuisse nomina sex maiorum natu filiorum, Ruben, Simeonis, Iudæ, Dan, Nephthali, Gad. In sinistro erant Aser, Issachar, Zabulon, Ephraim, Manasses, Beniamin: hic enim est ordo natiuitatis eorum, vt constat ex Genesis. 29. &. 30. nisi quod Leui demimus, qui erat ordine tertius, & pro Ioseph, qui erat post Zabulon, ponimus duos eius filios, vt explicabimus capite sequenti. Quorsum hoc fiat docet Scriptura: *Et pones in vtroque latere Superhumeralis memoriale filijs Israel: portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumque humerum ob recordationem*, id est, vt pontifex ingrediens in Sancta sanctorum nomina populi, pro quo rogaturus est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominum, portet in humeris, vt ait Hieronymus. Beda, capite 4: Tres enim ob causas Aharon nomina patriarcharum inter sacrificia semper in humeris, sicut & in pectore, portabat, videlicet vt ipse fidem, vitamque patriarcharum meminisset imitari, vt duodecim tribuum, quæ de his natæ sunt, orationibus, & sacrificijs memor existeret: vt idem populus scripta in veste præsulis sui patrum nomina videns curaret sedulo ne ab illorum meritis desciscens ad errorum contagia
5 declinaret. † Ad hoc enim valet quod dictum est: Et pones in vtroque latere. Superhumeralis memoriale filijs Israel. Quod verò ait Iosephus, circa medium pectus lacunam relinqui, ita intelligendum est, vt ab Hieronymo exponitur dicente: Contra pectus nihil contextum est, & locus futuro Rationali derelictus. Addit Scriptura: Facies, & vncinos ex auro, & duas catenulas, &c. De quo cap. sequenti dicemus. Intelligimus etiam ex verbis Iosephi duas partes Superhumeralis non fuisse in humeris inter se consutas, sed illis duabus gemmis, quasi fibulis quibusdam, connexas. Præterea, vbi nos habemus: Duos lapides onychinos, Hebr. Duos lapides ⊐nit, lxx. soli verterunt Smaragdos, Aquila verò, & Symmachus, & Theodotion, Onychinos: Iosephus Sardonychas vocat cū Hebræo, Aquilaque consentiens, vt vel colorem lapidum, vel patriam demonstraret, vt scribit Hieronymus.
6 † Sensit itaque Hieronymus Onychem esse, quam Iosephus vocat Sardonychem. Onyx gemma est trans-
Onyx. lucida colore vnguem hominis referens carnibus impositum, vt autor est Plinius libro. 37. cap. 6. Iosephus autem vocat eam Sardonychem, (quo nomine etiam vsus est libro. 6. de Bello cap. 6.) vel quòd Sardibus in vrbe Asiæ minoris inuenta sit, vel quòd cum candore paululum habeat ruboris, qui magis in Sarda, siue Sardio lapide emicat. De his gemmis 3. Antiquit. cap. 9. mirum quippiam, & notatu dignum scribit idem Iosephus. Ex lapillis, inquit, quos pontifex in humeris gestabat (Sardonyches erant, quorum natura nulli nō notam narrare superuacuum puto) micabat alter quoties litarum esset, is, qui dextrum humerum occupabat, tantumque fulgorem emittebat, vt procul etiam intuentibus conspiceretur, idque præter naturam suam, & consuetudinem, & ei
Duplex Ephod. Duplex tamen fuit Ephod, vt adnotauit Hieronymus in epistola. 129. ad Fabiolam, & in epistola. 130. ad Marcellam. Alter fuit, qualis modò descriptus est, qui solus erat pontificis, alter lineus tantum, quo non solum sacerdotes, & Leuitæ, sed etiam laici vtebantur. † Nam de Samuele,
7 qui erat Leuita, legimus. 1. Regum. 2: Samuel autem ministrabat ante faciem Domini puer accinctus Ephod lineo. Et cap. 22: Irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo. Et de Dauide, qui neque erat sacerdos, nec Leuita, scriptum est. 2. Regum. 6: Porrò Dauid accinctus erat Ephod lineo, videlicet cum saltaret, & cameret ante arcam Domini. Ex dictis intelligitur Ephod lineum non fuisse vestem sacerdotalem, nec Leuiticam, sed ex similitudine Ephod pontificis factam, vt ab ijs gestaretur, qui quoquomodo Diuino cultui deseruirent. Quod latius exponitur ab Alfonso Abulensi, in libr. 1. Reg. cap. 22. quæstione. 27.

Allegorica significatio Ephod.

ALlegoricam significationem Iosephus ita explicat: Epomis etiam vniuersi huius naturam indicabat è quatuor coloribus contexta, quibus aurum accesit, sicut ego interpretor, propter adiunctam rebus omnibus lucem. Duo præterea Sardonyches in vestitu pontificis pro fibulis additi Solis, & Lunæ significationem habent. Philo: At Epomidem cœli figuram esse certis coniecturis colligitur. † Primum è duobus Smaragdis rotundis humeralibus, quos qui
8 dam existimant typos Solis Lunæque, sed proprius ad veritatem accedit per hos designari duo hemisphæria. Sunt enim, sicut hæ gemmæ, ambo inter se paria neutro crescente, decrescente ve secus quam in luna videtur. Attestatur & color, Smaragdo enim aspectus totius cœli est similis. Vnde factū est, vt gemma vtraque seu lucet ur sex nominibus, quia vtrumque hemisphærium diuiso signifero circulo sex signa complectitur. Ide breuius repetit lib. 2. de Monarchia.

Moralis significatio Ephod.

QVod autem ad moralem attinet, quoniam in humeris, vt ait Beda cap. 4. onera portantur, & iuxta Philo. libro. 3. de Vita Mosis, per humerum significatur operatio, quid per Superhumerale pontificis, nisi labores bonorū operum, quæ iugiter coram Domino ferri debent, ostenduntur? Superhumerale ergo illud Euangelicum onus acci
Matth. 11. piamus, de quo Dominus ait: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. De auro fit, vt ante omnia in habitu sacerdotis intellectus sapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus, qui aerio colore resplendet, adiungitur, vt per omne, quod intelligendo penetrat, non ad fauores infimos, sed
9 ad amorem cœlestiū surgat. † His pura permiscetur, vt sacerdotale cor, cum summa, quę prædicat, sperat in semetipso, etiam suggestiones vitiorum reprimat, eisque ex regia potestate cōtradicat, & nobilitatem semper intimę regenerationis aspiciat, & cœlestis regni sibi habitum moribus defendat. Quamuis in purpura effusio etiam sanguinis pro Christo intelligitur, & passionum tolerantia, quæ meritò super sacerdotis humeros refulget, vt ipsum ad patienda aduersa semper doceat esse paratum. His coccus bis tinctus adiungitur, vt ante oculos Dei omnia virtutum bona caritate decorentur. Quæ scilicet caritas, qua Deum simul, ac proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Adiungitur & byssus torta, quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Duæ oræ Superhumeralis sibi inuicem copulantur, dum omnia, quæ foris bona monstramus, intus pura, & simplici intentione Deo placendi gerimus. Et hoc
10 in vtroque latere Superhumeralis, vt inter aduersa, & prospera, concordi semper actione, & cogitatione conditori nostro seruiamus. † Pontifex in Superhumerali nomina gestat Patriarcharum, cum doctor quisque, siue præsul Ecclesiæ, in omnibus quæ agit, patrum præcedentium facta consideret, atque ad eorum imitationem vitam dirigere, & onus Euangelicæ perfectionis ferre satagit. Quæ videlicet nomina patrum aptè in lapidibus pretiosis sculpi iussa sunt, lapides quippe pretiosi opera sunt virtutum spiritualium. Habetque sacerdos in humeris lapides pretiosos, & in eis nomina patrū scripta, cum & ipse claritate bonorū operum cunctis admirandus extiterit, & eamdem claritatem non à se nouiter inuentam, sed antiqua sibi patrum auctoritate traditam esse docuerit. Duplici autem ratione hæc in humeris portat, vt & ipse præceptis Dominicis humiliter subditus incedat, & auditoribus suis semper cœlestia, siue sua, siue patrum exempla, quæ sequantur pro-
11 ponat. † Aptè etiam ijdem lapides includi auro, atque circumdari iubentur. Auro namque vel intellectus, vel certè caritas insinuatur, quia sicut aurum metallis, ita caritas virtutibus præstat ceteris. Includuntur auro lapides, cum operatio virtutum adeò puro vndique intellectu circumspicitur, vt nihil in eis vitiorum latere, nihil remanere sordidū permittatur: Cum ipsæ virtutes ita vinculo caritatis continentur, vt nulla rerum mutabilitate à suo statu decidere, nunquam de habitu sacerdotis torpente mentis custodia valeant prælabi. Omnia ex Beda breuiter collecta. Quibus hoc addimus, Superhumerale manicas habere, quia onus, quod imponitur, vtraque manu complectendum est. Pectus tegit, & vltra zonam non transfit, quia tantum est in bono opere elaborandum, quantum Deum velle cogitabimus, & vltra virtutum limites progrediendum non est, quæ in zona significantur, vt diximus ca. 7. nu. 9.

(?)

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE RATIONALI. CAP. XI.

1 RATIONALE non nouũ vestis est, quamuis ab Hieronymo distinctionis, & perspicuitatis causa qua si noua ponatur: sed pars quædam, atque ornamentum insigne Superhumeralis, quam tamen nos ab eo separauimus, quoniam multa habet contemplatione digna. De qua Dominus hæc Mosi præcepit: *Rationale quod, iudicij facies opere polymito iuxta texturam Superhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta.* Vers.15. *Quadrangulum erit, & duplex. Mensuram palmi habebit tam in longitudine, quam in latitudine, &c.* Vers.16 Hieronymus: Septimũ vestimentum est mensura paruum, sed cunctis supradictis sacratius. Intende quæso animum, vt quæ dicuntur intelligas. Hebraicè vocatur חשן, Græcè autem λόγιον, nos Rationale possumus appellare, vt ex eo ipso statim nomine scias mysticum esse quod dicitur. Pannus est breuis ex auro, & quatuor intextus coloribus, hoc est, ijsdem, quibus & Superhumerale, habens magnitudinem palmi per quadrum, ne facilè rumpatur, &c. † Causa nominis Græci, & Latini ex ijs, quæ dicemus, intelligetur, nam Hebræum noui Hebræi tradunt significare Pectorale, quòd super pectus ponatur. Sed vt aliorũ multorum, ita etiam huius vocabuli proprietatem ignorant, vt ex Iosepho intelligi potest, dicente: Id vocatur Essen, ac si dicas, λογίον, id est, Rationale. Vbi corruptè legitur semper Essen, pro Hosen. Ac ne dubitemus vtrum palmus mensura sit quatuor digitorum, vt sæpe apud Latinos, an maior: ambiguitatem tollit Hebraicum nomen, זֶרֶת, quæ mensura est duodecim digitorum, siue dimidium cubiti, & Spithama, quo. lxx. & Iosephus vsi sunt. Hic pannus, siue frustum, aut, vt Iosephus ait, σφαῖρα, implet omnino lacunam illam, quam relictam esse diximus in Superhumerali; quare merito non tam nouum vestimentum dicendum est, quam pars Superhumeralis. Copulabatur autem cum Rationali hoc modo: *Facies in Rationali catenas sibi* Vers.22 *inuicem cohærentes ex auro purissimo, & duos annulos aureos, quos ponet in vtraque Rationalis summitate, &c.* † Hoc Iosephus ita exponit: Id committitur cum tunica (idest, cũ Superhumerali, quod tertiam tunicam appellat) anulis aureis per singulos angulos ex oris tunicæ; ac Essenis extantibus intercurrente tænia hyacinthina, & ne quid inter circulos hiet, filo hyacinthino futuram explente, & c. Itaque Rationale non assuebatur humerali, sed alligabatur. Erat autem Rationale duplex, vt diximus, idest, tela duplici contextum, vt sustinere posset pondus gemmarũ, quæ in eo ponebantur. Facies eius interior habebat in quatuor angulis quatuor anulos aureos, quibus in Superhumerali respondebant alij quatuor. Vtrique, id est, tam Rationalis, quam Superhumeralis anuli, copulabantur inter se vitta quadam hyacinthina. Deinde si quid fortè vacui inter circulum, & circulum relinqui videbatur, filo hyacinthino explebatur. Facies exterior habebat in duobus angulis superioribus duos anulos aureos eminentes, quibus catenæ aureę inferebantur, quoniam anuli priores (vt Iosephus ait) non possent gemmarum pondus 4 sustinere. † Ascendebant autem catenæ (vt testantur Iosephus, & Hieronymus) per fistulas quasdam ad humeros, & adnectebantur circulis aureis, qui erant à tergo in summitate posterioris partis Superhumeralis. Fiebant autem fistulæ ob pulchritudinem, vt ait Hieronymus. Ex quo Erasmi error proditur, qui pro Fistulas, putauit legendum Fibulas apud Hieronymum. Atque ita his catenis & Superhumerale sustinebatur, ne defluere posset, & Rationale separari non poterat à Superhumerali, immò ita affigebãtur interse, vt vnà rextura contra videntibus putaretur, vt scribit Hieronymus. Anuli autẽ superhumeralis, quibus catenæ Rationalis inserebãtur sunt illi ipsi, de quib^s, cũ de Superhumerali ageret Moses, dixit: *Facies* Vers.23 *& vncinos ex auro, & duas catenulas auri purissimi sibi inuicem coherentes, quas inseres vncinis.* Ac propterea Iosephus, & Hieronymus, cum de Superhumerali agerent nihil de his vncinis, & catenulis dixerunt, quia dicturi erant, cum

cum ad Rationale peruentum esset, quos nos imitati sumus. † Catenulas 5 autem sibi inuicem cohærentes dicit catenulas duplicatas, quarum extremæ partes iunguntur inter se, ac simul terminantur. Pro, *Sibi inuicem cohærentes*, in Hebr. est, מְגֻבָּלֹת, id est, quarum termini inter se iunguntur, lxx. κατασυγκεκραμένα ἐναλλαγῆς, id est, commistas in floribus, id est, quarum partes copularentur inter se extremitate quadam in modum floris facta. Atque ita esse hæc intelligenda ex eo videmus, quod si simplex catenula esset, in vtraque extremitate vncinũ habere oportebat, vt & cum Rationali, & cum Superhumerali iungeretur. Nunc autem vnum tantum habet, quo connectatur Vers.24. superhumerale. *Catenasque aureas* (inquit) *iungens anulis, quæ sunt in margimibus eius, & ipsarum catenarum extrema duobus copulabit vncinis in vtroque latere Superhumeralis.* Erat igitur catena non simplex, sed inserta per anulos Rationalis duplicabatur vsque ad superhumerale, & ibi ambæ eius extremitates vncino adnectebantur anulo superhumeralis. Præterea si illud: *Sibi inuicem* Vers.25 *cohærentes*, diceretur propter partes catenæ sibi inuicem connexas, satis impropriè dictum esset, nec enim pars catenæ dicitur catena, sed multæ eius partes sibi connexæ. In Rationali erant Gemmæ Rationalis duodecim gemmæ quatuor ordinibus dispositæ. In primo ordine, finge, vt habet nostra translatio, *In primo versu,* Vers.17 (quòd ordo ille versus scriptus videatur) *erat lapis Sardius, & Topazius, & Smaragdus. In secundo Carbunculus, Sapphirus, Iaspis. In tertio Ligurius, Achates,* Vers.18 Vers.19. Vers.20 *Amethystus. In quarto Chrysolitus, Onychinus, Beryllus. Inclusi,* inquit Moses, *auro erunt per ordines suos, habebuntque nomina filiorum Israel.* Vers.21. Duodecim nominibus cælabantur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. † Nec verò arbitror in his nominibus fuisse positum nomen Leui, vt existimauit Abulensis, sed loco Ioseph positos esse duos eius filios Ephraim, & Manassem, quos Iacob adoptauit, & dici voluit suos, & singuli suæ tribus principes erant, ita tamen vt Ephraim, qui minor natu erat, ponatur ante Manassem, quoniam à Iacob prælatus est 6 An in Rationali esset nomen Leui. Ephraim maiori fratri, vt videmus Genes. 48. Causa est quòd si ponebatur Leui, necesse erat præteriri Ephraim, aut Manassem, atque ita non essent in lapidibus nomina duodecim tribuum, semper enim duodecim tribus intelliguntur exclusa tribu Leui. Quare nec sacerdos pro hac tribu oraret, nec eius recordari videretur, quod illa ferre nõ posset. Nam tribus Leui non præteribatur, etiamsi ponerentur duo filij Iacob, quoniam ipse pontifex, & omnes sacerdotes, ac ministri templi erant ex tribu Leui, & eam repræsentabant, taleisque sururi erant, vt ipsi potius pro alijs orarent, quàm alij pro ipsis. Hoc Iosephus significauit, cum dixit: His erant sculpta filiorum Iacobi nomina, quos tribuum autores habemus, &c. Et postea cap. 11. ait: Pro Leui autem allegit inter autores tribuum Manassem Iosephi filium, & Ephræmem pro Iosepho. Hos enim Iacobus in adoptionem à Iosepho impetrauerat, sicut supra diximus, &c. Atque idcirco Ephraim, & Manasses filij etiam vocantur Iacob, & vt filij Iacob, acceperunt hereditatem quoniam ipse Iacob dixit Genes. 48: Ephraim, & Manasses, sicut Ruben, & Simeon, reputabuntur mihi. Reliquos autem, quos genueris, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. Atque idem est iudicium de nominibus scriptis in duobus lapidibus Superhumeralis. Hos autem lapides non casu esse positos in Rationali, sed mysterij causa, dubium nõ est: cum enim dixisset Dominus: Ponesque in eo quatuor ordines lapidũ, nec Mosi optione lapidum dedit, nec loc, sed certos lapides signauit, certũque cuiq; locum dedit. Mysteriũ omni nõ illud esse existimo, quod est in Apoc. al. 21. c. in duodecim lapidibus pretiosis, qui vrbis illius cœlestis fundamenta esse dicuntur: Et fundamenta, inquit, muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primùm Iaspis; 8 secũdum Sapphyrus, &c. † Vt ergo ibi lapides positi sunt, quorum singuli virtute, & proprietate sua singulorum Apostolorum virtutes referrent: ita hic lapides sunt electi, qui patriarcharum, aut posterorum illorum virtutibus responderent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod & Hieronymus sensisse videtur, cum ait: Et sub horum nominibus, & specie, virtutum vel ordo, vel diuersitas indicatur. Atque hoc multò melius cognosceretur, si & lapidum virtutem exactè teneremus, & patriarcharum mores, resque gestas sacra Historia plenius docuisset. Conabimur tamen omnia explicare, quantum licebit, ea maximè sequentes, quæ de duodecim patriarchis scripta sunt Genes. 49. & Deut. 33. Nec verò nos mouere debet quod hic scripsit Thomas Caietanus: De nominibus autem lapidum ne sis solicitus, quia perisse aiunt apud Hebræos notitiam nominum proprio rum lapidum, animalium, atque locorum. Perijt sanè, sed apud recentiores Hebræos. quare quæ de illis scribunt, aut ipsi, aut eorum sectatores, contemnenda sunt, nisi vbi cũ veteribus consentiunt. At nos eos sequimur, apud quos harum rerum notitia non perierat, sed quid Hebraica nomina valerent egregiè nouerant: lxx. interpretes loquor, & Iosephum, & Hieronymum. Hi nobis ea in Græca verterunt: Græca autem quam vim habeant, nobiles scriptores Græci, ac Latini docent.

9 *Sardius Ruben.*

† In primo ordine primus est Sardius, qui & Sarda Plinio dicitur lib. 37. cap. 7. hic translucet, & ignis habet speciem. Conuenit hoc Ruben, qui prius igne libidinis mens us ad patris concubinam accessit, & sicut Sardius translucet, ita eius ignis patri notus fuit. Genes. 5 Abijt Ruben & dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod illum minimè latuit. Inter translucentes lapides nullus tardius suffuso humore hebetatur, quam Sardius, vt ait Plinius: ita Ruben tardius, ac minùs quam reliqui fratres suffuso inuidiæ humore hebetatus est, id est, fulgorem suum amisit, cum de occidendo Ioseph agebatur Genes. 37. Reperiuntur etiam, vt idem scribit, circa AEgyptum Sardij, qui bracteas aureas sublimuntur, talemque hũc Sardium fuisse probabile est, cum circa AEgyptum fuerint filij Israel, quo tempore hæc fiebant. Igitur Ruben, tametsi in eo, quod foris apparebat, particeps parricidij illius videretur, tamẽ inferiùs bracteas aureas habebat, qua-

caritatem in corde seruabat, & Ioseph incolumem seruare cupiebat, vt legimus Genes. 37.

10 *Topazius Simeon.*

† Secundus lapis est Topazius, qui viridis est, & omnib⁹ eius coloris gemmis præfertur autore Plinio lib. 37. capite. 8. Significat Simeonis præsentem animum, & timori non cedentem, qui cum fratre Leui stuprum sororis Dinæ plurimis interfectis vindicauit Genesis. 34.

Smaragdus Iudas.

Tertius Smaragdus, qui maximè viridis est, & oculorum aciem lassam recreat, & gratissimi coloris est, ex Plin. libr. 37. cap. 5. Si tertius patriarcharum esset Leui: sacerdotium, & doctrinam posterorum eius animos omnium recreantem significaret. Sed quia non eum in hoc lapide, sed Iudam positum putamus, significat eius fortitudinem, & regiam potestatẽ in hac tribu, quæ semper vsque ad Christum quadam tenus ratione mansit, in quam vniuersus Israel oculos cum lætitia conuertebat, vt per eam ab hostibus liberaretur. Et quia hic lapis Diuinæ naturæ similitudinem habet in multis, vt diximus in cap. 4. Apocal. num. 11. quæ semper viret, & pulcherrima est, cum summaq; voluptate spectatur: rectè tribuitur Iudæ, ex cuius tribu natus est Christus verus Deus, & homo semper viuens, & genus humanum æterna donans libertate.

11 *Carbunculus, Dan.*

† In secundo ordine primus lapis est Carbunculus: de quo Plin. lib. 37. ca. 7. de ardentibus gemmis sermonem instituens ait: Principatum tenent Carbunculi à similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam apyroti vocati. Hic lapis tribuitur Dan propter tribum eius, cuius magna fuit fortitudo, quæ ad similitudinem ignis exusit vrbem Lais Iudic. 18: Et maximè propter Samsonem, qui velut ignis quidam fuit in Palæstinos. De hac fortitudine scriptum est, Deut. 33: Dan catulus leonis.

Sapphirus, Nephthali.

Secundus lapis est Sapphirus, quæ cœlestis coloris est, id est, cærulea, & aureis punctis collucens, vt ait Plin. libro. 37. cap. 9. Indicat cœlestes mores nonnullorum Apostolorum, qui fuerunt ex tribu Nephthali, vt est in Psalmo. 67: Principes Iuda duces eorum, principes

principes Zabulon, & principes Nephthali. Aurea puncta Sapphiri significant verba Apostolorum de Diuinis mysterijs. Genes. 49. scriptum est: Nephthali cæruus emissus, & dans eloquia
12 pulchritudinis. † Apostoli enim, quasi cerui emissi à Christo, velociter per orbem terræ discurrerunt emittentes pulcherrima, ac saluberrima eloquia.

Iaspis, Gad.

Tertius est Iaspis, pulcherrima gemma, virens, & translucens, & magnæ firmitatis. Lege Plin. lib. 37. cap. 8. Indicat magnam, & manifestã omnibus fortitudinem tribus Gad, & sanctitatẽ ipsius patriarchæ. Deut. 33: Benedictus in latitudine Gad, quasi leo requieuit, cepitque brachium, & verticem, &c.

Ligurius, Aser.

In tertio ordine primus est Ligurius, pro quo Græcè legitur λιγύριον, Quare malè in quibusdam codicibus Latinis, & apud quosdã scriptores legitur Lyn
15 curium. In quo etiam lapsus est Sigismundus Gelenius, qui in translatione Iosephi vertit Lyncurium, cum in Græco sit λύγδος, & in veteri Ruffini trãslatione, Ligurius. Etenim Lyncurium non est gemma, sed quod Latinè dicimus Succinum, aut electrum, quod, vt
13 nomẽ indicat, ex vrina lyncis fit. † De quo Plinius reflens eorum sententiã, qui gemmam esse crediderunt, hæc scripsit lib. 37. cap. 3: De Lyncurio proximè dici cogit autorum pertinacia. Quippe, etiamsi non electrum id esset, gemmam esse contendunt. Fieri autem ex vrina quidem lyncis, sed egestam terra protinus bestia operiente eam, quoniam inuideat hominũ vsui. Esse autem, qualem in ignibus succinis, colorem, scalpique. Ego fallum id totum arbitror, nec visam in vllo nostro gemmam vllam ea appellatione, &c. Ego sanè gemma lyncurium, vt Theophrastus in libro de Lapidibus, & alij, quorum memmit Plinius, voluerunt, an non sit, hoc quidem in loco non admodum contenderim, quamuis si ex lyncis vrina succinum sit, quomodo gemma fieri possit, non video. Hoc dico, gemmã ex vrina lyncis adeò pretiolam fieri, vt inter pulcherrimas gemmas Rationalis poneretur, non esse ad
14 modum probabile. † Hoc etiam, siue lyncurium gemma sit, siue non sit, nihil ad nos pertinere, quoniam hæc lyncurium Græcè dicitur, lxx. autem, & Iosephus non λυγκούριον scripserunt, sed hic λίγυρος, illi, λιγύριον, quod nihil ad lyncurium. Ex quo intelligimus cur Hieronymus dixerit: Satisque miror cur hyacinthus pretiosissimus lapis in horum numero non ponatur: nisi fortè ipse est alio nomine lyncurius. Seruans eos, qui de lapidum scripsere natu ris, atque gemmarum, lyncurium inuenire non potuu, &c. Vbi vtroque in loco non Lyncurium, sed in primo Ligurius, in altero Ligurium legendum est, in quo lapsi sunt Erasmus, & Marianus Victorius in scholijs Hieronymi. Etenim lyncurium multis in locis inuenire potuit Hieronymus apud huiusmodi scriptores, cum Plinius affirmet se eorum pertinacia cogi ad agendum de lyncurio. † Mihi suspicio est ligurium genus esse carbunculi, cuius meminit Plinius libro. 37. ca. 7. his verbis: Est & Anthracitis appellata, in Thesprotia fossilis, carbonibus similis. Falsum arbitror quod & in Liguria nasci tradiderunt, nisi fortè tunc nascebatur. Esse in ijs & præcinctæ candida vena traduntur. Harum igneus color, vt superiorum est: peculiare quiddam, quod iactatæ in ignem, velut mortuæ, extinguuntur, contra aquis perfusæ exardescũt, &c. Forte hæc gemma, quam prisci autores in Liguria nasci tradiderunt, inde etiam apud veteres dicta est, λίγυος, aut Ligurium, nam Y pro, V, po ni, & in V passim verti, videbunt qui obseruauerint. Conuenit Aser propter eius caritatem, & copiam spiritualium bonorum in terrę bonis indicatam. Genes. 4 9: Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Deut. 33: Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum, &c. Ascensor cœli auxiliator tuus.

16 *Achates Iſſachar*

† Secundus lapis est Achates. Plinius libro. 37. cap. 10: Achates in magna fuit autoritate, nunc in nulla est: reperta primùm in Sicilia iuxta fluuium eiusdem nominis, postea plurimis locis, excedens amplitudine, numerosa varietatibus diuersis mutantibus cognomina eius, &c. Isidorus libro. 16. Etym. capite. 10. addit: Est autem nigra habens in medio circulos nigros, & albos, nunctos, & variatos, &c. Tribuitur Issa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

char propter varietatem virtutum, & propter sanctitatem tribus eius, quæ cum esset in tenebris, id est, inter peccatores, candorem non amisit, & peccatores ad iustitiam vocauit. Deut. 33: Et Zabulon ait: Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas iustitiæ, id est, Tantæ pietatis erunt, vt ad templum vocēt alios, & victimas Deo gratissimas immolent.

17 *Amethyst⁹ Zabulon.*

†Tertius lapis est Amethystus, quæ ad vini rubri colorem accedens tandem in violaceum desinit, ex Plin. libro. 37. cap. 9. Significat caritatem, & mores cœlestes Zabulō, & tribus eius, de qua dictum est, quod modo retulimus: Populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas iustitiæ. Præsertim cum & ex hac tribu quidā apostoli fuerint, vt ex Psalm. 67. intelligimus: Principes Iuda duces eorum, principes Zabulō, & principes Nephthali.

Chrysolith⁹ Ephraim

In quarto ordine primus lapis est Chrysolithus, quæ aureo colore translucet, vt ait Plin. lib. 37. cap. 9. siue vt Isidorus scribit lib. 16. Etym. cap. 14. auro similis est cum marini coloris similitudine. Datur Ephraim propter regiam potestatem, quam eius tribus habuit in Ieroboham, & eius posteris, & quòd quasi mare multiplicatus sit. Ita de eo dixit Iacob Genes. 48: Et semen illius crescet ingentes.

18 *Onychinus Manasses.*

†Secundus est Onychinus. Onyx, sine lapis Onychinus, ab humani vnguis similitudine carni impositi dictus est, autore Plinio lib. 37. cap. 6. Candorem virtutum significat, qui fuit in Ioseph patre Manasse, & in ipso Manasse, cum caritate coniunctum, & cum humanitate.

Beryllus Beniamin.

Vltimus omnium lapis est Beryllus viridis gemma, quæ sexangula forma politur, quoniam hebescit, ni color eius surdus repercussu angulorum excitetur. Ex Plinio libro eodem, cap. 5. Conuenit Beniamin, qui perfectione virtutum, quæ senario numero designatur, à Deo expolitus est, & mirum fulgorem emisit. Sed maximè illi tribuitur propter apostolum Paulum, qui fuit ex eius tribu. Deut. 33: Et Beniamin ait: Amantissimus Domini, habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. Hoc est: In eo Dominus confidenter habitabit, quasi in thalamo suo, & inter humeros eius, hoc est, Onus eius erit, ipsum solum portabit Beniamin, nec alij se subijciet.

DE DOCTRINA, ET veritate, quæ erant in Rationali.

CAP. XII.

1 *Exod. 28. Vers. 30.*

SVPEREST etiam num Rationali aliquid, & quidem magnum, & valde difficile explicatu, de quo ait Dominus: *Pones autem in Rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem, quæ erunt in pectore Aharon, quando ingredietur coram Domino, & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.* Vbi habemus *Doctrinam*, in Hebræo est אורים, id est, lumina, siue illuminationes, quod est, Doctrinam valde illuminantē, lxx. τὸ δήλωσιν, id est, manifestationē, ideò Hieronymus vertit, *Doctrinam*. Pro *Veritatem*, est תמים, id est, perfectiones. In quo est difficilis, & permolesta quæstio, vbinam, & quomodo fuerint in Rationali, siue Vrim, & Thummim, siue Doctrina, & Veritas: vtrum aliquid in illo positum fuerit, quod hæc duo significaret, an potius Hebraicis literis scriptum fuerit, Vrim, & Thummim. Si scriptum dicas, quomodo hoc Scriptura tacuit? Quomodo in tam exiguo spatio, quòd vix duodecim lapidibus satis fuisse videbatur, tot literæ scribi potuerunt? Si aliquid positum est hæc duo significans, quodnam illud est, & vbi positū? Si neutrum dicas, quomodo fuerunt in Rationali Doctrina, & veritas?

Quid sint Vrim, & Thummim.

2 †Caietanus de hoc ita scripsit: Quid intelligatur nominibus Vrim, & Thummim, nullus (quantum nouimus) hactenus explicauit. Diuersi diuersa dicunt, nec certi aliquid habetur, &c. R. Dauid in libro Radicum ait: Non est manifestum apud nos quid hæc significēt, &c. Atque vt res erat obscura, multa de ea, ac mira dicta sunt. Augustinus Quæst. 117. in Exod. ait: Quid sibi hoc velit,

velit, vel in quali re, vel metallo poneretur super Rationale Demonstratio, & Veritas, (quoniam talia dicit fieri in veste sacerdotis, quę corporaliter fiūt) inuenire difficile est. Fabulantur tamē quidam lapidem fuisse, cuius color, siue ad diuersa, siue ad prospera mutaretur, quando sacerdos intrabat in Sancta, &c. R. Salomon Scripturam dicit fuisse nominis Dei, quam ponebant intra duos pannos Rationalis, per quam Deus lucere faciebat, & perficiebat verba sua. Cuius sententiam latius retulit Vatablus, & secutus est Augustinus Eugubinus in Annotationibus in

3 Pentateuchum. † Alij dicunt fuisse quædam multiplici figura distincta, & clara, ac lucida, speculique instar tersa, quæ latebant inter duos pannos Rationalis: alij laminas quasdam fuisse. Hugo S. Victoris in Annotationibus in Exodum affirmat hæc nomina Hebræa scripta fuisse in textura ipsius Rationalis, quod Augustino in eadem quæstione minimè displicuit. Immò & Philonis eadem sine dubio sententia est, qui libro. 3. de Vita Mosis ait: τὸλόγιον τετράγωνον, διπλοῦν κατασκευάζεται, ὡσάπερ βάσις, ἐπὶ δυὸ ἀρετὰς ἀγαλματοφορῶν, δόξαν οὖσαν, καὶ ἀλήθειαν. Hoc est. Rationale autem quadrangulum duplex factum est, tamquam basis, vt duas virtutes depictas ferat, Manifestationē, & Veritatem. Et lib. 2. de Monarchia: τοῦ δὲ τῶν λογίων διπλᾶ ὑφάσματα κατασκευάζει, ἀρμοττόντως, τὸμὲν δήλωσιν, τὸδὲ ἀλήθειαν. Hoc est, In Rationali autē duas texturas variauit, appellās hāc quidē Manifestationē, illam autem Veritatem. Græca retuli, quoniam Latina nō satis aptè versa sunt. F. Hieronymus ab Oleastro in Commentarijs huius capitis affirmat lapides pretiosos illos dici Vrim, quia fulgebant, & splendorem, ac lucem emittebant, Thummim verò, id est, cōpletiones, seu perfectiones, scilicet, lapidum, aut compleros, & perfectos lapides, quoniam Exod. 25. vbi nos habemus: Et gemmas ad ornatum Ephod, ac Rationale, in Hebræo est: Lapides plenitudinum, seu completionis, quod cōplerent Rationale: At, præterquam quod eius interpretatio à veterum sensu abhorret: si ita res se haberet, cur postquam lapides iussit Dominus po-

4 ni, iterū dicat: Et pones Vrim, & Thummim in Rationali? &c. † Mihi probabilissimum omnium videtur Vrim, & Thummim esse duodecim illos lapides Rationalis inscriptos nominibus duodecim patriarcharū, quatenus per eos Deus futura solebat prænuntiare, & respondere de agendis. Hoc autem ex eo intelligitur, quod Exod. 39. vbi Scriptura narrat factum esse in vestibus quidquid Dominus præceperat Mosi, nihil que prætermitti solet, nihil de Vrim, & Thummim scriptū est, quia id ipsum erant, quod duodecim lapides. Deinde Iosephus cum de Rationali ageret, nihil de illis dixit. Capite tamen sequēti quiddam se omisisse dicit in vestibus sacerdotalibus, quod omittendum nō fuit, nempe per hos duodecim lapides futura fuisse præcognita: ex quo sine dubio intelligitur Vrim, & Thummim fuisse lapides illos, quatenus ex eis futura cognoscebantur. Inde Lyranus exponit: *Pones autem in Rationali Doctrinam, & Veritatem*, id est, lapides, per quorum fulgorem manifestabitur sacerdoti Diuinum beneplacitum: & hoc secūdum Iosephum, &c. Eadem causa Hieronymus, cum de ceteris ageret diligenter, nihil de his dixit, sed postea mystice exposuit quid esset Doctrina, & Veritas, nihil tamen explicans eorum, quæ quærebamus. †Sed melius intelligetur ex collatione locorum Scriptu

5 ræ, in quibus hæc nomina reperiuntur. Numero. 27. iubetur Iosue successor Mosis sisti coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine. Deinde sequitur: Pro hoc, si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum: videlicet, vt responso Domini cognoscatur agendum ne illud sit, an omittendum, sicut statim ait: Ad verbum eius ingredietur, & egredietur ipse, & oēs filij Israel cum eo, id est, ex eius præscripto facient omnia. Pro quo est in Hebræo ad verbum: Et interrogauit illi (id est, pro illo) in iudicio Vrim. Quod est, cum aliquid erit agendum, pontifex cōsulet Dominum per Vrim, id est, per lapides Rationalis. Chaldæus: Vt consulat pro eo in iudicio Illuminationis coram Domino. Ita enim pontifices Dominum consulebant pro regibus, & ducibus suis. Inde Achimelech, cum obiurgaretur

Quid sit vrè Vrim, & Thummim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurgaretur à Saule rege quòdpro Dauide consuluisset Dominum. 1. Reg. 22. ait: Num hodie cœpi pro eo consulere Dominum? † Et cap. 23: Quod cum Dauid resciisset, quia pararet ei Saul clim malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica Ephod. Et ait Dauid: Si tradẽt me viri Ceilæ in manus eius? & si descẽdet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus: Descẽdet. Dixitque Dauid: Si tradent me viri Ceilæ, & viros, qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus: Tradent. Et capite. 30: Et ait ad Abiathar sacerdotem: Applica ad me Ephod. Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, & consuluit Dauid Dominum dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere, absque dubio enim comprehendes eos, & excuties eis prædam. Hoc autem de Ephod dictum esse propter Rationale, quod erat in Ephod, certum est ex alijs Scripturæ locis. 1. Reg. 28: Consuluitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque
7 per prophetas. † Vbi nos habemus, Per Sacerdotes, in Hebræo est, בָּאוּרִים, id est, neque per Vrim. lxx. ἐν τοῖς ἐνύποις, id est, in manifestis, siue in manifestationibus, vt interpretari solet Hieronymus. Et Hesdræ. 2: Hi quæsierunt Scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Athersata eis, vt non comederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus, atq; perfectus. Eadem verba sunt Nehemiæ. 7: Donec
8 staret sacerdos doctus, & eruditus. † In Hebræo est: Donec stet sacerdos, לְאוּרִים וּלְתֻמִּים, id est, ad Vrim, & ad Thummim. lxx. τοῦ φωτίσαι, καὶ τοῦ τελέσαι, id est, illuminantibus, & perficiis, quod idem est. In posteriori tamen loco: τοῦ φωτισμοῦ, καὶ τῆς τελειώσεως, id est, illuminationibus, & perfectionibus, siue ad illuminationes, & perfectiones. Hinc summa pontificis dignitas indicatur, cum illi dari dicuntur Vrim, & Thummim, vt Deute. 33. Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua viro Sancto tuo, quem probasti in tentatione. In Heb. est: Vrim,
& Thummim tui viro Sancto tuo, &c. lxx: Date Leui manifestationes eius, & veritatẽ eius, ἐνύνους αὐτοῦ. Hinc Leu. 8. non commemorantur gemmæ Rationalis, sed Vrim, & Thummim: Et desuper Humerale impositum, quod astringens cingulo aptauit Rationali, in quo erat Doctrina, & Veritas. Quomodo autem hoc Deus faceret, Iosephus indicat. 3. Antiq. cap. 9. Vbi, cum de duabus gemmis, quæ erant in Ephod, locatus esset, earumque eam, quæ erat in dextro humero, magnum fulgorem solitam fuisse emittere, dixisset, quoties Deus placaretur sacrificijs, hæc subijcit: Sed mirabilius est, quod nunc dicturus sum. Per duodecim gemmas, quas in pectore ponti fex insutas Esseni gestat, in bello victoriam pronuntiare
9 Deus solebat. † Nam prius quam exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facilè innotesceret adesse Deum, opemque, & auxilium suum inuocantibus esse allaturũ. Qua propter Græci, qui à nostra religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita vt negari non possit, Essena vocant, λόγιον, hoc est Oraculum. Desijt tam Essen, quam Sardonyx fulgorem emittere annis ducentis ante quam hæc cõmentaremur, irato Deo propter legũ suarum præuaricationem. Hæc Iosephus, quæ ego vera esse censeo, sed puto etiam, immò pro certo habeo, non hoc tantum modo Deum respondisse, sed illo quoque, qui in verbis libri primi Regum indicatur, id est, loquente sacerdote, & singula explicante, qui tamen sacerdos ad præsentiam Rationalis, & sacrarum gemmarum spiritum
10 prophetiæ accipiebat. † Hoc ex eo intelligitur, quod, vt iam diximus. 1. Regum. 28. legimus: Consuluitque Dominum, & non respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes, & in Hebræo est: Neque per Vrim. Itaque Hieronymus idem esse sensit respondere per Vrim, & respondere per summum sacerdotem. Deinde cap. 22. vbi pontifex ait: Num hodie cœpi pro eo consulere Dominum: satis indicat se, & tunc, & antea sæpe Dauidi respondisse quid Deus vellet. Sed illud est manifestissimum Numer. 27: Pro hoc si quid

si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius, id est, Eleazar egredietur, & ingredietur ipse, & omnes filij Israel cum eo. Deinde cum Dominus respondere dicatur in singulis, voce aliqua hoc fieri oportuit, nam fulgor gemmarum tot, tamque minutæ declarare non poterat. Cuius ergo ea vox esset, nisi sacerdotis? Nec putandum est semper ita Dominum respondisse, nam ceteris postea regibus non legimus respondisse per Vrim, sed per prophetas, respondebat tamen aliquoties prioribus illis temporibus, cum opus erat, vt sacerdotalem dignitatem commendaret. At legimus. 4. Reg. 22. ipsum Helciam pontificem missum esse ad consu
11 lendum Holdam prophetissam. † Sed si verum est, quod diximus: quomodo illud interpretabimur: *Pones autem in Rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem, quæ erunt in pectore Aharon, quando ingredietur coram Domino?* Hoc enim dictum est postquam duodecim gemmas poni iussit Dominus in Rationali: quare aliquid diuersum abillis videtur, præsertim cum dicatur: *Pones autem in Rationali, &c.* nam iuxtà id, quod nos dicimus, nihil post gemmas ponitur. Respondeo prius Dominum iussisse vt duodecim gemmæ in Rationali collocarẽtur cum nominibus Patriarcharum: deinde multis interpositis id repetit, non sine causa, sed vt ostendat quam virtutem inesse, voluerit in gemmis illis, & nominib⁹. Ac si diceret: Iussi vt gemmas cum nominibus poneres, nunc iubeo, vt in eodem Rationali ponas Vrim, & Thummim, hoc est, vt prædictiones rerum futurarum ex eo petas, & lapides poni scias, vt per illos vos futura, & agenda doceam quoties oportebit. Prius vt lapides tantum poni iussi, nunc iubeo poni tamquam Vrim, & Thummim, hoc est tamquam oracula, & signa futurorum. Hæc portet Aharon quando ingrediatur coram Domino, vt meminerit se ea docere populum debere, quæ à Domino acceperit, non quæ ipse per se cogitauerit.

12 † Ex dictis intelligere iam licet cur gemmæ nominibus inscriptæ dicantur Vrim, & Thummim. Vrim quidem manifestè ad predictionem futurorum pertinent; ideoque lxx. verterunt, ἐνύνους, id est, manifestatio, & φωτισμοί, id est, illuminationes, quod eis Aquilæ placuit; Hieronymus, Doctrina, quæ illuminatio est. Thummim verò propriè significat perfectiones. lxx. vertunt ἀληθείας, id est, veritas, quos Hieronymus secutus est, vt intelligeretur Deum neminem fallere velle, sed quid quid eius sacerdos prædicebat, valdè perfectum esse, id est, valde verum, neque quid quam falsi habere admistum, sicut responsa, quæ dabant oracula gentium. Ita videtur intellexisse Hieronymus, atque idcirco Hesdræ. 2. & Nehemiæ. 7. vbi in Hebræo est: Donec staret sacerdos ad Vrim, & Thummim, ipse vertit in priori loco: Donec surgeret sacerdos doctus, atq; perfectus, in posteriori: Donec staret sacerdos doctus, & eruditus. Hoc est, sacerdos doctus, qui futura à Deo didicisset, & perfectus, qui perfectè, & sine admistione falsi enuntiaret quæ acceperat. Siue eruditus, qui non falleretur in ijs,
13 quæ Deus docuerat, nec falsa diceret pro veris. † Inde Hieronymus dixit: Porrò quod dicitur in ipso Rationali, ἐνύνους esse, & ἀληθείας, id est, manifestatio, atque doctrina, vel veritas, hoc ipsum significat, quòd nunquam in Dei ratione mendacium sit, &c. Et moraliter exponit in hac ipsa epistola. 127. ad Fabiolam, & in illud Hos. 3: Quia dies multos sedebunt, &c. vt nõ solum sacerdos fidem rectam sciat, sed &, quod nouerit, possit alios docere. Eodem ferè modo interpretatur Doctrinam, & Veritatem Origenes Homil. 6. in Leuit. & vterque desumpsit ex Philone libro. 3. de Vita Mosis.

Ex dictis etiam intelligemus cur dictum sit Rationale iudicij. Rationale quidem cur dicatur, Iosephus exponere videtur in ijs, quæ retulimus ex. 3. Antiquit. cap. 9. Qua propter, inquit, Græci, qui à nostra religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita vt negari non possit, Essena vocant λόγιον, hoc est, Oraculum. Verùm paulò liberior est hæc translatio, in Græco enim non est illa interpretatio: Hoc est Oraculum, sed Sigismundus Gelenius addidit quòd

Rationale vnde dictũ.

Græco

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græco nomine, λόγιον, significari existi-
14 mauit. † Contra Ruffinus adiecit: Hoc est, Rationale. Græca ita habent: ἔστιν δὲ λογεῖον τὸ χρυσοῦν τετράγωνον λίθοις, διὰ τῶν αὐτῶν κατὰ τέσσαρας στοίχους τετραπλῆ, τὸ τετράγωνον λόγιον καλοῦσι. Quod ita ad verbum vertitur: Vnde Græci, qui quidem nostras venerantur consuetudines, propterea quod nihil his contrarij posuit, Essenem logion vocant. & c. λόγιον autem Græcis dicitur quidem Oraculum, at non vnde responsa petuntur, sed ipsa Dei responsa, quod in hunc locum non conuenit. Est tamen quod optimè conueniat. Græci λογίους appellant eos, qui futura prædicunt, vt Plutarchus in Sylla: Τυῤῥηνῶν δέ οἱ λόγιοι μεταβολὴν ἀπαγγέλλοντες ἀνακυκλήσιν ἔφασαν, id est, Tyrrenorum vates mutationem ostendebant significare prodigium illud. Quare Rationale vocabant λόγιον, ac si dicerent fatidicum, aut futura prædicens. Eadem causa dictum arbitror Rationale, quod cum per illud responsa de futuris redderentur, non res sine ratione, sed ratione, & intelligentia prædita videretur. † Inuenio etiam interdum scriptum, λογεῖον, apud. lxx. in eodem cap. 28. Exodi, & apud Philonem in locis indicatis, & apud Hieronymum in cap. 3. Hoseæ, & apud alios autores, & id quoque nomen aptum est, significat enim locum, vbi conueniunt consulentes: sed melius scribitur λόγιον. Rationale iudicij dicitur, quia per illud Deus docebat quid faciendum esset.

Iudicium. Iudicium enim dici solet in Scriptura id, quod quisque facere debet, vt Psalmo. 36: Os iusti meditabitur sapientiã, & lingua eius loquetur iudicium. Prouerb. 21: Gaudium iusto est facere iudicium, & iustitiam.

Allegorica Rationalis significatio.

DE Allegorica Rationalis significatione hæc scribit Iosephus: Essen quoque in eius medio est insertus (hoc est, in medio Superhumeralis) non aliter quam terra medium mundi locum obtinet. Gemmarum etiam duodenarium, siue ad menses retuleris, siue ad parem partium numerum eius circuli, quem Græci Zodiacum vocant, nequaquam à vera coniectura aberraue-
16 ris. † Philo verò ita: Præterea in pectore duodecim gemæ discolores, ternæ distributæ in quatuor ordines, quid aliud significant, quam ipsum signiferum circulum? Nam & hic in quatuor partes æternis signis constantes diuiditur, atque ita horas anni efficit, ver, æstatem, autumnum, hiemem. &c. Et mox ait varietatem colorum in gemmis ideò positam esse, quòd circuli signa suum quodque colorem efficiant in terris, aqua, & aere, & horum accidentibus, atque etiam in animalium, stirpiumque generibus omnibus. Idem ait libro. 2. de Monarchia. Addit etiam in priori loco, hoc est, libro. 3. de Vita Mosis: Quod autem Rationale duplicatur, causam habet hanc. Duplex est ratio, altera in mundo, quæ est incorporearum idearum ratio: altera in homine. In homine etiam duplex est, altera interna, altera externa huius interpres, quæ dicitur oratio. Quadrangulũ est Rationale, quia oportet rationem, siue naturæ, siue hominis, inconcussam esse, ac solidam.

Rationalis Moralis significatio.

17 TRopologiam eiusdẽ explanat Gregori. in. 2. parte Pastoralis curæ, capite. 2. & libro. 1. epist. 24. his verbis: Hinc Diuina voce præcipitur, vt in Aharon pectore Rationale iudicij virtis ligantibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat, ne indiscretum quid, vel inutile cogitet, qui ad exemplum alijs constitutus ex grauitate vitæ semper debet ostendere quantam in pectore rationem portet. In quo etiam Rationali vigilanter adiungitur, vt duodecim nomina Patriarcharum describantur. Ascriptos etenim patres semper in pectore ferre est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur, cum exempla patrum præcedentium indesinenter intuetur, cum Sanctorum vestigia sine cessatione considerat, & cogitationes illicitas deprimit, ne extra ordinis limitem operis pedem rendat,
18 † Quod benè etiã Rationale iudicij vocatur, quia debet rector semper subtili exa-

examine bona, malaque discernere, & quæ, vel quibus, quando, vel qualiter congruant, studiosè cogitare: nihil quoque proprium quærere, sed sua cõmoda propinquorum bona deputare. Vnde illic scriptum est: Pones autem in Rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem, & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper. Sacerdoti quippe iudicium filiorum Israel in pectore coram Domini conspectu gestare est subiectorum causas pro sola interni iudicij intentione discutere, vt nihil se ei humanitatis adnuscear in eo, quod Diuina positus vice dispẽsat, ne correptionis studia priuatus dolor exasperet, cumque contra aliena vitia æmulator offenditur, quæ sua sunt non exequatur: ne trã quillitatem iudicij, aut latens inuidia
19 maculet, aut præceps ira perturbet. † Hactenus Gregorius. Origenes verò Hom. 6. in Leuit. ait: Logium sapientiæ indicium est, quia sapientia in ratione consistit. Sed quæ sit sapientiæ huius, & rationis virtus ostendit: imponit enim super Rationale Manifestationem, & Veritatem. Non enim sufficit pontifici habere sapientiam, & scire omnium rationem, nisi possit etiam populo manifestare, quæ nouit. Ideo ergò imponitur Rationali Manifestatio, vt possit respondere omni postenti se rationem de fide, & veritate. Ponitur autem super illud & Veritas, vt non illa adstruat, quæ proprio excogitare potest ingenio, sed quæ veritas ha
20 bet, nec vnquam a veritate discedat, vt in omni sermone eius semper veritas maneat, &c. † Sed ait idem Origenes paulò post: Sed & ipse ordo rerum quam sanctus sit, & quam mirabilis, intuere. Non ante logium, & postea Humerale, quia non ante sapientia quam opera, sed prius opera haberi debent, & postea quærenda sapientia est. Tum deinde non ante Manifestatio quam Rationale, quia non ante alios docere, quam nos instructi, & rationabiles esse debemus. Super hæc autem additur Veritas, quia veritas est summa sapientia. Denique Prophetа hunc eundem ordinem seruat, cum dicit. Semmate vobis ad iustitiam,
21 & metite fructum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ. Vides quomodo non dicit primo: Illuminate vobis lumen scientiæ, sed primo: Seminate vobis ad iustitiam. Et non sufficit semin.are, sed. Metite, inquit, fructum vitæ, vt post hæc positis imitere quod sequitur: Illuminate vobis lumen scientiæ. Hæc Origenes, referre autem verba Hosee capite. 10. iuxta lxx. translationem. † Verùm quia desunt quædam tam in Gregorij, quam in Origenis explanatione, ea compendio quodam supplebimus ex Beda, capite. 5. Rationale sit duplex, vt rationem nostræ examinis, & inuisibilis intus arbiter probet, & nunquam humana foris existimatio meritò condemnet. Seu certè duplex ferimus Rationale, quando ea, quæ de fide Veritatis, ac de vita inuisibili loquimur, aut cogitamus, ratione fixa subsistunt: & quæ agimus, aut agenda disponimus, æquè iudicio iustæ discretionis probantur esse librata. Quod autem mensuram palmi habebat per quadrum, conatum indefatigabilem, ac perpetuum piæ intentionis ostendit. Qui enim palmo aliquid metitur, summo vtique conamine dispansis digitis manum extendit. Vnde meritò, sicut per manum operatio, ita per palmum exprimitur ipsa inflexibilis contentio bonæ operationis; dum suam quisque dexteram in vniuersa quæ valet, insignia
22 virturum dilatare satagit. † Et bene idem Rationale tam in longitudine, quam in latitudine, mensuram palmi habere præcipitur: quia siue in longitudinem vitæ æternæ desiderium mentis erigat, seu in latitudinem caritatis erga curam proximi sium inclinet affectum, necesse est per omnia cor sacerdotale nequaquam segne, & desidiosum manere, sed ardenti semper studio extendi ad comprehendendum brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Gemmarum positio diuersarum in Rationali multiplicem variarum virtutum operationem designat, quæ concordi serie disposita in sacerdotis debet corde semper apparere.

Sin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Singuli autem lapides singulis patrum nominibus scribuntur, dum Sanctorũ vitam rector inspiciens, qui quibus maximè virtutum operibus floruerunt sedula inquisitione scrutatur, & hæc cũcta in abditis sui pectoris meditando colligere, atque operando proferre satagit. † Atque hæc nomina in Superhumerali sunt in lapidibus eiusdem generis, vt significetur vna fides in Deum, vna spes, vna caritas omnium patrum corda repleuisse. In Rationali sunt in multis lapidibus diuersi generis, quia multiplex est varietas, & gratia bonorum operum, quibus Sanctorum fides, spes, & caritas confirmata refulget.

Quatuor ordines gemmarum sunt propter quatuor virtutes, quibus omne, quod cogitat sacerdos, qui eas portat in pectore, prudentia cu cunspectum, fortitudine firmum, iustitia eximium, temperantia à malis omnibus secretum esse debet. Sed idem ordines ternas habent gemmas, quia eædem virtutes Sãctæ Trinitatis fide consecratæ esse debent. Rationale cum Superhumerali connectitur, quia Superhumeralis bonorum operum consummationem indicat, Rationale autem munditiam cogitationum, quæ semper iungi debẽt.

† Catenulæ aureæ significant continuationem caritatis, qua sicut catenula ex plurimis auri virgulis vna conexitur: ita caritas ex multifaria virtutum operatione perficitur. Duæ sunt, quia & erga Deum caritas est, & erga proximum. Anuli aurei, è quibus pendẽt catenulæ, significant iugem memoriã perpetuæ, & nunquam finiendæ caritatis in patria cœlesti. Duo vncini Superhumeralis eminentes aureis anulis, quibus inserebantur catenæ, significant firmissimam intentionem Deo placendi, & iuuandi proximos tam in prosperis, quam in aduersis rerum eũtibus. Virtæ hyacinthinæ, quibus Rationale constringitur cum Superhumerali, sunt ligaturæ cœlestis desiderij firmissimæ, cum agnita luce patriæ cœlestis in illam suspiramus, & vt in cœlum intrare mereamur, concordi fide, & vita, opere, & professione seruire Domino studemus.

DE ZONA.

CAP. XIII.

DE hac zona legimus: *Et balteum facies opere plumarij*, id est, variorum colorum, quale solet esse opus plumarij. Hebr. opere רקם, qd solet vertere, Opere polymito, aut opere polymitarij, lxx. ἔργου ποικίλου opus variegatoris. Ex quo intelligimus varijs coloribus fuisse contextam, illis scilicet, quibus Ephod, & aurum similiter habebat. Et cap. 39: Fecit igitur Superhumerale de auro, hyacintho, &c. & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi. Hoc magis explanat Iosephus his verbis: Esseni autem assuta erat zona iam dictis coloribus, & auro distincta, quæ totum cõplexa, rursumque supra futuram nodata deorsum propendere sinebatur, oés autem simbriæ quibusdam oris fistulosis vtrimque includebantur. Sed pro hoc vltimo est in Græco: τὰς δὲ ὑποδύσεις χρύσεα σύριγγα καὶ ἑκατέραν ἄνωθεν ἐκλελῶσθαι πάντας ἐμπεφιλόχωτον αὐτοῖς, id est: Fimbrias autem, siue oras, aureæ fistulæ in vtraque summitate capientes omnes circumeunt ipsæ.

Exod. 28 — *Vers. 39* — *Exod. 28*

Mystica zonæ significatio.

DE significatione eius ait idem Iosephus: Zona item, qua cingitur, Oceani similitudinem habet, qui vniuersa circumplectitur, &c. De moraliam dictum est cap. 7: Aurum verò, quod huic zonæ additur, caritatem significat, siue diuinarum rerum intelligentiam. Fistulæ aureæ vtrimque additæ significant caritate, & Diuinarum rerum intelligentia omnes virtutes solidari, atque muniri. Additur hæc zona internæ illi, vt sciamus varietatem virtutum non intus tantum in animo, sed exterius etiam debere apparere in opere. Origenes Hom. 6. in Leuit. Iam & superius dixerat, quia cinxit eum zona super tunicam, & modo iterum cingitur secundum factura in Superhumeralis. Quod est istud duplex cingulum, quo constrictum vult esse ex omni parte pontificem? Constrictus sit in verbo, constrictus in opere, expeditus ad omnia, nihil remissum, nihil habeat dissolutum. Accinctus sit animi virtutibus, constrictus sit à corporalibus vitijs, nullum animæ lapsum, nullum corporis timeat, vtroque cingulo semper vratur, vt sit sanctus corpore, & spiritu. Bene autem, & secundum fãturam Superhumeralis cingitur: secundum enim facta sua, & secundum opera sua cingulo virtutis vtitur.

DE TIARA PONtificis.

CAP. XIIII.

DE tiara pontificis hoc tantum legimus in Scriptura: *Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris: Sanctum Domino. Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram imminens frontı pontificis.* Et postea: *Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit ei Dominus.* His Hieronymus hoc tantum addidit. Hæc super pileolum lineum, & commune omnium sacerdotum in pontifice plus additur, vt in fronte vitta hyacinthina constringatur, totamque pontificis pulchritudinem Dei vocabulum coronet, & protegat, &c. Est autem hoc nomen Dei, quod Tetragrammaton, & ineffabile appellant, est enim hæc inscriptio, קֹדֶשׁ לַיהוָה. Ineffabile autem dicitur aurore Philone libro. 3. de Vita Mosis, quod solis aures, linguamque sapientia purgatis fas est audire, nominareque in sacris, præterea nemini. Iosephus autem præclarè rem totam explicauit his verbis: Porrò pileo, quali ceteri sacerdotes, vtebatur: super quem extabat alius consutus ex hyacintho variatus. † Huic aurea corona triplici circumdabat, in qua spectabantur calyculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud nos vocatur Daccharus, apud Græcum herbarios Hyoscíamus. Et paulò post: Eiusmodi corona ab occipitio circumtempora vtraque procedebat: nam frontem illi calyculi non ambiebant, sed, ceu lorum quoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen inscisum habebat, &c. Herbæ huius, quæ Græcè dicitur Hyosciamus, meminit Dioscorides libro. 4. cap. 59. Latinè dicitur Apollinaris, siue Altercum, in officinis (vt ibidem testatur Ruellius) corrupto Græco vocabulo vocatur, Insquiamum, Hispanicè beleno, & vulgaris, ac nota herba est. Hæc, vt Iosephus ait, emittit è ramis calyculum ipsis inhærentem. Calyculum autem vocant folliculum, quo primum flos, deinde semen herbarum, aut fructus arborum cooperitur, cuiusmodi habent amygdalæ nuces, castaneæ: indeque calyx Græcis dictus est à καλύπτω, quod est tegere. † Calyculum graphicè describit Iosephus. Calyculus, inquit, est quantus articulus minimi digiti circumferentiam habens crateri similem. Ima sui parte circasundum dimidiato globo est rotunditate similis, mox in processu paulatim coarctatur, donec in extremitate rursum dilatatus in labrum exeat mali Punici umbilico incisuris simile, cui operculum orbiculare inhæret, quasi de indusia tornatum, eminentes habens incisuras, quas dixi, vt in malo Punico, aculeatas, & in acutos mucrones desinentes,

Exod. 28 — *Vers. 36* — *Vers. 37* — *Vers. 38*

Tiaræ Allegorica significatio.

DE eius significatione hæc idem Iosephus. Pileus item cœli significatio videtur esse, cum sit ex hyacintho confectus, alioqui non sustineret Dei nomen. Et corona illustratur aurea propter splẽdorem, quo maximè Deus delectatur. † Philo: Cidaris autẽ pro diademate imponitur capiti, quia quantisper sacerdos honore suo fungitur, & ministerio, non solum priuatis hominibus est eminentior, verum etiam cunctis regibus. Huic prætegitur aurea lamina insignita quatuor literis, per quas Entis nomen aiunt indicari, quandoquidem nihil potest absq; inuocatione Dei subsistere, nã huius tanquam fontis fluente largitate sua firmitate omnia, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tiaræ Moralis significatio.

TRopologiam eius docet his verbis Beda cap.7: Sicut Diuina potentia cunctis, quæ creauit, supereminet, ita oportebat vt nomen eius ceterum pontificis habitum, ornatumque transcendens altiùs præemineret, & velut cuncta sanctificans eximiam in eius fronte sedem teneret. Significat autem ipsam professionis nostræ fiduciam, quam in fronte portamus dicentes singuli cum Apostolo: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et rectè hoc vnum in toto pontificis habitu de auro est solo factum, vt munditiam cordis, siue corporis, in qua mysteria redemptionis nostræ recondere, vel gestare debemus, ostenderet. †Vel, quia
5 ira passionem Domini venerari debemus, vt claritatem in illo Diuinæ maiestatis confiteamur. Ligatur autem lamina cum tiara pontificis vitta hyacinthina, cum spe cœlestium bonorum, quam hyacinthus significat, in fide confortamur, & eo artiùs vel sacramenta nostræ redemptionis, vel imaginem, ac similitudinem nostri conditoris, ac Redemptoris intemeratam seruare contendimus, quo nullum esse aliud salutis iter cognoscimus. Origenes Homilia.6. in Leuit: Verùm iste capitis ornatus, vbi nomen Dei impositum dicitur, post illa omnia, quibus inferiora corporis membra fuerant ornata, superponitur. In quo mihi indicari videtur quod super omnia, quæ de mundo, vel de ceteris creaturis sentiri, aut intelligi possunt, eminentior, tàquam autoris omnium, scientia sit Dei: Et quia ipse est caput omnium, ideò & ornatus iste super omnia capiti superponitur, nihil enim post hæc adijcitur pontificis capiti, &c. Pileus hyacinthinus significat pontificem non tantum continentiam habere debere in omnibus sensibus, vt ceteros sacerdotes; sed etiam cogitationes eius debere esse cœlestes, vt tota eius mens huiusmodi cogitationibus, & affectibus ambiatur, nec relinquatur. † Triplex corona aurea
6

Gala.6.

ostendit eum, circa cuius nomen ponitur, esse regem regum, & Dominum dominantium. Nam aurea corona regum est, sed triplex corona non regem solum eum esse indicat, sed regem omnium regum, ternario enim sæpe in Scriptura significatur vniuersitas, est siquidem primus numerus, ex quo omnes dici incipiunt, vt Aristoteles autor est libro.1.de Cœlo, cap. 1. Atque hinc dignitas pontificis intelligitur, qui tanti regis sacerdos summus sit: & ipse pontifex docetur quam regaliter imperare debeat affectibus suis. Atque hinc factum arbitror vt summus pontifex triplicem in capite coronam gerat.
7 † Quamuis huiusmodi corona à Petro apostolo accepta sit, cuius vetustissima effigies seruatur Romæ in eius templo, ea, quam Siluester pontifex Constantino imperatori ostendit, triplici corona in ipsis capillis insignita. At Petrus instinctu Spiritus sancti illa vsus est, vt figuræ responderet veritas, & ipse pontifex Christi gereret quod pontifex vetus figura Christi gesserat. Et quoniam Hyoscyamus soporem, & quasi insaniam quãdam efficit, meritò pontifex eius calyculos portat in corona aurea, vt cum eos viderit, meminerit fastigium illud summæ dignitatis multos à mente, atque à sensu abalienare, nec debere committere, vt ipse idem patiatur, sed in vera mentis sobrietate, & humilitate permaneat.

An pontifex semper vteretur vestibus suis.

Superest nunc, vt quæramus semper ne pontifex his omnibus vestibus ornari solitus sit, cum erat in tabernaculo, siue in templo ministraturus. Et respondendum est idem esse de pontifice, ac de sacerdotibus iudicium, vt enim illi, ita etiam ipse tantum sacris vestibus vtebatur cum sacris operabatur. Exod.28: Vt faciant vestes Aharon, in quibus sanctificatus ministret
8 mihi. † Et postea: Facient vestimenta sancta fratri tuo Aharon, & filijs eius, vt sacerdotio fungantur mihi. Et de tunica hyacinthina: Et vestietur ea Aharon in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingredietur, & egredietur Sanctuarium.

Id

Idybique sentire videtur Iosephus. Et Philo.lib.3.de vita Mosis ait: In hunc modum ornatus pontifex ad sacra mittitur, vt quoties ritu patrio vota facturus est pro populo, totum mundum secum introducat sub figuris, quas gestat. Idem scripsit libro.2.de Monarchia. Assentitur & Alfonsus Abulensis, quæst.11.&.13.in cap.28.Exod.& in cap.16.Leuit.quæst.9.&.10: excipit tamen in his locis tempus, quo ingreditur in Sancta sanctorum in die Expiationis, quo ijs tantum vestibus induebatur, quæ illi cum minoribus sacerdotibus communes erant. Idem tempus excipiunt Lyranus Leuit.16. & Hebræi. Hoc confirmat optimè Abulensis verbis Leuitici. Loquere ad Aharon fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod est intra velum coram Propitiatorio, quo tegitur arca, vt non moriatur, nisi hæc ante se fecerit. Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit, accingetur zona linea, cidarin lineam imponet capiti. Hæc enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis,
9 cum lotus fuerit, induetur. † Si autem quæras cur in die illo festo celeberrimo, pontificijs vestibus non vtatur; respondet Abulensis, esse quidem celeberrimum, non esse tamen lætitiæ diẽ, sed mœroris, quia dies Expiationis erat, quo Iudæi affligebant animas suas, & ieiunabant, & pontifex pro peccatis suis, & totius populi orabat. Atque idcirco tunc pretiosioribus, & lætioribus vestibus vti non licebat. Quemadmodum in sexta feria maioris hebdomadæ, cum passionis Domini memoria fiat, qui dies celeberrimus est, atris vestibus vtitur Ecclesia, quia dies est tristitiæ. Itaque sacerdos illa die duo officia gerebat, vt ait Abulensis, quæst.9. in cap.16.Leuit. Primum erat expiatio, quam faciebat intra Sancta sanctorum aspergendo illa sanguine: alterum erat adolere holocausta in atrio tabernaculi, id est, in altari holocaustorum. In primo vestibus minorum sacerdotum vtebatur, ad secundum vestes pontificias assumebat, quia iam facta erat expiatio, ac sacrificium illud iam non
10 mœroris sacrificium erat, sed exultationis. † Hoc docemur in eodem cap. Leuitici. 16: Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aharon in tabernaculum testimonij, & depositis vestibus, quibus prius indutus erat cum intraret Sanctuarium, relictisque ibi, lauabit carnem tuam in loco sancto, induetur; vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum, ac plebis, &c. In tabernaculum testimonij reuertitur, quia erat extra tabernaculum in atrio ad altare. Vestes deponebat, vt ablueretur, ablucbaturque, vt doceret factam esse iam expiationem. Post ablutionem induebatur vestibus suis, id est, pontificijs, assumptis tamen prius vestibus minorum sacerdotum, quæ omnia latè in idem cap. 16. Leuit. explicauit Abulensis. Sed faceſsit negotium nobis Iosephus, qui affirmare videtur pontificem tantum vti veste pontificali, cum introibat in Sancta sanctorum. Nam libro.6.de Bello, capit.6. cum de pontificis veste ageret, ait: Ea quidem veste non semper, sed alia ambitiosa vtebatur, illa vero, si quando adyta introibat. Solus autem, atque semel in anno intrabat, quo die cunctos ieiunare Deo mos erat. † Græca ita se habent: *τὴν μὲν δὴ τῶν ἱερέων ἐσθῆτα, οὐκ ἐφέξει τὸν ἄλλον χρόνον, λιτοτέραν δὲ ἀπολαμβάνει, ὅπόταν δὲ εἰσίῃ εἰς τὸ ἅδυτον, εἰσίῃ δὲ ἅπαξ κατ' ἐνιαυτὸν μόνον ἐν ᾗ νηστεύειν τῷ θεῷ καὶ ἡμέραν ἅπαντα τὰ ἔθνη.* Sed depravata esse manifestum est, vel ex eo quod tota oratio pendet, neque integram claudit intelligentiam: ita enim ad verbum vertuntur: Hanc autem vestem non ferebat per aliud tempus, viliorem autem assumebat. Quando autem ingrederetur in adytum, ingreditur autem semel in anno, eo tantum die, quo omnes Deo ieiunare mos est. Quare prior illa negatio delenda est, οὐκ. & cum dicit ὅπόταν δὲ, id est, Quando autem, delenda est etiam particula δὲ, siue Autem, vt sit sensus: Hanc autem vestem ferebat alio tempore, sed viliorem, (siue minùs ambitiosam) assume-

11

1 a bat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat, cum ingrederetur in adytum.
12 † Ingreditur autem semel, &c. Ita hæc corrigenda esse constat non solum ex Leuitici verbis, sed ex eo etiam, quod sibi ipsi contradiceret Iosephus, qui haud obscurè semper docet vestibus pontificijs vti pontificem cum sacra facit.

Postremò animaduertendum est, vestes pontificis ad Christum etiam referri posse, qui noster pontifex est, & quæ diximus de earum significatione, ad Christum transferenda sunt, in quo multò perfectiùs, & cumulatiùs sunt virtutes, quæ in membris eius inueniuntur. Habenda est tamen ratio decori, vt ita transferantur, vt personam eius decet. Fecit hoc ipsum Rupertus in Exodum, sine libro. 4. de Trinitate, & operibus eius, capite. 23. quod in ipso autore legat qui volet. Dixi, Domine de sacerdotibus tuis, & Leuitis, de sacris vestibus, in quibus & summa tua sapientia, & sacerdotum Christi tui eruditio non mediocriter elucent: elucerent autem clarissimè, si potuissem omnia mysteria, quæ illis teguntur, reserare, atque effari populo sancto tuo. Sed si quid potui, tu dedisti, tuum est quidquid bene, verèque dictum est. Si qui ergo per hæc fortè profecerint, agant tibi gratias, & mihi vbi erraueró ignoscant, veritatem enim quàm potui diligentissimè indagaui. Te autem oro, atque obsecro per Iesum Christum filium tuum, pontificem nostrum, qui introiuit semel in Sancta æterna redemptione inuenta, vt sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent, quò sanctè & piè ad sanctum altare tuum accedamus, teque populo tuo placatum, beneuolumque reddamus, vt cum eodem filio, & Spiritu sancto laueris, ameris, colaris in sæcula sæculorum.
Amen.

DE

DE TEMPLO, ET DE IIS, QVAE AD Templum pertinent, LIBER QVARTVS,

QVI EST DE SACRIFICIIS, Hebræorum.

PROOEMIVM.

DE Sacrificijs quoque Hebræorum dicendum est, ne aliquid ad integritatem operis de templo desiderari iure videatur: neq; enim aut studioso lectori, aut rei ipsius dignitati satisfaciemus, nisi post templi fabricam, & ea, quæ erant in templo, post Leuitarum, & Sacerdotum, vestiumq; Sacerdotalium tractationem, Sacrificiorum etiam rationem explanauerimus. Nec ita tamen de his agam, ac si librum Leuitici suscepissem enarrandũ, sed, vt feci in reliquis, ea tantum attingam, quæ ad plenam sacræ Scripturæ intelligentiam pertinere videbuntur, id est, quibus Sacrificiorum vniuersa ratio contineatur, & quæ de illis in vtroque testamento dicta sunt, quantum satis est, intelligantur. Omnia autem, vt in præcedentibus libris, Historico sensu, & postea mystico elucidabimus: quod fauente nobis æterna Sapientia, quæ hæc in gloriam suam instituit, & cuius opem supplices inuocamus, omnibus Scripturarum studiosis non parum vsui futurum existimamus.

DE TRIPLICI SACRIficiorum genere, & de animalibus, quæin eis immolabantur.

CAP. I.

OMNINO apud Hebræos tria genera fuerunt Sacrificiorum, holocaustum, siue holocautoma, hostia pacifica, Sacrificium pro peccato, quod simpliciter dici solet Pro peccato, vt Psalm. 59: Holocaustũ, & Pro peccato non postulasti. Quæ nunc quidem verbis Sancti Thomæ satis erit explicare. Triplex, inquit, erat Sacrificiorum genus. Quoddam, quod totum comburebatur, & ideo dicebatur Holocaustum: & offerebatur Deo specialiter ad reuerentiam maiestatis ipsius, & amorem bonitatis eius. Secũ- 1.2.q.102 ar.3.ad.3.

Holocaustum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pro peccato.

dū dicebatur, Pro peccato, quod offerebatur ad rēmissionē peccati: cuius vna pars cōburebatur, altera cedebat in vsu sacerdotū, nisi cū offerebatur, pro peccato totius populi, vel pro peccato sacerdotis, nam tunc totū cōburebatur. Tertiū vocabatur Hostia pacifica, quæ offerebatur Deo vel prō gratiarū actione, vel pro salute, & prosperitate offerētiū ex debito beneficij vel accipiēdi, vel accepti. Huius vna pars incēdebatur, altera cedebat in vsū sacerdotū, tertia in vsum offerētiū, & ci[ſ]Iudæo nō omne

Hostia pacifica.

2 genus auiū, aut quadrupedū immolabatur, etiāsi mūda essent, sed pauca quędā, quæ & facilius parabantur, & natura ad significationē videbantur aptiora. Hoc ego verbis Philonis disertissimi Iudæorū cōmodius explicabo, qui in libello de Victimiis hæc scripsit. Animalia, quæ in sacris mactari solent, aut terrestria sunt, aut volucria. Sed volucriū cū sint innumeręque species, duas tātū selegit Moses legifer: quoniā colūba inter natura māsuetas, & gregatim volitātes est mitissima, turtur verò inter solitarias celeratu facillima. Terrestriū quoq; innumeris gregibus omissis tria præcipuè secreant genera, boum, ouiū, caprarū, vt mitiora, māsuetioraq;. Si quidē armēta magna boum, magni greges caprarum & ouiū, ab vno quouis agitur, nec solū viro, sed & puero, dū exeunt in pascua, rursumq; suo tempore decenter adsepta

3 reducunt. † Quod autē animalia hæc ingenio mitia sint prædita vel illud euidēs est indiciū, quod oia vescantur herbis, nō carnib⁹, nec vnguibus aduncis armata, nec cōtinua serie dentiū, nā gingiuę dētibus aliquot destitutę sunt. Præterea maximè vitā iuuant hæc animalia. Arietes vestitū præbēt tegedis corporibus: boues arādo terrā semēti præparāt, & fruges ipsa tritura reddūt alimēto vtiles. Ex caprarū pilis, ac tergorib⁹ cōtextis, cōsutisq; fiunt penulæ viatoriæ, velamina; militibus, & alijs, quos necessitas aliquia cogit extra vrbes sub diuo degere. Moses AEgypti⁹ li. 3. Ductoris dubiorū, ca. 47. alterā causam affert, q̄ scilicet hæc tria animaliū genera apud AEgyptios, & apud alios ex ethnicis in magno honore haberētur. Deinde addit: Adiūgitur etiā huic causę illa ratio, quod iſtæ tres species inueniūtur vbiq; inter homines: nō sicut illa, quæ ministri idolorū idolis applicabant, scilicet leones, & vrsos, & feras alias, sicut dicitur in libro Zenxir. Et quia nō poterat quilibet offerre bestiā, præceptū est, vt applicatio fieret de volucribus, quæ inueniūtur in terra ꝓmissiōis, & de illis, quę facili⁹ inueniuntur, sicut sunt turtures, & colūbæ. &c. Pisces immolari no luit, quia ea, demū immolāda fuerunt, quæ in potestate hominū essent, & vsu cōmuni posiſerētur: pisces autē non sunt huiusmodi. Viua etiā afferri quæ immolāda sunt, & à sacerdotibus dein de mactari debēt: pisces autē rarò, nec sine negotio viui afferri poterant, vt in tabernaculo mactarentur. Quod rectè expositi Abulēsis, q. 12. in. c. 1. Leuitici.

4 † Qualia autē esse hæc animalia debeāt vt Deo immolētur, cōtinuò ita idē Philo docet. Requirūtur autē integra hæc oia, illæsa partib⁹ omnibus, & maculis etiā, næuisq; carētia. Tāta enim cautela vtūtur in hoc negotio, & qui offerūt victimas, & ipsi sacrifici, vt probatissimi sacerdotū, peritissimiq; ab extremispedib⁹ exorsi per totū corp⁹ inquirāt quę sunt conspicua, ne ventre, feminibusq; celetur vel minima labecula. Adhibetur autē hæc cura nō propter victimas, sed vt sine omni culpa sint qui eas mactādas offerūt. Submonētur enim his symbolis, vt quoties accedūt altaria vel sacrificaturi vota, vel redditurі, nullū vitiū, nullōq; morbū afferāt in anima, sed conētur omnino nitidā, & immaculatā in cōspectū Dei producere, ne visam auersetur. Hæc Philo, quæ sunt memoriæ mādāda, vt ijs ad mysticā victimarū significationē vtamur, præsertim cū Philo ipse nō taceat hæc oia, quæ in sacrificijs fiūt, symbola esse, id est, signa futurorū: de quibus similiter dicere possumus quod de festis diebus scripsit Paulus: Quæ sunt vmbra futurorū, corpus autem Christi. *Colloss. 2.*

DE HOLOCAVSTO.

CAP. II.

HOlocaustū quid sit ex nomine ipso intelligitur, ὁλόκαυστον enim dicūt Græci, quasi ὅλον καυστὸν, id est, totū cōbustum, quod tota victima in Dei honorē cōburetur: quod etiā eadē ratione Holocautoma

cautoma appellatur Hebræis similiter, כָּלִיל dicitur q totum cōsumatur, & cōburatur. Fiebat autē holocaustū de illis generib⁹ animaliū, quæ sola Dño cædi lege dixim⁹, hoc est, de bob⁹, de ouib⁹, de colūbis, siue turturib⁹. De singulis diserte loquitur legislator Leu. 1. ac primùm de bob⁹ ait: *Si holocaustū fuerit eius oblatio, ac de armēto, masculū immaculatū offeret ad ostiū tabernaculi testimonij ad placādū sibi Dñm: ponetq; manus super caput hostiæ, & accepcabilis erit, atq; in expiatiōnē eius proficiēs. Immolabitq; vitulū coram Dño; & offerēt filij Aharō sacerdotes sanguinē ei⁹ super altaris circuitū, quod est ante ostiū tabernaculi, detractāq; pelle hostiæ artus in frusta cōcidēt, & subijcēt in altari ignē struę lignorū ante cōpositā, & membra, quæ sunt cęsa, desuper ordinantes, caput videlicet, & cūcta, quæ adhærēt iecori, intestinis, & pedibus loris aqua, adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustū, & suauem odorem Dño.* † Immaculatum autē (vt adnotauit Abulēsis) non vocat quod pelle totā vnicolorē habet, nullisq; alterius coloris notis distinctā, quæ maculæ vocari solēt, & maculosa animalia, vt:

Immaculatū.

Virg. 1. Ænei.

----Et maculosę tegmine lyncis.

Macula

Sed quod integrū est, idest, qđ & omnibus suis membris cōstat, & insigne deformitatē nō habet. Macula enim vocatur defect⁹ alicuius membri, vel deformitas, Hebraicē מוּם qd lxx. μῶμον, vertūt, idest, reprehēsionē, hoc est vitiū reprehēsione dignū: & immaculatū vertūt, ἄμωμον, idest, irreprehēsibile, quod irrideri nō possit. Leu. 21: *Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculā, nō offeret panes Deo suo.* Quid autē maculā dicat, statim explicat: *Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grādi, vel torto naso, si fractio pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginē habēs in oculo, si ingē scabiē, si impetiginē in corpore, vel hernioſus. Omnis qui habuerit maculā de semine Aharō sacerdotis, nō accedet offerre hostias Dño.* Ex quib⁹ verbis illud intelligimus, quod est in Cātico Cāticorum: *Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te.* Et c. 22 † *Immaculatū offeret vt acceptabile sit. Omnis macula non erit in eo. Si cæcū fuerit, si fractū, si cicatricē habēs, si papulās, aut scabiē, aut impetiginē. &c.* Im

3 maculatū semp in Hebræo vocatur תָּמִים, idest, integrū, atq; perfectū, lxx. ἄμωμον. id est, irreprehēsibile. Cū igitur legimus Exo. 12: Erit autē agnus absq; macula, nō est intelligēdū eū aut omnino albū, aut integrū omnino posci, sed integrū, & sine deformitate, eodē enim modo hoc dicitur in Hebræo, & in Græco, quēadmodum & in verbis, quæ nūc interpretamur ex. 1. capite Le-

5 uitici. Quod dicit: *Offeret ad ostiū tabernaculi*, locum signat, in quo erat altare holocaustorū, vt cōtinuò fere explicat cū ait: Sāguinē fundentes per altaris circuitū, quod est ante ostiū tabernaculi. Quodq; sequitur: *Ad placādū sibi Dñm, &c.* videbitur verbis S. Tho. repugnare; quę ca. 1. retulimus, holocausta Deo offerri solita ad reuerētiā maiestatis ipsius: nō tū repugnat. Qui enim holocaustū offert, ad Dei honorē, & reuerētiam offert, sicut scribit Philo de Victimis.

4 † Primo, inquit, illi generi, qđ solū Dei honorē sibi ꝓponit, lex aptè holocautoma tribuit, quādo victima integra igne absumitur humana cupiditate nihil inde sibi vsurpāte. Et postea: Arq; ita holocautoma soli⁹ est Dei, cui semper debetur honor, etiā si nihil expectaremus ab eo gratię. Verūm nihil impedit eū qui offert, hoc honore, atq; hoc reuerētiæ indicio Deū sibi placatū, ac ꝓpitiū velle. Nihil etiā impedit Deū eodē honore placari, ac beneuolū reddi offerēti, etiāsi nihil ille de placatione cogitaret. Sed illud in primis obseruabatur, vt ipse qui offerret, manus victimæ imponeret quasi irā Dei deprecās, eāq; nō in suum, sed in victimæ illius caput immitti petēs. Quod ex Leuit. 16. intelligemus, in quo scriptū est: *Post quā emūdauerit Sāctuariū, & tabernaculū, & altare, tūc offerat hircū viuētē: & posita vtraq; manu super caput eius cōfiteatur oēs iniquitates filiorū Israel, & vniuersa delicta, atq; peccata eorū, quæ imprecāt capiti eius emittet illū per hominē paratū in desertū.* † Cetera, quod ad sensum Historicum pertinet, manifesta sunt. Hoc tātū addēdū, in holocausto pelles victimarū fuisse sacerdotū. Leuit. 7: *Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellē eius.*

De secundi generis animalib⁹ ita in eodē. ca. 1. legislator: *Quodsi de pecoribus oblatio est, de ouib⁹, siue de caprīs in holocaustū: masculū absque macula offeret, immolabitq; ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonē, coram Dño. Sāguinē verò illius fundēt super altare filij Aharō per circuitū, dividētq; membra, caput, & oia, quæ adhæret iecori, & imponēt super ligna, quibus subijcitur ignis. Intestina verò, & pedes lauabunt aqua: & oblata oia adolebit sacerdos super altare in holocaustū & odorē suauissimū Dño.* In quib⁹ ea tātū adnotemus, quę à priori holocausto differūt. In primis agnū, & hœdū anniculos esse oportebat, vitulū grādiorē etiā mactare licebat, vt testatur Iosephus sacerdos li. 3. Antiq. c. 10. † Legitur & in nōnullis codicibus: Agnum masculū anniculū, & absq; macula offeret, cum in Hebræo, & in tū illatione. lxx. & in Chaldaica paraphrasi

Holocaustū pecorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc rātū sit, quod posuimus: *Masculum absq; macula offeret.* Annicul⁹ autem intelligitur, q annū nō excesserit, licet totum minimè expleuerit. Illud etiam peculiare huius holocausti, immolari ad latus altaris Aquilonare, non super altare, sed iuxta, cauum enim erat altare, vt suo loco diximus, nec eiusmodi vt super illud animalia immolarētur. Cur autem ad latus Aquilonare, dicemus in mystica significatione: sunt enim permulta in his, quæ significationis tātum causā præcepta sunt. Sanguis phiala excep-tus per parietes altaris fundebātur. Et cū dicit: *Quibus subijciendus est ignis*, perinde est ac si diceret: Ligna, quibus carnes imponēdæ sunt, sint supra ignem altaris: neque enim aliūde ignis asserebatur, sed semper erat in altari, sicut legimus Leu. 6: Ignis autē in altari semper ardebit, quē nutriet sacerdos subijciens ligna manè per singulos dies, & impositō holocausto desuper adolebit adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nunquā deficiet in altari. &c.

7 †Hic ignis miraculo à Deo dat⁹ est. Leu. 9. & vsq; ad captiuitatē Babylonicā seruatus, vt est in. 2. Mach. c. 1. quo qa vti noluerūt in sacrificio Nadab, & Abiu filij Aharō, sed alienū ignē attulerūt, subitò à Deo extincti sunt. Leu. 10. Ita ergo ait: *Super ligna, quibus subijciēdus est ignis*, ideſt, super ligna, quæ supra ignē altaris imponentur vt vrantur. Ita etiā dixit paulò ante: Et subijcient in altari ignē strue lignorū ante cōpositā, & mēbra, quæ sunt cæsa, desuper ordinātes: hoc est, cū strue lignorū ante cōposuerint, & membra victimę super illa collocauerint, admouebunt illis ignem, quinfra est in altari.

Holocaustū quium. De holocausto auiū hęc cōtinuò infert, *Si autē de auibus holocausti oblatio fuerit Dño, de turturibus, & pullis colūbæ, offeret eā sacerdos ad altare, & retorto ad collū capite, ac rupto vulneris loco decurrere faciet sanguinē super crepidinē altaris, vesiculā verò gutturis, & plumas proijciet prope altare ad Orientalē plagam in loco, in quo cineres effundi solēt. Cōfringetq; ascellas eius & nō secabit, neq; ferro diuidet eā: & adolebit super altare lignis igne suppositō. Holocaustū est, & oblatio suauissimi odoris Dño.* Auiū oblatio pauperū erat, vt videmus Leui. 12: Quod si nō inuenerit man⁹ eius, nec potuerit offerre agnū, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum. &c. Sicut qui nō poterat offerre vitulū, offerebat agnū, aut hœdum.

8 †Cur autē ex auibus turtur, & colūba eligātur, dixim⁹ ex Philone. c. 1. n. 2. & 3. nūc breuiter dicim⁹ turtures posci ad holocaustū. & pullos colūbarū, nō autē pullos turturū, aut colūbas, quoniā in turturib⁹ pluris fiūt, & aptiores ad cibos iudicātur grādiores quā pulli: cōtra in columbis suauiores, ac meliores sunt pulli. Quod ita præcipiendū fuit, vt rudis, ac carnalis populus vbique doceretur meliora esse Deo offerēda. Nec aues ferro interficiebātur, vt aliæ victimæ, sed capite ad collum retorto, vt fieri solet: & quoniā sanguis erat effundendus de crepidine altaris, id est, de summitate parietum, vt per eos decurreret, siue, vt in Hebræo est: super parietem altaris, vulnus nō ferro fiebat, sed vngue: ideo enim ait: *Ac rupto vulneris loco, &c.* Pro eo quod Hieronymus vertit: *Et retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco*, in Hebræo est tantum, וּמָלַק אֶת רֹאשׁוֹ, quod est: Et vngue secabit caput eius, aut etiam retorquebit. Similiter lxx. καὶ ἀποκνίσει τὴν κεφαλὴν. Significat enim ἀποκνίζειν euellere, amputare, contorquere. Caput ergo retorquetur, & in contrariū vertitur ad externam colli partē versus pennas, & collum secatur, siue rūpitur vngue. Idē verbum est in Græco, & in Hebræo Leu. 5. vbi Hieronymus vertit: Retorquebit caput eius ad pennulas. Caput retorquetur vt à corpore non separetur: ideo in verbis, quæ modo retulimus ex. ca. 5. additur: Ita vt collo adhæreat, & nō penitus abrumpatur. Vesicā gutturis vt immūdam, & plumas, quæ sacrificio inutiles erant, proijciebāt in locū iuxta altare, in quo cineres, qui ex sacrificijs in imo altari subsederant, seruabātur, sacri enim cēsebātur, quia ex sacris carnibus supererāt: Leuit. 6. Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. † In eodē loco hæc in cineres redigebantur, & cineres à sacerdote extra castra efferebantur. Leuit. 6. *Hæc est lex holocausti. Crematur in altari tota nocte vsq; manè, ignis ex eodē altari erit. Vestietur tunica sacerdos, & femoralibus lineis, tollet q; cineres, quos vorax ignis exussit, & ponēs iuxta altare spoliabitur prioribus vestimentis, indutusq; alijs efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsq; ad fauillam consumi faciet*, ideſt, iterū eos cremabit ne aliqua carnis particula, aut adipis relicta sit, sed meri cineres sint.

DE SIGNIFICATIONE Holocausti.

CAP. III.

1 VT nemo nesciat quātum referat hæc, quę de Sacrificijs dicuntur, mystice exponere, subscribā elegātissima verba Origenis ex prima in Leuiticum Homilia. Sicut in nouissimis,

mis, inq;, dieb⁹ Verbū Dei ex Mariæ carne vestitū, processit in hūc mūdū, & aliud quid ē erat quod videbatur in eo, aliud qd intelligebatur, carnis nāq; aspectus in eo parebat oībus, paucis verò, & electis dabatur Diuinitatis agnitio: ita & cū per pphetas, vel legislatore verbū Dei, p fertur ad homines, nō absq; cōpetētibus profertur indumētis: nā sicut ibi carnis, ita hīc literæ velamine tegitur: vt litera quidē aspiciatur rāquā caro, latesverò intrinsecus spiritualis sensus rāquā Diuinitas sentiatur. Tale ergo est qd & nūc inuenim⁹ librū Leuitici reuoluētes, in quo sacrificiorū ritū⁹, & hostiarū diuersitas, ac sacerdotū ministeria scribūtur. Sed hæc secū dū literā, quæ tanquā caro Verbi Dei est, & indumētū Diuinitatis ei⁹, digni fortasse vel aspiciāt, vel audiāt, & indigni. Sed & beati sunt illi oculi, q velamine literæ obtectū intrinsecus Diuinū spiritū vidēt, & beati sunt qui ad hæc audiēda mūdas aureis interioris

2 hominis deferunt. †Sed iā ad mysteria in ijs, quæ de holocausto dicta sunt, latētia veniamus, in quorū explanatione hoc magis Dei auxilio indigem⁹, q⁹ duces, quos sequi institueram⁹, nō idē filū expositionis vbiq; tenēt, sed illud relinquētes alterū subitò arripiūt: vt Origenes, qui vitulū in holocaustū offerēdū cū semel Christū esse dixisset, cū pellis ei detrahi iubetur, repentē ad verbū Dei, qd est in Scriptura, & ad sensus ei⁹ diuertit: qd nos sequi nō possum⁹, de eodē enim oīa intelligeda sine dubio existimā⁹. Vitulus optima omniū victimarū erat, quæ in holocaustum offerri poterāt, & Deo gratissima: qui enim vitulū habere nō poterat, agnū aut hœdum offerebat, sicut & qui hæc nō habebat, offerebat turturē, aut pullū colūbæ. † Vitulus ergo Christi caro est in

Christi holocaustum. Ephes. 5. 3 ara crucis pro humano genere oblata. Homo qui vitulū offert, ipse Christus est, q (vt ait Apostol⁹) tradidit semetipsum p nobis oblationē, & hostiā Deo in odorē suauitatis: quę victima oīum pr estātissima, & Deo acceptissima fuit. Masculū verò est vitulus (vt ait Origenes Hom. 1. in Leuiticū) qa peccatū, qd est femineę fragilitatis, ignorat. Solus ergo ille masculus, solus sine macula est q peccarū nō fecit, nec dolus inuētus est in ore ei⁹. Ad ostiū tabernaculi offertur, ideſt, nō intra ostiū, sed extra ostiū. Extra ostium enim fuit Iesus, qa in sua ppria venit, & sui eū nō receperunt. Nō est ergo ingressus tabernaculū illud, ad qd venerat, sed ad ostiū ei⁹ oblat⁹ est in holocaustū, qa extra vrbē passus est. Nā & illi mali colomveniētē filiū patris familias eiecerūt foras extra vineā, &

4 occiderūt. † Ad placādū sibi Dūm tò offerre dicitur, qa peccata nostra susceperit Iuenda, & quasi sua reputat quæ nostra sunt, sicut testat⁹ est cū dixit: Iogē à salute mea verba delictorū meorū. Deniq; caput nostrū est, & sibi dari cesat qd mēbris suis datur. Man⁹ su per caput hostię imposuit, quia voluntate patris carni suæ imposuit peccata nostra pœnas p eis exoluturus, sicut scripsit Isaias: Et posuit Dns in eo iniquitatē omnium nostrū. Et Apostolus: Etenim Christus nō sibi placuit, sed sicut Scriptū est: Im, pperia improperātiū tibi ceciderūt super me. Origenes: Posuit ergo & manum suā super caput vituli, hoc est, peccata generis humani imposuit super caput suū. Idē sanguinē iudisse dicit sacerdotes filios Aharō in circuitu altaris, q a Anas, & Caiphas, & ceteri sacerdotes, q cōsilium inierūt cōtra Dūm, erāt filij Aharō, & ipsi obtulerunt & sanguinē fuderūt in eodē loco, in quo erat altare, id est, in Ierusalē, sicut ipse dixerat: Quia non capit

5 prophetam perire extra Ierusalem. † Sed melius, vt opinor, dicemus ipsum esse sacerdotem, qui & hostia fuit, non quidē filium Aharō, sed significarum tū per filios Aharō. Ipse se patri obtulit, & sanguinem fudit in circuitu altaris, id est, crucis, ipsa enim altare huius sacrificij fuit, & sanguis ex ipsa versus oēs partes fusus est, vt sciremus oēs orbis terræ nationes participes futuras fuisse sanguinis, & crucis Christi. Pellis detracta est hostiæ cū vestibus omnibus spoliat⁹ est, & eas diuiserūt inter se milites. Art⁹ in frustra cōcisi sunt, cū sacrū corp⁹ tā vehemēter in cruce distentū est, vt quasi dimisi artus, & ossa locis suis emota, & à se mutuò separata viderētur, iuxta quod ipse ait:

Psal. 21. Foderūt manus meas, & pedes meos, dinumerauerūt oīa ossa mea. Ignis quo crematur hoc holocaustū, verē nō human⁹ ignis, sed Diuinus est, ideſt, ardentissimus amor, quo Christus totum se obtulit, p nobis vsq; ad cōsūptionē, quæ esse poterat, id est, vsq; ad mortē. Ligna fuerūt miseriæ nostrę, quę eius amorē excitabant. Intestina, & pedes abluebātur aqua, vt significaretur in hac victima nihil immundū futurū fuisse, sed quę in alijs immunda esse solent, in ea purissima, & immaculatissima inueniri.

Martyrum holocaustū. 6 †Secūdū dignitate holocaustū erat ex pecorib⁹, quod offerebāt qui vitulū nō habebant. Primū ergo holocaustū est Christi se ipsum in cruce patri offerēti⁹. Secundū ethminus diuinum, ideſt, martyrū, qui Christū imitātes semetipsos obtulerūt. Hoc holocaustū agni est, aut hœdi, q masculus sit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

immaculat⁹. Agnus martyr est ꝓpterinnocẽtiã, & mansuetudinẽ, qua inimicis minimè resistit, sicut ait Ieremias: Et ego quasi agn⁹ mãsuetus, qui portatur ad victimã. Et Esaias: Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus corã tõdẽte se obmutescet, & nõ aperiet os suũ. Masculus ꝓpter fortitudinẽ, immaculatus ꝓpter sanctitatẽ. Idẽ in hoc dono intelligitur, qa natura fili⁹ ire erat, & ad vitia ꝓclivis, vt virtutes quib⁹ aia ornatur, & vitia, quib⁹ caruerit, nõ naturæ bonitati, sed gratię Dei tribuat: natura enim nõ agn⁹ erat, sed hœdus. † Immolatur ad latus altaris, qđ respicit Aquilonẽ, quod de vitulo dictũ nõ est, quia pars Aquilonaris frigidior est, & obscurior: & martyres, quãuis sancti sint, habẽt tñ ignorãtiã, & peccata minima, quæ illa sanguinis effusione deleãtur, Christus tñ neutrũ habuit, & oĩno ꝓ alienis peccatis mortuus est. Altare, in quo se offerũt Deo martyres, sancta Ecclesia est; vt enim Deo placere nõ poterat hostia, quæ ad altare nõ offerretur: ita nullũ sacrificiũ extra Ecclesiã illi gratũ est. Et qa vestigia sanguinis martyrũ manent in Ecclesia, & ad Dei, ac martyrũ ipsorũ gloriã, atq; ad exhortationẽ nostrã magna omniũ fidelium exultatione celebrãtur, rectè sanguis per circuitũ altaris à filijs Aharõ fundi iubetur, sacerdotum enim opera tota hos triũphos Ecclesia cognoscit, & colit. † Mẽbra diuiduntur, qa libẽter se pro Deo martyres à parẽtib⁹, cognatis, amicis, & ab omni possessione, & voluptate seꝑarãt, & diuidunt, vt Deo offerãt. Quare nõ iniuria ea quæ iecori adhærẽt, cõmemorata sunt, quib⁹ intimi affect⁹, & quæ cordi maximè adhęrebãt, intelligũtur. Ignis, quo hoc holocaustũ crematur, idẽ est, quo & nobilius illud holocaustum Christi crematũ est, ideſt, ardẽs Dei amor: ligna exẽpla passionũ Christi, & aliorum martyrũ, memoriaq; insigniũ Dei beneficiorũ, quib⁹ amor ille in horas in illis augetur, & latius se se diffundit. Intestina reliquijs cõcoctorũ ciborũ, pedes puluere fœdidatur. Ita intestinorũ fordes immoderatũ affectũ rerũ huius sæculi cordi adhærẽtẽ indicãt, puluis autẽ affect⁹ quasi cito animẽ solũ tegẽres, & qui facilè excuti possunt, significat. Sit quia, si quid tũc est, amoris rerũ hui⁹ mũdi, qđ vel in corde inhæreat, vel alimã quodãmodo fœdet, pœnitẽtiæ dolore diluunt martyres sancti, bene intestina, & pedes antequã requirentur, aqua lauãtur. † Tertiũ holocaustũ est eorũ, qui cõ sanguinẽ ꝓ Christo fundere nõ possint, qa deest tyrannus qui fundat, vltro se ipsi per assiduã carnis maceratione, & volũtatis suæ abnegationẽ, quasi vivas hostias Deo mactãt, totosq; se illi dedũt. De his Paulus ait: Obsecro itaq; vos fratres ꝓ misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtẽ, sanctã, Deo placẽtẽ, rationabile obsequiũ vestrũ. Et nolite cõformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Hoc holocaustũ de auibus est, magnũ enim est homines versantes inter ceteros, qui in terra sunt, & terrena sapiũt, & corpori indulgẽt, & voluptates amãt, & suo more viuere volunt, terrã relinquere, & quasi volucres grauia corpora pennis caritatis Dei, & sanctarũ orationũ in altũ tollere, & volucres cœli appellari. † Nec de omnibus auibus holocaustũ fit, sed decolũbis, & turtur ib⁹. Colũba locustũ fit, sed decolũbis, & turtur ib⁹. Colũba velocis, ac diuturni volatus est, ideoq; Dauid oẽs huius sæculi curas effugere cupiẽs, & ab illis quã lõgissimè recedere: Quis inquit, dabit mihi pennas sicut colũbæ, & volabo, & requiescã? Fecũda etiã auis est, & mãsueta, ac felle carẽs. Turtur castitatẽ amat, solitudinem appetit: atq; vtraq; auis assiduè gemit, sicut est apud Poetam.

Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.

Sic iusti volãt celeriter, nec labore defatigãtur, & fecũditatẽ bonorum operũ habẽt, mãsueti sunt, fellẽ carẽt, vicẽ in iniurijs referre nesciũt, castitatis studiosi sunt, solitudinẽ ad orationẽ, & ad vacãdũ Deo quærũt, ꝓcatu gemitũ edũt, q adũ alij lætãtur voluptatibus, ipsi pœnitentiæ gemitibus sua atq; aliorũ peccata defiẽt, de quib⁹ dictũ esse docet Hieronymus illud: Beati qui lugẽt, quoniã ipsi cõsolabũtur. † Pulli colũbarũ, & turtures grãdiores, q mehores ac suauiores putãtur, hoc indicãt, eos, q in hoc hominũ genere præstãtiores sunt eligi à Deo in holocaustũ, id est, illos esse, q verè holocaustum offerũt Dño, cũ totos se tradunt, omnia relinquẽtes, vt nudi nudum Christũ sequantur. Caput ad collum reꝓrquetur, quia qui holocaustũ de se offerre vult, nõ ciborũ voluptates aspicere debet, sed caput, ideſt, mẽte, ad collũ reflectere, vt guturi suo moderetur, & ieiunijs corpus affligat: ita tñ vt caput non abrũpatur à corpore, ideſt, vt prouidẽtia corporis nõ penitus contemnatur: est enim corpus quidẽ in media macerandum quãtũ licet, nõ occidendũ. Propterea & vulnus non ferro fit, qđ durũ, & acutum est, & plus secare potest quã oporteat, sed vngue, q tardius, & mitius fert, vt modus scilicet debitus in ieiunijs seruetur, & sit, vt ait Paulus, rationabile obsequiũ nostrũ. † Et quoniam

quã caro nõ est affligẽda, vt, quẽadmodũ hypocritæ cupiũt, appareamus homini b⁹ ieiunãres, sed vt morbi animi curẽtur, serpitq; in iuriditatẽ spũs redigatur, hęc addatur: *Decurrere faciet sanguinẽ super crepidinẽ altaris.* Sãguis enim immũdus erat in lege, & vitiũ, peccatiq; significat, sicut ait Dauid: Libera me de sanguinib⁹ Deus: Deus saluus mee: quod latiꝰ explicauimus in. c. Hose. 4. n. 3. Vbi etiã Propheta dixit: Et sanguis sanguinẽ tetigit. Altare cor nostrũ est, in eo enim sacrificiũ illud Deo immolam⁹, de quo Regius vates ait: Sacrificiũ Deo spũs cõtribulatus. Et tunc super altaris parietẽ sanguis fusus decurrit, cũ appetitiones peccatorũ è corde exeunt, illudq; extrinsecus inquinãt, quia quasi quasi cicatrices priorũ vulnerũ in eo relinquũt. Vesicula gutturis quid nisi vẽtris ingluuiẽ indicat, quã tũc quasi immũdã, & peccatorũ stercora cõseruãtẽ proijcimus? † Plumæ, quæ & carnẽ tegũt, & molles sunt, vestes pretiosæ, ac delicijs aptæ sunt, quas etiã abijcit qui Dei holocaustũ est, & ex animo vanitatib⁹ sæculi nutiũ remittit. Ita de Iohanne scriptũ est: Ipse autẽ Iohãnes habebat vestimẽtũ de pilis Camelorũ, & zonã pelliceã circa lũbos suos. Et Dñs ait: Sed quid existis videre? hominẽ mollibus vestitũ? Ecce qui mollib⁹ vestiũtur, in domibus regũ sunt. Et enim molles vestes mollẽ animũ indicãt, verè enim dictũ est à Sapiẽte: Amict⁹ corporis, & risus dentiũ, & ingressus hominis, enũtiãt de illo. Hæc ꝓ iscimur ꝓpe altare, qua citò relinqui debet, in locũ cinerũ ad Orientalẽ plagã, ideſt, versus portã tẽpli, vt statim ex domo Deo dicata exeãt, & inusquã prætereã appareãt. Ascellæ cõfringẽdæ sunt, in quib⁹ plumæ nascũtur alarũ, vt quãuis pennas habeat, & virtutibus floreat, ne quã quã superbia erigatur, sed semper in imo sit, ideſt, cogitationes superbas erũpẽtes reprimat cõsideratione suæ vilitatis, & paupertatis. † Ad hui⁹ modi ascellas cõfringẽdas humilitas pœnitẽtię, & assidua carnis maceratio valẽt plurimũ, sed ita tñ his sunt ascellę cõfringẽdæ, vt nec corpus pereat, nec sal⁹ ad Deo gratiora necessaria immodico macerationis vsũ, quasi ferro, violenter secetur, & ideo additũ est: *Et nõ secabit, neq; ferro diuidet eã.* Ignẽ, & ligna ita interpretamur vt supra, nu. 8. Sed legem omniũ holocaustorũ silentio prætereri nõ debem⁹. *Hæc est*, inquit, *Lex Holocausti. Crematur in altaris tota nocte*, nõ enim interdiu tãtũ, ideſt, cũ lux prosperitatis fulget: sed nõctu etiã cremãdũ est holocaustũ, vt quãuis persecutiones nos vrgeãt, & res penitus aduersæ sint, nũquã solitũ sacrificiũ offerre Deo desinam⁹, neq; illũ imitemur, de quo dictũ est: Cõfitebitur tibi cũ bene feceris ei, aut eos de quib⁹ scriptũ est: Dõnec accipiãt osculatur man⁹ dãtis. Vsq; ad mane ardet, ideſt, vsq; ad extrę mũdi terminũ, quo mane ꝓterni diei illucescet, & oĩa aduersa finietur. *Ignis ex eodẽ altari erit*, quia nullũ holocaustũ cremãdũ est alio quã Diuini amoris signe, reliqui ignes alieni sunt, & procul à Dei sacrificio arcerideb⁹. † Deinde ait: *Vestietur sacerdos tunica, & femoralib⁹ lineis, tolletq; cineres, quos coràs ignis exusserit, & ponẽs iuxta altare spoliabitur prioribus vestimẽtis, indutusq; alijs efferet eos extra castra, & in loco mũdissimo vsq; ad fauillam cõsumi faciet.* Quidquid in nobis carnis est, & adipis, ideſt, quidquid crassũ est, exuri debet, si perfectũ sit holocaustũ, quale martyrũ est. Sed si quid superfit nõ exustũ, sacerdos, ideſt, ipse qui holocaustũ obtulit, vestitur tunica, & femoralib⁹ lineis, hoc est, mũditię, & cãdorẽ animi diligẽter quærat per pœnitẽtiã vsq; ad finẽ vitæ, quod est vestiri tunica linea, & carnẽ ab omni voluptate cõtineat, qđ femoralia indicãt, & cineres, inter quos illud, qđ crematũ nõ fuerat, relictũ est, ponat iuxta altare Deo miserię corruptionis suæ detegẽs, & suppliciter veniã petens. Sed quia sæpe vitã venit, vt prius pœnitẽtiã finiatur quã oẽs animæ sordes prorsus eluamus, quæ postea purgatorio igni exurẽdæ sunt: sacerdos exuit vestes illas, ideſt, finit cũ vita pœnitẽtiã, & indutus suis, quas ante habebat cũ sacris nõ ministrabat, egreditur extra castra, id est, ex hac vita exit, & in locũ proficiscitur, in quo nullus iã meritorũ locus sit, nec pœnitẽtiæ operibus se ipsum exerceat, sed talis iudicetur qualis in hoc egressu inuẽtus est. Et in loco mũdissimo, id est, in purgatorij ignis regione, in qua peccata nulla fiunt, sed facta purgãtur, vsq; ad fauillã cõsumi cineres faciet: ibi enim exurẽtur plenè oĩa, quæ cũ igne digna essent, non sunt in hac vita exusta.

Sanguis.
Psalm. 50.
Ier. 11.
Isai. 53.
Rom. 12
Psalm. 50
Ventris immundi.
Vestes pretiosæ.
Matth. 3.
Matth. 11
Luc. 7.
Humilitas.
Maceratio carnis quatenus adhibenda.
Colũba.
Psal. 54.
Turtur.
Virgil. Ecl. 1.
Matt. 5. & Hiero. in eã dẽ verba.
Modus in ieiunijs seruãdus.
Rom. 12
Leu. 6.
Psalm. 48.
Eccle. 29.
Vers. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE HOSTIA PACIFICA.

CAP. IIII.

1 RITVS hostiæ pacificæ tradidit Moses Leu.3.his verbis: *Quod si hostia pacificorũ fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre marem, siue feminam, immaculatã offeret coram Domino. Ponetque manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonij, fundentque filij Aharon sacerdotes sanguinem per altaris circuitum. Et offerent de hostia pacificorum in oblationem Domino adipem, qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis est intrinsecus, duos renes cum adipe, quo tegnntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis, adolebuntque ea super altare in holocaustum ligni igne supposito in oblationem suauissimi odoris Domino.*

Poterat hæc hostia ex ouibus offerri, atq; etiam ex capris, eodem prorsus ritu, quo quum erat ex bobus, nisi quod cũ erat ex ouibus, & offerebatur agnus, cauda etiam tota incendebatur Domino. Deinde addit legislator: *Omnis adeps Domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis.*

2 † Quæ ad ritum huius sacrificij pertinent partim iam explicauimus ca. 2. partim cap. 6. explicauimus cum de sacrificio pro peccato agemus. Nũc duo exponenda sunt, cur hostia pacifica, siue pacificorum dicatur, & cur in hoc sacrificio masculus siue femina offerri possint, quod in alijs non semper licebat. Hostiam pacificam siue pacificorũ in gratiarum actionẽ pro acepto beneficio offerebant, aut ex voto, aut sponte, vt scilicet à Deo impetrarent quod volebant, aut eum magis placarent, & magis propitium haberent, vt ex verbis cap. 7. Leuitici, quæ paulò post referemus, intelligetur. Hinc à Mose dicta est וְזֶבַח שְׁלָמִים, id est, hostia pacificorum, seu perfectorum, vtrumque enim significat שְׁלֵם. Nonnulli ex Hebræis putant ideo ita vocari hoc sacrificium, quòd pacem faceret inter offerẽtes, & Deum, & sacerdotes, quia in eo

Hostia pacificorum.

suum cuique tribuebatur, sanguis, & adeps altari, pectus, & armus dexter sacerdoti, reliqua caro offereti. Deinde etiam quia pro pace, & incolumitate, & salute offerrecur, atque ideo à lxx. θυσία σωτηρίου, id est, hostia salutaris, vocatur, siue etiam θυσία τῶν τελείων, id est, hostia pacificorum. † Et quia sæpe in 3 gratiarum actionẽ offerebatur, à Iosepho εὐχαριστικὴ θυσία dicitur, id est, hostia gratiarum actionis lib. 3. Antiquit. ca. 10. qua etiam causa à quibusdam ex recẽtioribus sacrificium retributionũ, seu compensationum, appellatum est. Et rectè quidem hæc omnia, quoniam verbum שָׁלַם, vnde hoc nomen deductum est, significat pacificare, pacificum esse, id est, tranquillum, & incolumẽ, complere, finire, retribuere. Huius sacrificij sæpe meminit Scriptura, & hoc est, de quo ait Hamos. 5: Et vota pinguium vestrorum non respiciã, vbi enim nos Vota habemus, est שְׁלָמִים, & apud lxx. similiter σωτήρια. Masculus aut femina offerebatur, quia cum nõ esset necessarium, vt quod erat pro peccato, sed spontaneum sacrificiũ, neque totum in honorem Dei fieret, vt holocaustum, sed priuatam etiam offerentis vtilitatem respiceret, arbitrio eius relinquebatur, vt aut pro re ipsa, aut pro affectu Diuini honoris plus, vel minus, hoc est masculum, aut feminã, offerret. Aues non immolabantur, vt in holocausto, quia huius sacrificij victimæ in tres partes diuidendæ erant, turtures autem, aut pulli columbarum non poterant ita rectè diuidi. De qua re eruditè agit Alfonsus Abulensis in cap. 3. Leu. quæst. 1.

4 † Quæ huic sacrificio desint addidit postea legislator cap. 7. his verbis. *Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur Domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamque similam, & collyridas oleo admistione conspersas, panes quoque fermentatos cũ hostia gratiarum quæ immolatur pro pacificis: ex quibus vnus pro primitijs offertur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem. Cuius carnes eadem comedẽtur die, nec remanebit ex eis quidquam vsque manè. Si voto, vel sponte, quispiam obtulerit hostiam, cadẽ similiter edetur die: sed etsi quid in crastinum remanserit, vesci licitum est: quidquid autem tertium inuenerit dies, ignit absumet. Si quis de carnibus victimæ pacifi eorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio eius, nec proderit offerenti: quin potius quæ cũque anima tali se edulio cõtaminauerit, prænaricationis rea erit. Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non cõmedetur, sed cõburetur igni. Qui fuerit mundus vescetur ea. Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis reiquæ polluere potest, & comederit de huiusc cemodi carnibus, interibit de populis suis.*

5 † *Panes absque fermento.* Leu. 2: Omnis oblatio quæ offertur Dño, absque fermento fiet, nec quidquam fermenti, aut mellis adolebitur in sacrificio Domini. Primitias tantum eorum offeretis, ac munera, super altare verò non imponentur in odorem suauitatis. Panes autem, id est, חַלּוֹת intellige qui primò fiunt, quales matres filiolis conficere solent, חלל enim significat incipere.

Conspersos oleo. Non oleo inspersos, aut respersos, sed oleo admisto factos, ita vt farinæ aqua cum oleo infundere tur, aut oleũ & solũ aqua בְּלוּלוֹת בַּשָּׁמֶן id est, confusos in oleo. Idem intellige de collyridis, de quibus ait: *Et Collyridas oleo admistione conspersas.* Quæ verò respergebantur oleo postquam iam facta erant, oleo vncta, siue lita appellat, sicut nũc ait: *Et lagana azyma vncta oleo.* Ita etiam cap. 2. Panes, scilicet, absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita.

Et lagana. Placentæ ita appellatur à Græcis, Hebræi רְקִיקֵי מַצּוֹת dicunt ab extensione, quòd tenues, & extensæ sint.

Coctamque similam. Quæ optima, & vtilissima farinæ pars est, vt latiùs explicauimus in cap. 18. Apocal. n. 30. & 31.

6 *Et Collyridas.* † Ita Græci vocant tortas panis. In Hebræo est idem nomen quod prius posuit cum dixit: Panes absque fermento conspersos oleo. Eademque verba nunc repetuntur, sed intelligendum est has collyridas faciendas fuisse ex simila cocta, quod de primis illis panibus dictum non est.

Panes quoq; fermẽtatos. Et hos vocat חַלּוֹת, quos prius Panes, mox Collyridas Hieronimus interpretatus est. Offerebãtur autem panes fermentati non vt in altari adolerentur, quod Leu. 2. prohibitum est, sed vt illis sacerdotes vescerentur. Denique panis hic fermentatus pro primitijs offertur Domino: *Ex quibus vnus* inquit, *pro primitijs offertur Domino*: quod cap. 2. non prohibebatur. Primitias, inquit, eorum tantum offeretis, ac munera. Quod autẽ Lyranus, Augustinus Eugubinus, Isidorus Clarius. F. Hieronymus Oleastrius ex Hebraica lectione adnotarunt, ex singulis illorum quatuor panum generibus vnum pro primitijs offerri debere, translatio nostra non patitur: Cum enim dicit: *Ex quibus vnus pro primitijs offertur Domino*, satis indicat se de fermentatis panibus loqui, quos proximus verbis offerendos esse dixerat, quod rectè confirmauit Abulensis. † Nam panis azymus offerebatur, id est, oblationes ex eo fiebant, quæ super altare adolerentur, ex fermento verò non fiebat oblatio huiusmodi, sed pro primitijs offerebatur in vsum sacerdotum. Leu. 2. Omnis oblatio quæ offertur Domino, absque fermẽto fiet, nec quicquam fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificio Domini. Primitias tantum eorum offeretis, ac munera, super altare verò non imponẽtur in odorem suauitatis. Cetera autem panum genera, offerebantur vt adolerentur, vt ex eodem capite manifestum fiet legenti. Verùm quoniam tota hæc perico pe breuiter, ac concisè versa est ab Hieronymo, parumque cum Hebræo congruere videtur, vertam ad verbum Hebræa, ex illis verbis: Panes quoque fermentatos, &c. ac deinde omnia explicabo. Ea sunt huiusmodi: *Cum placentis panis fermentati offeret munus suum cum hostia laudis, siue gratiarum actionis, pacificorum suorum. Et offeret ex eo vnum ex omni munere primitias Domino.* Vbi verèit: *Cum placẽtis, & cum hostia laudis*, pro Cum, in Hebræo est עַל, quæ particula orationem obscuriorem reddit, quod variè accipi soleat pro Super, Cum, Præter, Cõtra, De, Pro, & similibus. † Hic autẽ & Hieronymus, & plerique interpretes idem valere putant quod Cum, vt sensus ipse exigit. Quod vertimus *Munus*, Hebraicè קָרְבָּן, ita enim Marcus interpretatus est cap. 7: Corban, quod est Donum, & Hieronymus sæpe vertit obla

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio,& sacrificium,quo nomine in Leuitico sæpe intelliguntur oblationes pumis,& vini,& similium,quæ cum victima quæ cæditur,offeruntur,vt lagana,& placentæ,& panes oleo subacti. Vt Leu. 11: Anima,cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, similæ erit eius oblatio. Et postea: Cũ autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila,panes scilicet absque fermento conspersos oleo,& lagana azyma oleo lita. Et cap.7. Qui offert victimã pacificorum Domino,offerat simul & sacrificium,id est,libamenta eius. In Hebræo ita legitur: Qui offert hostiam pacificorum suorum Domino, adducet corban suum Domino. &c. Cum igitur ait: *Cum placentis panis fermentati offeret munus suum*, munus vocauit panes azymos conspersos oleo,& lagana azyma vncta oleo, coctamque similã, & collyridas olei admistione conspersas. Quod Hieronymus breuiter dixit: *Panes quoque fermentatos*, scilicet offeret,id enim ex præcedentibus subaudi

9 datur sunt. Et quod sequitur: † *Et offeret ex eo vnum*, potest intelligi, Ex eo pane,sicut Hieronymus intellexit cũ ver tit: *Ex quibus vnus pro primitijs offertur Domino*. Si cui parum probabitur subaudiri Panem,cum vicinius sit Munus,& si non semper viciniora subaudiri soleant,non contendemus,sed ita interpretabimur,vt idem sensus sit. Et offeret ex eo munere vnum. Quod quoniam ita intelligi videbatur, vt ex ijs quæ appellauerat Corban,siue Munus, vnum offerretur,id est,ex illis azymorum panum generibus,quibus fermentatos adiungi præceperat, addidit: Ex omni munere,ac si diceret: Ex omni, inquã,munere, iũganturfermẽtati panes cũ alijs,& ex omnibus vnus separetur pro primitijs. Non dicit,Ex singulis vnus,sed ex toto munere vnus, כָּל enim & omnem significat,& totum. Genes.25. Et totus in morem pellis hispidus. Et cap.31: Et ipsæ nostis quod totis viribus meis seruierim patri vestro. Mala.3: Et me vos configitis gens tota. Sicut & apud nos Omnis. Vt,

Omnis, & totus. כָּל

Virgi. Ecl. 5. *Tu deus omne tuis.* --- Et:

Virg. 1. Æne. *Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.*

Cumque incertum esset ex quo genere sumendus esset vnus, qui ex toto munere sumi iubebatur, sequentibus verbis indicatur ex fermentato pane sumi debere,quoniam ait, *Primitias Domino*: nec enim ex ceteris panum generibus primitiæ offerebantur, sed ex fermentato,vt ex cap.2. Leuitici paulò ante ostendimus. † At nondum ex his scopulis euasimus, vrgebunt enim nos noui interpretes, qđ Hieronymus primitias vertit, in Hebræo esse תְּרוּמָה, quod eleuationem significare volunt, hoc est, donum quoduisquod sumitur, vt Deo offeratur: nam nec lxx Primitias transtulerunt, sed ἀφαίρεμα, quod oblationem,siue segregationem significat. Quod si nihil hic de primitijs dictum est,nihil erit quodcogat interpretari de solis panibus fermentatis vnum esse offerendum,vt hactenus exposuimus. Et quidẽ fateor תְּרוּמָה interdum pro quauis oblatione accipi, vel quòd sursum ac deorsum moueretur, & eleuaretur,vt quidam volunt, vel (quod verius est)quòd seponeretur,& segregaretur Domino, vnde & Chaldæus vertere solet אַפְרָשׁוּתָה,id est,separatio. Sed negare non possumus & primitias ita vocari quod ex toto aceruo, siue fructu primæ separentur vt Domino offerantur. Nam & Hieronymus interpres noster persæpe ita vertit, & lxx. interpretes, qui linguam Hebraicam, hoc est,suam, in qua nati, & educati sunt, melius alijs callebant, similiter primitias vertunt, ter initio ca.25. Exodi,& cap.36. vbi nos habemus: Nec vir, nec mulier quicquam offerat vltra in

11 opere Sanctuarij,ipsi transtulerunt,In primitias Sanctuarij. † Et Leu.22: Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de ijs quę sanctificata sunt,& de primitijs non vescetur. lxx: Ipsa primitijs Sanctorum non vescetur. Sed non necesse habeo. lxx. interpretes citare, ipsi velint nolint,fateri debẽt, תְּרוּמָה, hoc loco pro primitijs poni, affirmant enim ex omnibus panis generib' vnum offerri debere,cumque fermentati nõ possint offerri nisi in primitias,eos hoc nomine intelligi voluit legislator.

Cuius carnes eadem comedentur die. Carnes hostiæ oblatæ pro gratiarum actione eadem die comedi iubet,eius verò quæ voto,vel sponte offertur, eodem die,

die,aut sequenti,tertio nihil edi permittit. Quæ quoniam à Philone in libello de Victimis apertiùs traduntur, causæque indicantur, æquum erit vt eius verba referamus. De posteriori, quam Pro salute vocat,hæc scribit: In hoc genere duobus tãtum diebus epulari fas est,ita vt nihil reliquiarum supersit in tertium, idque de causis pluribus. Vna,quia Sacræ mensæ vsus tempestiuus esse debet cũrando ne quid corrumpatur mora temporis,cum carnium,vel conditarum,natura sit obnoxia putredini. † Altera,quia victimarũ

12 partes non sunt in penum retrudendę, sed in medium proponendæ omnibus indigentibus: iam enim sunt non offerentis,sed eius cui litatum est,qui cum sit beneficus,ac munificus,vult conuiuis vocatis communicari suum epulum. Postrema,quia sacrificium hoc 14 pro salute duorum offertur, corporis, & animæ, proinde suus cuique dies epularis tribuitur,quod æquum videatur vt primæ diei conuiuium admoneat nos salutis animæ, sicut postera dies sanitatis corporis. Quoniam autem tertium nihil est cui propriè quæratur salus, seriò veritum est proferri epulum vsque diem tertium, ita vt ne per oblionem quidem liceat superesse reliquias absq; piaculo,&c. Quodque Moses ait: *Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio,nec proderit offerenti*, his verbis enuntiat: Quod si quis hos ritus negligat, seuerè Diuina voce obiurgabitur. Hoccine homo ridende putas sacrificium? Nihil moror tua sacra profana pollita, execrataque,carnes istas quas tibi ipse coxisti ventri seruiens,ne in somnis quidem doctus ra-

13 tionem veram sacrificij. † Deinde de hostia תּוֹדָה, quam ipse cum lxx. interpretatur hostiam laudis, Hieronymus verò gratiarum actionis,quod idẽ est,qualis sit docens,& cur ita dicatur, ita loquitur: Cum aliquis in nullam aduersitatem incidit, vel rerum externarum,vel corporis,sed quieta, tranquillaq; vita fruitur prospere degens, & feliciter absque offensis,&c. necesse est,vt Deo gubernatori debeat sanitatem continuam,& non interpellata commoda,atque in vniuersum fincerас felicitates nullis vitiatas calamitatibus,& horum largitorem demereatur hymnis,laudationibus, Sacrificijs, & alijs gratiarum actionibus, quæ omnia comprehenduntur Laudis nomine. Hanc victimam non biduò,sicut priorem illam pro salute,sed ipsa prima die lex iubet absumi, vt qui experti sunt propensum,paratumque fauorem cœlestis numinis incunctanter de hoc sacrificio impertiantur alijs. Hactenus Philo.

Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur. Si caro hostiæ oblatæ cõtactu rei immundæ fœdabitur, nemo eam comedet.

Qui fuerit mundus vescetur ea. Non nisi qui mundus fuerit comedet de carnibus hostiæ pacificæ.

Anima polluta quæ ederit de carnibus. † Duplex erat immundus, alter qui ex se immunditiam habebat, vt leprosus, aut semine fluens, qui verbis his indicatur: alter qui eam ex contactu cuiusuis rei immundæ contrahebat,,de quo dicit: *Et quæ tetigerit immunditiam hominis, &c.* Vt cadauer,aut quiduis aliud immundum. Vtrique carnis hostiæ pacificæ comedere capitale erat.

De vsu siue de diuisione hostiæ pacificæ hæc in eodem capite septimo scripsit Moyses. *Tenebit* (videlicet qui offert) *manibus adipem* hostiæ, & pectusculum,cumque ambo oblata Domino consecrauerit, tradet sacerdoti. Qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aharon,& filiorum eius. Armus quoque dexter de pacificorum hostijs cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem, & adipem filiorum Aharon, ipse habebit & armum dextrum in portione sua.

Sacerdos victimam occidebat, & excoriabat, deinde laico qui offerebat, tradebat adipem, & pectusculum, quæ cum laicus eleuabat coram Domino ea offerens, & consecrans, rursum reddebat sacerdoti. Erat autem pectusculum, & armus dexter sacerdotis qui offerebat.

DE SIGNIFICATIONE hostiæ pacificæ.

CAP. V.

1 ISYCHIVS, & Radulphus libro. 2. in Leu. cap. 3. hostia pacifica munus perfectorum vitam significari docent. Sed quoniam breuiùs, & apertiùs id à Radulpho traditum est, eius verba subiungam. In holocaustis perfectorum vita, in hostijs verò pacificis mediocris conuersatio designatur. Sunt quippe nonnulli, qui quamuis summa virtutum fastigia non ambiant, offensum tamen Deum habere refugiunt, indeque licet bona summa non expleant, mala tamen summa deuitant. Hi ergo hostias pacificas, siue (vt lxx. transtulerunt) salutares, offerunt, quia saluari quidem volunt, sed sufficit eis si saluentur, quamuis inter extrema sanctæ Ecclesiæ membra computentur. Hostiarum igitur pacificarum eadem penè quę superior, diuisio est: alia namq; bouis, alia ouis, alia verò capræ oblationem continet. Bouem immolat quisquis in sæculari vita mundi actibus deditus de ipsis laboribus suis Deo ministrat. † Ouem 2 offert qui laborare non sufficiens & infirmitate, & ætate, seu etiam paupertate à misericordiæ actibus reuocatus per solam innocentiam Deo placet: pax enim in terra hominibus bonæ voluntatis. Sed & capræ hostiam litat quisquis veterem conuersationem melioris propositi castigatione immutat. Animum nulla hic fit mentio, quia contemplationis virtus perfectioribus tribui soler. Hæc Radulphus. Isychius in boue eos intelligit qui circa agenda quæ legis sunt vacant. Sed quoniam hoc commune est omnibus qui salui fieri cupiunt, præstat eos intelligi qui labores vtilitatis aliorum causa perferunt, nec sibi se, sed publico bono natos putant, vt qui pauperes alunt, qui rempublicam gubernant, qui bonas artes docent, qui concionantur. Hęc enim hostia maior, & gratior Deo est quàm ouis, aut capra, ideſt, quàm sola innocentia vitæ, aut sola veterum peccatorum correctio. Hi marem, & feminam offerre possunt, quia & perfectiora interdum Deo offerunt, atq; fortiora, & si minus perfecta, atque fortia offerant in hoc vitæ genere minus perfecto, tolerabile est. In holocausto, vbi perfecta virtus est, semina non offertur. † Sed siue mas, siue femina sit, 3 immaculatam hostiam esse oportet, id est, integram, & omni deformitate carentem; siue magnæ virtutis, siue paruæ sit, nulla tamen labe eius opera vitientur, vt rectè Deo offerantur. Manum super caput hostiæ ponimus, cum nos plenè Deo deuouemus, atque ita omnia facimus, vt cum nobis placare studeamus, illique soli placere. Atque ideo etiam in introitu tabernaculi immolatur, quia Deum intueri debemus, & ad eum omnia conuertere, non ad hominum gratiam. Attendite (inquit Dominus) ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Caput hostiæ finis actionum est, finis enim in ijs quæ ad actionem spectant, principij vim, & rationem habet. Sanguis verò immundus in lege censetur, & crebro in malum accipitur; quare tunc sanguinem fundimus, cum ex vita, atque ex actionibus nostris omnes prauas cupiditates eijcimus. Sæpe enim Deo placere cupimus, & in ipsa honesta actione, si benè discutiamus, sanguinem fœdantem omnia inuenimus, id est, latentem cupiditatem gloriæ, aut honoris, aut voluptatis, quæ etsi minùs sentiebatur, magis ad agendum mouebat quam caritas Dei. † Hunc sangui- 4 nem ejicere debemus vt munda sit hostia, ne nobis illud Dominus dicat: Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto, & septimo per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis, & bibistis, numquid non vobis metipsis comedistis, & vobis metipsis bibistis? Hunc sanguinem fundi iubebat Paulus cum dicebat: Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et non sundentibus dictum est: Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Eum fundunt filij Aharon, id est, iusti, qui

Matth. 6.

Sanguine.

Zacha. 7

1. Cor. 10

Isai. 1.

qui sacrificium pontificis nostri Christi, vt possunt, imitantur offerentes Deo semetipsos in odorem suauitatis, & cor purum, atque humile. Et in circuitu altaris fundunt dum Christi virtutes mente reuoluentes vitiosos affectus à se ejiciunt. Altare enim nostrum Christus est, cui quidquid patri gratum futurum est imponimus, & per eum offerimus, sicut ait Petrus:

1. Petr. 2. Offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum.

5 † Adeps hostiæ affectus animæ nostræ est, quo opera pinguescunt, si bonus sit. & nitorem accipiunt, & anima ipsa mollescit, & Deo tractabilis redditur, quod optabat Dauid dicens:

Psalm. 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Contra si malus sit, opera peiora reddit, animumq; emollit ad malum. Quid igitur maximè offerre Deo debeant qui in hoc vitæ genere versantur, ipse indicat cum ait: *Et offerent de hostia pacificorum in oblationem Domino adipem, qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis est intrinsecus, duos renes cum adipe quo tegun tur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis, adolebuntque ea super altare in holocaustum lignis igne impositis in oblationem suauissimi odoris Domino.* Quæ quoniam eleganter mihi à Radulpho videntur explicata, verba eius referam.

Libro. 2. in Leu. c. 1. Adeps qui operit vitalia, eum qui ad hanc vitam habetur affectum significat. Delectat enim nos viuere, & si fieri posset, ad mortem nos accedere nunquam vellemus. In vitalibus verò sedes animæ est, & quasi quoddam vitæ huius retinaculum. † Pin- 6 guedo quoque quæ intrinsecus est, eorum innuit amorem, quæ in hac vita possidentur, vt est domus, agri, pecunia, pater, & mater, & alij propinqui, quæ omnia si abundent in hac vita, quasi beatos videntur facere possidentes. Iam in duobus renibus quid intelligitur nisi genuina illa voluptas, quæ ex coniunctione maris, & feminæ procedit? Hoc & ipse numerus indicat, quod duo sunt renes, vt quasi duarum personarum, ad quas voluptas illa pertinet, mentionem factam intuearis. His autem adeps quo teguntur ilia, siue (vt alibi dicitur) qui est iuxta ilia, adiungitur. Ilia situ ipso membrorum genitalibus appropinquant. Adeps igitur iste, qui renibus in sacrificio copulatur, voluptatis illius denotat affectum: qui tamen cum ilia tegere, aut ilibus iuxta esse describitur, cautela nobis timoris tribuitur, vt scilicet cogitemus quia si mens pravæ concupiscentiæ subditur, non longè est vt etiam corpus prauo operi substernatur: mors enim secus introitum delectationis posita est. In iecoris verò, id est, hepatis reticulo quid nisi nocendi appetitum 7 accipimus? † Hepar siquidem fons sanguinis est: & quid per sanguinem nisi crudelitas figuratur? Vnde & Beatus Gregorius illud Isaiæ sic exponit vt dicat: Manus vestræ sanguine plenæ sunt, id est, opera crudelitate. Hos igitur omnes adipes Dominus sibi sequestrari, & in altari coram se incendi præcipit, vt videlicet affectus isti Diuino igne absumantur: non vt prorsus absumantur, quod proculdubio perfectæ beatitudinis esset, sed vt per creatoris amorem isti affectus, per quos creatura seu licitè, seu illicitè concupiscitur, ad iustum modum, mensuramque legitimam reuocentur. Nam si amatur hæc vita ab imperfectis, si amantur ea quæ in hac vita possidentur, ab illis scilicet qui omnibus renuntiare nequaquam sufficiunt: necesse est tamen vt amori Diuino hæc omnia postponantur, vt videlicet si eo articulo fidelis quilibet constringatur, quo aut ista perdere, aut à Deo compellatur recedere, quamuis ægrè, quamuis cum dolore, malit diuelli ab omnibus, quam pietatis iura apud se violare. Qui enim amat patrem, *Matth. 10.* aut matrem plus quam me, (ait Dominus) non est me dignus. † Quod 8 etsi tempore pacis Ecclesiasticæ necessitatis huius desit examen, debet tamen se ipsam fidelis anima subtiliter discutere quid cui intus in corde præponderet, amor sæculi, an Dei, temperandusque est ea mensura præsentium appetitus, vt quamdiu pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cato Deo posideri poterunt, habeantur: si verò ea negetur facultas, abijciantur. Ignis quo hæc cremanda sunt, est ille de quo Ecclesia ait: Vre igni Sancti spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine. Ligna sunt exempla Sanctorum, qui constanter hanc hostiam Deo mactarunt. Quum offerebatur agnus, cauda tota incendebatur Domino, quia cauda finis corporis est. Quid igitur (inquit idem Radulphus) nisi consummatio sanctæ deuotionis accipitur. Et vide quos potissimum de perseuerantia monuerit: non enim de boue caudam offerri præcepit, sed de oue. Reuera namq; simplicibus, & desidiosis de inconstantia timendum est. Qui enim sanctis laboribus se exercent, lucris quotidianis, & propositi sui successu lætificati voluptate maxima saginantur, & in maius proficiendi desiderium quotidie succedunt ur, quia scriptum est: Anima operantium impinguabitur. † Qui verò laborem refugientes pigritiam amplectuntur, fastidio suo grauati in aliud transire quasi melius aliquid reperturi, & consilium sæpe mutare coguntur. Idem de capram immolante sentiendum est, qui enim pœnitentiam veterum peccatorum agit, & facta deflet ne deflenda faciat, quo carnem magis affligit, eo magis eius animum Deus spirituali lætitia perfundit, eaque magis ad laborandum incitatur, vt minus illi de inconstantia timendum sit.

Libro. 2. in Leu. c. 2.

Proner. 13.

9

Adeps Deo offerendus.

Ceterum omnis adeps meritò Domini erit iure perpetuo, quia omnis noster affectus in eum conferendus est, & per eum in reliquas res. Non est comedendus adeps hostiæ; quia cum Deo aliquid offerimus, non nostro affectui satisfacere, sed illi placere quærendum est. Sed neque sanguinem edere licet, quia ab omni prauarum cupiditatum gustatu longè abesse debemus, sicut scribit Apostolus: Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet.

Sanguis nõ comedẽdus.

Ephes. 5.

Lex Hostiæ pacificæ.

Ex Leuit. 7. Vers. 11.

10 HIC iam duces quos sequebar, sequi non licet, cum enim de hostia pacifica sermo sit, quam mediocrem vitam interpretati sunt, quasi eius interpretationis obliti ad diuersa longè transeunt, & in re eadem non eamdem seruant expositionem. Nos Deo duce dabimus operam vt ab ea minimè recedamus. *Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur Domino. Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerent panes absque fermento*, & cetera quæ præcedenti capite retulimus. Qui hoc mediocris vitæ genus sequuntur, aut pro gratiarum actione offerunt hostiam, aut voto, vel sponte, quod. lxx. & Philo dicunt Pro salute, quia quidam mala, & lapsus multorum videntes in id maximè deuotionem animi sui conferunt, vt Deo, cuius beneficio ipsi seruantur, & liberantur, gratias agant, alij pro salute offerunt, vt peccata vitent, & salute animæ perpetua perfruantur, quam in tot aduersarij nostri laqueis, & multorum ruinis, nisi Dei misericordia protegantur, tenere se non posse vident. Aut potius ijdem interdum pro gratiarum actione, interdum pro salute offerunt. † Qui offerunt pro gratiarum actione, offerre iubentur panes azymos, & conspersos oleo, quia gratiarum actio cum operibus misericordiæ coniungenda est, vt aliquid scilicet in eius gratiam faciamus, cui gratias agimus. Tunc enim nos verè gratos præstamus, cum non animo tantum, & verbis, sed re ipsa quam possumus gratiam referimus, & quia Domino ipsi non possumus, domesticis eius quantumlicet benefacimus. Opera autem huiusmodi, quia & alijs prosunt, & ex misericordia oriuntur, quam oleum significat, rectè panes oleo conspersi vocantur, quia non solùm ad ea misericordia excitamur, sed etiam dum fiunt, dulcem illum misericordiæ affectum admiscere debemus. Multi enim misericordia ad largitionẽ eleemosynarũ mouẽtur, sed in

11 *Beneficia*

in ipsa largitione vitijs eorum, quibus subueniunt, irascuntur, aut verbis, & misericordiã vertũt in iracundiã. Quare panes oleo non liti, sed conspersi sunt, vt non externam misericordiæ faciem postquam facta sunt illa præferant, sed intus quasi in viscera ferueni. Sit quia ab omni inanis gloriæ affectu libera esse debent, panes

12 azymi sunt. † Lagana azyma etiam offeriuntur, quæ tenuiora quidem sunt, sed latiora, non conspersa oleo, sed lita, quia quæ dum fiunt, misericordiæ affectum admissum non habent, etsi ampliora, hominibus forsan videantur, quia latiora sunt, id est, vel præstantiora, vel latiùs manantia, Deo tamen tenuiora videntur. Sed si oleo conspersa non sunt, saltem postea oleo linantur, & vel in fine misericordiæ affectu ne careant. Coctam similam offert, qui magna beneficia, & ad vsum parata alijs præstat non misericordiæ, sed liberalitatis, aut religionis, aut publicæ vtilitatis, aut alterius denique virtutis causa. Sed quia beneficia, etsi parua videantur, multò magis Deo placent cum tota plena, & quasi imbuta sunt misericordia, post similam coctam iterum collyridas, siue panes, seu crustula oleo conspersa, offerri iubet. Panes fermentati sunt opera incipientium, quæ nonnihil inanis gloriæ, aut similis alicuius labis plerumque habent admistum, atque hęc etiam admittit, modò peccata non sint, quia neque imperfecta nostra prorsus aspernatur: sed ita vt vnum dumtaxat ex eis pro primitijs sibi offerri velit, hoc est, opus aliquod ceteris perfectius, quod sibi magis placeat.

13 † Quod huiusmodi est, sacerdotis est fundentis sanguinem hostiæ, id est, ipsius qui facit, quoniam illud opus maximè facientis est, quod præ ceteris est ab omni labe seiunctum, nam etsi cetera prodesse possint, hoc maximè omnium illorum prodest. Carnes eadem die comeduntur, quia non est actio gratiarum differenda, sed in singulis quæ Deo immolamus, gratias ei agamus, cuius beneficio habuimus quod immolaremus, sicut ait Apostolus: In omnibus gratias agite. Carnes hostiæ quæ pro perpetua salute offertur, eadẽ die comedendæ sunt, quia vita melior, & purior continuò inchoanda est, nec futurum tempus expectari oportet. Recte enim dixit cuiusdam poeta:

Qui non est hodie, cras minus aptus erit. *Ouidius lib. 1. de Remedio amoris.*

Sed fi quid, inquit, *in crastinum remanserit, vesci licitum est.* Quod hodie non absumpsisti, quod hodie non correxisti, cras, id est, postea, corrigi potest. Cras futurum vitæ tempus intelligibus, sicut Hodie præsens tempus est, quemadmodum Dominus dixit: hodie sanitates perficio hodie, & cras. *Quidquid autem*, inquit, *tertius inuenerit dies, ignis absumet*, quia quæ hic non corrigimus, post mortem purgatorius ignis absumet, ait enim Apostolus: Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. † Post diem tertium irrita fiet eius oblatio, quia post mortem meriti locus non est. *Caro hostiæ, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni*, quia illa vitæ, vel temporis pars quæ peccati sordibus inquinatur, placere, aut sapere nobis non debet, sed igne pœnitentiæ, & lacrymarum consumenda est, ne vehementiori, & acriori igne in futuro sæculo cremetur. *Qui fuerit mundus vescetur carnibus hostiæ*, quia qui Deo per munditiam animæ placet, & rite hostiam suam offert, is illa iure alitur, & validior, atque robustior virtutibus, atque spe cœlestium bonorum fit. Anima pollura, siue quæ, nomine suadente voluntate sua immunda facta est, siue quæ aliorum ex conuictu, atque consilijs immunditiam contraxit, carnem hostiæ comedere non debet. Prius sordes suas pœnitentiæ lacrymis eluat, deinde fructus oblationis percipiet, illisque aletur, & roborabitur: si enim immundus sit, quam mercedem ex oblatione sperabit sua? Quod si eluere noluerit, sed sàtis sibi putarit offerre hostiam operum, cum sit à Dei gratia alienus, peribit de populis suis, & in generationibus electorũ non numerabitur.

1. Cor. 3.

1. Thess. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De hostiæ diuisione.

15 QVI offert manibus tenere iubetur adipem hostiæ, & pectusculũ. Adeps affectum significat, vt dictum est, quem qui hostiam offert, & Deo placere cupit, manibus tenere, id est, factis exterius ostendere debet, ne bona voluntas lateat, & quasi torpescat, sed Deo per bona opera consecretur. In pectusculo significatur bona cõscientia, vt autor est Hieronymus in ex put secundum Malachiã. Hæc etiam manibus tenenda est, vt nemo se putet bonum esse si virtutem cupit, & spiritualem vitam amat, nec sibi magnorũ peccatorum cõscius est, nisi bonis operã bonæ conscientiæ testes adhibuerit. *Matth.7.* De bona voluntate sine opere ait Dominus: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Qui bonam conscientiam facti sui testatam Deo offerat, is *Actu.23.* cum Paulo dicere poterit: Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum vsque in hodiernũ
16 diem. † Vbi hæc Domino consecrauerit, tradet sacerdoti. Sacerdos idem esse potest qui & offerens. Quod si hæc secernere malumus, sit sacerdos Christi rerum spiritualium, & certaminis cum Diabolo non inexpertus, qui dice *2.Cor.2.* re possit: Vt non circumueniamur à Satana, non enim ignoramus cogitationes eius, huic tradat affectum suum, vt eum dirigat, & super altare Deo incendat, hoc est, vt à sæculi cupiditatibus eum auocet, & Diuino amore semper incendat ea docens, atque præcipiens, quibus in eo caritas Dei magis in dies inardescat. Pectusculum etiam tradat, *Sacerdos quomodo alios reget.* id est, sanctitatẽ, & sapientiã (quæ etiã recte significatur in pectusculo) sacerdoti Dei attribuat, non suo sensu duci se volens, sed eius qui Dei sacerdos est, & quem pro Deo sibi præesse voluit. Tunc se Deo placere, tunc bonam conscientiam habere putet, cum illam sacerdoti secundum Deum omnia iudicanti probabit. At sacerdos pectusculum sibi retineat, quia labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domi- *Malac.2.*
17 ni exercituum est. † Semper sapiat, nec alijs tantum, sed multò magis sibi: recte enim ait Græcorum prouerbium.

Odi sapientem, qui sibi ipsi non sapit.

Adipem autem ne sibi seruet, sed super altare adoleat. Non enim in se transferre affectum discipulorum debet, vt ipse plus æquo ametur, & illorum & re, & seruitio abuti velit, lucro suo studentis id quidem est, & sua quærentis, non quæ Iesu Christi. Affectum liberum, atque integrum Christo relinquat, eius gloriam, & discipulorum salutem spectet, sua commoda contemnat. Paulum imi- *Actu.20.* tetur qui ait: Propter quod vigilate memoria retinentes quoniam per triennium nocte & die non cessaui cum lacrymis monens vnumquemque vestrum. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui. Armus quoque dexter de pacificorum hostijs cedet in primitias sacerdotis. Sacerdos filius Aharon, & verus Christi imitator, qualis erat Paulus, qui fundit sanguinem hostiæ, id est, qui Dei minister, & adiutor est ad prauas cupiditates ex animis discipulorum extrahendas, præter pectusculum etiam armum dextrum habere
18 debet in portione sua. † Vt sui officij putet esse huiusmodi sanguinem fundere, adipem adolere, id est, omnem suorum affectum non in se, sed in Christum transferre, pro eorum salute labores perferre, iniurijs, & lacrymis eorum spiritualia commoda quærere, infirmos patienter sustinere, nihil non pro eorum vtilitate tolerare. Ita Paulus aiebat: Ideò *2.Tim.2.* omnia sustineo propter electos, vt ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cœlesti. Armus *Armus.* enim in reliquis animantibus dicitur qui in hominibus humerus appellatur, cui onera imponũtur, & propriè patientiam laborum significat. Et quoniam hæc non pro bonis huius vitæ, quæ in sinistra intelligitur, sed pro mercede futuræ, quæ dextera dicitur, ferre debet,

debet, meritò non sinistrum, sed dextrum armum accipit. Hæc in hac vita habeat in portione sua, & cum apparuerit princeps pastorum, percipiet (sicut scribit pastor maximus) *1.Petr.5.* immarcescibilem gloriæ coronam. Hos labores primitias puter æternæ beatitudinis (initium enim felicitatis est in Christi gratiam, & obsequium laborare) quod reliquum est, & quod oculus non vidit, neque auris audiuit, posteà accepturus. Nunquam sibi pectusculum deesse patiatur qui quasi thesaurus quidam Sapientiæ cœlestis esse debet, ex quo noua, & vetera proferantur. Quidnis potius amittat quàm armum dexterum, vt fortius dextetæ, & per eum multi collocentur ad dexteram.

DE SACRIFICIO PRO peccato.

CAP. VI.

1 SAcrificium pro peccato non semper eodem modo fit, sed variatur personis, & hostiarum genere, & causis offerendi. Personis, quia aut pro peccato pontificis offertur, aut pro peccato populi, aut principis, aut plebeij hominis. Hostiarum genere, quia aut vitulus offertur, aut hircus, aut capra, aut vacca, aut agna. Causis offerendi, quia aliter offerunt qui per ignorantiam peccant, aliter qui scientes, & volentes. De omnibus sigillatim dicendum est, si prius adnotauerimus in his aues non offerri, vt in holocausto, quoniam victimæ diuiduntur, & pars singularum sacerdoti tribuitur, pars igni datur: turtures verò, aut pulli columbarum paruæ aues nequeunt in tot partes rectè diuidi.

De victima peccantis pontificis. Ex cap.4. Leuitici Vers.2.

ANIMA quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis Domini, quæ præcepit vt non fierent, quippiam fecerit: si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino.
2 *† Et adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, ponetque manum super caput eius, & immolabit eum Domino. Hauriet quoque de sanguine vituli inferens illum in tabernaculum testimonij. Cumque intinxerit digitum in sanguine, asperget eum septies coram Domino contra velum Sanctuarij, ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonij. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basin altaris holocausti in introitu tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quam ea quæ intrinsecus sunt, duos renunculos, & reticulum quod est super eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis, sicut offertur de vitulo hostiæ pacificorum, & adolebit ea super altare holocausti. Pellem verò, & omnes carnes cum capite, pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum vbi cineres effundi solent, incendetque ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum crematuntur.*

Hæc legislator, nos quæ minus aperta videbuntur, ordine explicemus.

3 *† Anima quæ peccauerit.* Animam sæpe Scriptura pro homine ponit, vt Exod. 12: Iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Genes. 17: Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quod passim in libris legis occurrit.

Et de vniuersis mandatis Domini, &c. De negantibus præceptis loqui tantum videtur, sed loquitur etiam de affirmantibus, qui enim vel hæc, vel illa violat, facit quod Deus præcepit vt non fieret. Si quis occidat, facit quod Deus præcepit vt non fierer; si verò inhonoret patrem, aut matrem, cum Deus honorare præceperit, facit quod Deus præcepit vt non fieret. Idem facit si honorem debitum illis dare omittat; vulgari enim sermone non solum commissiones quælibet, sed omissiones etiam, si quouis modo voluntariæ sint, facta appellantur. Ac si quis tenacius verbis legis inhærès præceptæ affirmatiã hinc excludere velit: meminerit in eis etiam latere negationes: nam Honora patrẽ, & matrẽ, negatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem hanc includit. Ne iniuria afficias parentes, ne debito honore defraudes. Denique paulò post ait: Quod si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est. &c. Ex quibus hæc, quæ nunc interpretamur, intelligimus.

4 † Difficilius est, & longiori disputatione dignius, vtrum peccatum, de quo in totò hoc capite verba fiunt, ad vniuersa legis præcepta pertineat, an tantum ad quædam. Etenim Alfonsus Abulensis episcopus quæst. 11. in ca. 4. Leuitici sorìò negat ad vniuersa pertinere, multisque, ac magnis, vt putat, rationibus adducitur vt dicat legislatorem de ijs tantummodò peccatis agere, quæ contra præcepta cerimonialia fiunt. Summa earum hæc est. Moses de peccatis per ignorantiam commissis loquitur, in præcepta autè Decalogi ignorantia cadere non potest; aut si in quempiam cadat, in pontificem certè, aut in populum vniuersum non cadet, quorum tamen in hoc capite peccata commemorantur. Non ergò de peccatis contra Decalogi præcepta cõmissis agitur. Deinde, aduersus violantes præcepta moralia multò grauiores pœnæ constitutæ erant, nec huiusmodi expiationes quærebant, vt videre licet Num. 15. Deut. 19. Exod. 22. Leuit. 20. & alijs sæpe in locis, in quibus multi vltimo etiam supplicio affici iubentur. Eodemque argumento probat neque de peccatis quæ fiebant contra præcepta iudicialia intelligi posse.

Quod nam peccatum sit, pro quo offertur hostia pro peccato.

5 † Ego quidem fateor ignorantiam sæpius cadere in præcepta cerimonialia, sed legislatorem de peccatis contra vniuersa præcepta moralia, iudicialia, cerimonialia loqui pro certo habeo. Nam nec Iosephus libro. 3. Antiquit. cap. 10. de sacrificijs agens, nec Philõ in libello de Victimis hæc explicans quidquam de cerimonijs scripserunt; sed de lege vniuersè loquuntur, quod non omissilent Iudaicarum rerum, id est suarum, peritissimi scriptores. Immo verò Philo paulò post ait in his omnibus loqui Mosem de peccatis in homines factis. Nec video quo modo non manifestam vim afferat Abulensis verbis legis: *Et de vniuersis mãdatis Domini, quæ præcepit vt non fierent, quippiam fecerit.* An erit quisquam qui cum vniuersa mandata Domini audierit, sola cerimonialia intelligat? Potuit ne dicere apertiùs se de vniuersa lege loqui? Negat Abulensis cadere in præcepta moralia ignorantiam, aut certè cadere in pontificem, aut in vniuersum populum. At si iuris ignorantia non ceciderit, ignorantia facti cur cadere nõ possit? Vt si per errorem homo occidatur, si rem alienam cõtrectes, quam tuam putabas, si iure iurando confirmes quod falsum esse nesciebas. † Altera eius ratio facilè etiam soluitur. Fateor sanè grauiora supplicia decreta fuisse in mẽbrorum ac iudicialium præceptorum transgressores, at non cum per ignorantiam, sed cum prudentes, & scientes transgrediebantur. At non tantum inquies, de his loquitur Moses, sed de illis quoque qui scientes, & volentes peccant. verum id quidem, at non de publicis, sed de occultis peccatis, quod manifestè indicat Iosephus libro. 3. Antiq. ca. 10. cum ait: Qui autem scienter peccauit nomine consicio, arietem offert lege ita iubente, &c. Quare & de peccatis per ignorantiam factis idem intelligendum censeo, hoc est, maximè de occultis agere legislatorẽ.

6 *Si sacerdos qui vnctus est, peccauerit.* Nõ de quouis sacerdote loquitur, sed de magno, hoc est, de pontifice. Nam & lxx. pro Sacerdos verterunt, ἀρχιερεὺς, id est, pontifex, & Chaldæus dixit, Sacerdos magnus. Nec verò puto quod sequitur, *Qui vnctus est*, addi vt sacerdos magnus intelligatur, quod sensisse videntur Lyranus, & Vatablus, quoniam minores sacerdotes non priùs dicebantur vngi, sed aspergi, vt ex capite. 8. Leuitici intelligi videtur, quamuis mihi rectè dici videntur vncti, quod Exod. 29. magis explicatur, & præsertim. 30. in quo legimus: Facies que oleum vnctionis sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarij. &c. Aharon & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Sed addi hæc existimo, vt hac lege pontificem non obligari intelligamus donec consecratus 7 fuit. † Vt si moriatur Aharõ, filius eius primogenitus in pontificatu succedit, sed etiam

etiam si per ignorantiam peccet, antequam vngatur oleo, non iubetur offerre vitulum, sed victimam principis, aut plebeij offeret. Hoc ex eo intelligitur quod lxx. postquam dixerant, Si peccauerit pontifex, nihilominus addiderint, ἀνεχρισμένος, id est, ille qui vnctus est. Si autem hoc additum esset vt sacerdotem non quemuis, sed summum intelligeremus, lxx. profectò postquam dixerant, Pontifex, frustra addidissent, Qui vnctus est.

Delinquere faciens populum. Quoniam lxx. verterunt, τοῦ τὸν λαὸν ἁμαρτῖν, qđ potest verti: Eo quod populus peccaut, aut, vt peccaret populus: Philo in libro de Victimis quod priùs vertimus accepit, atque ita exposuit: Si, inquit, pontifex ignoranter peccauerit, moxque addit, Eò quod populus peccauit, tantum non dicens verum pontificem expertem peccati esse: quod si quando labatur, id ei non priuatim, sed propter populũ accidere. Quo in loco interpres Philonis vbi nos posuimus: Eò quod peccaut populus, malè conuertit, Vt deliniquat populꝰ, quod nihil pertinet ad sensum Philonis. † Sed si Hebraica consuluisset Philo, vidisset non ita posse verti, est enim, לְאַשְׁמַת הָעָם, id est, ad peccatum populi, hoc est, vt peccare faciat populum, lxx. lxx. intellexerunt vertentes, τοῦ τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν, id est, vt peccaret populus, vt suo peccato populum allicere ad peccadum: ita enim passim loquuntur lxx. & ita vertere solent Hebræa. At quomodo per ignorantiam peccauit pontifex, si populum exemplo suo ad peccandum allicere voluit? Non id voluit pontifex, sed Scriptura authore suo quentum quasi causam exposuit, id est, quod factum est ita dicit, ac si ille fieri voluisset. Vt Genes. 43: In meam hoc fecistis miseriam vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. Nunquam illi id dixerant vt patrem molestia, aut dolore afficerent, sed dolor tamen inde patri magnus exortus est. Quam Scripturæ cõsuetudinem in cap. 2. Hamos nume. 18. latissimè explicauimus. Ita quoniam peccatum pontificis, si nouum sit, occasio est populo peccandi, Moses nunc ait: *Ad peccatum populi*, hoc est, *vt peccare faciat populum*: quod optimè intelligẽs

Regula.

8

Principium.

Hieronymus elegantèr vertit: *Delinquere faciens populum*, re enim vera, quãuis id minimè cogitet, si ipse peccat, efficiet vt ad suum exemplum populus

9 peccet. † Monet ergo pontificem racitè vt diligentissimè peccauiteț, quoniam solum se peccare credet, peccabit autem, vbi id nouerit, populus simul. Posset Hebraica & ita haud incõmodè verti: *Si peccauerit pontifex ad peccatum populi*, id est, iuxta peccatum populi, ita vt quinis alius de populo peccare solet, vt doceat lex pontificis non esse peccare, sed populi, ipse enim Deũ populo placaturus est.

Offeret pro peccato suo vitulum immaculatum. Hoc est, sine vitio, vt interpretatus est Iosephus. 3. Antiq. cap. 10. integrum, & nulla deformitate notabilem, vt copiosè exposuimus, capite. 2. numero. 2. &. 3.

Ad ostium tabernaculi testimonij. Vbi scilicet erat altare holocaustorum.

Ponetque manum super caput eius. Hoc iam explicauimus ca. 1. nu. 4.

Et immolabit eum Domino. Non alius sacerdos, vt putauit Abulensis, quæstione. 12. in cap. 4. Leuit. sed idem pontifex, vt Philo, &. alij intelligunt; & vt verba ipsa apertissimè declarant, quæ semper de eodem loquuntur. Quod enim idem dixit vt huius rationis vim eluderet, iniane est, etiam do offerente holocaustum dictum esse Leuiti. 1: Immolabitque vitulum coram Domino, non tamen ipse immolaturus non esset quia non erat sacerdos, sed immolari faciebat, eodemque modo nunc di- 11 ci de pontifice: *Et immolabit eum Domino.* † Scio equidem offerre, & immolare dici non solum sacerdotem, sed etiam laicum quemlibet, vt immoletur: at postquam hoc dictum est, continuò quædam adiunguntur ex quibus facilè intelligas eum non per se, sed per sacerdotes immolare; tametsi nemini obscurum erat id non posse fieri nisi per sacerdotes. Immolabit, inquit, vitulum coram Domino, & offerent filij Aharon sacerdotes sanguinem eius fundentes per altaris circuitum, &c. Cum verò de pontifice loquitur, non tantum dicit: *Et immolabit eum Domino*, sed cerata etiam infert sine mentione alterius sacerdotis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hauriet quoque de sanguine vituli inferens illum in tabernaculum. Et tamen si id per alium sacerdotem faciẽdum fuerat, ne cessario fuit explicãdum ne erraremus, cum posset per eũdem pontificem fieri. Si enim id prætermissum nõ est, vbi constabat necessariò fieri debere per aliũ; cur prætermitteretur vbi potuit fieri per eumdem, de quo lex loquebatur?

11 †*Inferens illum in tabernaculum testimonij.* Immolatur vitulus extra tabernaculum in altari holocausti, quod erat ante ostium tabernaculi: deinde cratere excipitur parsaliqua sanguinis, ideo enim dixit: *Hauriet quoque de sanguine vituli,* & infertur in tabernaculũ. Quorsum inferatur, continuò docet.

Aspergetcum septies. Asperget de illo sanguine septies. Aspersio sanguinis ad expiationem peccati fit, scribit enim Apostolus ad Heb. 9: Et omnia penè in sanguine secundum legem mundãtur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Et quoniam in Septenario, vt sæpe dictum est, perfectio significatur, aspersio septies facta perfectam expiationem indicat.

Contra velum Sanctuarij. Versus velũ, quod pendebat ante Sanctũ sanctorũ.

Thymiamatis gratissimi Domino. Thymiama quod in illo altari incendebatur, gratissimum, & suauissimi odoris erat Deo, vt intelligitur ex Exodi. 30.

In basin altaris. Iuxta basin altaris, vt paulò post ait.

Tam eum qui vitalia operit. Vitalia vocat cor, & præcordia.

12 *Quã omnia quæ intrinsecus sunt.* †Offeret omnem adipem, tam eum qui operit vitalia, quam eum, qui est intra ipsa vitalia, & viscera: qui sensus in verbis Hebraicis manifestissimus est: Ita enim habent: *Et adipem tegentem interiora, & adipem qui est ad interiora.* Reticulum vocat telam adipis in modũ retis factam Hebraicè, הַרֶּבֶת, tantum dicitur, id est. adeps.

Et adipem iecoris cum renunculis. Simul cum renunculis ponatur in sacrificio adeps iecoris.

Pellem verò, & omnes carnes. Hoc est quod scripsit Paulus Hebr. 13: Quorũ enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Quod ex Leuit. 6. sumptum est, vbi legimus: Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in Sanctuario, nõ comedetur, sed comburetur igni. Itaque sanguis aspergebatur, & fundebatur postea ad basin altaris, adeps omnis, & renunculi, & reticulum quod est super eos, & adeps iecoris incendebantur super altare holocausti: reliqua omnia efferebãtur extra castra, & in loco mundo cremabãtur in peccati detestationẽ, quod in pontifice tetrius, atque execrabilius censeba tur: & vt pœna peccato illi debita iam populum, qui morabatur in castris nõ læderet, sed quasi eiecta longè, & fugata videretur. Locus autem mundus quæritur, quoniam vitulus ille Deo matatus fuerat, & quamuis in detestationem peccati illa comburerentur, quædam eis reuerentia debebatur.

13 *De Sacrificio pro peccato totius populi per ignorantiam. Ex Leu. 4. Ver. 13.* *Vers. 22.*

EAdem, atque eodem modo fiũt in hoc sacrificio, ac in sacrificio pro peccato põtificis, nisi quod in illo põtifex manum ponebat super caput vituli, in hoc aurem seniores populi ponũt. Peccare dicitur totus populus quum vel omnes, vel maxima pars peccant.

De peccato principis per ignorantiam. Ex Leuit. 4. *Vers. 22.*

PRinceps per ignorantiam peccans offeret, inquit, *hostiam Domino hircum de capris immaculatum, ponetq; manum suam super caput eius. Cumq; immolauerit eum in loco vbi mactari solet holocaustum coram Domino quia pro peccato est: tinget sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato tangens cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basin eius. Adipem verò adolebit supra, sicut in victimis pacificorum fieri solet. Rogabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei.*

Princeps.

Multa ex his sunt iã in præcedẽtibus exposita, cetera breuiter exponemus. Princeps, qui Hebraicè dicitur נָשִׂיא, & à lxx. ἄρχων, à nostro interprete Princeps, siue Dux, dicitur quicũque dignitate inter alios eminet, siue rex sit, siue princeps

princeps militiæ, siue dux, siue qui est in aliqua familia maximꝰ, & dignissimus, dicitur enim à נָשָׂא, quod significat leuare. Genes. 23. filij Heth dicunt Abrahæ: Princeps Dei es apud nos.

14 †Num. 7. singuli duces p singulos dies offerant munera, &c. eos indicans qui erant in singulis tribubꝰ quasi capita, vt Naason in tribu Iuda, Nathanael in tribu Issachar: &c. Num. 1: Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel.

Hircum de capris. Quia dignior est põtificis, aut etiam totius populi persona, quam principis, peccata principis minori hostia expiantur, id est, hirco. Non autem hirco simpliciter, sed hirco ex capris, siue (vt est in Hebræo) hirco caprarum, id est, nouo & tenero hirco, ita enim loquũtur Hebræi, vt exposuimus in cap. 9. Zachariæ. nu. 37.

Quia pro peccato est, In Hebræo, & in Græco est, Peccatum enim est, id est, Hostia oblata pro peccato, quomodo sæpe in hoc capite, & in sequentibus loquitur Scriptura, sicut & Paulus dixit 2. Corin. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.

Rogabitque pro eo sacerdos. Hoc obseruandum in hoc sacrificio, & in sequenti, carnes victimarum non cremari extra castra, quemadmodum in sacrificio pontificis, & totius populi, quoniã horum sanguis non inferebatur in Sancta, sicut sanguis vituli oblati pro peccato pontificis, aut totius populi, sed extra tabernaculum sanguis aspergebatur, & tingebantur cornua altaris holocausti, non altaris thymiamatis. Quod Paulus legis peritissimus adnotauit Hebr. 13. Quorum enim, inquit, animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremãtur extra castra.

De peccato plebeij per ignorantiam, ex Leu. 4. Ver. 27.

15 PLebeius homo, qui more Scripturæ vocatur de populo terræ, offerre iubetur capram, aut etiam ouem. Fit autẽ sacrificium eodem ritu, quocum offertur hircus pro peccato principis. Plebeium nunc voco quemlibet de populo, qui princeps non sit. Et quia minus digna persona est quam principis, minorem etiam victimam offert, nec marẽ, sed feminam; huic enim femina conuenit, sicut mas magistratui, vt ait Philo in libello de Victimis: minus quippe virilitatis, vt ita dicam, & sapiẽtiæ habet priuatus homo quam princeps.

De peccato per ignorantiam contra ceremonias, id est, contra Deum, & sacra eius, vt interpretatur Philo in libello de Victimis. Ex Leu. 5. Ver. 15.

SI quis ceremonias sacrorũ per ignorantiam violaret, vt si oleo sacræ vnctionis, aut thymiamate Deo dicato vteretur, aut ederet sacros cibos, quos solis sacerdotibus edere licebat, aut etẽ offerre iubebatur propter cultum Deo, rebusque sacris debitum.

De peccato sine ignorantia commisso. Ex Leu. 6.

Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, &c. & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, pro peccato suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eũ sacerdoti iuxtà mẽsurã, æstimationemque delicti. Qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro singulis, quæ faciendo peccauit. *Vers. 1.*

Arietem immaculatum de grege, id est, tenerum, & optimũ, quomodo de hirco exposuimus. nu. 14.

16 *Iuxta mẽsurã, æstimationẽq; delicti.* † Ita hoc intelligẽdũ est, vt p maiori peccato melior & pretiosior aries offeratur: vilior, & deterior pro minori, vt iudicauerit sacerdos. Scio hoc non placere Abulẽsi, qui mauult arietẽ hic exigi emptũ duobꝰ siclis, quoniã paulò antè dixit de eo qui per errorem in ceremonias peccauerat: Offeret pro delicto suo arietem immaculatũ de gregibus, qui emi potest duobus siclis. Quare cum nunc ait: *Iuxta mensuram, æstimationemque delicti,* ipse ita interpretatur: Tantus erit valor istius arietis qui offertur, quanta æstimatio, vel mensura posita in arietẽ pro peccato, id est, duorum siclorum. At nõ animaduertit vbi pretium duorum siclorum constituitur, non addi: *Iuxta mensuram, æstimationemque delicti,* quia iã certum pretium definiebatur: vbi verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit: *Iuxta mensuram, æstimationem suę delicti*, non constitui pretium duorum siclorum, quoniam constitui non potérat, cum pretium arietis immolandi arbitrio sacerdotis relinqueretur. † Verba ergo ipsa nihil facente Abulensis expositionem refutant, quomodo enim erit aries iuxta mensuram, æstimationemque delicti, si eiusdem pretij sit qui prò peccatis omnibus offertur? Itaque haud obscuram hic vmbram, & figurā confessionis nostræ videmus, quando quidem & de occultis peccatis hic agitur, vt aperte docuit Iosephus lib. 3. Antiq. c. 10. dicens: *Qui autē sciens peccauit, ne mine conscio arietē, offert legē ita iubēte, &c.* & is qui peccaret, iubetur adire sacerdotem, & peccatum illi detegere, vt pro eius arbitrio aries eligatur, & ipse ꝓ peccatore oret. At de publicis potius peccatis agi quispiam putabit, quoniā lex ait: *Conuicta delicti reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere.* Lyranus putat hæc verba *Conuicta delicti*, redundare. Hoc, inquit, nō habetur in Hebræo, & videtur male additum in trāslatione nostra ex ignorantia aliquorum expositorum, qui hoc posuerunt in glossa interlineari & postea scriptores nescientes distinguere inter glossam, & textum inseruerunt intra textum, quasi aliquis esset conuictus de tali fraude non solum redderet defraudato damnum, sed etiam duplum, vt habetur Exodi. 22.

18 † Ideo videtur quod lex hic loquitur de eo qui non est conuictus, sed ponitēs de peccato voluntariè reddit damnū, & ideo non restituit nisi simplum, & quintam insuper partem dat domino. Hæc Lyranus, cui nō translationes magis recentiorum fauent, in quibus hæc verba non sunt, sed trāslatio etiam Ixx. & Chaldaica Paraphrasis. Sed de Hebræo mox videro, nunc hoc dico, non satis animaduertisse Lyranum quid sit in hoc loco. *Conuicta delicti*, neq; enim testibus, aut publico iudicio conuincendus est is de quo nunc loquimur: sed propria conscientia, qua stimulante, atque arguente sacerdoti illud detegit, ac confitetur. Nec verba hæc redundant, sed in Hebræo sunt, modo Hebraicum recte intelligatur, quod Hieronymus, optimè intellexit, & eleganter vertit, vt opportunius postea explicabimus.

Typus confessionis sacramētalis

20 quæ admittuntur à volentibus ac scientibus. Si quis, inquit, mentitus fuerit de societate, aut depositō, aut rapina, aut inuentione rei perditæ, deinde ad virandam suspicionem iurare non recusarit, & tandem arguente se intrusco scientia pariurium suum, abnegationemque ipse damnans cōfessus fuerit, ac veniam petierit: merebitur delicti oblitionem.

Cur in peccatis scienter admissis vna omnib⁹ pœna statuta sit.

At hoc explicatu dignissimum est cur in peccatis per ignorātiam admissis pontificis, & totius populi, principumque meminerit, in ijs autem quæ consultò admittuntur, vnam omnibus legem statuerit, & sine vllo delectu de omnibus dixerit: *Anima quæ peccauerit, & contēpto Domino, &c.* nec maiorē hostiam à pontifice, aut à toto populo, aut à principe afferri iubeat, quam à plebeio homine, cum secus in peccatis ex ignorantia statuerit. Deinde cum cōstet grauiora esse peccata quæ scientes facimus, quam quæ per ignorantiam fiunt, cur in his vitulum offerri præcepit maiorem hostiam, & meliorem, in illis verò arietem? † Mihi quidem videtur Moses in peccatis, quæ homines scientes admittunt, non meminisse pōtificis, aut principis, aut populi totius, vt doceret hos inscientes quidem peccare posse, vt homines, à scientibus verò longissimè abesse debere omne peccatum. Itaque quod de Solone Salaminio memoriæ prodiderunt Cicero, & Diogenes Laertius, & alij, cum interrogaretur cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondisse se id neminem facturum putasse, ac sapienter eum fecisse cui de eo nihil sanxerit quod ante commissum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere videretur: id quodam modo existimasse videtur Moses, nec pontificem, nec principē, nec totū populum scientes vnquam esse peccaturos. Ita, inquam, locutus est ac si existimasset:

Diogenes lib. 1. de vitis Philos. in Solone. Cicero, pro sexto Roscio Amerino.

nu. 37. Et quidem lxx. in hoc loco vertūr, Καὶ πλημμελήσῃ, quod sonat, Et deliquerit, sed id tamen eos voluisse intelligi, quod Hieronymus ex Hebræo cō sentientibus Hebræis expressit, testis est Philo in libro de Victimis, qui cum lxx. interpretes semper sequatur, ita hæc explicauit. † Deinde transit ad ea,

21

massetnam neque tantum prophetā, ac multò minus Deum omnia scientem latebat sæpe eos esse peccaturos: sed silentio suo magis eos monuit vt magnopere à peccando cauerent, dum id præter missum quod factum non fuerat, ne, vt Cicero dixit, nō tam prohibere, quam admonere videretur. Nam negare depositum fidei suæ creditum, vi extorquere, aliena, calūniari, nem perditam inuenire, & peierare, & similia in plebeium hominem cadere posse putari voluit, in totum verò populum Dei, in principes reipublicæ, in pontificem ca-

22 dere posse quasi purari noluit. † Quod si tantæ personæ quippiā huiusmodi facerent, quod abiectorum hominū est, quamuis nec pōtifex esse desineret, nec princeps, tamen quia vitio in popularium cōditionem, & turpitudinem de- 24 generabant, voluit eas & infimorum hominum pœnis affici & eadem atque illos offerre sacrificia, vt pares esset pœnaijs, quibus non erant virtute superiores. Ita etiam humanis legibus in quibusdam grauissimis criminibus, vt hæresis, aut læsæ maiestatis, aut concubitus masculorum, nobilissimi quique, & amplissimi homines eodē supplicio cum media plebe puniuntur, quod minimè æquum iudicet nobilitatem, aut conditionem in ijs mitiuen, qui eam ne farijs sceleribus cōmaculauerint. His vtrique quæstioni satis factum videtur, si id addiderimus, maiores, ac pretiosiores victimas offerre iuberi qui scientes peccant, quam qui inscitēs: quoniam homo de populo terræ per ignorātiam peccās capram offert, aut quem, si prudens & sciens peccet, offert arietem: pontifexque, aut princeps, aut totus populus, si sciens peccet, quasi quispiam de media plebe iudicatur.

Quid fieret de hostia pro peccato.

Ex Leuit. 6. Vers. 25.

23 *ISTA est lex hostiæ pro peccato. In loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Sanctum sanctorum est. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. Vas autem fictile in quo cocta est, cōfringetur: quod si æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia Sanctum sanctorum est. Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.*

Diximus iam hostiam pro peccato principis, aut etiam plebeij, oblatam, non cremari extra castra, vt eam quæ offertur pro peccato pontificis, aut totius populi. De hac igitur nunc loquitur, quæ non crematur tota: de ceteris enim iam locutus est, & de omni sacrificio pro sacerdotibus oblato in eodē cap. 6. Leuit. ait: Omne enim sacrificiū sacerdotum igne cōsumetur, nec quisquam comedet ex eo. † Hac hostiam, quæ non crematur, Sanctum sanctorū vocat, id est, valde sanctam, & Deo dilectam (ita etiam sæpe loquitur de rebus sacrosanctis,) ac propterea immolari eam vult vbi & holocaustum, id est, ad partem Septentrionalem altaris holocausti, & in loco sancto comedi, id est, in atrio tabernaculi, & sanctū esse quid quid eam tetigerit. Cumque ait: *Sacerdos, qui offert comedet eam*: sacerdotem intelligit, qui ea hebdomadā sacris operatur. Et illud: *Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius*; non domesticos illius sacerdotis intelligit, sed sacerdotes omnes ex illa familia sacerdotali, quæ secūdum ordinem vicis suæ ministrat ea hebdomada: est enim in Hebræo, & in Græco: *Omnis masculus in sacerdotibus*. Viginti quatuor autem erant familiæ, siue cognationes sacerdotales ordine ministrantes, vt diximus in libro de Sacerdotibus, & vestib⁹ sacerdotalibus, c. 4.

25 nu. 7. † Hoc seruatum arbitror postquam crescente multitudine sacerdotum David separauit illas familias: at cum à Mose præceptum est, quia multò pauciores erant sacerdotes, & pauciora sacrificia, omnibus distribuebantur hostiæ oblatæ, quāuis pars melior, & maior esset sacerdotis offerentis, cuius rei causa dicitur comedere eam sacerdos qui offerebat, aut pertinere ad eum hostiam. Ita etiā cap. 7. de hostia pro delicto ait: Omnis masculus de sacerdo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdotali genere in loco sancto vescetur his carnibus: cum post pauca inferat: Ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit. Hæc ita intellexisse videntur Iosephus, & Philo.

De hostia pro delicto.

Ex Leuit. 7. Vers. 1.

HÆC quoque est lex hostiæ pro delicto. Sancta sanctorum est. In loco vbi immolatur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto. Sanguis eius per gyrum altaris fundetur. Offerent ex ea caudam, & adipem qui operit vitalia, duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumque iecoris cum renunculis, & adolebit ea sacerdos super altare. &c.

26 † Quod interpres noster vertit Peccatum, cum cap. 6. dictum est: Ista est lex hostiæ pro peccato. Hebraicè dicitur, חטאת, lxx. semper vertunt ἁμαρτία; quo d autem nunc delictum interpretatur, dicitur, אשם, apud. lxx. semper, πλημμέλημα. Quid autem inter hęc duo differat, cum sit fere semper eadem vtriusque significatio, difficillimè explicatur. Vatablus quæ grauiora sunt, peccata dici putat, quę minora, delicta: cui nullo modo assentior. Etenim Genes. 26. vbi legimus: Et induxeras super nos grande peccatum, in Hebræo est: Et induxeras super nos אשם, id est, delictum. Hoc pluribus placet, Peccati nom: ne commissionem intelligi, Delicti verò nomine omissionem, vt Lyrano, Abulensi, Isidoro Clario, Petro Serrano episcopo Caurien si. Sed placuit ante eos Augustino, qui quæstione. 20. in Leuiticum cum hoc idem quęsiisset, his verbis soluit quęstionem. Fortasis ergo Peccatum est perpetratio mali, Delictum autem desertio boni, vt quemadmodum in laudabili vita aliud est declinare à malo, aliud facere bonum, quod admonemur dicente Scriptura: Declina à malo, & fac bonum: ita in damnabili aliud sit declinare à bono, aliud facere mala, & illud Delictū, hoc Peccatum sit. Nam & ipsum vocabulum si discutiatur, quid aliud sonat Delictum, nisi derelictum? & qui delinquit quid derelinquit nisi bonum? † Et paulò post simiiter ex Græci nominis etymologia argumentatur. Et πλημμέλεια, simile nomen est negligētiæ, nam Græcè negligentia, ἀμέλεια dicitur, quia curæ non est quod negligitur. Sic enim Græcus dicit: Nō curo, ἐνεμέλησα. Particula ergò quæ additur, πλὴν, vt dicatur, πλημμέλεια, Præter significat, vt πλημμέλεια, quod vocatur Negligentia, videatur sonare Sinecura. πλὴν μέλειαν, præter curam, penè tantumdem est. Hinc & quidam nostri πλημμέλειαν, nō delictum, sed Negligentiam interpretari maluerunt. In Latina autem lingua quid aliud negligitur nisi quod non legitur, id est, nō eligitur? Gregorius Homilia. 21. in Ezec. exponens illud cap. 40: Vt immoletur super eas holocaustum, & Pro peccato, & Pro delicto. Hoc, inquit, inter Peccatū, & Delictū distat, quod Peccatum est mala facere, Delictum verò est bona derelinquere, quæ summopere sunt tenenda. Vel certè Peccatum in opere est, Delictum in cogitatione. Alij aliter. Augustinus Eugubinus in Adnotationibus in Pentateuchum, peccatum per imprudentiā, siue per ignorātiam admissum Delictū interpretatur. † Diu me hæc res dubiū tenuit, omnes enim interpretationes, etsi ab autoribus suis non comprobentur, probabiles meritò videri possunt, sed cum scripturam relego, atque horum nominum in ea vsum diligenter obseruo, alienæ penè omnes, atque ab eo abhorrentes videntur, eumque nūc huic, nunc illi aduersari. Nam Delictū dici cum bona omittimus, Scriptura ipsa negat cum ait Leuitici. 4: Quod si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quòd cōtra mādatum Domini est: quo loco additur in Hebræo. Et deliquerit. Delictū ergò dicitur cum fit aliquid contra mādatum Domini. Idem verbum additur & postea in illis verbis: Si peccauerit princeps, & fecerit vnum é pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur. Et ipse noster interpres mox exprimit Hebræum dicens: Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, vt faciat quicquam de ijs quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat. An potest apertiùs ostendi delictum etiam dici cum mala facimus? Quod si apertiùs etiam dici

Peccatum, & delictū.

29

Psal. 33

27

ci oportet, verba capitis. 5. audiamus.

29 † Animaque tetigerit aliquid immūdū, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud repti le, &c. subiacebit delicto. Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs suis vt vel malè quid faceret, vel benè, & id ipsum iuramento, & sermone firmauerit, obliitaque postea intellexerit delictū suum &c. Ex eisdem etiam facilè intelligitur non esse delictū in cogitatione, vt sen- 31
serunt Gregorius, & Rādulphus lib. 4. in Leuiti. cap. 5. sed in dictis, & in factis: nec id quod in Deum ipsum committitur, vt in cap. 5. & 7 Leuitici putant Isychius. Quodq; alij dicebant, Peccatum esse quod scientes, Delictū, quod inscientes admittimus, nō minus cum verbis Scripturæ pugnare videtur quā quæ iam diximus. Etenim cum de sacrificio pontificis, aut totius populi, aut principis agitur Leu. 4. Peccatū sæpè dicitur, nō Delictum: interdum etiam Peccatum, & Delictum. Et cap. 6. Delictum dicitur in ijs quæ scientes homines faciunt. Anima, inquit, quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, &c. Conuicta delicti reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, &c. In Hebræo est: Et erit cum peccauerit, & deliquerit, & restituet furtum, &c.

30 † Quid ergo in rei obscurę, & difficilis explicatione dicemus? Inuocemus Dominum, & eumdem spiritum petamus, quo hæc per sanctum Prophetam suum scribi voluit. Mihi sanè diu cogitanti Eugubini Augustini sententia multò verior videtur, Delictum nunc quidem dici quod per imprudentiam committitur, Peccatum, quod prudentes & scientes facimus. Primùm ita Hieronymus ipse, qui nostræ translationis autor est, exposuit in cap. 40. Ezechielis, ubi Propheta inquit: Vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto ita enim interpretatur: Vt primùm immoletur holocaustum, quod totum sacer ignis absumat, deinde pro peccato, & ad extremum pro ignorantia, quod vel scientes commisimus, vel ignorantes, &c. Confirmat hoc & lxx. interpretum autoritas, qui cum in Hebræo eādem vocabula viderent, חטאת, vt solent semper, vertunt ἁμαρτίαν, אשם verò, quod solent vertere πλημμέλειαν, verterunt in hoc loco, Ezechielis ἄγνοιαν, id est, ignorantiā, τὰ ὑπὲρ ἁμαρτίας, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀγνοίας, docentes videlicet pro eodem se habere πλημμέλειαν, id est delictū, & ἄγνοιαν, id est, ignorantiam. Ex quo satis Augustino relpōsum est. † Similiter interpretati sunt idem vocabulum Gen. 26, vbi nos habemus: Et induxeras super nos grande peccatum. Nec possumus de hac re dubitare, si quantum par est autoritatis vulgatæ Latinæ translationi tribuamus, cum ita hoc vocabulo vtatur. Vt Leu. 6. Anima, si præuaricans ceremonias per errorem in ijs, quæ Domino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietem. Et postea vbi habemus: Quia per errorem deliquit Domino. In Hebræo est vocabulū אשם, & verbum, quod eius radix est, & ad verbum est: Delictū ipse delinquens deliquit Domino, vbi apertè docuit Delictum esse quod per errorem, siue per ignorationem fit. Cum ergo Propheta de peccatis egerit tam āscientibus, quam ab ignorantibus admissis, & de hostijs pro vtrisque offerendis: rectè nunc de loco in quo illæ & immolandæ, & comedēdæ sunt, & de ritu comedendi loquitur cū ait: Ista est lex hostię pro peccato: & mox: Hęc quoque est lex hostiæ pro delicto. † At vrgent verba capitis. 6. quæ, cum Propheta proprie agit de lege hostiæ pro peccato, eam cædi testantur pro peccatis per ignorantiam factis: ita enim habēt: Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculū testimonij ad expiandum in Sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni. Quod de peccatis ab inscienti bus admissis dici, id est, de peccato pontificis, & totius populi, suprà ex cap. 4. Leuitici satis expositum est. Cuperem iā nè hanc obiectionem vel ab Hieronymo, vel ab alijs dissolui, quæ plurimum negotij habere videtur, mihi quidem certè exhibuit. Dicā igitur quod sentio, & quod diu cogitanti, det mihi æterna Sapiētia vt & quod verum est dicā. Hæc duo nomina, de quibus disputatio instituta est pro eodem plerumque ac

31

32

cipi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipi tam apud Hebræos, quã apud Græcos, & Latinos, & in sacris Scripturis, & in profanis vsitatissimum est, & nemo ignorat. Rursum in hoc loco Leuitici aliud esse Peccatum, aliud Delictũ, nemo dubitare potest, cum cap. 7. legamus: Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex
33 vna erit. † Cumque satis ostenderimus cum hæc duo secernuntur, Delicta esse quæ per ignorantiam fiũt, & inter Peccata numerari videamus quædam etiã quæ per ignorantiam facta sunt, quod probat obiectio: necesse est alterã esse ignorantiã, pro qua offertur hostia pro peccato, alteram quæ hostia pro delicto expiatur. Eam quæ inuenitur in quibusdam ex ijs, quæ proprie nunc peccata dicuntur, ignorantiam facti esse arbitror, eam quæ est in delictis, ignorantiam iuris, aut potius iuris & legis oblitionem, vocari censeo. Itaque illi offerũt pro peccato qui factum ignorant, hoc est, qui nesciut alienum esse quod capiunt, aut sacrum esse quod edunt, aut pollutũ esse quod tangunt. Pro delicto verò offerunt qui id quod faciunt aut lege prohiberi nesciunt, aut certè non recordantur. Quæris cur Delictis ignorantiam iuris, Peccatis ignorantiã facti tribuam. Video id meritò quæri, ne voluntate, aut errore potius quam ratione dictum esse videatur. Ex verbis ipsis legis mihi haud obscurè videor
34 intelligere. † Quum de ignorantia quæ est in peccatis, agitur, peccata pontificis, & totius populi memorantur, quos ignoratione facti labi interdum, vt homines, probabile est, sed ius ignorare aut pontificem qui illud docet, aut vniuersum populum, in quo multi prudentes, ac legis non ignari sunt, nõ est credibile. Oblitione etiã capi vniuersus populus non potest, nam in tanta hominum multitudine non pauci erunt qui meminerint. Pontifex potius oblitus esse poterat: sed, sicut de illo mentionem facere noluit in peccatis quæ à scientibus fiunt, ne id quod erat turpissimum, aliquando fieri posse videretur, vt diximus n. 21: ita neq; oblitionis pontificis meminisse voluit, ne eam illi quasi condonare videatur, sed vt eum tacitè commoneat præcepta legis ita in numerato haberi debere, vt nulla vnquam eorum incidat oblitio. At cum non de vniuerso populo, sed de parte eius loquitur, Delictum vocat. Si sacerdos, inquit, qui vnctus est, peccauerit delinquere faciẽs populũ, &c. Sacerdotis errorem Peccatum appellat, qui ius non ignorat, errorem autẽ populi vocat Delictum. † Quare? Quia populus, qui subtilem iuris cognitionẽ non habet, æquum, & legi consentaneum putat quod à pontifice fieri animaduertit. Denique in Peccatis oblitio non ponitur, sed in Delictis, vt c. 5. Anima quæ tetigerit aliquid immundum, &c. & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit. Et si tetigerit quidquã de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaque cognouerit postea, subiacebit delicto. Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs suis vt vel malè quid faceret, vel benè, & id ipsum iuramento, & sermone firmauerit, oblitaque postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiã pro peccato. Hoc ait: Qui iurauerit se aliquid facturum quod bonum, aut malum esset. Hic deliquit, aut quia bonum non fecit, aut quia malum se facturum iurauit, nesciebat tamẽ, vel oblitus est hæc lege prohiberi. Quod dicit, Pro peccato, in Hebræo Delictũ est. Nec refert si postea etiam peccatũ vocetur, cum plerumq; vtroque vocabulo Scriptura pro eodẽ vtatur, vt diximus. † Nec me fugit in his locis legi, 36 וְנֶעְלַם מִמֶּנּוּ, hoc est: Et absconditum fuerit ab eo: verùm Hieronymus vertit, Oblitaque postea, vt explicaret quomodo delictum absconditum fuerit ab eo, videlicet quia oblitus est illud lege prohiberi. Lxx. quidem interpretes vertunt, καὶ λάθῃ αὐτὸν, quod propriè significat, Et latuerit eum: Sed intelligunt, si latuerit eum per oblitionem, quod nihil est aliud quam si oblitus fuerit. Hoc ex eorum verbis abunde perspicitur, qui in eodem capite scribunt: ψυχὴ ἐὰν λάθῃ αὐτὸν ἀνθ', hoc est, Anima, si latuerit ipsam oblitione. Quare non immeritò vbi nos habemus: Oblitaq; postea intellexerit delictũ suum, Vatablus Hebraicum verbum ita interpretatur, Id est, oblitus rei fuerit, atq; ita peierarit. Illud superest explicandũ, quod ex ca. 6. obiecimus, Delictum po

ni in ijs quę scientes & prũdentes facimus, cum ait lex: Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, &c. Comicta delicti reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere. † Vt ergo multa
37 quæ in his tribus capitibus Leuitici. 4. &. 5. &. 6. obscuriora sunt, rectè intelligantur, sciamus verbũ מָעַל, quod
Delinquere. vt dictum est, in nostra trãslatione vertitur Delinquere, in Græca ἁμαρτάνειν, sæpe ita poni vt nihil aliud sit quã reũ se agnoscere, siue pœnæ obnoxium, ac peccatum suum confiteri. Quod & nonnulli ex Hebræis docẽt, & Hychius in cap. 5. &. 7. Leuitici cõfirmauit cum dixit Delictum vocari peccatum cognitum. Quare cap. 5. vbi habemus: Quod si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est, in Hebræo additur וְאָשֵׁמוּ, id est, Et deliquerint. R. Dauid interpretatus est: Et cõfessi fuerint peccatum suum. Nec tamen hoc legis testimonium protuli, quòd ita intelligendum censeam, aliter enim paulò post interpretabor, sed vt id quod verum est confirmem, Hebræos ita hoc verbum interdum accipere. Ita dictum est cap. 6. Cõuicta delicti reddet omnia &c. hoc est, cum peccatum suum stimulante conscientia cõfessa fuerit. In Hebræo est: Et erit cum peccauerit, &
38 deliquerit, reddet, &c. † Quod optimè explicauit Philo in libro de Victimis his verbis: Si quis mentitus fuerit de fœnetate, aut depositi, aut rapina, aut inuentione rei perditæ, deinde ad vitandam suspicionem iurare non recusarit, & tandem arguente se intus conscientia periturum suum, abnegationemq; ipse damnans confessus fuerit, ac veniam petierit, merebitur delicti oblitione. Hoc tamen sæpius occurrit, vt אָשַׁם, id est, deliquit, omnino idem valeat quod pœnæ obnoxium se fecit, debitorem se cõstituit expiationis per sacrificia faciendæ: atque idcirco Hieronymus, cum in Hebræo est, Peccauit, & deliquit, interdum omittit verbum Deliquit, quòd obscurum non sit eum qui peccat debitorem se pœnæ, atque expiationis constituere: vt cap. 4. vbi legimus: Quod si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est. Et vbi habemus: Si peccauerit princeps, & fecerit vnũ è pluribus per ignorantiam quod Domini lege prohibetur. Interdum addit, ne semper tollere videatur, vt in eodem capite: Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, vt faciat quicquam de ijs quæ Domini lege prohibentur, atq; delinquat. † Et cap. 5. Et oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit. In Hebræo est: Polluta est, & deliquit. Et postea: Oblitaq; cognouerit postea, subiacebit delicto. In Hebræo est: Et ipse cognouit, & deliquit, id est, debito rem pœnæ, & expiationis faciendæ se reddidit. Et vbi habemus: Oblitaq; postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam, &c. in Hebræo ita est ad verbum. Et absconditum fuit ab eo, & ipse cognouit, & deliquit in vno ex his. Et erit cum deliquerit in vno ex his, confitebitur quod peccauit in his, &c. Similiter verterunt lxx. interpretes, & Deliquit, est, reum se fecit. Hæc quæ diximus si rectè teneantur, verba horum trium capitum Leuitici perobscura, & ita altera alteris implicata, vt secũ perfæpe pugnare, & quasi Creticus labyrinthus omnem exitus inueniendi spẽ præcidere videantur, vtcumque fortasse intelligentur. Cetera quæ de hostia pro Delicto dicuntur, satis ex præcedentibus aperta sunt.

DE SIGNIFICATIONE Sacrificij pro peccato.

CAP. VII.

De peccato pontificis.

1 ANIM A quæ peccauerit per ignorantiã, Origenes Homilia. 2. in Leuit: Rectè animam dicit quam peccare describit: non enim spiritum vocasset quem diceret peccatorem. Sed ne hominem quidem hunc diceret, in quo nequaquam imago Dei peccato interueniente constaret.

Si sacerdos qui vnctus est, peccauerit. Origenes ibidẽ. Terror simul & misericordia

Universidad de Deusto
Biblioteca

dia in Diuinis legibus ostentatur. Ita ne tandem nihil tutum est, nec pontifex quidem? & qui pontifex? Ipse qui vnctus est, ipse qui sacris ignibus Diuina succendit altaria, qui Deo munera, & salutares hostias immolat, qui inter Deum, & homines medius quidam repropitiator interuenit, nec iste, inquã, ipse immunis manet à contagione peccati. Vides ergo dispensationem Diuinæ sapientiæ. Sacerdotes statuit non eos qui omni modo peccare non possent, alioqui non essent homines, sed eos qui imitari quidem debeant illum, qui peccatum non fecit. Sed quid præcipuè in huiusmodi sacerdote mirandum est? non vt non peccet, quod fieri non potest, sed vt agnoscat, & intelligat pecatum suum. Nunquam enim se emendat qui peccasse se non putat. Simul quia & facilius potest indulgere peccantibus is qui alicuius infirmitatis suæ conscientia remordetur, &c.

2 † *Offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino.* Multum grauitatis affert peccato persona sacerdotis, & maximè pontificis: idcirco cum ille qui vnctus, & consecratus Deo est, peccat in Deum, maiori victima indiget, maiorem pœnitentiam postulat peccatum illud, vitulum offerat qui pluris quam ceteræ hostiæ emitur. Sit autem immaculatus vitulus, id est, plena, atque integra pœnitentia, quæ dolorem habeat magnum, confessionem verecundam, & humilem addat, ad satisfaciendum sit parata. Adducat illum ad ostium tabernaculi coram Domino, id est, gemat, & lugeat coram Domino. Manũ super caput vituli ponit cum ab ipso pœnitentiæ, & luctus initio Deum iustum, & bonum confitetur, se ipsum omnibus plagis, omni supplicio dignũ agnoscit. Et quoniam in sanguine peccatum significari notum est dicente Propheta: Et sanguis sanguinem tetigit, de sanguine vituli haurit, & infert illum in tabernaculum testimonij cum Deo peccata sua vniuersè confitetur cum dolore, & se ipsum accusans sacrificium laudis offert Deo in odorẽ suauitatis paulatim appropinquans altari thymiamatis, in quo incensa, id est, preces, & laudes offeruntur Deo. † Digitum intingit in sanguine, quem aspergit coram Domino contra velum Sanctuarij, cum timore debito, & cum humilitate agnoscens nõ digitum solum, sed totam manum se fuisse in sanguine intincturum, nisi Dei seruantis misericordia fuisset adiutus: hoc est non peccatum illud modò quod commisit, sed omnia se fuisse commissurum nisi seruatus à Deo fuisset. Hunc sanguinem aspergebat qui dicebat: Nisi quia Dominus adiuuit me, paulò minus habitasset in inferno anima mea. Et: Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nũc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos. Et quoniam septem sunt peccata, quæ capita, & fontes reliquorum sunt, à quibus Dei gratia liberatus est, meritò septies aspergit sanguinem. De eodem sanguine ponit super cornua altaris thymiamatis, quæ recta sursum tendebant, vt cũ preces, & laudes in cœlum miserit, & Dei misericordia peccatorum obliuiscentis directa fuerit oratio eius sicut incensum in conspectu Dei, minimè efferatur, sed sanguinis, id est, præteritæ suæ turpitudinis recordetur, & humiliter tremat, & suppliciter clamet: Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ. † Et quia satis non est peccata Deo confiteri, sed ore confessio homini fit ad salutem, omnem reliquum sanguinem fundet in basin altaris holocausti, hoc est, illa non vniuersè, sed sigillatim sacerdoti aperiet, ita vt nihil reliquum sit sanguinis, nihil taceatur quod animam polluat, & cruentet. Et quoniam altare Christus est, vt cap. 5. diximus, basis altaris est sacerdos qui pro Christo peccata remittit audita. Nam basis humilis quidẽ est, sed super illam altare collocatur: ita in sacerdote, quamuis homo sit, atq; peccator, virtus Christi est, & qui ad eum venit, ad Christum ascendit. De adipe, & renunculis, & de ijs quæ ex hac hostia Deo offerenda sunt, diximus capite. 5. nume. 5. & sequentibus. Cum omnes suos affectus, & omnes cupiditates sacerdos super altare adoleuerit omnibus videntibus, pellis, & carnes, &c. id est, reliqua omnia quæ ex hoc sacrificio superfuerint, crementur extra castra, vbi populus non videat, & nihil penitus remaneat, omnia in loco mundo vertãtur in cineres. Etenim peccata sacerdotum non debent in publicum iactari, neque in locum immundum, idest, in detractorum conuenticula, & in profanas, ac maledicas linguas: sed danda est opera vt taceantur, & omnes eorum reliquiæ igne caritatis consumantur, & perpetuo silentio cõtegantur, nihilque sit quod relinqui possit in exemplum. Hæc eadem aliter exponit Origenes Homilia 1. in Leuiticũ his verbis. † In morali autem loco potest pontifex iste sensus pietatis, & religionis videri, qui in nobis per orationes, & obsecrationes quas Deo fundimus, velut quodam sacerdotio fungitur. Hic si in aliquo deliquerit, omnem continuò qui intra nos est, bonorum actuum peccare populum facit. Neque enim recti operis aliquid gerimus cum in prauum declinauerit dux bonorum operum sensus, & ideò ad huius emundationem non qualiscumque hostia, sed ipsius saginati vituli requiritur sacrificium.

Pœnitẽtiæ figura.

Hos. 4.

Psalm. 93.
Psalm. 123.

4 *Psalm. 50.*

De Sacrificio pro peccato totius populi.

MAGNVM est etiam totius populi peccatum, atque eo maius quo plurium est, vt enim totius populi pœnitentia facillimè placari solet Deus, ita tot hominum animis in malum conuenientibus vehementiùs irritatur. Magna ergo hostia indiget; id est, maiori dolore, maiori satisfactione; ideò vitulus hic etiam offerri iubetur, qui pluris emitur quam reliquæ hostiæ. Omnia itaque erunt interpretanda, vt priora fumus interpretati.

De peccato principis.

6 EADEM erit & de peccato principis interpretatio, sed minor in illo hostia offertur, qui minus est peccatum principis quam sacerdotis, aut totius populi. Eadem ad peccatum plebeij hominis, & ad reliqua quæ postea dicuntur, accommodanda sunt. Sed aries pro maiori peccato offertur, qui pretiosior est capra, & oue. Arquiouem, & arietem offerunt, tacitè admonentur, vt in posterum innocentiæ studeant, deinque operam, vt quibus aut iniuria aliqua, aut exemplo nocebant, omni ratione prosint.

Quid fieret de hostia pro peccato.

IN loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Quia qui verè de peccatis dolet, holocaustum quodam modo cordis sui Domino offert: & benè in eodem loco immolatur, vt quamuis externis ceremonijs ab holocausto differat hoc sacrificium, interna cordis oblatione, & mactatione minimè differat. *Sanctum sanctorum*, quia gratissimum Deo est hoc sacrificium, & omni veneratione dignum. *Sacerdos qui offert comedet eam*, quoniam de sacerdotibus scriptum est: Peccata populi mei comedent. Hostiam etiam comedit, quia sacerdos qui debitam reuerentiam, & caritatem, & diligentiã, & misericordiam ad huius sacramenti administrationem adhibet, magnos ex ea re fructus percipit, quibus spiritum suum alat, virtutes augeat, & gratię pinguedine saginetur. *In loco sancto comedet*, quoniam hostia sancta est. † *In atrio tabernaculi*, vbi versantur sacerdotes, quia nihil foras efferendum est, omnia sacrò, & venerabili silentio cõtegenda, & quasi consumenda sunt. *Quidquid tetigerit carnes eius sanctificabitur*, quia non solum huius sacramenti substantia sancta esse debet, & obseruanda, sed etiam quidquid illam contingit sanctum haberi oportet; hoc est, non solum peccata tacenda, & consumenda sunt in loco sacro, sed ea etiã quæ ad ipsa pertinent, & ad eorum expositionem obiter dicuntur, tacere cõsultissimum est. *Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto*, quia qui forte fortuna peccatum confitentis audiuit, in eodem loco sancto relinquere debet, vt cum inde exierit, nihil quam se quidquam audisse meminerit, & sacrum magis quam profanum arcanum existimet. *Vas autem fictile, in quo*

7

Universidad de Deusto
Biblioteca

coctaest, confringetur: quod si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. Vas fictile confringitur, quia succo carnium hostiæ imbuitur, nec potest eo omnino exui; quare cum foras educendum esset vas, simul aliquid hostiæ educeretur. At æneum non imbuitur, extremitati dumtaxat inhæret succus: ita-
8 que fricari satis erit, & ablui. † Quid est vas in quo coquitur hostia, nisi memoria sacerdotis, qui si ita peccata' consentis imbibit, vt magnum odorem eorum exteriùs proferat, omni ratione laboret vt eorum recordationem abijciat, & quasi vas confringat. At si ita memoriæ inhærent, vt vix tenuis odor ab ijs qui prope aderunt, percipi possit, fricari satis erit recordatione eorū quæ ipse admisit, & aqua obliuionis abluere. *Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius,* quia ad hoc munus non omnes sacerdotes vocandi sunt, sed qui masculi erunt, & peccatis aliorum non polluentur: infirmi, quos vicini vitij contagium lædit, procul arcendi sunt. Cur autem hostia, cuius sanguis infertur in tabernaculum, comburenda sit extra castra, diximus nu. 4.

De hostia pro delicto.

QVAE ad hanc hostiam pertinent omnia in præcedentibus exposita sunt tam in hoc capite, numero. 6. quam cap. 5. numero. 4. & sequentibus.

DE IVGI SACRIFICIO.

CAP. VIII.

1 QVALE hoc sacrificium sit, & cur iuge dicatur lex ipsa docet Num. 28: *Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis: agnos anniculos, immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum. Vnum offeretis manè, & alterum ad vesperum, decimam partem* OEphi *similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin. Holocaustum iuge est, quod obtulistis in monte Sinai in odorem suauissimum incensi Domini, & libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in Sanctuario Domini. Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini, & libamentorum eius, oblationem suauissimi odoris Domino.*

Vers. 3.

De eo eadem dixerat Exod. 29: Hoc est, quod facies in altari, agnos anniculos duos per singulos dies iugiter. &c. Ideo ergo iuge sacrificium dicebatur, quia iugiter omnibus diebus offerebatur. Cuius sæpe meminit Daniel propheta cap. 8. 11. &. 12. vocabaturque siue iuge sacrificium, siue holocaustum iuge, aut sempiternum, vt in locis indicatis videmus. Idem dicitur sacrificium matutinum, & sacrificium vespertinum. † Cum agno anniculo, & immaculato, id est, integro, ac nihil deforme habente, vt sæpe iam diximus, offerebatur decima pars OEphi similè conspersæ oleo, id est, ita factæ vt farinæ aqua cum oleo infunderetur, aut oleū solum pro aqua, vt diximus cap. 4. numero. 5. Oleum autem, quo simila conspergenda est, debet esse mensura quartæ partis hin. Cum enim ait: *Et habeat quartam partem hin*, subaudiendum est Oleum: quod apertius explicatum est, Exod. 29: Decimam partem similæ conspersæ oleo tuso, quod habeat mensuram hin quartam partem hin. Eadem igitur mensura vinum erat adhibendum, id est, quartæ partis hin. Est autem OEphi, siue OEpha, decima pars cori, vt videmus Ezec. 45. id est, tres modij, nam corus triginta modios habet, vt autor est Hieronymus in eumdem locum Ezekielis, & in ca. 7. Oseæ, & Epiphanius in libro de Mensuris, & ponderibus. Modius habet sedecim sextarios, hemi has triginta duas; estque quarta pars fanecæ Hispanicæ. De hin ita Iosephus, libro. 3. Antiq. cap. 16: Ea est mensura prisca Hebræorum duos choas Atticos continens, qua oleum, ac vinum metiuntur: nam vinum circa altare libant. Duo choæ Attici capiut sextarios duodecim, id est, plusquam tertiam partem
3 cantheri Hispanici. † Oleum purissimum vocat bene contusum, & expressum ex oleis, Hebraicè מָשִׁיחַ, quod Exod. 29. Hieronymus vertit cum lxx. Oleo tuso. Et vbi ait: *Ad vesperum*, in Hebræo est, בֵּין הָעַרְבַּיִם, id est, inter duas vesperas, eo scilicet tempore quo agnus in Pascha occidebatur, quod lib. 5. explicabimus, cap. 3. cum de Pascha agemus. Hoc sacrificium obtulerunt in monte Sinai, vt videmus Exod. cap. 29. Atque vbi ait: Et libabitis vini quartam partem hin, est, effundetis in oblationem Domino, נֶסֶךְ enim, quo verbo vtitur Moyses, significat fundere. Quod ille fusionem, lxx. σπονδὴν appellant, Latini libationem. vt:

Virg. 1. Æne. *Dixit, & in mensa laticū libauit honorem,*
Primaque libato summo tenus attigit ore.

Inde etiam dictum est Deut. 32: De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Hoc iuge sacrificium publicis expensis offerebatur, vt refert Iosephus lib. 3. Antiq. cap. 10. nec erat dies quo non offerretur, nam etsi festi dies inciderent, quibus aliæ victimæ cædendæ erāt, vt Sabbatum, Neomenia, Azyma, &c. vt latè videmus in eodem. 8. capite Numerorum, ita cædebatur vt iuge sacrificium non intermitteretur.

DE IVGIS SACRIficij significatione.

CAP. IX.

1 IVGE sacrificiū legis significat iuge sacrificiū Euāgelij, quod omnibus diebus offertur in Ecclesia, vt ex Dan. 12. facilè intelligitur, qui ad tempora Antichristi respiciens, Et à tempore, inquit, cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abo
Agnus Christus. mination in desolationem, dies mille du centi nonaginta. Itaque agnus, qui quotidie offerebatur, Christum sine dubio significabat in Cruce patri offerendum. Quod intelligens Iohannes Baptista,
Io. 1. digitoque Christum demonstrans clamabat: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ac si diceret: Hic est agnus, quem sibi pater offerri voluit, vt mundum sibi reconciliaret, hic est qui tollit peccata hominum, quæ agnus legis tollere non potuit. Hinc toties in Apocalypsi vocatur agnus. Manè signi-

ficabat tempus legis, & prophetarum, & legis naturæ, vesper finis temporum est, quo Christus venit in mundum, & omne quod vsque ad consummationē
2 sæculi superest. †. Vt ergo sciremus omnes qui salui facti sunt, ac fient ab initio mundi vsque ad aduentum Christi, & ab eo vsque ad finem sæculi, per sanguinem agni in cruce occisi seruari, agnus mane, ac vespere immolabatur. Sed cur agnus in iugi sacrificio sumptus est ad Christum significandū? Origenes Homil. 27. in Num. 705: Dicitur agnus quia voluntas, & bonitas eius, qua Deum reconciliauit hominibus, & peccatorum indulgentiam dedit, talis extitit humano generi, quasi agni hostia immaculata, & innocens, qua placari hominibus Diuina creduntur. Augustinus in libro viginti vnius Sententiarum, cap. 2: Agnus eligitur vt simplicitas, & innocentia designetur. Masculus quæritur vt virtus comprobetur, immaculatus, vt sine crimine, &c. Agnus igitur electus est ad figuram Christi propter innocentiam, & mansuetudinem, nescit enim agnus vel nocere alicui, vel nocēri resistere. Atq; ita de Christo dictū est Isa. 53: Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondēte se obmutescet,
3 & non aperiet os suum. † Anniculus agnus tener est, & sacrificio aptissimus, ita Christus nihil in se durum, aut ingratum habens optima, & acceptissima Deo hostia fuit. Immaculatus, quia Christus integer, & perfectus fuit, & nihil habuit deforme. Simila, quæ pars farinæ ad nutrimentum aptissima est, conspersa oleo, & vinum offeruntur cum agno, quia Christus non solum occidi voluit, sed etiam in ipso sacrificio *Figura Eucharistiæ.* reliquit nobis Sacramentum corporis, & sanguinis sui sub specie panis, & vini, quo mirificè animæ nostræ alerentur, confirmarentur, lætificarentur. Et quia dulcissimo misericordiæ affectu hoc nobis Sacramentum instituit, meritò simila oleo conspersa offertur, vt cap. 5. n. 11. &. 12. expositum. Sed maior similæ quam vini mensura est, quia sub specie panis multò plures illud acceperunt, quam sub specie vini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Olei, & vini par mensura est, vt tanta eius in nos misericordia intelligatur quanta virtus sanguinis est.

Hæc de Sacrificijs tantum dicere voluj, neque enim Leuiticum interpretari institui, & vmbras illas sacrificiorum omnium luce Euangelica illustrare, quod & alterius, & multò longioris temporis erat: sed sacrificia generatim exponere, vt qui Scripturam legeret, quid esset sacrificium quodque, ac quale, & quid significaret, non ignoraret. Restabat vt de sacrificijs omnium festorum dierum ageremus, de quibus Leuit. 23. & Numer. 28. egit legislator: sed eorum sensus Historicus manifestus est legentibus, mysticus ex ijs quæ in primo capite huius libri, ac postea in reliquis diximus, ac ex significatione ipsorum dierum, quam libro sequenti exponemus, ex parte intelligi potest. Quod si quis pleniorem explicationem requirit, quam ego mei instituti esse non putaui: legat Origenis Homilias in Leuiticum, & 23. ac 24. in Numeros, præterea Ifychij, & Radulphi commentarios in Leuiticum, ac Procopij Gazæi in eumdem librum, & in Numeros. Sed & in ijs de quibus disputaui, dicam cum Origene: Hæc pro viribus nostris de diuersitate sacrificiorum discussa sint, quorum ad liquidum intelligentiam scit ille, cui nuda, & reuelata sunt omnia, nec est vlla creatura in conspectu eius inuisibilis. Dicam etiam cum Ecclesia: Deus, qui legalium differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti: Deus, qui in vno sacrificio corporis, & sanguinis tui dedisti nobis quod in tam multiplici sacrificiorum genere veteri populo tuo non dedisti, sed promisisti, da vt piè, sanctéque quod dedisti veneremur, & reuela nobis abscondita figurarum, vt in illis te amemus, & illa in nobis potius edita gaudeamus. Quod in his verè scripsi, tibi reddo, quia tuum est: in quo erraui, quia indignus fui vt à te acciperem, ignoscas: sed quod per te intelligentia assequi potui præsta, vt & ego qui scripsi, & omnes qui legent, per tuam gratiam semper impleamus. Amen. *Hom. 24. in Num.*

DE

DE TEMPLO, ET DE IIS QVAE AD Templum pertinent, LIBER QVINTVS,

QVI EST DE DIEBVS FESTIS Hebræorum.

PROOEMIVM.

CVM de templo, & de ijs quæ erant in templo, de sacerdotibus etiam, & Leuitis, deque sacerdotalibus vestibus, & earum causis, & de sacrificijs multa dixerimus, quæ ad multorum Scripturæ locorum intelligentiam vsui futura videbantur: suscepti operis ratio postulat, vt de diebus etiam festis Hebræorum disputemus, vt nihil omittamus eorum, quæ ad templum pertinent, sed omnia pro captu nostro ad Dei gloriam, & ad studiosorum Scripturæ vtilitatem, & Historico sensu, & mystico, vt in reliquis fecimus, explicemus. In festis autem diebus ordinem & rebus ipsis, & doctrinæ aptum seruantes, primùm de illis dicemus, qui omnibus mensibus cõmunes sunt, vt de Sabbato, de Neomenia, deinde eos, qui vnius cuiusque mensis proprij sunt, mox qui non ad menses, sed ad annos pertinent, quantum Diuina, & æterna Sapientia (quam supplices inuocamus) nobis dare dignabitur, persequemur.

DE SABBATO, ET QVID sit Sabbatum secundoprimum.

CAP. I.

QVAE ad Hebræorum dies festos pertinent, & alijs in locis, & maximè in capite. 23. Leuitici nobis tradita sunt, cuius in hoc opusculo, & verba interpretabimur, & ordinem sequemur. *Hæ sunt (inquit) feriæ Domini, quas vocabitis Sanctas. Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur Sanctus. Omne opus non facietis in eo: Sabbatum Domini est in cunctis habitationibus vestris.* Sabbati nomen Plutarchus lib. 4. Symposiacorum, siue Quæstionum cõuiualium, quæstione. 5. à Baccho ductum putat, cuius cultores Iudæos fuisse mentitur: nã Sabbos, inquit, vulgus nũc Bacchos vocat, *Vers. 2.* *Sabbatum vnde dictũ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocat, & illi Sabbatum se colere dicat, quòd se mutuò inuitent ad potandum. Hæc Plutarchus imperitissimè: cuius sententiam parum fideliter retulit Ludouicus Cælius libro. 7. Antiquarum lectionum, cap. 15. vt planè perspiciet qui Plutarchum siue Græcum, siue Latinum legerit. † Nihilo doctiùs Apion Grammaticus Alexandrinus, quem Iosephus libro secundo contra eum edito, non longè à principio, meritò ridet, quòd dixerit Hebræos ex AEgypto redeuntes laborasse inguinum vlceribus, qui morbus AEgyptijs Sabbo dicitur, & septimo die quieuisse, ideoque eum ab illis, Sabbatum appellatum. Tolerabilius Lactantius errauit lib. 7. Diuinarum instit. ca. 14. sed errauit tamen. Non ignorauit Hebraicum esse vocabulum, vt Apion, & Plutarchus, putauit tamen à numero dierum Sabbatum nomen accepisse, quod septimus dies esset, cum septem apud Hebræos שִׁבְעָה, & septimus שְׁבִיעִי dicantur. At שַׁבָּת, id est, Sabbatum requiē significat, & à verbo שָׁבַת, quod est Quiescere, dictum esse constat, quia eo die quieuit Deus à creatione rerum. De quo Iosephus libro. 1. Antiq. cap. 2: Septima autem die requieuisse Deum, & ab operibus cessauisse: quamobrem etiam nos vacationem à laboribus per hanc diem celebramus appellantes eam Sabbatum, quæ vox requiem Hebræorum lingua significat. &c. Quòd in Hebræo vel apertissimum est Genes. 2. vbi legimus: Compleuit Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo. Et Deut. 5: Septimus dies Sabbati est, id est, requies Domini Dei tui. Sanctificauit autem dixit, id est, cultui suo dicauit. † Hinc intelligitur cur Dominus eū
3 diem coli, & in eo Hebræos ab omni opere seruili quiescere iusserit; quod Exod. 20. & Deut. 5. & alibi sæpe legimus. Alteram causam addidit Deut. 5: Memento quod & ipse seruieris in AEgypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & in brachio extento. Ideireò præcepit tibi, vt seruares diem Sabbati. Quod Moses AEgyptius lib. 2. Doctoris dubiorum, cap. 22. dictum putat, quoniam cum essent Hebræi in AEgypto, & durâ seruitute premerentur, nō faciebant quod volebant, sed laborare cogebantur, nec dies vllus eis dabatur, quo in cultum, & honorem Dei ab opere illo feriarentur. Inuentur igitur diem Sabbati seruare, vt beneficiorum Dei reminiscantur, cuius misericordia effectum est vt à laboribus AEgypti quiescerent. Tertia his verbis Exod. 31. indicatur. Videte vt sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me, & vos in generationibus vestris, vt sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos, id est, vt signum sit (sicut ait Lyranus) quod sitis mihi peculiaris populus meo cultui specialiter applicatus, & ego vester Deus.
4 † Aut apertius: Hac quiete, & hoc cultu Sabbati testabimini vos populum esse à me sanctificatum, id est, mihi dicatum, cum in honorem meum diem septimum præter aliarum gentium consuetudinem custodiatis. Vnde & ab ethnico poeta dictum est:

Ouid. lib. 1. de Arte amandi.

Cultaque Iudæo septima sacra viro.

Dies hebdomadæ.

Ex hac Sabbati celebritate factum est vt reliqui hebdomadæ dies à Sabbato nomen habeant apud Hebræos, aut sine Sabbato non nominentur, sed primus dies, id est, Dominicus, dicatur prima Sabbati, aut vna Sabbati. Matth. 28: Vespere autē Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati. Lucæ vltimo: Vna autē Sabbati valde diluculo venerūt ad monumentum. 1. Cor. vltimo: Per vnam Sabbati vnusquisque vestrum apud se seponat. &c. Ita etiam reli: quis secunda Sabbati, quod in titulo Psal. 47. posuere lxx, tertia Sabbati, & quarta Sabbati, quod Augustinus legit in titulo Psalmi. 80. Hieronymus in epist. 150. ad Hedibiā. q. 4: Vna Sabbati dies Dominica intelligenda est: quia omnis hebdomada in sabbatum, & in primam, & secundam, & tertiam, & quartam, & quintā, & sextam Sabbati diuiditur, quā ethnici idolorum, & elementorum nominibus appellant, &c. Idem docet Augustinus in titulum Psal. 80. Immò & tota hebdomada, quia Sabbato clauditur, Sabbatum interdum dicitur à die sanctiori, & celebriori desumpto nomine. Vt Luc. 18: Ieiuno bis in Sabbato.

Leuit. 23:

Sabbatum pro tota hebdomada.

Leu. 23. Numerabitis ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas, pro quo est in Hebræo, Septem Sabbata.
5 † Et cap. 25. Numerabisque tibi septem hebdomadas annorum. Hebraicè, Septem Sabbata annorum. Adnotant hoc Theophylactus, & Euthymius in Lucæ cap. 18. & sanctus Remigius in Psalmum. 23. Hinc & ad festos omnes dies translatum nomen est, vt docent Chrysostomus Hom. 49. in Matthæum, Theophylactus, & Euthymius in caput Lucæ sextum. Leu. 23. de die Expiationis scriptum est: Sabbatū requietionis est, & affligetis animas vestras. Et mox: A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. In eo autem, quod Marcus cap. 16. scripsit: Et valde mane vna Sabbatorum veniunt ad monumentum. Et Io. 20. vbi nos habemus: Vna autem Sabbati, pro quo in Græco est: Vna autem Sabbatorum: nec Nicephorum, nec Euthymium audio, quorum ille lib. 1. Historiæ Eccles. cap. 33. hic in Matthæum, cap. 68. quemlibet hebdomadæ diem Sabbatum dici docent. Siue enim Sabbatum, siue Sabbata dixeris, idē semper intelligitur dies.

Pro quouis die festo.

Sabbatum & Sabbata idem.

6 † Vt. 1. Machab. 2. Et constituerunt aduersus eos prælium in die Sabbatorum. Et dixerunt: Non exibimus, neque faciemus verbum regis, vt polluamus die Sabbatorum. Et mox: Et intulerunt illis bellum Sabbatis, & mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum, vsque ad mille animas hominum. Pro quibus Iosephus libr. 12. Antiq. ca. 8. hæc scripsit: Aggressi sunt eos die Sabbati, & ita vt erant, in speluncis exusserunt non repugnantes, ac ne aditus quidem speluncarum obturantes. Etenim propter religionē diei repugnare nolebant, ac ne in aduersitatibus quidem violare honorem Sabbati, quando lex iubet feriari ab omni opere. Similiter illud intelligitur Act. 16: Die autem Sabbatorum egressi sumus foras. &c. Et cap. 13. Et ingressi Synagogam die Sabbatorum sederunt. Hoc autē nihil esse aliud, quā si diceret: Die Sabbati, sequentia verba declarāt: Post lectionem autem legis, & prophetarū miserunt principes Synagogæ ad eos. &c. Lex enim, & prophetæ quolibet Sabbato leguntur in Synagogis, quod & hodie Iudæi obseruant. Act. 15. Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne Sab-
7 batum legitur. † De prophetis autem cap. 13: Hunc ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur. &c. Denique quam Matthæus, & Lucas primam Sabbati vocant, Marcus, & Iohannes, vt in Græco est, vnam appellant Sabbatorum. Immo cum in Græco sit apud Iohannem vna Sabbatorum, noster Interpres vertit, vna Sabbati videns sine dubio nihil referre Sabbati ne diceret, an Sabbatorum. Sed quid interpretem appello, cum idem Apostolus postea dicat: Cum ergo serò esset die illa vna Sabbatorum? &c.

Sanctitas Sabbati.

De huius diei sanctitate in Scripturis persæpe commendata quid attinet dicere, cum nec cibos parare fas esset, sed id præcedenti die, id est, feria sexta, faciendum esset, quæ ideo Parasceue, id est, paratio, dicta est? Exo. 35: Sex diebus facietis opus, septimus dies erit vobis sanctus, Sabbatum, & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbati. Et cap. eiusdem libri. 16: Sexta die collegerunt mensuras duplices Manna, ne Sabbato colligerent, nec computrescebat vt alijs diebus, cum plusquam quod illi diei satis erat, colligebatur. Quod cum nunciaretur Mosi, (id est, collectos esse duplices cibos) ait eis: Hoc est, quod locutus est Dominus. Requies Sabbati sanctificata est Domino cras: quodcumque operandum est facite, & quæ coquenda sunt coquite, quidquid autem reliquum fuerit, repo-
01 nite vsq; in manè. *Iter Sabbati.*
8 † Illud præterēundū non est, licuisse iter facere Sabbato, sed breuissimum. Id quantum sit, quamuis videtur ex Scriptura posse cognosci, quoniam Actorum. 1. scriptum est: Tunc reuersi sunt Ierosolymam à monte, qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem Sabbati habens iter: non
11 constat inter scriptores. Origenes enim libro quinto Stromatum vnum milliare esse docet, quod duo millia cubitos habeat, cui subscribit Oecumenius in caput. 1. Actorum. Alij iter

Universidad de Deusto
Biblioteca

mille passuum esse volũt, vt Beda, Glossa interlinearis, Lyranus, omnes in eũdem locum Actuum. Beda autem etiã in libello de locis Sanctis, cap. 7. Alijs magis placet duo millia passuum esse, vt Erasmo in Adnotationibus eiusdem loci, Vatablo, & alijs recentioribus. Origenes sententiam suam eo confirmat, quod cum in terram promissam venirent Hebræi, tanto interstitio tabernaculum, & arca castrorum ordinẽ præcedebant, & à tanto interuallo tentoria figebant, quo spatio licebat ijs, qui castrametati erant, ad tabernaculũ Sabbato accedere. De hoc legimus Iosue. 3: Sitque inter vos, & arcam spatium cubitorum duum millium. † Recentiores quod de duobus mille passibus dicunt, traditionem Hebræorum esse confirmant in libro, quem appellant Misnaioth. Ceteri non probant, quod dicunt. Mihi ex his sententijs nulla videtur vera, sed illa Origenis verisimilior est. Traditioni quidem Iudæorum magis credendum videbatur, sed habemus eorumdem traditionem, & antiquiorem multò, & veriorẽ apud Hieronymum in epist. 151. ad Algasiam quæstione. 10. Prætorea, inquit, quia iussum est vt diebus Sabbatorum sedeat vnusquisque in domo sua, & non egrediatur, neque ambulet de loco, in quo habitat si quando eos iuxtà literam cœperimus artare, vt non iaceant, non ambulent, non stent, sed tantum sedeant, si velint præcepta seruare, solent respondere, & dicere: Rab Akiba, & Simeon, & Hillel magistri nostri tradiderunt nobis, vt bis mille pedes ambulemus in Sabbato. &c.

10 † Si hæc vetustissimorum Hebræorum traditio vera est, multo breuiùs iter est, quam scriptores illi putabant, quos nominaui, nam mille passus quinque mille pedes sine dubio continent. Hanc ego veram esse arbitror, quoniam ad Scripturam multò propiùs accedit, immò satis cum ea congruit. Etenim iuxta Lucam mons Oliueti distat à Ierusalem itinere Sabbati: & mons Oliueti (vt tam Iosephus, quam reliqui, qui de terra Sancta scripserunt, autores sunt) ad Orientem Ierusalem situs est, adeòque vrbi propinquus est, vt inter eam, & montem vallis tantum sit, quæ appellatur Cedron, vnde & torrens, qui per eam fluit, torrens Cedron dictus est. Hoc melius ex Iosepho teste oculato intelligemus, qui libro. 6. Antiq. cap. 3. cum loca indicaret, in quibus Titus castrametatus est: His, inquit, præceptum erat sexto ab Ierosolymis stadio castra ponere, qua in parte mõs, qui appellatur Elæon (id est, Oliuetum) contra ciuitatem ab Oriente situs est, altaque interiacente valle discernitur, cui nomen est Cedron. &c. † Vt ergo multum distet ab Ierusalem mons Oliueti, non plus certè distat sex stadijs, id est, septingentis quinquaginta passibus, stadium enim centum viginti quinque passus habet. Falsum est ergo quod de duobus mille passibus dicitur, & verisimum putari solet: quandoquidem & Bethania, quæ remotior est ab Ierusalem, quam mons, & non ad radices, sed in latere montis Oliueti sita est, vt ait Hieronymus in Locis Hebraicis, quindecim tantum stadijs distat, vt Iohannes scribit cap. 11: Erat autem, inquit, Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadijs quindecim, quæ duo millia passuum non continent. Quare rectè Hieronymus in Locis Hebraicis dixit eam esse in secundo milliario ab Aelia, id est, ab Ierusalem. Falsum etiam est distare mille passibus, nam eos sex stadia non efficiunt. Sed neque mons Oliueti sex stadijs distabat, sed locus ille eius, in quo milites à Tito positi sunt, quos non necesse erat in ipso montis initio poni. Accedit, quod (vt idem Iosephus scribit in eodem libro, capite. 13.) Titus muro totam vrbem cinxit quadraginta stadiorum, ne quis ex ea exire posset, qui per Cedronem, & montem Oliueti veniebat, quem ipse semper vocat Elæonem. Ex quo videmus quam vicinus vrbi fuerit mons, præsertim si addamus, quod scribit Beda in libello de Locis Sanctis, cap. 6. vallem, per quam fluit torrens Cedron, paruam esse. 12 † Quare valde probabilis est Iudæorum illa traditio, quam retulit Hieronymus, iter Sabbati esse spatium duorum mille pedum, quod paulò plus est tribus stadijs: quoniam

niam nec quatuor stadijs hunc montem abfuisse ab Ierusalem intelligitur ex Brocardo monacho, qui in descriptione terræ Sanctæ ait: Vltra torrentem Cedron in latere Aquilonari montis Oliueti est mons alius altus quatuor stadijs distans à Ierusalem. Ac breuissimum esse vel ex eo constat, quod (vt ex verbis Hieronymi intelligitur) Hebræi hoc acceperunt ex illis verbis Exod. 16: Maneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo. Ab his non magnopere discrepat Origenis sententia, milliarium enim non quinque mille pedum intellexit, sed duorum mille cubitorum, id est, trium mille pedum, cubitus enim pedem habet cum dimidio. Sed vt dixi, quod de bis mille pedibus dictum est, mihi omnium verissimum videtur, & cum eo interuallo, quod, qui viderunt, dicunt montem distare ab vrbe, optimè congruit.

Quomodo cognitus fuerit dies Sabbati.

Si autem quærat quispiam vnde Hebræi scire potuerint hic ne dies, an ille Sabbatum fuerit, quo Dominus quieuit ab opere suo, id est, quis esset primus dies hebdomadæ, vel septimus, cum vsque ad tempora Mosis non fuerit Sabbatum festus dies, vt ita cognosceretur, nec continuò vt mundus creatus est, tempus distinctum videatur in annos, & menses, & hebdomadas: respondet Alfonsus Abulẽsis episcopus, q. 3. in caput. 23. Leuitici, eos hoc cognouisse ex verbis Mosis, qui Sabbatũ indicauit Exo. 16: Requies Sabbati sanctificata est Dño cras.

13 &c. † Confirmat hoc Philo Iudæus libro. 1. de Vita Mosis his verbis: Cum enim iam dudum quæsissent, quis esset mundi natalis, quo hoc vniuersum absolutum est; rem à suis maioribus ignoratam tandem didicerunt, non solum oraculo, verumetiam argumento manifestissimo. Videbant enim corrumpi, vt dixi, quidquid superaret diebus ceteris, quod autem depluebat pridie Sabbati, duplum prouenire, durareque in biduum, &c. At obstat Paulus, qui si diligenter legatur, docet Hebræ. 4. Sabbatum in honorem requiei Domini ab initio orbis condito cœpisse celebrari. Probat enim requiem illam, de qua dictum est Psalm. 94: Quibus iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meã, non esse requiem Sabbati, his verbis: Ingrediemur enim in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit: Sicut iuraui in ira mea; Si introibunt in requiẽ meam: & quidem operibus ab institutione mundi perfectis, id est, in illam requiem, quæ propter requiem Domini instituta erat, iam ingressi fuerunt ex quo mundus perfectus est, altera ergò superest. Frustra enim diceret: Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis, nisi ex eo tempore Sabbatũ coli cœpisset. Possumus igitur omnia cõciliare si illicamus ab initio sæculi ita factum esse, sed Hebræos in Ægypto idololatriæ deditos morẽ interrupisse maiorum, ac desuetudine illa diẽ Sabbati ignorasse, donec à Mose edocti sunt.

Sabbatum Secundoprimum.

Secundò quæritur quid sit Sabbatum Secundoprimum, quod legimus tantum in Euangelio Lucæ, cap. 6. & quod ita difficile est, vt Hieronymus in epistola. 2. ad Nepotianum hæc scripserit: Attrita frons interpretatur sæpe quòd nescit, & cũ alijs persuaserit, sibi quoque vsurpat scientiam. Præceptor quondã meus Gregorius Nazianzenus rogatus à me vt exponeret quid sibi vellet in Luca Sabbatum δευτεροπρωτον, eleganter lusit, Docebo te, inquiens, super hac re in Ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante cogeris inuitus scire quod nescis. Aut certè, si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Chrysostomus Homil. 46. in Matthæum docet Sabbatum Secundoprimũ vocari diẽ festũ, qui cõtinuò cõsequebatur Sabbatũ. Verius tamen est quod visum est Theophylacto, & Euthymio in cap. 6. Lucæ, cũ sexta Sabbati, siue Parasceue, dies festus erat, Sabbatũ illi succedens Secundoprimũ appellari: Hoc mihi videor apertè hoc argumẽto cõprobare. Dies ille, quẽ hoc nomine Lucas indicauit, siue dubio Sabbatũ fuit, præcesserit ergò illum alter dies festus, cuius cõparatione Secundoprimũ dicatur. Quod assumimus perspicuè traditur à Matthæo, qui de eadẽ re ca. 12. ait: In illo tẽpore abijt Iesus per sata Sabbato. Immo, & apud Lucam respondens Dominus calumniæ Pharisæorũ, sem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 per de Sabbato loquitur. † Quod si quis fortasse putat Sabbatum apud Matthæum pro quouis festo die accipi, errat: hoc enim erat Sabbati proprie dicti vt in eo escæ parari non possent, vt diximus numer. 7. quod aliis diebus festis licebat, sicut de diebus Azymorum legimus Exod. 12: Nihil operis facietis in eis, exceptis ijs, quæ ad vescendum pertinent. Putant autem Euthymius in Lucæ ca. 6. & nonnulli alij, diebus Azymorum hoc contigisse, quod Lucas, & Matthæus narrant. Cum ergo Pharisæi Apostolos accusent quòd spicas vellerent, & confricantes manibus manducarent, non est dubium Sabbatum proprie dictum fuisse, atque ideo dicunt: Quid facitis quod non licet in Sabbatis? Luc. 6. Itaque eo tempore sexta Sabbati fuerat primus dies Azymorum, qui primum sabbatum dicitur, id est, primus dies festus illius sollennitatis, & Sabbatum sequens dicitur secundoprimum: secundum, quia erat secundus dies Azymorum; primum, quia Sabbatum dignitate, & sanctitate præstabat alijs sollennitatibus, simulque Sabbatum erat, & dies Azymorum.

15 † Quemadmodum cum Dominus noster passus est, sexta feria fuit primus dies Azymorum, & dies sequens Sabbatum erat, & dies secundus Azymorum, vocarique potuit Sabbatum secundoprimum; sed eadem ratione appellatus est magnus dies. Iohan. 19: Iudæi ergo, quoniam Parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sab- 17
bato, erat enim magnus dies ille Sabbati. &c.

Postremò, (quod tam ad Sabbatum, quam ad reliquos festos dies vtile erit) quæritur quo tempore Sabbatum, & reliquæ sollennitates inciperent, ac finirentur. Quæstio soluitur Leu. 23: A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Vesperam autem intelligere debemus (sicut & Iudæorum consuetudo testatur) cum oritur Veneris stella consequens occasum Solis, quæ Latinè dicitur vesper, Græcè Hesperus, vt apud Virgilium:

Ite domũ saturæ, venit Hesperus, ite capellæ:

Eademque Solis ortum antecedit, ac Lucifer Latinus, Phosphorus Græcis vocatur. Cicero, libro 2. de Natura deorum: Infima est quinque errantiũ, terræque proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur cum antegreditur Solem, cum subsequitur autem, Hesperus, † Plinius li. 2. 16
cap. 8: Infra Solem ambit ingens sidus appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsisq; cognominibus æmulum Solis, ac Lunæ. Præueniens quippe, & ante matutinum exoriens Lucifer nomen accipit, vt Sol alter, diem maturans: contra ab occasu refulgens nuncupatur Vesper, vt prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. &c. Hoc idem tempus intelligitur apud Hebræos nomine עֶרֶב, quasi commistio quædam lucis, & tenebrarũ, quam vocamus crepusculum. Etenim עֶרֶב, cum quinque punctis commistionem significat, cum sex vesperam: sed cum vetères puncta non habuerint, idem nomen est significans commistionem, & inde vesperam. Genes. 1: Et factum est vespere, & manè dies vnus. &c. Hinc Ecclesia festos dies à vespera præcedentis diei celebrat, sicut est in Decretalibus, in capite. 1. de Ferijs. Omnes, inquit, dies Dominicos à vesperam in vesperam cum omni veneratione decernimus obseruari. &c.

Vesperarum autem tempus est ad Solis occasum, vt vetères hymni Ecclesiastici indicant.

Terrum Chaos illabitur. &c. Et iterum:

Iam Sol recedit igneus.

†Ex his intelligitur illud Lucæ. 23. qui cum de eo tempore loquerétur, quo corpus Domini inuolutum sindone, & in monumento positum est, ait: Et dies erat Parasceues, & Sabbatum illucescebat. Hoc est iam erat propè Solis occasum, iam propè erat initium Sabbati. Sed quia adhuc erat dies Parasceues, quia Sol nondum occiderat, reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta. Nec tamen vngere Dominum potuerunt, quia continuò Sabbatum cœpit: & ideò sequitur: Et Sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. Sed obijcietur nobis verba Leuitici nõ de omnibus diebꝰ festis dici, sed de Expiatione, cũ dicat lex: Die nono mensis à vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Respondet Abulensis quæst. 23. in idẽ caput, & in cap. 15. Exodi, quæstione. 1. id de omnibus alijs festis diebus æquè intelligi. At hoc erat explicandum, cur quod omnibus commune est, vni 18
Expiationis diei tribuatur. † Id ex Hebræo, & ex Græco facilè soluitur, sine dubio enim non de eo tantum die, sed de omnibus dicitur. In Hebræo ita est: Et afligetis animas vestras die nono mensis in vespera. A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Similiter est in Chaldæo. Quæ verba illa: Die nono mensis, ad præcedentem sententiam pertinent, vt sit sensus: Afligetis animas vestras die nono mensis, id est, incipientes die nono mensis vespere. Quod. lxx. optimè explicauerunt: Et afligetis animas vestras à die nono mensis. Nam cum afflictio ingrata carni sit, & dies Expiationis esset dies decimus mensis, facilè castigatio corporis in diem decimum reijci potuit: quod ne fieret, addendum fuit Die nono mensis, id est, A die nono. Deinde causam huius maturationis reddens legislator ait: A vespera vsque ad vesperam, &c. ac si diceret: Ita enim celebrare debetis omnes festos dies, vt à vespera præcedentis diei sumant exordium.

Coloss. 2. Sabbatum quid significet mystici. 16
† Sed quoniam Apostolus ait: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi, idque de reliquis etiam festis diebus similiter intelligitur, vt ait Origenes Homil. 23. in Numeros, de dierum festorum significatione etiam dicendum est. Sed de Sabbato breuius, eius enim significatio omnibus nota, & peruulgata est. Moraliter significat populum Deo dicatũ à peccato abstinere debere, quod opus seruile est, & verè hominem seruum efficit, à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. 1. Petr. 2. Deinde, quia septem diebus voluitur tempus vniuersum, per laborem sex dierum quibus Deus omnia creauit, labor huius vitæ intelligitur, & in Sabbato, quod sex diebus succedit, & requiem significat, Anagogico sensu indicatur requies æterna beatorum. De qua Isai. vltimo: Et erit mensis ex mense, & Sabbatũ ex Sabbato. Eraportiùs Paulus Hebræ. 4: Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus. Festinemus ergò ingredi in illam requiem. &c. Qui plura volet, legat Origenem Homilia. 23. in Numeros, (vnde desumpsit Glossa in illud Numer. 28: Die autem Sabbati) & Isychium in caput. 23. & 26. Leuitici, Initio, & Radulphum latiùs hæc explicantem libro. 16. in Leuit. cap. 1.

DE NEOMENIA, SIVE Calendis.

CAP. II.

1 PRIMVS cuiusuis mensis dies festus erat apud Hebræos, non quòd tunc ab operibus necessariò cessarẽt, sed quòd Deum certis sacrificijs sollemniter colerent. Vocatur hic dies apud Hebræos caput, siue initium, mensis. lxx. semper Neomenia vertunt, noster interpres modò Neomenia, modò Calendæ. Neomenia autem dicitur quasi nouus mensis, νέος enim nouum significat, & μὴν, mensem. Malè ergo Lyranus in caput. 28. Nume. in illud: In Calendis autem, & Abulensis in Leuit. cap. 23. quæstio. 5. & in cap. 28. Nume. quæstio. 9. censuerunt dicta Neos, id est, nouus, & mene, id est, defectus, quod tunc luna deficeret, & non videretur. Hieronymus autem Calendarum nomine vtitur, quod Romani primum diem mensis ita appellarent. Non tamen erat idem mensium initium, aut finis apud Hebræos, & apud Romanos, siue apud nos, quod ad omnia, quæ de festis diebus dicemus, diligenter adnotandum est. Men- *Menses, & anni Hebræorum.*
ses Hebræorum cum luna incipiebant, & cum eadem terminabantur, & dies primus lunæ ide erat & primus mensis dies. Habebat itaq; eorum annus duodecim menses lunares, siue (vt recentiores loquuntur) duodecim lunationes. 2 † Vnus mensis habebat trigiata dies, alter viginti nouẽ, quoniam luna viginti

Universidad de Deusto
Biblioteca

viginti nouem diebus, & duodecim horis conficit cursum suum, quæ horæ ne pereant, secundo quoque mense cõpurãtur addito vno die, qui trigesimus est. Ita eorum annus non habebat nisi 354. dies, desuntque ad rationem anni solaris vndecim dies: quare vt eum æqualem anno solari redderent, nunc secundo, nunc tertio cuique anno mẽsem decimum tertium addebant, quo anno septies intercalato intra decem & nouem annorum spatium anni lunares æquabantur solaribus. In quolibet enim decem & nouem annorum curriculo tertio anno fiebat intercalatio, & sexto, & octauo, & vndecimo, & decimoquarto, & decimoseptimo, & decimonono: & dies, qui decẽ & nouem annis lunaribus deerant, nouem erant & ducenti, ij verò, qui ex mensibus intercalaribus addebantur, totidẽ fuerunt, per quos anni lunares ita solaribus æqui reddebantur, vt nec dies deesset, nec supereſſet. Hæc ex Beda in libro de Temporum ratione, cap. 43. & ex Abulensi in secunda parte Defensorij, cap. 14. & quæst. 19. in caput. 23. Leuitici. † Ex quo intelligimus vni mensi Hebræorum non respondere apud nos mensem alterum integrum, sed partẽ vnius mensis cum parte alterius, vt perspicuum erit ortus lunæ nouæ obseruanti. Verbi gratia, primo eorum mensi, qui dicitur Nisan, respõdet pars Martij, & pars Aprilis, atque ita in reliquis. Huius mensis initium est prima luna, quæ propinquior est æquinoctio verno, quod iuxta Abulensem, fit decimoquarto die mensis Martij, cum sol ingreditur primum gradum Arietis, & ideò (vt rectè explicat, ac probat Abulensis in caput. 12. Exodi, quæstione. 3.) numquam potest mensis Nisan celerius incipere quam primo die Martij, nec tardius, quam vigesimooctauo, aut vigesimonono, si æquinoctium ponamus in die decimoquarto Martij, vt ipse ponit, quia noua luna non potest, ab æquinoctio distare plusquam quatuordecim diebus. Ex quo etiam sequitur, quando primus mensis Hebræorũ incipit ante æquinoctium, maiorẽ eius partem incidere in Martium: quando autem incipit post æquinoctium, maiorem eius partem continere Aprilem.

4 † Etenim cum æquinoctium fiat. 14. die Martij, si mensis incipit pridiè eius diei, decem & octo eius dies incident in Martium: atque idem fiet si incipiat in æquinoctio, aut in tribus sequẽtibus diebus. Si autẽ decimusoctauus dies Martij lunæ initium sit, & deinceps, maior pars primi mensis incidet in Aprilem: quia non plures dies eius quam quatuordecim Martius habebit, ceteri erunt Aprilis. Omnia ex Abulen si loco modò indicato in cap. 12. Exodi, quæ magnopere conferent ad sollẽnitatem Paschæ, & Azymorum, & ad reliquas. At nunc æquinoctium sit vigesimoprimo die Martij, vt est in Kalendario Gregoriano, aut vigesimo die, vt alij volunt: atque ideò seruata proportione eodem modo ratio subducẽda est. Idem intelligendum est quoties æquinoctium mutabitur, fiiutatur enim successione annorum, & ab anno 1590. vsque ad. 1721. fiet vigesimo die Martij iuxta Kalendarium Gregorianum, sed iuxta aliorum calculum decimonono, atque ita deinceps, quia spatio centum & triginta vnius annorum æquinoctia retrocedunt vno die. Sed cum luna in die coniunctionis cum sole biduum saltem lateat, ac interdum tertio die videri incipiat, quæritur vtrũ primam lunam Scriptura intelligat eã apparere incipit, an diem primum, qui coniunctionem consequitur. † Vt rectè hoc intelligatur sciendum est mensem, qui mensura est cursus lunæ, triplicem poni ab Astrologis: est enim mensis peragrationis, & mensis illuminationis, & mensis coniunctionis. Mẽsis peragrationis est tẽpus, quo ab vno pũcto Zodiaci luna discedens proprio motu, ab occasu ad ortum pertransito Zodiaco redit ad illud punctum, quod viginti septem dierum est, & octo horarum. Mensis illuminationis est, tempus, quo luna post cõiunctionem cum sole incipiens apparere, rediens ad cõiunctionem cum sole definit apparere, quod vigintiocto dierum est. Mensis coniunctionis est tempus, quo luna ab vna coniunctione cum sole redit iterum ad solis coniunctionem, & hic est mensis communis habens viginti nouem dies, & duodecim horas, vt supra dictum est. Ex quibus verba Plinij intelli-

Prima luna quæ sit.

intelligimus libro. 2. Natur. Hist. ca. 9: Vicenis diebus, septenisque, & tertia diei parte peragit spatia eadem, quæ Saturni sidus altissimum triginta, vt dictũ est, annis. Deinde morata in coitu solis biduo, cum tardissimè, à tricesima luce rursus ad easdem vices exit. &c.

6 † Quod autem dicimus, de medio motu intelligendum est: nam luna velocissimo motu peragit in singulos dies decem & septem gradus, & tunc nihil fere latet sub Sole: tardissimo peragit decem gradus, & tunc plusquam biduo latet; medio motu peragit tredecim gradus cum duodecim minutis, & biduo latet. Medios igitur motus numerando intelligenda sunt quæ diximus. Hoc modo Luna lucet viginti octo diebus, & inde intelligitur quod paulò ante diximus, non posse nouam Lunã distare ab æquinoctio plusquam quatuordecim diebus: quoniam si distaret quindecim, aut sedecim, relinquerentur ex ea tredecim dies, aut duodecim: & illa Luna esset initium primi mensis Hebræorum, quia propinquior esset æquinoctio quàm altera, quæ distat quindecim diebus, & semper mẽsis primus Hebræorum incipere debet à Luna propinquiori æquinoctio verno.

7 † Quare ita quæstioni respondendum est, primam Lunam, siue Neomeniam, aut Calendas, aut initium mensis tunc esse cum primum Luna à Sole relicta apparere incipit, semperque mensis durare intelligitur dum noua Luna non apparet, quæ initium sit sequentis: non enim numeramus mẽses illuminationis, sed mensis coniunctionis, qui viginti nouem dies, & duodecim horas habent, & ideò alteri viginti nouem dies damus, alteri triginta, vt diximus numero. 27. Hoc hodie etiam testatur consuetudo Iudæorum, habent enim turriculas in Synagogis, & cognito ex tabulis Astronomicis tempore coniunctionis, occidẽte Sole turriculas ascendunt, & diligenter speculantur Lunæ ortum, ac continuò tuba canunt Neomeniam denuntiantes.

Vt igitur ad rem redeamus, Neomeniæ sollennitas fiebat propter beneficium Diuinæ gubernationis, sicut sollennitas Sabbati propter beneficium creationis, vt testatur Sanctus Thomas 1.2. quæst. 102. art. 4. ad. 10. & Lyranus in illud Num. 28. In Calendis autẽ. &c. Quia etiam addit: Ideò fiebat in nouilunio, quia mutatio in istis inferioribus magis apparet secundum innouationẽ Lunæ, quam tẽporibus alijs, & ideò eo Iebrabatur hoc festum in nouitate Lunæ, non autem in eius plenitudine, ad euitandum idololatrarum cultum, qui in tali tẽpore Lunæ sacrificabant. &c. Ego & alteram causam esse puto, quòd vt rerum è terra nascentium primitias sibi Deus offerri voluit, ita etiam voluit temporis primitias, quod motu cœli fit, atque ideo primos quosque dies mensium elegit. † Tertia est, vt Deo precibus, & sacrificijs placato felix, fausumque esset mẽsis initium, & omnia, quæ in eo fierent. Eo die multa sacrificia fiebant, de quibus Numero. 28: In Calendis autem, id est, in mensium exordijs, offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, &c. Tubis etiam canebant; vt videmus Numer. 10: Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri. Magna igitur erat sollennitas Neomeniæ. Vnde illud Psal. 80: Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollẽnitatis vestræ. Et Isa. 1: Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri: calendas vestras, & sollennitates vestras odiuit anima mea. Sed quæri potest, cur tantæ sollennitatis non meminerit lex Leuitici. 23. in catalogo sacrorum dierum. Et respondet Abulensis in cap. 28. Numer. quæst. 18. propterea factum esse, quòd in Neomenia offerebantur quidem sacrificia, non tamen legis præcepto abstinebatur ab opere seruili, nisi quis sponte sua abstineret.

9 † Neomeniæ significationem elegantèr exponit Glossa in c. 28: Numerorum his verbis: In Calendis, id est, in Neomenijs, cum Ecclesia, vel quælibet anima Soli iustitiæ sic propinquat, vt vnus spiritus cum eo fiat; & per ipsum innouata vetere hominem abijciat. &c. Sed latius Origenes Homilia. 23. in Numeros, cuius verba in compendium redegit Glossa. Sol iustitiæ, inquit, Christus

Neomenia quid significet mysticè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus est, huic si Luna, id est, Ecclesia sua, quæ lumine ipsius repletur, iuncta fuerit, & penitus eradhæserit, ita
1.Cor.6. vt secundum verbum Apostoli, qui se iungit Domino, vnus cum eo spiritus fiat, tunc festiuitatem Neomeniæ agit: tunc enim noua efficitur cum abiece-
Ephes.4 rit vererem hominem, & induta fuerit nouum, qui secundum Deum creatus est, atque ita merito innouationis sollennitatem, quæ est Neomeniæ festiuitas, gerer. Tunc denique est quando neque videri, neque comprehendi humanis aspectibus potest. Anima enim, cum tota se sociauerit Domino, & splendori lucis eius tota concesserit, nihilque omnino terrenum cogitat, nihil mundanum requirit, nec hominibus placere studet, sed totam se sapientiæ, totam lumini, totam calori Spiritus sancti mancipauerit, subtilis, & spiritualis effecta quo-
modo cerni ab hominibus, aut ab hu-
1.Cor.2. manis potest aspectibus comprehendi? Animalis namque homo intelligere, & discernere non potest spiritualem. Et ideo dignissimè diem festum aget, & hostiam Neomeniæ Domino, vt pote per ipsum innouata, iugulabit.

DE PASCHA.

CAP. III.

1 NVNC de diebus festis singulorum mensium agamus, quorum primum est, Pascha, (quamuis hic dies festus ne dicendus sit, inferius disputabimus) de quo Leu. 23:
Vers.5. *Mense primo quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est.* Hæc sollennitas instituta est in memoriam insignis illius beneficij, cum Dominus occidit primogenitos AEgyptiorum, & domos Hebræorum angelus percutiens non tetigit, quoniam sanguine agni occisi linierant vtrumque postem, & superliminaria domorum, in quibus eumdem agnum comedebant. Et quoniam id contigit decimaquarta luna mensis primi, hinc Deo præcipiente omnibus annis eodem die agnum immolabant, & comedebant, vt latè scriptum est in cap. 12. Exodi. Atque hinc nomen accepit, id est, à transitu illo Domini, siue angeli percutientis, qui sine cæde pertransijt domos Hebræorum: Phase enim transitum significat, nec est transitus filiorum Israel ad terram promissam, nec transitus maris Rubri, vt existimasse videtur Augustinus tracta. 55. in Iohann. sed transitus angeli; & propterea Leuit. 23. dictum est: *Phase Domini est*: & Exod. 12: *Est enim Phase*, (id est, transitus) *Domini*. Quibus in verbis Hieronymus interpretationem illam addidit, Id est, transitus, vt vis Hebraici nominis intelligeretur. Et apertiùs postea: Et cum dixerint vobis filij vestri: Quæ est ista religio? dicetis eis: Victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in AEgypto percutiens AEgyptios, &
2 domos nostras liberans. †Quod nos Phase proferimus, in Hebræo scribitur פסח, à verbo פסח, quod est transire, nomina enim finita in ה præcedere puncto Pathah, lxx. & Apostoli finiunt in E, cum accentu in prima, si dissyllaba sunt, vt Noe, Thare, Chore, Iephthe. Idem nomen est Pascha, varié tamen scriptum, atque prolatum, quo semper vtuntur lxx. & Apostoli. Ex quo error inoleuit apud multos, teste Hieronymo in cap. 26. Matthæi, in quo etiã autor Glossæ fuit, Græcum nomẽ esse Pascha, & dictu ἀπὸ τῦ πάσχειν, quod est pati. Est igitur nomen Hebraicum transitum significans, vt docent Iosephus, lib. 2. Antiquit. cap. 5. Hieronymus in Matt. ca. 26. in Isa. 31. in Michæã. 7. Ambro. in libro de Cain, & Habel, cap. 8. & sermo. 53. Augustinus epist. 119. lib. 2. de Trinit. cap. 17. libro. 16. de Ciuitate, ca. 43. & in Iohannem tractatu. 55. & multi alij, res enim est non dubia. Nec verò hoc aliud nomen existimandum est significans trãsitum, sed vnum, atq; idem cum פסחא, siue Phase. Sed ס vertitur in P tenue, vt sæpe fieri solet, ס. omnino valet idem quod nostrum S. aut Græcum sigma. ח Sæpe à lxx. vertitur in Ch, vt cum dicitur Rachab, Chebron, Charam, & similia. †Quod
3 autem Hebræi dicunt פסח, Chaldæi more suo dicunt, פסחא, ita enim

enim scribendum censeo cum lxx. & Apostolis, & Iosepho, non, vt nunc scribunt פסח. Dixi autem More suo, quoniam Chaldæi vocabulis Hebraicis solent addere. A. in fine, vt in Abba, Malcha, Golgoltha. Et cum post reditũ de captiuitate Babylonica Iudæi Chaldaicis nominibus persæpe vterentur, lxx. scripserunt Pascha, quos Apostoli, & Iosephus imitati sunt. Itaque Pascha (si propriè vocabulum sumamus) neq; agnum significat, neque immolationem agni, sed transitum; sed quoniam in memoriam huius transitus sollennitas fiebat, & agnus immolabatur, paulatim ipse agnus, qui immolabatur, Pascha dictus est, vt Lucæ. 22: Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha. Et iterum: Vbi est diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Ipsa etiam sollennitas Pascha dicitur, vt Luc. 22: Appropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha. Nec tantum ipse dies immolationis agni, sed tota sollennitas Azymorum illi adiuncta, vt Act. 12: Apposuit vt apprehenderet & Petrum: erant autem dies Azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem trãdens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum populo, id est, post dies Azymorum.

De mense Paschæ.

4 TEmpus sollennitatis ostendit Moses cum ait: *Mense primo. &c.* †In quo hoc est animaduertendum, duos menses fuisse apud Hebræos, qui primi vocarentur, sicut & duplex annus erat, sacer, & vulgaris. Annus sacer initium habuit eo tempore, quo ex AEgypto egressi sunt, & quo in fastis vtebantur. Huius primus mẽsis est ipse, quo egressi sunt, qui Hebræis dicitur Nisan, Macedonibus Xanthicus, vt ait Iosephus, 2. libro. Antiq. cap. 5. De quo Dominus dixit Exod. 12: *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* De hoc diximus multa cap. 2. ostendimusque partem eius incidere plerumque in Martium nostrum, partem in Aprilem. Annus vulgaris est quo vtebantur ad commercia antequam egre-

Duplex annus Hebraïs.

derentur ex AEgypto, & postquam egressi sunt. Iosephus libro. 1. Antiq. cap. 4: Moses autem Nisan, qui est Xanthicus, mensem primum in suis fastis ordinauit, quòd per hunc Hebræos ex AEgypto eduxisset. Eumdem etiam omnium, quæ ad rem Diuinam pertinerent, exordium fecit: alioqui quod ad nundinationes rerum venalium, reliquamque dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu innouauit. &c. Eius initium Septembrem multi esse credunt, in quibus est Moses AEgyptius libro. 1. Ductoris dubiorum, cap. 44. sed Hieronymus in cap. 1. Ezek. propè principium, affirmat apud omnes Orientales primum mensem esse Octobrem. Vtrumque verum est, pars enim eius incidit in Septembrem, & pars in Octobrem, cum sint menses omnes Lunares.

De die Paschæ, & de hora immolationis agni.

5 DIES erat decimus quartus, siue decima quarta luna, quod ex iis quæ capite. 12. dicta sunt, satis intelligitur. Hora cognoscitur ex eo quod in Exodi. 12. legimus: *Immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* Pro quo in Hebræo est, בין הערבים, id est, inter duas vesperas, quod similiter verterunt lxx. Leuiticiv igesimotertio, ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερῶν, id est, inter vesperas, siue inter vespertina. Et Lyranus verba Exodi interpretans ait: Vespera secundum Doctores Hebræos, prout hic accipitur, incipit à septima decimæquartæ diei (id est, ab hora prima à meridie) quia ex tunc Sol incipit tendere ad occasum, & ab illa hora vsque ad principium noctis potest immolari Phase secundum eos, &c. Quod & Abulensi quæstione. 6. in caput. 23. Leuitici, & quæstione. 1. in caput. 16. Deuteronomij, & alijs placuit. Sed huic sententiæ aduersum videtur illud Deuteronomij. 16. Immolabisque Phase vespere ad Solis occasum, quando egressus es de AEgypto. Egressus autem est nocte, sicut est in principio eiusdem capitis: Quo-

niam

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam in isto mense eduxit te Deus tuus de AEgypto nocte. Quo in loco non est in Hebræo, Inter vesperas, sed: Vespere, cum sol occidit. Exodi etiã. 12. scriptum est: Et edent carnes nocte illa assas igne, & azymos panes. Non ergo inter vesperas, sed omnino vespere, aut ad solis occasum immolabatur
6 agnus. †Respondẽdum est veram esse sententiam Hebræorum, agnumque potuisse immolari, & comedi inter duas vesperas, vt dictum est, non enim omnes eadem hora poterant. Poterat etiam vespera ipsa immolari, vt docẽt verba quæ retulim⁹ ex Deu. 16. Iosue. 5. similiter legimus: Et fecerũt Phase decimaquarta die mẽsis ad vesperã, בֵּין הָעַרְבַּיִם, id est, in vespera. Sed hoc intelligitur in occasu solis, hoc est antequam stella oriretur, quæ vesper, siue Hesperus dicitur (quod tempus iam nox censetur) quoniam ab ortu stellæ incipiebat dies decimusquintus, & lex præcipiebat vt die decimoquarto agnus immolaretur, vt sæpe dictum est. Postquam tamen die decimoquarto immolatus erat, comedi poterat nocte, quæ iam ad decimũquintum pertinebat: & ita omnia conciliantur.

7 † Sed de tempore non satis dictum
Vtra vespera diei 14. immolatur agn⁹. est, nisi definieri⁹ vtra decimæ quartæ lunæ vespera agnus esset immolandus, prioris ne, qua dies decimusquartus incipere putatur, an posterioris, quæ initio decimiquinti adiuncta erat. Quæ res nec pauc is, nec facilè potest explicari: quamu is enim posteriori immolari debuisse dixerimus, multa ad tuendã, atque confirmandam veritatem dicenda sunt, quæ prætermittere non possumus. Id ergo dicimus quod diximus, neque enim nobis ab ea recedendum est, quæ vetustissimorum quorumque patrum, ac doctissimorum concors sententia est: posteriori vespera, quæ diei decimiquarti finis erat, agnum lege immolari debuisse: quod magnis, atque euidẽtibus argumentis demonstrabimus.

Primum ex verbis ipsius legislatoris desumitur, qui Exodi. 12. ait: *Erit autem agnus absque macula, &c. Et seruabitis eũ vsque ad quartam decimam diem mensis huius, immolabitque eum vniuersa multitudo*
8 *filiorum Israel ad vesperam.* † In toto hoc capite tam veteres quam recentiores expositores vesperam finem decimiquarti diei interpretantur, nec tamquã dubium id confirmandum putant, sed vt rem, de qua nulla sit quæstio, pro certo haberi volunt. Sunt tamen eorũ verba diligenter attendenda, non enim differtè dicunt vt nos, Posteriori vespera, sed id alijs verbis significant docentes huic vesperæ adiunctum initium esse quintæ decimæ lunæ, siue quinti decimi diei. Ita Hugo. S. Victoris in Annotationibus in Exodum interpretatus est. Et Lyranus, & Abulẽsis quæst. 10. & 19. in idem caput. 12. & in secũda parte Defensorij, cap. 7. & 8. & in. 2. Paralip. c. 2. quæst. 15. & 16. & in Deut. cap. 16. q. 1. & Caietanus. Atq; vt Bedã, Anselmũ, Hieronymũ, Ambrosium, aliosq; omittam, quorũ verba postea referam, ex quibus hoc idem facillimè colligitur: Iosephum grauem, ac domesticum testem citabo. Sed quæramprius, si priori vespera diei decimiquarti agnus immo *Exo. 12.*
latur, cũ lex dicat: Nec remanebit quid quam ex eo vsq; mane, hoc mane vtrũ diei decimiquarti erit, an decimiquinti? Planè decimi quarti, non enim finitur dies ille vsque ad vesperam sequẽ-
9 tem. † Si igitur dicat Iosephus sequens mane esse decimiquinti, non erit dubiũ eum sensisse agnum immolandum esse posteriori vespera, atque ita omnes Iudæos facere. Vide ergo quid scribat lib. 3. Antiq. cap. 10. Mense autem Xanthico, qui nostris Nisan vocatur, & annum exorditur, luna quartadecima, Sole arietem obtinente, quandoquidem hoc mense ab AEgyptiaca seruitute liberati sumus, sacrificium quod tũc exeuntes fecisse diximus, Pascha nominatũ quotannis instaurare lege iubemur, celebramusque id per sodalitia nihil è victimis in sequentem diem relinquentes, quæ est quintadecima, & Azymorum festiuitatis prima. Quid dici potuit apertius? Nec verò Græca aliter sunt interpretanda, quæ ita habent, *μηδὲν τῶν τελουμένων εἰς ἑπομένην ὑπολείπειν ἡμέραν. πέμπτη γὰρ δεκάτη διαλέγεται τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτήν.* &c. Hoc est: Nihil eorũ quæ immolantur in posterũ diẽ seruato. Quintus autẽ & decimus excipit diẽ Paschæ, qui Azymorũ festinitas est. Est enim sensus: Decim⁹ quintus dies est qui cõsequitur diẽ Paschæ, id est,

id est, vesperã qua immolatum est Pascha. Alioqui cui dubium erat decimũquartũ diẽ excipi decimoquinto? Sed cum dixisset, In posterum diem, nequis fortè putaret esse decimumquartum, vt in alijs sollennitatibus, decimũquintum esse dixit. Quod si vim Græci nominis inspiciamus *ἐις τὴν ἐπιοῦσαν*, nihil manifestius, est enim si de diebus sermo sit, proximè insequens dies. Faciũt eos agnum immolasse prima vespera diei decimiquarti, *ἐπιοῦσα* erit mane diei decimiquarti, docet autem esse ma- 11
nè decimiquinti, nã dies decimusquintus *διαλέγεται*, id est, excipit continuò diem Paschæ. Ea ergo quam vocauit *ἐπιοῦσαν*, id est, posteram, est quæ excipit diem Paschæ, nam dies posterus, siue superueniens, est idem qui & excipiens: sed posterus dicitur cum nondum venit, excipiens autem cum iam venit, nec potest diem præteritũ excipere nisi qui posterus erat. Verùm quid *Vespera.*
aut Iosephi, aut aliorum testimonio opus est, cum vsu Scripturæ, & omniũ gentium Vesper, aut Vespera finis eius diei, cuius vespera dicitur, semper intelligatur, nunquã principiũ? Quid enim aliud intelligi potest cũ legimus: Redeũtiq; ad vesperã Iacob de agro egressa est in occursum eius Lia: aut cũ sedit Moyses vt iudicaret populũ, qui assistebat sibi à manè vsq; ad vesperã, nisi finis illorũ dierũ? Itaq; etsi scriptũ sit: † A ve-
10 sper vsq; ad vesperã celebrabitis Sabbata vestra, dieſque festi à vespera incipe rent, tamen initium festi diei nũquam vespera dictum est, neque vt initium ponitur, sed vt finis illius diei vnde festus incipit: & cum à vespera incipere dicitur, à fine diei illius, cuius vespera ponitur, incipere intelligitur: quia (vt semel dicam) vespera non respectu sequentis diei, sed præcedentis potius accipitur. Quod adeò verum est vt partẽ Parasceues propiorem initio Sabbati Lucas nequaquam vesperam Sabbati appellare voluerit, vt impropriam, atq; insolentem locutionẽ vitaret, sed manè. Et posuit, inquit, eum in monumento excisso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat Parasceues, & Sabbatum illucescebat. Et Leu. 23. scriptum est: Et affligetis animas vestras die nono mensis. A vespera vsq; ad ve- *Gen. 30. Exo. 33. Leu. 23. Luc. 23.*
sperum celebrabitis Sabbata vestra. Dies Expiationum, de quo loquitur, decimus erat, sicut paulò ante dixit: Decimo die mensis huius septimi dies Expiationum erit, sed quoniam ieiunium, & afflictio à vespera præcedenti incipiebant, non dixit: A vespera decimi diei affligetis animas vestras, ne finẽ ipsius diei decimi omnes meritò significari putarent: sed, Affligetis animas vestras, die nono mẽsis, quoniam vespera, qua dies decimus incipiebat, finis erat diei
11 noni. † Ac ne totus dies nonus intelligeretur, addidit: A vespera vsq; ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra, ac si diceret: Vespere diei noni incipietis afflictionem decimi, qui Expiationum est. Cum ergo dicit, Decimaquarta die ad vesperam, finis decimi quarti diei sine dubio intelligitur. Præterea sollennitas Azymorum quis potest dubitare vtrum priori vespera diei vicesimi primi finiatur, an posteriori, cum priori dies vicesimus primus non finiatur, sed incipiat? Quare cũ præcipit legislator Exo. 12: Primo mẽse quarta decima die mẽsis ad vesperam comedetis azyma vsq; ad diẽ vicesimam primam eiusdẽ mẽsis ad vesperam, vsq; ad posteriorem vesperã intelligit. Si ergo vespera diei vicesimæ primæ vespera posterior est, cur vespera diei decimæ quartæ non sit etiam posterior? Cur eadem verba in eodem contextu non eodem modo intelligantur? Adde quod cum dicit: Immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam, in Hebræo est, בֵּין הָעַרְבָּיִם, id est, inter duas vesperas; quod alibi. lxx. vertisse diximus, *ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερινῶν* quod
12 idem significat. † Si autem priori vespera decimæquartæ diei agnus immolatur, non potest immolari inter duas vesperas, nã dies à vespera incipit, & tẽp⁹ illud inter duas vesperas interiectũ nõ est decimiquarti diei, qui nõdũ incepit, sed decimitertij. Aut igitur tertiodecimo die immolabitur cõtra legis præceptũ, aut si die decimoquarto immolãd⁹ est inter vesperas, necesse est vt propè posteriorem vesperam immoletur. At dices vesperam initium diei dici, quoniam ita dies numerari cœperunt, ait enim Moses: Factumque est vespere, & manè dies vnus. Nego sanè dies *Genes. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Variæ dierũ mutuæ.

illos ita numerari, sed à mane vsque ad alterum mane, vt Beda in libro de Temporum ratione docet his verbis: Moyses autem proprium (diem) ita descripsit: Et factum est, inquiens, vespere, & factum est mane dies vnus. Quem Hebræi, & Chaldæi, & Persæ sequentes iuxta primæ conditionis ordinem diei cursum à manè ad manè deducunt, vmbrarum videlicet tempus luci supponẽtes. At contra AEgyptij ab occasu ad occasum. Porrò Romani à medio noctis in mediũ. Vmbri, & Athenienses à meridie ad meridiem dies suos computari maluerunt. Diuina autem autoritas, quæ in Genesi dies à mane vsque ad mane computandos esse decreuit, &c.

13 †Quoniá igitur prius factam lucem esse dixit, quæ perfecta, & diei primi initiũ fuit, (dies enim ille fiebat non secundum motionem solis, sed primogenia illa luce suum splendorem diffundente, vt autor est Basilius Hom. 2. in Hexahemeron,) rectè dicit: Factum est vespere & manè dies vnus. Videlicet tempus vmbrarum, vt Beda dixit, luci supposuit: & vespere, id est, finis diei artificialis, cum prima illa luce, & manè sequentis factum est dies vnus. Et vidit, inquit, lucem quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factumque est vespere & manè dies vnus: hoc est, lux illa, quæ dies artificialis dicitur, & vespere terminatur, simul cum nocte, quæ vsque ad alterum manè protenditur, dies primus fuit. Deinde reliqui dies eodem modo numerati sunt: Et factum est vespere & manè dies secundus. &c. Vespere cum luce eiusdem diei, quæ primo manè cœpit, factum est dies secundus. Atque ita de reliquis. Hoc ex Basilio in eo loco quẽ modò indicaui, intelligitur, & apertiùs ex eius imitatore, & quasi interprete, Ambrosio libro. 1. in Hexahemeron, capite. 10. Quærit, inquit, aliqui cur priùs vesperum, postea manè Scriptura memorauerit, ne forte noctem priusquam diem significare videatur. Nec aduertunt primò quod præmiserit diem dicendo: Et vocauit Deus, Diem lucem, & tenebras vocauit Noctem. Deinde, quod vesper finis diei sit, & manè finis noctis. Ergo vt prærogatiuam, & primatus natiuitatis diei daret, & prius finem diei significauit, post quã secutura nox est, deinde postea finẽ noctis adiũxit. &c. Sit hoc ergo quasi primũ argumentum, etsi multiplex videatur, quod totum ex verbis Scripturæ petitum est.

14 † Secundum argumentum ex ipsa Hebræorum consuetudine desumitur. Iudæi eodem die, atque eodem tempore agnum immolabant, quo patres eorum, cum ex AEgypto proficiscì volebant, immolarunt, de eo enim die ita lex loquitur Exod. 12: Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum sollennem Dño in generationibus vestris cultu sempiterno. &c. At Hebræi ex AEgypto exituri posteriori decimiquarti diei vespera immolarũt, posteriori igitur vespera semper immolabatur. Posteriori vespera eos agnum immolasse ex eo perspicitur, quod decimoquinto die mensis egressi sunt, vt legimus Numero. 33. At qui eo manè exierunt, quod proximè immolationem agni consecutum est, vt est in eodem capite: Profecti de Rameſſe in mense primo in quintadecima die mensis primi altera die à Phase filij Israel in manu excelsa. &c. Atq; vbi nos habemus, Altera die à Phase, lxx. verterũt: τῇ ἐπαύριον τοῦ πάσχα, id est, ea die, quæ Paschæ immolationem sequebatur. Posteriori ergo vespera immolarunt, illa enim est quam manè

15 diei decimiquinti cõsecutum est. † Superest, vt ostendam eos manè profectos esse, quod si ostendero, res planè confecta est. Ostendam autem facillimè. Nam angelus media nocte percussit primogenitos AEgyptiorum, vt est in Exodi. 12: Factum est autem in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum in terra AEgypti à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. &c. Hoc vbi senserunt AEgyptij vehementer perterriti surrexerunt, & nocte eadem quanta maxima festinatione potuerunt, Hebræos è suis finibus eiecerunt. Quod ita perspicuè docet sacra Historia, vt nemo dubitare posse videatur. Surrexitq; Pharao nocte, & omnes

omnes serui eius, cunctaq; AEgyptus. &c. Vocatisque Pharao Moyse & Aharon nocte, ait: Surgite, & egredimini à populo meo vos, & filij Israel: ite, immolate Domino sicut dicitis. Vrgebãtque AEgyptij populum de terra exire velociter dicentes, Omnes moriemur. Quod est in Hebræo vehementius, hoc enim sonat: Et præualescebat AEgyptus super populum ad festinandum dimittere illos de terra, dicebãt enim, Omnes nos morimur. Et. lxx. pro eo quod vertit Hieronymus Vrgebant, posuerunt κατεβιάζοντο, id est, cogebant.

16 †Hæc tanta festinatio vrgentium, & mortem imminentem vehementer timentium nisi illi discederent, quam morã, quamuis breuem, ferret? Certè tam vehemens, tamque præceps fuit, vt post eorum profectionem de Rameſſe in Soccoth, legamus: Coxerunt

18 que farinam, quam dudum de AEgypto conspersam tulerant, & fecerunt subcinericios panes azymos: neque enim poterat fermentari cogentibus exire AEgyptijs, & nullam facere sinẽ tibus moram, nec pulmenti quicquam occurrerat præparare. Quare omnino manè exierunt, vt rectè animaduertit Abulensis in cap. 23. Leuit. quæst. 6. Idẽ que quæst. 1. in caput. 16. Deuter. affirmat iussisse Mosem vt nihil in manè sequens relinqueretur, ne putarent se eo tempore mansuros, sed scirent cũ magna festinatione se fore exituros. Si autem manè illo profecti non essent, sed totum diẽ in AEgypto mansissent, profectò & panem fermentare, & pulmenta præparare potuissent. Ita vt dico veteres intellexerunt. Hieronymus in illud Hoseæ. 3. Dies multos expectabis, ait: Quintadecima die illucescente mẽsis Nisan percussa sunt AEgyptiorum primogenita, & Israelis de

17 AEgypto eductus est populus. † Et Beda in libro de Temporum ratione, capite. 61: Vna quippe dies Paschæ, id est, transitus est, quartadecima videlicet primi mẽsis, in qua vesperascẽte agnus immolari iussus est, & mox sequẽti nocte transiuit Dñs AEgyptiorum primogenita percutiẽs, & signatas agni sanguine domos filiorum Israel liberans. Sequẽtes verò dies septem, id est, à decimoquinto vsq; ad vigesimum primũ mẽsis eiusdem, Azymorum propriè vocantur. Iosephus quoque lib. 2. Antiq. c. 5. haud obscurè idẽ sensit, idẽ enim dicit quod ex Exodo retulimus. Nam pestis, inquit, illa nocte absumpsit primogenita AEgyptiorũ, vt agminatim ad regiam concurreretur à proximis voci ferantibus non amplius detinẽdos Hebræos. Tunc rex accito Mose mandat vt abeant, ratus ob eorum exitum regionem cessantibus calamitatibus esse sublenandam. Donis etiam Hebræos honorabant, alij quò celerius discederẽt, alij propter vicinitatis consuetudinẽ. Atq; hoc pacto exirunt est flentibus AEgyptijs, & pœnitẽtibus ob præteritã malã tractationẽ. &c. Quo tempore exierint ex præcedẽtibus relinquit intelligẽdum, nocte videlicet illa, de qua loquebatur, nec enim alterius tẽporis meminerat. † Sed cũ his quæ diximus, pugnare quædam videtur & in Scriptura, & in probatis historicis. Primũ in Exodo legimus Mosem edixisse senioribus filiorum Israel: Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque manè. Transibit enim Dominus percutiens AEgyptum. &c. Non ergo ante diem egredi potuerunt. Rursum constat eos nocte egressos esse ex AEgypto. Exod. 12: Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de terra AEgypti. Et Deuterono. 16: Quia in isto mense eduxit vos Deus de AEgypto nocte. Et postea: Immolabis Phase vespere ad Solis occasum, quando egressus es de AEgypto. Quod ad primum locum attinet, eamdem quæstionem proponit, ac soluit Augustinus libro. 2. de Trinitate, & operibus eius, cap. 18. his verbis: Si nocte vocatis Moyse, & Aharon hæc dixit, quomodo illud quod supradictum est: Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque manè, iuxta literam stabit? Sed fuerit hoc illis manè, quod vocati exire compulsi sunt translata iam media nocte, & aspirante præ- *Exod. 12.*

19 sentis lætitiæ luce. &c. † Et Caetanus in illud: Vrgebantq; AEgyptij, &c. ait: Hinc & ex subiunctis in hoc eodẽ capite apparet quod non obstante mãdato Moysi vt nullus egrederetur domũ vsq; manè, vrgẽtibus AEgyptijs cœperũt eadẽ nocte versus diẽ egredi. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Audierat Moyses nocte illa percutiendos esse primogenitos AEgyptiorum, sed morâ percussionis nesciebat, ideò manè expectari tunc quidem voluit. Sed postquam vocatus est à Pharaone, & stragem primogenitorum iam factâ cognouit, egredi ex domibus omnes permisit, & vrgentibus AEgyptijs valdè manè, cum adhuc tenebræ essent, profectus ex AEgypto est cum suis. Quapropter cum dicitur: Nox ista est obseruabilis Dñi, quando eduxit eos de terra AEgypti, cōfirmatur his verbis sententia nostra, atque adeò omnium scriptorum, non impugnatur. De nocte enim loquitur, qua primogeniti occisi sunt, & ea populus eductus est de terra AEgypti, ante lucem videlicet sequentis diei. Nam totum tenebrarum tempus, לַיְלָה, id est, nox, Hebræis dicitur. Genes.1. Et diuisit lucem à tenebris. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem. Ex quo & illud Deuteronomij explicatur: Quia in isto mense eduxit vos Deus de AEgypto nocte. † Quodq; ex eodem Deuteronomij capite attulimus: Immolabis Phase vespere ad Solis occasum, quādo egressus es de AEgypto, Hieronymus Olea strius ità interpretatur, eos non ad Solis occasum profectos esse ex AEgypto, sed post mediam noctem, ante lucem, ideoque his verbis non horam noctis indicari, sed tempus, id est, nocte nondum finita exisse. Quod rectè dictum est, iubet enim Phase immolari in Solis occasu, verùm non eo tempore quo egressi sunt ex AEgypto, id est, ita vt non differatur vltra noctem illam, quà egressi sunt ex AEgypto, id est, ita vt non differatur vltra noctem illam, quà egressi sunt, quæ incipiebat occidente Sole decimiquarti diei. Pro Quando, in Hebræo est Tempore exitus tui, & apud.lxx: Tēpore quo egressus es. &c.

Regula. Solet autem tempus ita poni, vt non certam horam significet, sed moram quandam temporis longiorē, vt 2. Regum. 11: Factum est autem vertente anno, eo tēpore quo solent reges ad bella procedere. Gen. 17. † Pactū verò meū statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tēpore isto in anno altero. Num eode ipso die, quo hæc dicta sunt, necesse fuit parere Saram? Ita dicitur tēpus messis, tempus cōceptus ouium, tēpus fructuū, & id genus multa.

In historicis Iosephus nobis aduersari videtur, qui lib. 2. Antiq. cap. 5. ait: Illucescēte verò quarta decima omnes ad exitum animati sacrificabant, & sanguine domos lustrabant. &c. Initio ergo diei decimiquarti, id est, priori vespera, non posteriori, vt nos diximus, agnum immolarunt Hebræi. Primùm de Iosephi sententia ambigēdum non est, qui lib. 3. Antiq. cap. 10. sequētem lucem à vespera immolationis agni decimum quintum diem esse; nihilque ex agno in eam relinqui licere dixit, quod falsum esset, nisi posteriori vespera agnus mactaretur. Cumque de prima agni immolatione scripserit ibi hoc ipso loco, quē nobis obijcimus: Et peracta cœna reliquias carnium exusserūt tamquam exituri; quod perinde est ac si diceret: Non seruauerunt eas in lucem sequentē, ante quam exituri erant, & quam postea decimumquintum diem esse scripsit, quis non videat eum palam dicere posteriori vespera mactatū esse Pascha? † Cur ergo dixit illucescēte quartadecima omnes sacrificasse? Nego hoc Iosephum dixisse, sed eius interpres vitiosè vertit. Non enim dixit, Ἐπιφώσκει, quod præsentis temporis est, sed ἐφαυσε, quod præteriti significationē habet, & quidem nonnumquam plusquam perfecti. lib. 17. Iliados.

---------- ἃ θεοὶ πάροιθε ---
πατρὶ φίλῳ πόρον, ὁ δ' ἄρα ᾧ παιδὶ ὄπασσε.

Hoc est. ------ *Quæ dij cœlestes*
Patri caro dederant, hic autem filio suo dederat.

Vertendum igitur erat. Postquam adfuit dies decimus quartus, omnes sacrificabant, tempore scilicet quod illis præscriptum fuerat, id est, posteriori vespera. Vt si conuiuium fuisset in die quartum decimum promissum, & parati, rectè diceremus: Postquam dies decimusquartus illuxit, ad conuiuium omnes sederunt, & epulati sunt: non scilicet manè, sed paulò ante meridiem hora solita. Sed hoc in quarto argumento plenius explicabimus. Zonaras fortasse quempiam moueat, qui in primo sui Chronici tomo scripsisse dicitur: Egressi sunt mense

mense Xanthico die decimo quinto, Oriente Luna. Quod si Oriente Luna profecti sunt ex AEgypto, in ipso Solis occasu exierunt, in plenilunio enim cū Sol occidit, oritur Luna. At id Zonaras se dixisse etiam negabit, non enim id scripsit, sed: Ἐξῆλθον δὲ μηνὸς ξανθικοῦ ἐκκαιδεκάτῃ καὶ πεντεκαιδεκάτῃ σελήνῃ, hoc est, Exierunt autem mensis Xanthici quintadecima secundum Lunam. Quod ille ex Iosepho, vt reliqua ferè de Iudæis, desumpsit, qui libro. 3. Antiquit. cap. 10. Pascha celebrari dicit mense Xanthico, quem Hebræi vocant Nisan, quartodecimo die κατὰ σελήνην, id est, secūdum Lunam, vt scilicet quartum decimum intelligamus non secundum Solis cursum, vt nos numeramus, sed secundum numerationem cursus Lunæ; ideoque interpres vertit Decima quarta Luna. Quod vel ex eo intelligi satis potest, quod Diogenes Laertius scripsit lib. 1. in Solone. ἤγαγε δὲ Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν. Quod eleganter vertit interpres in hunc modum: Athenienses verò vt dies secundū
24 Lunæ cursum agerēt monuit. † Quod si quis interpretetur Secundum Lunā, lucente Luna, aut per Lunam: & nos dicemus eos per Lunam profectos esse, id est, ante lucem, in plenilunio enim Luna vsque ad Solis ortum lucet. Sed quod ante diximus verum est. Et quidem Iosephus, cum idin alijs festis diebus nō adnotasset, cum ad eum venit, qui primus omnium est, & initio anni celebratur, meritò addidit Secundum Lunam, vt inde omnes dies quomodo accipiēdi essent, semel intelligeretur. Expositis Scripturæ, & historicorū verbis, atque autoritate tacente, ratio ipsa vrget semper, & reclamat. Qui fieri potuit, vt tot hominum millia in terra Gessen dispersa nocte illa conuenirent in Rameses vrbem, vnde profecta fuisse constat ex Numeror. 33? Quomodo vasa aurea, & argentea tam citò acceperunt ab AEgyptijs? Vt celerrimè hæc fierent, vno saltem die opus fuit. Ad hæc Iosephus respondet libro. 2. Antiquit. cap. 5. de Mose loquens: Illeverò instructos priùs ad profectionem & per sodalitia distributos in vno loco continebat. Postquam verò adfuit quartus decimus dies, omnes ad eximum animati sacrificabant. † Ante decimum quartum ergo diem omnes erant in eodem loco vnde profecti sunt, id est, in Rameses, & quidem per sodalitia distributi. Quare rectè omnes exire potuerunt. Vasa autem aurea, & argentea aut ante diem decimum quartum petierant, vt Augustinus quæstione. 45. in Exodum, & Abulensis existimant, aut certè tam profecturi petierunt AEgyptijs mortis terrore turbatis facile concedentibus. De quo in eodem loco Iosephus: Tunc rex accitò Mose mandat vt abeant, ratus ob eorum exitium regionem cessantibus calamitatibus esse subleuandam. Donis etiam Hebræos honorabant, alij quo celeriùs discederent, alij propter vicinitatis consuetudinem.

Tertium argumentum. Dominus eodem die agnum immolauit, quo omnes Iudæi secundùm legem immolabant, quod ex tribus prioribus Euangelistis ita perspicuum est, vt confirmari non debeat. At qui Christus decimoquinto die mensis, qui continuò immolationem agni fuit consecutus, primoque die sollennitatis Azymorum in crucem sublatus est: posteriori ergo vespera diei decimi quarti agnum occidit, & co-
26 medit. † Quod assumpsi decimo quinto die mensis primi sublatum esse in crucem, si confirmauero, tota ad exitum perducta, & profligata quæstio est. At hoc tam facilè confirmatu est, vt non solum penè veterum omnium patrum, ac recentiorum Scripturæ enarratorum, sed Scholasticorum quoque Theologorum in hoc sententiæ, ac verba conueniant. Atque ita multi illorum de die, quo Christus agnum occidit, & de eo quo ipse occisus est, loquuntur, vt simul de communi legis immolatione loquantur, & omnia quæ hactenus diximus, confirment. Ambrosius libro 10. Epistolarum, epistola. 83. Et celebrauit Pascha hebdomadæ, in qua fuit quarta decima Luna quinta feria. Denique ipsa die Paschæ cum discipulis manducauit. Sequenti autem die, hoc est, sexta feria, crucifixus est, Luna quintadecima. Chrysostomus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hom.28.in Matth. primum diem Azymorum dicit esse vesperã quintę Sabbati, quę erat ante primum diem Azymorum, consueuerunt enim (inquit) semper dies à vespere numerare, & eius mõtionem facere in vespere, quo Pascha erat immolandum. &c. Si ergò dies sequũs, quo Christus est occisus, fuit primus dies Azymorum, decimo quinto
27 die occisus est. † Idem apertiùs docet bis Hychius in cap.23. Leuitici. Beda in libro de Temporum ratione, cap. 45: Nam quod Dominus decima quinta Luna feria sexta crucem ascenderit, & vna Sabbatorum, id est, die Dominica, surrexerit à mortuis, nulli licet dubitare Catholico, ne legi, quæ per agnum Paschalem decimaquarta die primi mẽsis ad vesperam immolari præcipit, pariter & Euangelio, quod Dominum eadem vespera tentum à Iudæis, & manè sexta feria crucifixum, ac sepultum prima Sabbati resurrexisse perhibet, videatur incredulus. Idem apertissimè docuit in cap.26. Matthæi, in cap.14. Marci, in cap.22. Lucæ, Innocentius. III. libro.4. de Sacro altaris mysterio cap.4. Anselmus in cap.26. Matthæi, Sanctus Thomas, in 4. distinctione, 11. quęstione.2. art.2. quæst.3. 183. part. quæst. 46. artic.9. libro. 4. Contra Gent. cap. 26. & in primo opusculo, quod est contra errores Græcorum propè finem, & in Euangelium Iohannis cap. 13, Abulensis in.2. parte Defensorij, ca.7. &.8. & in li.2. Paral. cap.2. quæst. 16. & alij quam plurimi. Nec mirũ est hoc Christianos sensisse doctores, quandoquidẽ & Iudæorum traditio fuit, quam refert Augustinus Eugubinus in Annotationibus cap.12. Exodi, decima quinta die mensis Nisan redimendum fore Israel
28 in diebus Messiæ. † At quis credat, inquies, Christum in crucem actum fuisse primo die Azymorum, qui celeberrimus erat, & quo nec iudicia fieri poterant, nec supplicio quemquam afficere, nec sepelire licebat? Immo quis nõ credat, cùm id plurimi, grauissimique scriptores tradiderint, quos iam nominaui, & Chrysostomus in altero præterea loco, hoc est, Hom.86. in Matth? Idem Apostolos docuisse tradidit Epiphani⁹ lib.3. Cõtra hæreses, Hæresi.79. Dicunt enim, unquit, idem Apostoli:

Quando illi (Iudæi) conuiuantur, vos ieiunantes pro ipsis lugete, quoniam in die festiuitatis Christum crucifixerũt, &c. Sententiam mortis non Iudæi tulerunt, sed Pilatus, & milites Romani eum flagellauerunt, atque in crucem egerunt, quos religio diei festi nõ mouebat. Sed neque Iudæos ipsos mouebat, qui hoc se maximè religiosos putabant, quod hominem, vt ipsi iactabant, blasphemum, & læsæ Diuinæ maiestatis reum accusarent, mortemque illi
29 omni ratione accelerarent. † Etenim Sabbato filij Israel inuenerunt hominẽ colligentem ligna, & eo die quo nec cibos parare fas erat, apprehensum adduxerunt ad Moysem, & Aharon, & vniuersam multitudinem, & reclusserunt eum in carcerem lapidibusq; extra castra obruerunt, vt est in cap.15. Numerorum. Sepelire autem eodem die necesse erat, quoniam Deut.21. præcipit Dominus: Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed eãdem die sepelietur. Atque hoc magis tunc faciendum erat, quod Sabbatum urgebat, quod magnus dies dicitur à Iohanne, quia Sabbatum erat, & dies secundus Azymorum. Nec verò huic sententiæ quisquam aduersum putare debet, quod de die passionis Christi scripsit Iohannes cap. 19: Erat autem Parasceue Paschę hora quasi sexta, vt propterea id factũ neget ipso die festo Paschę, id est, primo Azymorum, quoniam Parasceue diem festum præcedit. Non enim est Parasceue aut Azymorum, aut alterius vllius sollennitatis, nisi Sabbati; quia ceteris diebus festis cibos parare licebat, atque adeò ipso primo die Azymorum, vt diserte
30 Moyses docuit Exo.12. † Solo Sabbato id non licebat, sed sexta feria præcedenti parandi erant, quæ propterea Græcè dicta est Parasceue, id est, præparatio. Quamobrem non is sensus est, quem verba primo aspectu præferũt; Erat dies qui antecedit primum Azymorum, sed perinde est ac si diceret, Erat sexta feria, quam cõtinuò Sabbatũ consequebatur, eademq; erat dies Paschæ, id est, primus dies Azymorũ, de quo Iohãnes dixit ca.13: Ante diẽ festũ Paschæ. &c.

Quod

Quodverò Iudęi dicunt, primum diem Azymorum non posse incidere in sextam feriam, meræ nugæ sunt, aduersus quas in cap.13. Iohannis latiùs disputabimus, si Dominus voluerit, & optimè disputatum est ab eruditissimo viro P. Francisco Toleto Societatis nostræ, in commentarijs eiusdem, cap.13.

Dies Paschæ an esset festus.

Quartum argumentum, quod caput est, & omnia continet, in extremum differimus, quoniam vt eius vis intelligeretur, nonnulla fuerunt ante explicanda, & tam illustre, tamque validum est, vt si in fronte collocaretur, frustra cetera afferri viderentur. Id est huiusmodi. Dies Paschæ non erat dies festus, vt dies Azymorum, vt à vespera vsque ad vesperam celebraretur, sed eius tãtum finis, hoc est vespera, quã in hac disputatione posteriorem sæpe appellauimus*, quia agno immolando dicatus erat, &
31 Pascha vocabatur. † Extra controuersiã igitur esse debet agnum sub finem decimiquarti diei immolari debuisse, ac sequentem continuò auroram decimiquinti, id est, primi diei Azymorum fuisse. Nouum hoc multis videbitur, sed ego verus esse ostendam. Principiò hoc docet Innocentius. III. libr.4. de Sacro altaris mysterio, cap.4. his verbis: Dies autem festus Paschalis erat quintadecima Luna, secundum illud: Et in quinta decima die sollennitatem celebrabitis altissimo Domino. Nam quartadecima non erat sollennis, nisi tantum à vespera. Ante diem festum hunc Dominus Pascha cum Apostolis celebrauit. &c. Satis hic, & in toto capite indicat de vespera, quam dies passionis secutus est, loqui se. Hoc idem sensit Abulensis quæstio.11. in caput.9. Numerorum, sed latiùs, & apertiùs in secunda parte Defensorij, cap.8. Cuius etiam libenter verba subscribam. Nunc autem sciendum est, quod dies quartusdecimus mensis, quamquam esset Pascha, tamen non erat dies fest⁹, quia non vacabatur à laboribus, sed licebat illa die opera seruilia, sicut cæteris diebus: & nihil aliud erat quod specialiter pertineret ad istum diẽ, nisi quod immolabatur agnus ante Solis occa-
32 sum, & comedebatur. † Festum autem Azymorum, quod incipiebat die sequenti, & durabat septem diebus, habebat duos dies sollennes, in quibus cessabatur ab omni opere seruili. Exod.12. Ideo dies quartus decimus poterat vocari Pascha propter agnum Paschalem, sed non poterat propriè vocari festum. Dies autem quintus decimus poterat vocari dies Azymorum, & etiam dies festus propter celebritatem eius. Hæc Abulensis. Sed nos potiùs hoc autoritate Scripturæ confirmemus. Innocentius, & Abulensis proferunt illud Iohan. 13: Ante diem festum Paschæ. &c. quo in loco vespera decimiquarti diei, qua agnus cædebatur, intelligitur cum dicitur, Ante diem festum Paschæ, ipsa enim Pascha vocabatur, non dies festus Paschæ: at primus dies Azymorum, quia festus erat, iure dictus est
33 dies festus Paschæ. † Quod si Scripturæ verba obseruemus, inuenietur diem Azymorum sollennem, & festum, & sollennitatem vocari, diem verò decimum quartum sollennem non dici, nec festum, nec sollennitatem, quoniam simpliciter non erat sollennis, sed secundum extremam partem. Leuit.23: Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est, & quinta decima die mensis huius sollennitas Azymorum Domini est, quod paulò post explicabimus. Eodem modo loquitur cap.9. &.28. Numerorum, & Deut.16. & alibi sæpe. Quod enim Exodi.12. scriptũ est: Habebitis autem hunc diem in monimentum, & celebrabitis eum sollennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno: aut de die Azymorum dictum est, aut certè de Pascha cum illo cõiuncto, quasi vnus dies, aut vna sollennitas sit. Hoc sequentia verba declarant: Septem diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermẽtum. Cum enim azyma ab ipsa vespera Paschæ incipiant, & continuò dies sequantur Azymorum, quasi pro eadem sollennitate numerantur. Apud lxx, hoc manifestiùs est, qui vertunt: Et erit dies hæc vobis in memoriale, & celebrabitis eam festum Domino in generationes vestras, legitimum sempiternum, celebrate eam septem dies.

Universidad de Deusto
Biblioteca

34 † Hoc etiã videbimus in ijsdem locis, nunquam Hebræis præcipi vt in eo ab opere seruili ferientur, vt in primo, atque vltimo die Azymorũ, & in alijs. Cui obseruationi si alteram adiungas, quam tradidit Iosephus lib. 3. Antiquit. cap. 10. his verbis: Nullum autem festũ ducitur absque holocausto matis, & laborũ vacatione, sed in omnibus omnino hæc duo lex obseruari iubet, perspicuum fiet diem hunc non fuisse festũ. Quod facilè intelligitur ex Mar. 14: Et primo die Azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi vt manduces Pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans. &c. Si enim dies festus esset, nec Apostoli parare possent, nec homo ille lagenam aquæ ferret in ciuitatem.

Obseruandum etiam in alijs diebus festis mentionem vesperæ non fieri, nisi in Pascha, quoniam totus dies profestus erat, eius tantum extremum sacrũ erat, quum tũc agnus immolabatur. Quare Pascha non duas vesperas habebat, vt festi dies, sed eam quæ diem decimũ
35 quartum claudebat. † Si dicas, nõ fuisse necesse vesperæ meminisse in illis, quoniam de omnibus dictum erat Leuit. 23: A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra: quæro cur ibi eodem capite in Pascha mentio vesperæ fiat? Merito, inquies, fit, vt tempus immolationis agni indicetur. Recte sanè. Sed addo ideo etiam factum esse, quia præter illud tempus immolationis, nihil habebat amplius quam ceteri dies. Vt in eo quod ante retulimus ex Leuit. 23: Hæ sunt ergò feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum Phase Domini est, ac si diceret, Tempus celebritatis, & sanctitatis est sola vespera. Quo-
37 niam igitur decimusquartus dies, quod ad sollennitatem attinet, non incipiebat, nisi posteriori illa vespera, etiamsi Iosephus dixisset illucescente decimoquarto die Hebræos sacrificasse, ita est interpretandum, illucescente quantum ad sollennitatem Paschæ spectat, tunc enim incipiebat sollennitas, de qua ipse loquebatur, sicut & Lucas dixit: Et Sabbatum illucescebat, cum siniebatur vespera Parasceues.

DE LOCO.

36 LOcus, in quo immolãdus erat agn⁹, erat Ierusalẽ Deu. 16: *Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi, sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.* Ideò in hac sollennitate iubebat lex omnes venire in Ierusalem, vt est in eodem capite: & postquam Ierusalem euersa est, nullibi agnum vnquam immolant. *Vers. 5.*

De ritu immolandi.

NVnc de ritu immolandi, & comedendi agni dicendum est. De hoc legimus Exodi. 12: *Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias, & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerum animarũ, quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. Et seruabitis eum vsque ad quartam decimam diem mensis huius, immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* Quod iubet agnum decimo die tolli, vt decimoquarto immoletur, illius tantum temporis præceptum fuit, quo Iudæi exituri erant ex AEgypto, non vt postea fieret, vt docet Abulensis in cap. 12. Exod. quæstione. 4. quoniam cum sæpe de immolatione agni verba fiant in lege, nusquam hoc præcipitur, vt Deute. 16. & alijs in locis, nusquam hoc in alia immolatione factum legimus in Scripturis. † Tunc autem fieri oportuit, quia cum Hebræi petituri essent vasa aurea, & argentea ab AEgyptijs, & paraturi quæ erant ad tam longum iter necessaria, & tanta cum festinatione exituri, non possent agnos habere cum facienda erat immolatio, præsertim cum tam multi essent quærendi, & quidem anniculi, & sine macula. *Vers. 3.*

Et cum dicit: *Tollat vnusquisque, de-*

dominis

dominis mediocrium familiarum loquitur, pauperiores enim ditioribus adiungebantur, sicut ait: *Assumet vicinum suũ, qui coniunctus est domui suæ. &c.* Si autem domus erat magna, cui agnus vnus sufficere non posse videretur, non debebat tollere duos agnos, vt rectè ait Abulensis in cap. 12. Exo. quæstione. 5: quoniam lex ait: Tollat vnusquisque agnũ per familias, & domos suas. Atq; ideò paruas familias maioribus adiungi voluit, idque lex præcepit: de maioribus autem nihil dixit, quia idem de illis, atque de mediocribus intelligi voluit. Nec refert (quod obijci poterat) non posse agnum tot hominibus sufficere, neque enim ad satietatem comedere oportebat, sed satis erat parum ex illo sumere, cum postea cœnare solerent, vt factum videmus Ioh. 13. Si autem quis agnum habere non poterat, licebat pro eo hœdum accipere, modo, & masculus esset, & sine macula, atque anniculus. Propterea dixit: *Iuxta quem ritum accipietis & hœdum.* Nec licebat vllũ aliud animal immolari pro agno, vt in eadem quæstione docuit Abulen-
38 sis. † Quare quod Deut. 16. Scriptum est: Immolabisq; phase Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus, non de phase proprie dicto intelligendum est, sed de hostijs pacificis, quas in diebus Azymorum quotidie immolabant, vt est in cap. 28: Numerorum. Ita etiam Abulẽsis in iam citata quæstione, & Lyranus in cap. 16. Deut. Etenim vt agnus, ita etiam ceteræ victimæ illius sollennitatis appellabantur Phase. Ex quo locus perdifficilis intelligitur Iohan. 18: Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha, id est, Victimas illas Azymorum, quas, nisi mundi, edere nõ poterant; nam agnum superiori nocte mãducauerant. Cur autem agnus, aut hœdus immolarentur potius quam alia animalia, dicemus in mystica huius immolationis significatione. Et quod dicitur de postibus, & superliminaribus sanguine tingendis, tunc faciendum fuit, non postea, vt rectè ait Abulensis quæstione. 10. in idem caput, atq; ideò nec postea præcipitur vt fiat, nec factũ vnquam legimus.

De Ritu comedendi.

39 RItus comedendi hic erat. † Soli Hebræi edere ex eo poterant; alienigenæ autem non poterant, nisi prius circumciderentur. Exo. 12. *Hæc est religio Phase. Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet. Aduena, & mercenarius non edent ex eo.* Mercenarium autem intelligit alienigenam, qui mercedis, & lucri causa assiduè inter Hebræos versabatur. Et paulò post: Quod si quis peregrinorũ in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terræ. Reliqua similiter ex eodem 12. capite colligamus. *Vers. 43.*

In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius cõfringetis. Hoc est, Agnus, qui in vna domo comeditur, totus in ea comedetur, nec licebat aliquam eius particulam ex illa domo efferre. *Vers. 46.*

Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Carnes assæ comedebantur, quia citiùs ita parabantur ad cibum, quam si coquerẽtur, & plus nutriebant: vtrumque autem festinantibus, & iter facturis conueniebat. Sed horum omnium causis plenius postea in mystica significatione reddemus. † Panes azymi comedebãtur tam decimoquarto die cũ agnus comedebatur, quam septem diebus sequentibus, qui vocabantur Azymorũ. 40 causa fuit recordatio eius, quod Exo. 12. scriptum est: Coxerantque farinam, quam dudum de AEgypto conspersam tulerant, & fecerunt subcinericios panes azymos: neque enim potestas fermentari cogentibus exire AEgyptijs, & nullam facere sinentibus moram. Et Deut. 16: Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniã in pauore egressus es de AEgypto, vt memineris diei egressionis tuæ de AEgypto omnibus diebus vitæ tuæ. Hinc intelligimus xp vera octo fuisse dies Azymorum, vt aperte docet Iosephus lib. 2. Antiq. cap. 7. septem vtiq. *Vers. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cet, qui pertinent ad sollennitatem Azymorum, quæ incipiebat decimoquinto die vsque ad diem vigesimum primum, & diem ipsum Paschæ, qui erat decimus quartus, non enim agnus comedi poterat nisi cum pane azymo. Quare rectè etiam dies Paschæ dicitur primus dies Azymorum Matth. 26. & Marc. 14. qui ait: Et primo die Azymorum quando Pascha immolabant. &c.

41 Lactuca agrestis. † Et Lucas cap. 22: Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha. Lactuca agrestis amaro gustu 43 est, vt ait Dioscorides libro. 2. cap. 130. quam Ruellius eam esse restatur, quæ vulgò in officinis dicitur Endiuia. Cur ea adhiberetur docet Abulensis quæstione. 11. in idem caput his verbis: Fiebat autem hoc ad signandam amaritudinem, de qua tunc exierant: ille enim erat finis principalis, vt recognita miseria, quam ibi sublimuerant, & Diuina liberatione mirabili assurgerent in magnas laudes eius. &c.

An agnus comedere-tur cum lactucis agrestibus. Verũ vbi nos habemus: Cũ lactucis agrestibus, in Hebræo est עַל מְרֹרִים, id est, cum amaritudinibus, vt recentiores interpretantur, putantque non lactucas agrestes, sed herbam quamlibet amaram intelligi. Lyranus: In Hebræo habetur, Cum amaritudinibus. Et per hoc intelliguntur herbæ amaræ indifferenter, nec plus fuit præceptum de lactucis, quam de alijs herbis, vt dicunt 42 Hebræi. † Hoc fortasse ab aliquo indocto Hebræo accepit Lyranus, si enim lex tantum diceret, Cum amaritudinibus, similiter quiduis aliud amarũ, etiã si herba non esset, accipi poterat. Nec verò æquum videbatur, vt cum cetera omnia minutissimè præscribat, hac tantum in re suum Iudæis arbitrium relinqueret, vt vel quiduis aliud, vel hanc, aut illam herbam adhiberent, sed eum dem ab omnibus ritum obseruari oportuit. Scio quidem hoc nomine Amaritudines etiam significari, vt Thren. 3: Repleuit me amaritudinibus: sed hoc contendo, communo vocabulum vsu Hebræorum ad herbam quãdam amaram accommodatum esse, id est, ad lactucam syluestrem, & ita Mosem accepisse, ne quius pro arbitrio in re tanta hanc vel illam acciperet. Hoc nos docent. lxx. qui nequaquam verterũt, Cũ amaritudinibus, sensum scilicet Mosis plenius assecuti quam recentiores, sed ἐπὶ πικρίδων: πικρίδα autem Theodorus Gaza, vir Græcæ linguæ, id est suæ, peritissimus, lactucam agrestem interpretatus est in Aristotele, libro. 9. de Historia animalium, cap. 6. Eodem modo verterunt Numer. 9. vbi nos etiã habemus: Cum azymis, & lactucis agrestibus comedent illud.

Deinde ait: *Non comedetis ex eo crudũ* *Vers. 9.*
quid, nec coctũ aqua, sed assum tantum igni.
† Quod videtur pugnare cũ eo, quod dictum est Deut. 16: Immolabis Phasc vespere ad Solis occasum, quãdo egressus es de AEgypto, & coques, & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. Hæc Abulensis quæstio. 12. in cap. 12. Exodi conciliat in hunc modum, verbum Hebraicum significare Assare, & Coquere, nec posse ambiguitatem tolli nisi ex adiuncto: ac propterea tam in nostra translatione, quam in Hebræo, non dici vt nihil coctum comedatur, sed vt nihil coctum aqua, ambiguitas enim vocabuli causa fuit, vt adderetur Aqua, quasi aliter rectè intelligi non posset vtrum assum diceret, an coctum. Eius sententia vera est, בָּשַׁל, enim significat id facere, quo cibus aptus fit vt edatur, siue assatio sit, siuè decoctio, siue maturitas in fructibus. Confirmat hoc nostra translatio. 2. Paral. 35: Et assauerunt phasc super ignẽ, sicut in lege scriptum est. Similiter verterunt. lxx. cum sit in Hebræo, hoc ipsum verbum, quod coquere, & assare significat. Sequitur:

Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis. In Hebræo non est, Vorabitis, nec apud. lxx. sed ab Hieronymo perspicuitatis causa additum est. † Pendet igitur ex præcedentibus: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua, 44 sed assum tantum igni, caput cum pedibus eius, & intestinis, id est. Ne pedes abscindatis, aut caput, vt fieri solet, aut aliquam eorum partem proijciatis, aut aliter hęc ad escam paretis, sed similiter assa igne comedite. Intestina autẽ educebantur, & abluta ipsi agno imponebantur, vt simul torrerentur, & cum reliquo corpore comederentur. De reliquijs verò continuò ait: *Nec remanebit ex eo quidquam vsque manè. Si quid vt* *Vers. 10.*
fiduum

fiduum fuerit, igne comburetis. Hoc etiam in quibusdam sacrificijs fiebat, Leu. 7. Cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque manè. Est autem sensus: Ossa, & neruos, & carnem illis inhærentem continuò igne consumite, nec reseruentur in diem sequentem. Si verò casu aliquo in diem sequentem reseruata fuerint, sine mora comburantur. Hoc ex Hebræo manifestum est, in quo habetur: Si quid verò residuum fuerit vsque manè, igne comburetis. Similiter verterunt. lxx. & Chaldæus.

45 *Vers. 11.* † *Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes, est enim Phasc, id est, transitus Domini.* Hæc omnia festinationem indicant, quoniam profecturi tũc erant ex AEgypto, & in memoriam huius festinationis omnia eodem modo fiebant. Renes accingunt qui properare volunt, ne laxis, & dimissis vestibus gressus impediantur. 4. Reg. 4: Accinge lumbos tuos, & tolle baculũ meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. Calceamenta in pedibus haberi iubentur, quoniam in cœnis sine calceamentis discumbebant, ne tororum stragula polluerentur. Ita Maria Magdalena lacrymis lauit pedes Domini, quos scilicet ad cœnam nudauerat more Hebræorum, & aliarum gentium. Baculi etiam sunt iter facientiũ. *Luc. 7.*

Agnũ non comedebãt ilantes. Vnde autem nonnulli dixerint illos stantes comedere agnum solitos esse, nescio. Dixit id quidem (vt apparet) Philo in libello de Sacrificijs Habelis, & Caini, in medio ferè: sed si id verè sensit, næ ille errauit, namneque ex Hebræo, neque ex Græco id colligi potest, & Iohannes cap. 13. cum ex multorum consensu de cœna agni locutus fuerit, inquit: Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Et postea: Cum recubuisset iterum, dixit eis. &c. In eo verò quod ait: Est enim Phasc Domini, causam primam huius festinationis indicat, quæ fuit imitatio velocitatis angeli percutientis AEgyptios, & transeuntis Hebræos. Altera causa fuit festinatio, qua paulò post profecturi erant ex AEgypto.

DE MYSTICA PAschæ significatione.

CAP. IIII.

1 AGNVM in Pascha immolatum expressam Iesu Christi Domini nostri figuram fuisse nemo est qui nescrat, eum dicat Iohannes: Ad te sum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, nõ fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Facta enim sunt hæc vt Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. &c. Et Apostolus ait: Etenim Pascha nostrum immolatus est Chri- *Ioh. 19.* *1. Cor. 5.*
stus. &c. Immolatio ergò agni Christi in cruce immolandi apertus typus fuit, per quem de captiuitate Pharaonis, id est, Diaboli, liberati sumus, & per eius sanguinem, & crucem vindictam Diuinam effugimus, & liberamur ab angelo percutiente; sanguis enim agni, quo postes, & superliminaria tingebãtur in modum crucis, crucem & sanguinem in ea fusum indicat. Hesychius in cap. 23. Leu: Primum mensem tempus Dominicæ passionis rectè dicimus, in quo conueniunt maximè & hæc ad Moysem verba à Deo dicta: Mẽsis hic *Exod. 12.*
vobis principium mẽsium, primus erit vobis in mensibus anni. Initium enim & ingressus nouæ vitæ, & nunc à nobis inchoatæ cõuersationis est. &c. Vespere immolatur agnus, quia diu expectatus tandem in consummatione sæculorum, quæ Deus. Saluti hominum *Hebr. 9.*
2 præfinierat oblatus est. † Hinc videmus multos à Domino sanatos esse vespere, id est, post Solis occasum, qua hora agnus immolabatur, & qua Dominus passus expirauerat. Matth. 8: Vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit. Marc. 1: Vespere autem facto cum occidisset Sol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia habentes, &c. Quarta decima die immolabatur, quia tunc plenilunium est, & Luna recepta luminis sui plenitudine Sole iam Occidente in Oriente consurgit, quia morienteChristo Sole iustitiæ Ecclesia, quæ in Luna intelligitur, ad vitam consurgit, & luminis amissi damna reparat, & de damnationis suæ barathro sanguine illius à sordibus suis ablutæ conscendit, vt exponit Radulphus libro 12. in Leuit. cap. 1. & libro. 16. cap. 2: Agnus decimo die tollebatur, sed non nisi quartodecimo immolabatur, quia per legem præfigurata est passio Christi, tempore tamen noui testamenti, & Euangelij exhibita est. Denarius enim legem significat propter decem præcepta decalogi, qua ternarius autem pertinet ad nouam legem propter quatuor Euangelia. Ita Beda in Expositione in Exodum, cap. 11.

3 † Tota multitudo filiorum Israel eum immolat, quia omnes Iudæi coram Pilato petierũt vt crucifigeretur. Agnus Christum significat, qui in passione sua non restitit, aut repugnauit aduersarijs suis, sed quasi agnus se gessit traditus in iustis iudicibus. Isai. 53: Et quasi agnus coram tondente se obmutescet, & nõ aperiet os suum. Masculus est propter fortitudinem, nihil enim effeminatum habuit. Anniculus, quia tunc agnus valida cornua nõ habet, nec vires firmas, atque ideò citiùs capi, & faciliùs occidi potest: & Christus, quasi imbecillus esset, ac se tueri non posset, tradi voluit inimicis. Immaculatus est propter summam innocentiam. Hœdus eodem ritu tollebatur, quia in illo etiam Christus significabatur, qui cum agnus esset innocens, tamen inter iniquos reputatus est, & quasi peccator cum peccatoribus crucifixus, hœdus enim peccatorem significat. Deinde quia ipse hostia pro peccato fuit, vt in eodem loco ait Beda. Tertiò, quia peccata nostra suscepit. Inde Iacob Christum significans hœdinis pellibus se contexit Gene. 27. Vr autem agnus immolatus figura erat passionis Christi, ita idem manducatus figura est etiam eiusdem Christi, quem

4 in Eucharistia manducamus. † Soli Hebræi ex eo comedunt, quia hoc sacramentum non datur nisi fidelibus, nec passio prodest, nisi credentibus. Si quis autem ex eo edere velit, priùs circumcidatur oportet, id est, baptizetur. Et qui per peccatum à Deo alienus factus est, vt comedat, circũcidere debet cor suum, & auferre quidquid in eo erat immundum. In multis domibus comeditur, quia in multis Ecclesijs immolatur Christus, & sumitur. Non licet particulam eius extra domum, in qua immolatur, efferre, quia huius sacrificij, & sacramenti illi tantũ participes sunt, qui sunt in Ecclesia. Os non confringitur, quia crura Christo in cruce pendẽti frangenda non erant, sicut latronib⁹, vt Iohannes cap. 19. interpretatus est. Præterea quia, quamuis quod infirmum erat in Christo, (id est, carnem) passum atque iniurijs affectum fateamur, tamen quod forte erat, & carne regebatur (id est, Diuinitatem) supra omnem iniuriam passionis mansisse credimus, atque hac fide, & passionem Christi venerari, & corpus manducare debemus. Carnes eius nocte comeduntur, quia Christum ibi non videmus, sed in fidei obscuritate credẽtes quiescimus. Non comeduntur crudæ, aut coctæ

5 aqua, sed assæ igni. † Crudas carnes comedit, qui ita vt exteriùs apparet, Christum iudicat, & hominem tantum eum esse credit, quia vt homo passus est, aut in sacramento verum Deum, & hominem latere non credit. Coctas aqua comedit, qui humana ratione sublimia passionis, & Eucharistiæ mysteria consequi se posse putat: æqua enim humanã scientiam significat, vt ait Gregorius Homilia. 22. in Euang. vnde aquæ furti uæ dulciores sunt. Igne assas comedit qui considerat Diuinam erga nos caritatem (sic enim Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam) creditque Christum verum Deum, & hominem pro nobis passum esse, & se se nobis in cibum præ nimia caritate reliquisse. Cum azymis panibus comeduntur, & cum lactucis agrestibus, quia Christi passio cum magna mentis puritate cogitanda est, & cum magno animi dolore. Similiter Eucharistia cum animi puritate, & dolore de peccatis sumenda est.

Prou. 9.

Ioha. 3.

est. Beda in Expositione in Exodum, ca-

6 pite. 11: † Quod autem azymos panes cum lactucis agrestibus manducare iubentur, significat quod vitam ab omni fermento malitiæ reparatam ducentes amaritudinem compunctionis cordis semper habere debemus, quod significat lactuca. Cum enim manducantur sic sunt salsæ, & amaræ, vt producant comẽdentis lacrymas. Sic nimirum & cœlestem panem accipientes irrigare faciem debemus. &c. Caput cum pedibus, & intestinis vorari ita idem Beda explicat. In capite Diuinitatis signum, in pedibus humanitatis. Intestina secretiora, & occultiora mysteria significãt: quæ omnia debemus vorare, id est, credere. Ita etiam Gregorius in eadem Homilia. In eo autem quod dicitur: *Non remanebit ex eo quidquam vsque manè*, Gregorius, & Beda mane interpretantur diem resurrectionis omnium, siue diem iudicij: sed cum sensus verborum sit, vt iam ostẽdimus, si quid reseruatũ fuerit vsq; manè, igni cõburatur, nescio quomodo in die iudicij, quod reseruatũ fuerit, igne cõburendum sit.

7 † Proptereà ita potiùs explicarem. Si comedere in nocte agnum est comedere, & accipere in obscuritate fidei, ille vsque ad mane aliquid reseruabit, qui passionis, & sacræ Eucharistiæ mysteria aperta rationis naturalis luce cognoscere, & comprehendere cogitat. At postquam id frustra tẽtauerit, videritq; humanam intelligentiam tanto splendore perstringi, id quod residuum fuerat vsque ad manè, id est, quod ratione naturali cognoscere tentauerat non cõtentus ijs, quæ per fidem didicerat, igne comburet. Grego. Homi. 22. in Euang: Quod ex agno remanet igne comburimus, quando hoc, quod de mysterio Incarnationis eius intelligere, & penetrare non possumus, protestati Sancti Spiritus humiliter reseruamus. Eodem modo exposuit libro. 20. Moral. cap. 9. quo in loco explicat quid sit protestati sancti Spiritus humiliter reseruare, his

8 verbis: Quæ plerumque humilitas ea etiam electorum sensibus aperit, quæ ad intelligendum impossibilia esse videbantur. † Similiter Beda intellexit in Expositione in Exodum, cap. 11. Sed quoniam ignem, quo carnes agni assandæ erant, nume. 5. interpretati sumus summum Dei amorem erga nos: & hic dicere poterimus quod reliquum fuerit igne esse comburendum, id est, consumendum vt nihil remaneat, confiderando amorem eximium Dei plura, ac maiora in his mysterijs fecisse, quam nos aut intelligentia consequi, aut etiam cogitatione fingere possimus. *In eo quod ait: Sic autem comederis illum. Renes vestros accinxeris*, Gregorius in eadem Homilia, & Beda, delectationem carnis restringi debere intelligũt. Quid in renibus, ait Gregorius, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psal-

Psalm. 25.

mista postulat dicens: Vre renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos vri minimè petisset. Qui ergo Pascha comedit, habere renes accinctos debet, vt qui sollennitatem resurrectionis, atque incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiaceat, voluptates edomet,

9 carnem à luxuria restringat. &c. † Sed quoniam cap. 3. nu. 15. accingere renes diximus esse parantis se se ad festinandum, ita etiam interpretari possumus: eum qui Pascha celebrat, id est, qui Dominicæ passionis memoriam ágit, & qui corpore eius vescitur, tantis beneficijs deuinctum terrena contemnere, & in cœlestem patriam festinare debere, vt iam nihil illi placeat nisi regnum, quod sanguine illo paratũ est, & quod in sacramento illo significatur. Calcea menta habere debebant in pedibus, vt per lapides etiam, & spinas properare possent, quod nudis pedibus non fit, id est, vt significarent ad patriam cœlestẽ per omnes difficultates fortiter esse properandũ. Simile est, quod ait Apo-

Ephes. 6

stolus: Calceati pedes in præparationẽ Euangelij pacis, id est, vt parati simus ire quocumque nos beatitudo in Euangelio promissa vocabit. Placet etiam Gregorij expositio, pedes esse opera, calceamenta, quibus pedes muniuntur, & quæ è pellibus mortuorum animalium fiunt, esse Sanctorum patrum

10 exempla, quibus nostri operis pedes munimus. † Baculus laborem subleuat iter facientis, & canes, ac nocentia animalia abigit. Significat ergo Baculus in manibus labores cœlestis itineris esse fortiter ferendos, nec vnquam in

repelli,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo deficiendum esse, sed festinandum, & obstantes tentationes baculo crucis repelli, ac fugari debere. Cum festinatione comeditur agnus, vt comedêdo, nou tam voluptas, quam vires ad iter faciendum quærantur: & nos in meditatione passionis Christi, & in sumptione sacræ Eucharistiæ non tam consolationum spiritualium delectatione apperamus, quam vires ad labores in via Dei perferendos, & ad festinandum in patriam cœlestem. Gregorius: Mandata Dei, mysteria redemptoris, cœlestis patriæ gaudia cum festinatione cognoscere, & præcepta vitæ cum festinatione implere curate. Festinantes ergo Pascha comedite, id est, ad sollennitatem patriæ cœlestis anhelate.

DE DIEBVS AZYMORum.

CAP. V.

1 QVEMADMODVM Paschа fiebat in recordationem liberationis Hebræorum, quòd die decimoquarto primi mensis angelus percutiens eorum domos pertransisset, ita fiebat sollennitas Azymorum decimo quinto die, quia eo die populus egressus est ex AEgypto. Egressus est enim populus nocte, vt diximus cap. 3. non tamen simul vt agnum immolaut, sed eadem nocte ante quam illucesceret. Nam media nocte percussi sunt primogeniti AEgyptiorum, & postea territi AEgyptij compulerunt Hebræos exire ante lucem, vt videmus Exodi. 12. Et propterea additum est: *Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de terra Ægypti.* Num. 33: Profecti igitur de Rameste mense primo quintadecima die mensis primi altera die Phase filij Israel in manu excelsa videntibus cunctis AEgyptijs, & sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus, (nam & in dijs eorum exercuerat vltionem) castrametati sunt in Soccoth. Quo in loco mêdosè legitur in quibusdam codicibus: Quinta decima die mensis primi fecerunt altera die Phase filij Israel, quasi decimosexto die fecerint, cum constet ex Exo. 12. fecisse 2 die decimoquarto. † Delendum igitur est verbum Fecerunt, & interpretandum est. Altera die Phase, id est, die sequenti post celebratum Phase. Hoc in Hebræo apertissimũ est, מִמָּחֳרָת הַפָּסַח id est. In die crastino Phase. lxx. τῇ ἐπαύριον τῆ πάσχα ἐξῆλθον, id est. Die crastino Paschæ exierunt. Similiter est in Hebræo, & in Græco Leu. 23, vbi legimus: Qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die Sabbati, id est, Altero die post Sabbatum. Cur autẽ his diebus panis azymus comederetur, nec inueniri posset in domibus Hebræorum panis fermentatus, diximus cap. 3. nu. 10.

Septem erant dies Azymorum, de quibus Leu. 23: *Septem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimꝰ, sanctusque, omne opus seruile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus: dies autem septimus erit celebrior, & sanctior, nullumque seruile opus facietis in eo.* In his primus, & septimus dies erant reliquis sanctiores, quoniam in illis ab omni opere seruili vacãdum erat, exceptis ijs, quæ ad vescendũ pertinent, vt expresit lex Exo: 12. † Est autem in diebus festis considerandum interdum præcipi vt abstineatur ab omni opere, interdum non simpliciter ab omni opere, sed ab omni opere seruili. Cum simpliciter dicit, Ab omni opere, intelligitur eo die neque ignem incendi, neque cibos parari posse, vt in Sabbato, & in die Expiationis Leuitici. 23: Omne opus non facietis in eo. Sabbatum Domini est. &c. De Expiationis die in eodem capite legimus: Omne opus non facietis in tẽpore diei huius. Quo in loco, & Num. 29. multi codices habent: Omne opus seruile, sed redundat Seruile, neque in Hebræo est, neq; in Græco, sed ita vt nos retulimꝰ. Quod ex sequentibus etiam perspicuum est: Et quę operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Ita etiam intellexit Abulensis in cap. 23. Leuitici, quæstione. 7. Cum autem de ceteris sollennitatibus loquitur lex, tantum ait: Omne opus seruile non facietis. † Nam in eo, quod Deut. 16. Scriptum est de extremo die Azymorum: Non facies opus, subaudiẽdum est seruile, quod iam ante explicauerat

Vers. 7.

Abstinere ab omni opere, & ab omni opere seruili.

plicauerat Leu. 23. Quare. lxx. verterũt: Non facies in ipsa omne opus, præter ea quæ fient animæ, id est, præter ciborum præparationem. † Laborant autẽ multi in definiendo an dies septimus sanctior esset primo, quoniã legimus: Dies autem septimus erit celebrior, & sanctior. Sed de recontrouersia esse nõ debet, cum scriptum sit Exod. 12: Dies prima erit sancta, atque sollennis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis. Pares ergo erant, atque ideo de die septimo dictum est Iohan. 7: In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat. Verum hoc addendum, quod legimus de die septimo Deut. 16: Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus. Eo enim die colligebantur, & congregabantur vt Diuinis vacarent, quod plenius exponemus cum agemus de die festo Cœtus, siue Collectæ c. 15. Quod ad verba attinet, Abulensis quæstione. 19. in cap. 23. Leuit. respondet septimum diem non comparari cum primo, qui Sanctissimus dicitur, id est, valdè sanctus, sed cum reliquis, atque ideo sanctiorem, & celebriorem dici. Verùm sciendum est in Hebræo nullam fieri comparationem, sed ita haberi ad verbum: In die septimo vocatio Sanctitatis. lxx. Et dies septima vocata sancta erit vobis. Denique vbicumque legimus: Vocabitur celeberrimus, atque sanctissimus, siue celebrior, & sanctior, semper in Hebræo est ita vt diximus, sine vllà comparatione, aut superlatione. † Vt paulò superius vbi habemus: Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque, in Hebræo est. In die primo vocatio Sanctitatis erit vobis. Similiter. lxx: Et dies primus vocatus sanctus erit vobis. Et postea: Dies Expiationum erit celeberrimus, & vocabitur Sanctus. In Hebræo est: Dies Expiationum ipse vocatio Sanctitatis erit vobis. Et: Dies primus vocabitur celeberrimus, atque sanctissimus. In Hebræo: In die primo vocatio Sanctitatis. lxx. vbique vertunt ita vt dixi. Cũ igitur ait: Septimus autẽ dies erit celebrior, & sanctior, nulla comparatio fit, sed ita dictũ est vt illud,

4 *Vter dies esset sanctior, primus, an septimus.*

5

6

7

Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes, 1. *Æneid.*

quod valdè vsitatum est apud Latinos. Singulis diebus sacrificia offerebãtur, quæ lege præcepta sunt Numeror. 28. dicunturque Leuit. 23. in igne offerri, vt holocausta esse intelligantur, ac propterea. lxx. verterũt: Offeretis holocautomata Domino. Sed hoc habebat secundus dies peculiare, quod (vt legimus Leuit. 23.) altero die Sabbati, id est, secũdo die Azymorum (primus enim dies propter celebritatem Sabbatum vocatur) ferebant ad sacerdotem manipulos spicarum primitias messis, sacerdosque vnum ex illis eleuabat coram Domino, vt acceptabiles essent Domino, cui offerebantur. Atque eodem die cædebatur agnus anniculus immaculatus in holocaustum cum simila, & vino. † Quod autem dicit de tempore horum manipulorum: *Cum messueritis segetem*; non ita intelligendum est, quasi tota seges esset priùs metenda, neque enim primo menſe tempus erat metendi, sed spicas quasdam tantũ metebant, quæ grandiores essent, & ad maturitatem propinquiores, vt quidem exposuit Lyranus. Verùm eius expositio nõ est intelligenda de segete triticea, sed de hordeacea: messis enim triticeæ primitię offerebãtur in Pẽtecoste. Exo. 34: Sollennitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum messis tuæ triticeæ. Cur autem Pentecoste dicatur sollenitas hebdomadarum, dicemus. c. 7. Sed melius hæc ex Iosepho intelligemus, qui lib. 3. Antiq. cap. 10. ait: Secunda Azymorum die, quæ est mensis huius decimasexta, frugibus demessis & hactenus intactis incipiũ frui: æquumque rati Deum huius vbertatis autorẽ per gratitudinem honorari hordei primitias offerunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeũ deinde pinsunt, atque ita in alicæ modum fracti assarone ad aram offerũt, indepugillo vno in eam iniecto reliquũ sacerdotum vsui cedit, & ex eo licitum sit publicas, ac priuatas messes metere. &c. † Sed interpres nõsatisfideliter reddidit verba Iosephi, non enim ipse ait: Frugibus demessis, sed τῶν καρπῶν, οὐκ ἤδη ῥισωμ, id est, fructibꝰ quos messuerũt. &c. Fructus autem vocat spicas maturiores,

Universidad de Deusto
Biblioteca

res, quas in primitias collegerunt, nisi ita intelligamus, tunc eos incipere vti frugibus demessis, quia postquam eo die spicas messuerant in primitias, iam metere poterant hordea. Quod autem dicit Iosephus: Spicarum manipulum igni torrent. &c. legimus Leu. 2: Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis igni, & confringes in modum farris (id est, sicut far cõfringi solet vt farina fiat) & sic offeres primitias tuas Domino fundens super ea oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini est, de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti, & olei, ac totum thus. &c. Assaro septem cotylas, siue quatuor libras habet. Fiebat autem hęc manipulorum collectio, & oblatio secundo die Azymorum, quoniam primo quidem facienda erat, sed in eo non licebat operari, & differebatur in secundum. Opportuneque fiebat hæc oblatio, & grati animi declaratio eo tempore, quando quidem eodem eduxerat illos Dominus de AEgypto virentibus frugibus. Exodi. 13: Hodie egredimini mense nouarum frugum.

Assaro.

8 †Sciendum quoque Iudæos hodie etiam obseruare sollennitatem Azymorum, idest, septem diebus vesci azymis, etiamsi neque agnum immolent, neque sacrificia offerat. Vt autem tam in hac re, quam in reliquis intelligamus quid Iudæi obseruent, quid non, canonem optimum nobis proponit Abulẽsis quæst. 55. in cap. 12. Exodi his verbis: Ad cognoscendum quæ seruant Iudæi, vel quæ non seruant, considerandum est, quod omnia ceremonialia, quæ determinant certum locum, non seruantur ab eis: quæ autem absolutè sine loci determinatione dicuntur, nunc ab eis obseruantur, vt circumcisio, manducatio azymorum, Pentecoste, exceptis sacrificijs. Agnus verò non immolatur, neque sacrificia offeruntur. Denique in omnibus sollennitatibus obseruant quæ possunt, idest, quæ certo loco fieri non iubentur, cetera omittunt.

Quid obseruent hodie Iudæi, & quid nõ obseruent.

9 †Exoritur hic grauis, & difficilis quæstio, tam ad hoc, quod de Azymis diximus, quàm ad reliqua, quæ dicẽda sunt, cur quædam sollennitates vno die celebrentur, vt Pascha, Pentecoste, Expiatio, aliæ septem, vt Azymi, Scenopegia. &c. Sed breuiter respondendum est, cum omnes festi dies in memoriã alicuius Diuini beneficij instituti sint, si beneficium vno die datum fuit, vno etiam die illius memoriam coli, si pluribus diebus datum est, septem diebus colitur, quia in septem Scriptura multos intelligere solet, sicut. 1. Reg. 2: Donec sterilis peperit plurimos, pro quo est in Hebræo, Peperit septẽ. Hoc iam ex parte vidimus, septimo enim die requieuit Deus ab opere suo, & ideo septimus quisque dies illi dabatur. Vespere agnus immolatus est in AEgypto, & nocte sequenti AEgyptiorum primogeniti interfecti sunt: vespere etiã occiditur agnus. Multis diebus comederunt azyma, septem diebus agitur sollennitas azymorum. Idem in reliquis festis obseruabimus, ne nunc ea dicamus, quæ postea necessariò dicenda erunt. Iure etiam maiores huius vitę sollennitates septem diebus definiuntur, quia septem diebus vniuersum tempus voluitur, & eo finito octauus dies succedet perpetuæ sollennitatis.

Cur quędã sollennitates vnũ diẽ habeãt, alię multos.

DE MYSTICA AZYmorum significatione.

CAP. VI.

ISychius in cap. 23. Leuitici diligenter adnotauit Pascha quidem celebrari die decima quarta, nomen tamen sollennitatis, aut festiuitatis non Paschæ dari, sed Azymis, ita enim ait lex: *Mense primo quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est: & quinta decima die mensis huius sollennitas Azymorum Domini est.* Causam esse ait, quòd decimoquarto die agnꝰ immolabatur, qui figura Christi fuit, sed die decimoquinto Christus ipse immolandus erat in cruce, qui veritas fuit. Memoriam, inquit, facit quartæ decimæ, quia figuram habebat: festiuitatem autem agere quinta decima præcepit, quia in ipsa verum est Pascha, de quo Paulus

1. Cor. 5. Paulus dicebat: Pascha nostrum immolatus est Christus. &c. Origenes Homilia. 23. in Numer: Post hanc, immò continuata huic, festiuitas sequitur Azymorum, quam meritò celebrabis si exterminemes omne fermẽtum malitiæ, & nequitiæ ab anima tua, & azyma sinceritatis, veritatisq; custodias. †Hỹchius: In ipsa celebritate sollennitatem Azymorum Domini prædicauit. Si enim celebrare ei Pascha proprię, & verè volumus, azymi ab omni malitia esse debemus, & multò magis à Iudaico errore, & vetustate. Vnde postquam Paulus dixit: Pascha nostrum immolatus est Christus, subdidit: Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Et non ad tempus, sed omni nostra vita à fermẽto malitiæ mundi esse debemus. Propterea ait: Septem diebus azyma comedetis, per septenarium numerum de omni nobis vita præcipiens. &c. Quod autem iubet lex primum, ac septimum diem sanctiores haberi, & nullum opus seruile in eis fieri, ita interpretatur idem Isychius: Deinde non solum primam, sed & septimam propterea nominauit, vt in prima, & in septima totam comprehenderet vitam humanam: illa enim initium, ista finem habet, in qua omnia comprehenduntur. Videtur autem, & hoc præcipere, vt is, qui imbuitur, siue initiatur mysterio, nullũ opus seruile agat: oportet quippe illa agere quæ libertatis sunt, qua nos Dominus liberauit, eum, qui est signatus est. † Si autem aliquid post hoc egerit, quod ad seruitutem pertinet peccans vt homo; saltem eius, quæ ad finem est, libertatis diligentiam gerat, & intendat quomodo noster finis bonus efficiatur, quomodo septima dies, tempus videlicet in quo transimus, omne opus seruile non habeat. In eo enim in quo nos Deus inuenerit, in ipso, & iudicare promittit. Propter quod, & Dauid, In finem ne corrumpas, plurimos psalmorum præscribit. &c. Ac ne putaret quis diebus inter primum, & septimum interiectis facienda esse opera seruilia, idest, peccandum esse: Vide (inquit, idem Isychius) quid subdidit: Sed offeretis sacrificium in igne Domino, siue, vt lxx. Offeretis holocauromata Domino septem diebus. Holocautomata ergò septem diebus offerri præcipiens abstinere etiam ab omnibus operibus seruilibus in eis præcepit. Quomodo enim quis holocaustum Deo offerat Diabolo, lignus, aut seruilia agens? &c. Radulphus etiam Flauiacensis eleganter. †Primùm diem Azymorum dicit esse cum nos ab iniquitate respiscimus, qui Deo, angelisque sollennis est, qui ait: Manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Septimam etiam celebrem esse, quia incipientibus de progressu ne deficiant valde timendum est, eò quòd incertus sit vitæ nostræ cursus, lateatque vnumquemque quid crastina pariat dies: qui autem laborum suorum finem attigit, lætus cum Apostolo decantat: Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Deinde addit: Notandum tamẽ quod de vtraq; die prima, & septima dicitur: *Omne opus seruile non facietis in eo*, aliter atque aliter intelligendum esse. Aliter namque prima dies in proficientibus innocentiam seruat, aliter septima. Prima namque vt non peccet, aut certè vt rarissimè peccet, summopere nititur: vltima, si ad perfectionem perueniat quis, hoc adipiscitur. Prima ergò libertatem habet in affectu, vltima in effectu. † Mox ad verba libri Iob respiciens de equo: Numquid suscitabis eum quasi locustas, hæc infert: Ceterum sicut Diuina testatur Scriptura, equus Dei quasi locusta suscitatur, quia anima, cui misericorditer Deus præsidet, quando Deum sequi incipit, in ipso suo exordio in quibusdam more locustarum flexis poplitibus terræ inhæret, in quibusdam expansis alis se se suspendit. Conuersionum quippe initia bonis moribus, malisque permista sunt, dum & noua tam per intentionem agitur, & vetus adhuc vita ex vsu retinetur. Tantò autem minus permistis interim malis lædimur, quantò contra illa quotidiè sine cessatione pugnamus.

1. Cor. 5.
2
4 *Lib. 16. in Leu. cap. 2.*
Luc. 15.
2. Tim. 4.
5 *Iob. 39.*
Anima instar equi Dei.
3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec suos nos iam culpa vendicat, cuius prauo vsu nostra solicitè mens resiliat. &c. In eo autem quod lex ait: *Quum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetes terræ vestræ, offeretis manipulos spicarum primitias messis vestræ ad sacerdotem. &c*: terrā à Deo datam Euangelicam doctrinam, & cōuersationem cum Hychio interpretemur, ipsa enim terra dicitur propter fructus virtutum, qui ex ea oriuntur. Ab ipso autem Deo data est, neq; enim mediatore ad hanc vsus est, sed proprio
6 eam annuntiauit ore. † Cum ergò hęc terra optatos fructus nobis proferre cœperit, primitias Deo offeramus ab eo nos omnia bona habere profitentes: nec antea in nostros vsus ea conuertamus, quam ei gloriam, & laudem reddiderimus. Prima dies conuersionis nostræ est, vt diximus, secunda est, cū iam spicas metimus laudabilium actionum, quæ primitiæ esse debent frugum nostrarum, vt ante omnia gloriā Dei quæramus. Sed hæ primitiæ hordeaceæ sunt, quia incipientium fructus minus pretiosi, magis asperi, minusque ad edendum apti esse solent: postea perfectiores primitias segetis triticeæ in Pentecoste offeremus. Ad sacerdotem feruntur manipuli, vt eleuet vnum pro omnibus, aut vnum cōfectum ex omnibus, coram Domino, quia fructus nostri tunc Deo grati erunt, cum sacerdos
7 noster Christus eos patri obtulerit. † Beda in Expositione in Leuiticum, ca. 23: Quod autem præcipit vt feramus manipulos primitiarum ad sacerdotem, qui eleuabit eos altero die Sabbati, & sanctificabit: significat quod tunc verus sacerdos Christus, cui debemus primitiua operum nostrum, & præcipua offerre; eleuauit, & sanctificauit opera nostra cum transacto Sabbato Iudæorum altera dies, id est, noui testamenti, & gratiæ tempus aduenit, & ita sunt acceptæ opera nostra. &c. Eodem die immolabatur agnus anniculus immaculatus, quia per sanguinem agni immaculati Christi fructus bonorum operum ferimus, & per eum illa Deo grata sunt, sine quo nihil nostrum gratum, atque acceptum esse potuit.

Bona operis perfectorū, & imperfectorum quā tū differāt.

DE PENTECOSTE, SIue sollennitate Hebdomadarum.

CAP. VII.

1 DE hac sollennitate legim⁹ Leui. 23: *Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas vsque ad alterā diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum Domino. &c.* Ex his videmus Pentecosten celebrari mense tertio, nam his quinquaginta diebus continentur quindecim ex primo mense, qui numerabantur à decimo sexto eius die, qui erat secundus Azymorum, & viginti nouem ex toto mense secundo, & sexto die mensis tertij celebrabatur Pentecoste, id est, Quinquagesima, à numero dierum desumpto nomine, sicut & festū Hebdomadarum dicitur Deut. 16. à septem hebdomadibus integris, quæ numerabantur. Cumque dicit: *Vsque ad alterum diem expletionis hebdomadæ septimæ*, perinde est ac si diceret, Vsque ad diem sequentem post expletionem hebdomadæ, vt explicauimus cap. 5. nume. 2. Hinc etiam videmus in Dominica nostræ Pentecostes impleri omninò hūc numerum, rectèque de ea dixisse Lucā Actor. 2: Dum complerentur dies Pentecostes. &c. Tūc enim Sabbatum fuit secundus dies Azymorū, & ab eo vsq; ad Sabbatum septimæ hebdomadæ quadraginta nouem dies sunt; Dominica igitur fuit quinquagesima, siue Pente-
2 coste. † Itaque nostra Pentecoste, quæ veteri illi successit, non numeratur à die, quo Dominus passus est, esset enim quinquagesimus primus dies; nec à die resurrectionis, quia esset quadragesimus nonus; sed ab eodem die, à quo Iudæi numerabant, id est, à secundo Azymorum, quo die Spiritus sanctus descendit in Apostolos. Colebatur autem dies hic quinquagesimus in recordationem legis acceptæ à Deo quinquagesimo die ab egressu ex AEgypto: atque ideò eodem oportuit vt descenderet Spiritus sanctus in Apostolos, nouam legem priori illa significatam per vniuersum orbem terræ laturos.

Vers. 15

Legem

Lex an quinquagesimo data sit.

Legem verò datam esse quinquagesimo die ex Scriptura vix colligi potest. Constat quidem eos venisse in montem Sinai, in quo lex data est, die quadragesimo quinto ab exitu ex AEgypto, quoniam Exo. 19. scriptum est: Mēse tertio egressionis Israel de terra AEgypti in die hac (id est, in die prima, ita enim interpretantur) venerunt in solitudinem Sinai. Si enim ex primo mense sumamus quindecim dies, ex secundo viginti nouem cum primo tertij quinquaginta quinque fiunt. † Cui
3 numero res tantum videntur addendi, quoniam Dominus vocato ad se Moysi dixit: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimēta sua: & sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. Quare Abulensis quæstione. 10. in cap. 19. Exodi, planè negat legem datam esse quinquagesimo die, putatque die potius quadragesimo octauo datam, id est, tertio die ab aduentu eorum in solitudinem Sinai. Sed dubium esse non debet quin die quinquagesimo data fuerit, ita enim docet Hieronymus in epistola. 127. ad Fabiolam, Mansione. 12. & in illud Hos. 3. Dies multos expectabis me. &c. Augustinus quæstione. 70. in libro Quæstionum in Exodum, & libro. 2. de Trinitate, cap. 15. (tametsi aliter numerat quam nos, vt dicemus) Lyranus, & Caietanus in cap. 19. Exodi, R. Salomon, quem in eodem loco testē citat Lyranus, Moses AEgyptius libro. 3. Ductoris dubiorum, capite. 44. & multi alij tam ex nostris, quā
4 ex Hebræis. † Error autem Abulensis ex deprauata intelligentia oritur verborum illorum: Mense tertio egressionis Israel de terra AEgypti, in die hac venerunt, &c. Putat enim (quod & nonnulli dicunt, & ego aliquando sensi) in Die hac diem primum intelligi, quod nec ratione, nec consuetudine Scripturæ probare possunt. Scio Abulensem quæst. 1. in idem caput hanc rationem reddere. Dies prima mensis, inquit, vocatur dies hæc, quia illa dies, à qua mensis denominari incipit talis aut talis mensis, vocatur dies hæc. Verum nec mensis denominatur talis, aut talis à primo die, sed potiùs primus dies

Quid sit Dies hæc.

denominatur à mense, dicitur enim primus dies, siue Neomenia primi mensis, aut secundi: nec si denominaretur, quidquam referebat vt vocari posset Dies hæc. Et si prima dies mensis vocatur Dies hæc, cur non etiam primus mēsis anni vocetur Mensis hic? Quis vnquam pro primo dixit hunc? Hebræi tamen dicunt interdum hunc pro eodem, vt Psalm. 141. In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Nec enim vllā viā ostendit, sed perinde est ac si diceret: In via eadē, qua ambulabam. Iob. 19: iuxta Hebr. Et hic quē maximè diligebam, auersatus est me, hoc est, ille ipse, quem diligebā. Nehemiæ. 8: Et venerat mensis septimus. &c. Deinde cap. 9. ait: In die autem vicesimo quarto mensis huius, id est, mensis eiusdem septimi. Leuit. 23: Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum Phase Domini est, & quinta decima die mensis huius sollennitas Azymorum Domini est, id est, Mensis eiusdem. † Vera ergò interpre
5 tatio est. Mense tertio in die hac, id est, in die eadem, tertia videlicet die, sicut tertius erat mensis, quemadmodum interpretatus est Hugo Sancti Victoris in Adnotationibus in Exodum: fuitque dies ille quadragesimus septimus. Confirmat hoc Hieronymus, qui in epistola ad Fabiolam, Mansione duodecima ait: Adhunc locum quadragesimo septimo die perueniunt dicente Scriptura: Mense tertio egressionis filiorum Israel de AEgypto in die hac transierunt in solitudinem Sinai. &c. Itaque hoc, quod diximus, Hieronymus tamquam certum, & planum statuit, nam & mox cum dixisset tertio die Dominum descendisse: Supputemus, inquit, numerum, & inueniemus quinquagesimo die egressionis Israel ex AEgypto in vertice montis Sinai legem datam. Vnde & Pentecostes celebrarur sollennitas, & postea Euangelij Sacramentum in Spiritus sancti descensione completur.
6 &c. † Fateor quidem ab scriptoribus, quos nominaui, non eodem modo dies computari: Augustinus enim sumit ex primo mense decem, & septem dies, ab ipso die occisionis agni, qui decimus quartus fuit, exordiēs

Hic pro Idem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

capiens. Verùm hoc nec cum diebus Pentecostes conuenit, qui numerãtur à secundo die Azymorum, nec cum verbis ipsis Scripturæ: non enim dicit Mense tertio occisionis agni, sed, Mense tertio egressionis filiorum Israel. Ab egressione igitur dies computãdi sunt, ita tamen vt ipse dies, in quo egressi sunt, qui fuit decimus quintus, idemq; primus Azymorum, excludatur, & à decimo sexto numeremus, vt rectè ait Caietanus, & vt plures numerant. Testatur hoc numerus dierum Pentecostes, cuius initium est à die decimo sexto: cum enim in recordationem datæ legis Pentecostes sollennitas instituta sit, vt omnes consentiunt, sine dubio eodem die, quo lex data est, celebranda fuit. Ita hactenus numeraumus primum diem mensis tertij quadragesimã quintum ab exitu ex Aegypto esse affir-
7 mantes. † Quod autem Hieronymus affirmauit in cap. 3. Hoseę, venisse eos quadragesimo quinto die in solitudinẽ Sinai: iure sententiam mutauit in epistola ad Fabiolam cum dixit quadragesimum septimũ esse, vidit enim in Die hac, non primam, sed tertiam intelligi debere. Pugnantia igitur loqui videtur Lipomanus, qui prima die mensis tertij in Sinai eos venisse vult, eamque quadragesimam septimam post egressionem de Aegypto facit.

Sed hoc maximè veritati suffragatur, quod siue hãc, siue illam rationem sequãtur, id tamẽ constat inter omnes, quinquagesimo die datam esse legem à Deo: & quæ potius ratio sequenda sit ex diebus Pentecostes facilè perspicimus. Si quis autem quærat cur vno die sollennitas Pentecostes peragatur, nõ seprem, cum multis diebus Moyses fuerit in mõte, cum legem attulit ad suos: sciat hanc sollennitatem non agi nisi in memoriam illius diei, quo Dominus descendit in montem Sinai, & legem dedit Moysi, qui dies vnicus fuit, de quo Exo. 19: Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clamorque buccinæ vehementius perstrepebat, & timuit populus, qui
8 erat in castris. † Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinai fumabat eo quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis. &c. Ita etiam sensit Moses Aegyptius libro. 3. Ductoris dubiorum, cap. 44. cuius hæc sunt verba: Dicemus igitur quod festum Pentecostes est dies, in qua data fuit lex, & propter honorem ipsius diei numerantur dies à die Paschæ vsque ad ipsum diẽ, sicut qui expectat visionem amici, quem diligit ex animo, & numerat dies donec videat ipsum. Quod ideo dicit, quia omnibus his diebus Iudæi conuenichant in Synagogas, & post sollennem benedictionẽm dicebant: Hic est prim⁹ dies, aut secũdus, aut tertius. &c. Et mox: Illa verò manifestatio grandis, & honorabilis non fuit nisi vna die, & ita memoria eius singulis annis agitur vna die. &c. De hoc die legimus Leuit. 23: Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum: omne opus seruile non facietis in eo. Vtrumque quomodo intelligendum sit diximus cap. 5. numero. 3. & duo-
9 bus sequentibus. † Non itaque abstinebatur ab omni opere, sed à seruili, ac propterea segetis triticeæ spicas metebant, quas offerrent Deo primitias, fiebant enim ex illis duo panes. Et hoc est, quod ait lex Leuit. 23: *Et sic offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini.* Decimas autem intelligit mensuræ Ephi, quæ erat Hebræis familiarissima, estque decima cori pars, ac tres modios habet, nam corus habet triginta, vt est apud Ezec. capite. 45. Hanc decimam partem Ephi Iosephus Assaronem vocat. Quatuor itaque libras singuli panes pendebant, vt explicauimus libro. 2. de Templo, cap. 10. numero. 4. & 5. Iosephus libro. 3. Antiquitatum, cap. 10: Post Paschale sacrum elapsis septem septimanis, hoc est, quadraginta nouem diebus, quinquagesima, quam à numero Asartha Hebræi vocant, offerũt Deo panẽ è farinæ triticeæ duobus assaronibus cũ fermento cõfectũ. &c:

Cur vno die celebretur sollennitas Pẽtecostes.

Decima.
Ephi.
Corus
Assaro.

Victimæ

10 † Victimæ etiam Deo cædebantur, de quibus in eodem loco legimus: *Offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos, anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis in odorem suauissimum Domino. Facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos hostias pacificorum. Cumque elenauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino,* Sacrificiũ. *cedent in vsum eius. &c.* Sacrificium nouum nouos panes vocat, non enim solum animalibus, sed panibus etiam sacrificij nomen datur in Scriptura. Leuit. 2: Anima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, similа erit eius oblatio. Et postea: Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes scilicet, absque fermento. &c. Dicit autem: *Ex omnibus habitaculis vestris*, quoniam hæc erat altera sollennitas, qua omnes masculi in templum venire iubebantur, vt videmus Deut. 16: Panes fiunt è simila fermentata, quia in cibum sacerdotum offerebantur, non vt in honorem Dei aliqua eorum pars cremaretur, quod fieri non poterat nisi azymi essent. Leuitic. 2: Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quidquam fermenti, aut mellis adolebitur in sacrificio Domini. Deinde excipit quod nunc fieri iubet. Primitias tantum eorum offeretis, ac munera, super altare verò non imponentur in odorem suauitatis. &c. Libamenta vocat vinum, & oleum, & similia, quæ cum sacrificijs offerebantur.

DE SIGNIFICATIONE Pentecostes.

CAP. VIII.

1 ORigones Homilia. 23. in Numeros: Post hanc sequitur sexta festiuitas, quæ dicitur Nouorum, id est, cum primitiæ de nouis fructibus oferuntur. Vbi enim seminatus fuerit ager, & diligenter excultus, atque ad maturitatem peruenerit seges, tunc fructuum perfectione festiuitas Domini geritur. Si ergo & tu vis Nouorum diem festum agere cum Domino, vide quomodo semines, aut vbi semines, vt possis tales metere fructus, ex quibus lætari facias Deum, & agere diem festum. Quod aliter implere non poteris, nisi audias Apostolum dicentem: Qui seminat in spiritu, de spiritu meter vitam æternam. Si sic semines, & sic metas, verè diem festum ages Nouorum. &c. Pentecoste typus fuit celeberrimæ sollennitatis, qua Spiritus sanctus in discipulos descendit eodem die. Tunc data est lex Hebræis, postea Spiritus sanctus Apostolis datus est, vt de Sion exiret noua lex, & verbum Domini de Ierusalem. † Tunc segetes metere incipiebant, & cum venit Spiritus sanctus, iam tempus erat vt Apostoli, qui prius iussi fuerant leuare oculos suos, & respicere regiones iam albas ad messem, falces mitterent, vt ait Chrysostomus, & frumenta in horreum Dominicum inferrent. Tunc offerebantur duo panes noui, vt primitiæ essent Domino, postea primitiæ oblatæ sunt de duobus populis Iudæorum, & gentium. Cædebantur etiam Deo agni, & arietes, & vitulus, & hircus, quia multi martyres pro Christo immolati sunt, partim qui purissimi fuerant, & Christi imitatores, id est, agni anniculi immaculati, partim ex magistris Ecclesiæ, qui sunt arietes, partim ex ijs, qui potentiores fuerant in sæculo, quos vitulus designat, partim qui vsque ad illud tempus in peccatis vixerant, & Dei misericordia ad nouam vitam vocati simul pro eo sanguinem fuderunt, qui rectè significantur in hirco. Sed de animalibus nihil in hoc libro dicemus, in quarto enim, in quo de sacrificijs egimus, ex parte dictũ est. Verùm referamus hęc etiam ad mores nostros, vt cœpit Origenes. *Supra. c. 6. num. 6.*
3 † Primum diem Azymorum esse diximus cum à peccatis conuertimur, secundum, cum spicas laudabilium actionum metere incipimus. Ab hoc die septem hebdomadæ numerandæ sunt, vt quinquagesimo die sollepnitas fiat Pẽtecostes, id est, plenitudinis Spiritus sanc-

Gala. 6.

Ioha. 4.

in cap. 2. Actor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti. Vt enim plenè nobis detur Spiritus sanctus, & perfecta eius plenitudine lætemur, non satis est à peccato conuerti, & laudabiliter agere incipere: diu, multumque deflenda sunt peccata illa, quæ reliquimus, & assiduo dolore, ieiunijs, precibus, verberibus, vigilijs, omni denique carnis maceratione compensanda sunt, vt penitus deleantur. Quinquagenarius, enim numerus perfectæ pœnitentiæ est, vt Hieronymus docet, ac multis confirmat initio ferè libri. 2. in Isaiam: quod etiam psalmus quinquagesimus ostendit, qui præcipuus inter eos est, qui pertinent ad pœnitentiam: & annus quinquagesimus Iobilæi, quo omnia debita remittebantur. Leuiti. 25. vt in eodem loco Hieronymus scripsit. Tunc exuto veteri homine, & per Spiritum Domini plenius renouati primitias Deo offerimus non hordeaceas, vt incipientes, sed triticeas, atque etiam ē
4 similæ confectas. † Duos panes primitiarum Radulphus libro. 16. in Leuiti. cap. 4. amorem Dei, & proximi interpretatur. Tunc enim perfectè amamus, & in fratribus Deum videmus, solum quærimus, soli placere studemus non quærentes iam quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi. Atque hunc amorem, quo intus exardescimus, primitias meritò vocamus, non multò enim post integra oblatio infertur in domum Domini, id est, plenissimus, & cumulatissimus pulcherrimarum fructus actionum, quibus Deus colitur, quibus fraternitas mirificè nuuatur. Fermentum habent, quia fratrum corda fermentant huiusmodi actiones, & ad virtutem egregiè stimulant, ac sapore suo implent: *Matth.13.* simile enim est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Nec sine causa hi panes, cum quidem Domino offerantur, in vsum sacerdotum cedunt, quoniam quidquid boni siue erga Deum, siue erga homines propter Deum facimus, Deo offerimus, sed vtilitas tamen tota nostra est.

Quinquagenarius.

DE DIE FESTO TVbarum.

CAP. IX.

1 MENSIS septimus in honore erat apud Hebræos, & magna ex parte sacer, quatuor enim sollennitates habebat, Tubarum, Expiationis, Tabernaculorū, Cœtus, siue Collectæ, de quibus si gillatim agemus. Vt igitur dies septimus sanctus erat, sic & mensis septimus, & annus septimus erant alia ratione venerabiles. Origenes Homilia. 23. in Numeros: Sicut enim inter dies septimus quisque obseruatur Sabbatum, & est festiuitas: ita & inter mēses septimus quisque mensis Sabbatum est mensium. Agitur ergo in eo festiuitas, quæ dicitur Sabbata Sabbatorum. &c. Dies primus septimi mensis, & Neomeniæ honorem habebat, & sollennitatis Tubarum. Et quoniam de Neomenia diximus cap. 2. nunc quod ad sollennitatem Tubarum pertinet, exequemur. Hanc & Hebræi, & nostri consentiunt ferè in memoriam illius beneficij institutam esse, quo Deus Isaac liberauit ne à patre immolaretur, & arietem pro eo substituit sacrificio, vt Genes. 22. Scriptum est. Et quia arietem inuenit Abraham inter vepres hærentem cornibus, tubis corneis clangebant, ac propterea hodie à Iudæis festum Cornu appellatur. Quo autem die, ac mense Isaac sacrificio fuerit ereptus, non constat: Hebræi traditione à maioribus acceptā in Neomenia septimi mēsis id contigisse cōfirmāt. † De hac
2 sollennitate legimus Leuitic. 22: *Mense septimo prima die mensis erit vobis Sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur Sanctum. Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino. Sabbatum* sollennitatem intelligit, siue requiem, vt verterunt. lxx. Vbi autem habemus: *Memoriale clangentibus tubis*, in Hebræo est, Memoriale clangoris, lxx: μνημόσυνον σαλπίγγων, id est, Memoriale tubarum. *Vers.24.*

Num. 29:

Num. 29: Quia dies clangoris est, & tubarum, vbi Hieronymus, quod verterat prius, Clangentibus tubis, vertit Clangoris, & tubarū: in Hebræo vtroque in loco est תרועה, id est, Clangoris. Memoriale autem dicitur id, quod aliquid in memoriam reuocat, & Numero. 10. legimus: Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri, id est, vt Deus recordetur vestri, & benefaciat vobis quasi filijs rite eius præcepta seruantibus. Est enim in Hebræo: Et erunt vobis in memoriale coram Deo vestro: quod paulò ante verterat: Et erit recordatio ve-
3 stri coram Domino Deo vestro. † Quoniam igitur clangor tubarum communis erat Neomenijs cum reliquis diebus festis: Memoriale tubarum festum diem Tubarum intelligemus, vt perinde sit ac si diceret: Prima die mensis erit vobis sollennitas, siue requies, sollennitas, inquam, Tubarum: Et sicut in alijs diebus erat eorum recordatio coram Domino clangentibus tubis, iuxta quod sollennitas illa significabat: ita prima die mensis septimi, cum canebant tuba cornea liberationem Isaac referentes, Deus eorum recordabatur, vt sicut eripuerat à morte Isaac, eos etiam à mortis periculis liberaret. Cetera iam supra exposita sunt capite. 5. numero. 3. & sequentibus. Sacrificia autem quæ offerenda erant, legimus Numeror. 29. quæ duplicia fuerunt, altera quæ propria erant sollennitatis Tubarum, altera quæ illi cum ceteris Neomenijs erant communia, vt ex verbis eiusdem capitis intelligitur.

DE SIGNIFICATIONE sollennitatis Tubarum.

CAP. X.

1 ORigenes Homilia. 23. in Numeros: Quis est qui festiuitatem gerat memoriæ Tubarum, nisi qui potest Scripturas propheticas, & Euāgelicas, atque Apostolicas, quæ veluti cœlestis quædam personant tuba, mandare memoriæ, & intra thesaurum cordis sui recondere? Qui ergò hæc facit, & in lege Dei meditatur die ac nocte, iste festiuitatem gerit memoriæ Tubarum. Sed & si quis potest in gratias illas Sancti Spiritus promoueri, quibus inspirati sunt propheræ, & psallens dicere: Canite initio mensis tuba in die *Psal. 80.* insigni sollennitatis eius, & qui scit in Psalmis iubilare ei, digne agit sollennitatem Tubarum. &c. Radulphus quidem in præfatione libri. 17. in Leuiti. septimo mense tempus gratiæ, & fidei gentium intelligi confirmat, in *Apoc. 5.* quo dicit, iuxta Apocalypsin, septem spiritus Dei missos esse in omnem terram: templum etiam Salomonis se- *3. Reg. 6* ptem annis, & septem mensibus constructum esse, quoniam à Christi aduentu vsque ad reditum per septiformem spiritus gratiam constituitur Ecclesia, donec in fine temporum consummetur: Septem mensibus fuisse ar- *1. Reg. 6.*
cam Dei in regione Philistinorum.
2 † Hinc capite primo colligit sollennitatem Tubarum figuram esse lætitiæ, quæ futura erat in conuersione gentium. Sollennitatis ergò, inquit, nostræ principium, quasi prima dies septimi mensis, temporibus (vt diximus) Apostolorum fuit, quando prima gentium facta est vocatio clangentibus tubis, mundum scilicet perlustrāte tonitruo Diuinæ prædicationis. Deinde paulò post de eadem exponit verba Psal. 80: Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium iucundum cum cithara. Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollennitatis vestræ, & addit: Quod autem dicitur: Sumite psalmum & date tympanum: illud respicit, quod ex lege paulò ante commemorauimus, in die clangoris; & tubarum ab omni opere seruili esse cessandum: quoniam qui recipiunt tubam Euangelicæ prædicationis, quæ psalterij instar de supernis sonat, reddere debent tympanum, quod ex corio sicco conficitur, vt scilicet ab illicitis voluptatibus corporis nostri corium siccetur. &c. † Hychius: *Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino.* Non est enim iam
3 tempus opera seruilia agere, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium, in quo gesta sunt opera seruilia: & debemus, quemadmodum exhibuimus membra nostra arma iniquitatis ad iniquitatem, ita exhibere membra nostra arma iustitiæ in sanctificationem: hoc est enim verum holocaustum, &c.

Rom.6.

DE DIE EXPIATIONIS.

CAP. XI.

Vers.27. 1 DE hac legimus Leuiti. 23: *Decimo die mensis huius septimi dies Expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus. Affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. Omne opus non facietis in tempore diei huius, &c.* Sanctus Thomas ait: Festum Expiationis erat in memoriam illius beneficij, quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli, ad preces Moysi. &c. Idem sensit Lyranus in eadem verba, qui etiam hoc addidit: Et ideò celebrabatur decima die mensis septimi, quia tunc descendit Moyses de monte portans secundas tabulas in signum propitiationis Diuinæ. &c. Quod affirmat Lyranus, eodē die Moysem redijsse cum tabulis secundis in signum propitiationis Diuinę, traditione Hebræorum teneri potiùs arbitror, quam Scripturæ autoritate, quā quam & Scriptura nō parum illi fauet. Nam lex data est sexto die tertij mensis, vt cap. 6. ostendimus. Deinde Moyses fuit in monte sex & quadraginta diebus Exod. 24. † Et cum iterum accepit tabulas, fuit etiam. 40. diebus. Inter hæc aliquot dies interfluxerunt, vt intelligitur ex. 32. & 33. cap. eiusdem libri. Quare cum dies decimus septimi mensis sit dies Expiationis, & numerus dierum non repugnet, satis probabile est eo die Moysem descendisse cū secundis tabulis. Sollennitas ipsa vocatur יום הכפרים, id est, Expiationum, siue Propitiationum, Verbum enim כפר significat propitiare, siue placare, remouere iniquitatem, siue expiare peccatum: cum enim propitiatur, & placatur Deus, dicitur peccatum deleri, remoueri, auferri. Vt Psal. 50: *Dele iniquitatem meam.* Exod. 34: Qui aufers iniquitatem, & scelera. Et postea: Et auferas iniquitates nostras, atq; peccata, nosque possideas. Siue ergo dicamus, Dies Expiationis, siue Dies Propitiationis, idem dicimus: quare Hieronymus nunc hoc, nunc illo modo vertit, sicut paulò post ait: Omne opus nō facietis in tempore diei huius, quia dies Propitiationis est, vt propitietur vobis
3 Dominus Deus vester. † Rursus siue Expiationem dicamus, siue Expiationes, nihil refert, & vtroque modo vertit noster interpres. In Hebræo pluralis numeri est, apud. lxx. singularis, Dies ἱλασμός, id est, Propitiationis, siue Expiationis: nam ἐξιλάσκομαι. similiter significat propitiare, & expiare peccata. Nomen sumptum est ab expiatione peccati, cum vitulum adorauit Exo. 32. & ab expiatione, quæ hoc die fiebat peccatorum populi per ieiunium, & sacrificia. Erat enim hic dies peculiariter dicatus expiandis peccatis per pœnitentiam, quam ieiunio, & sacrificijs oblatis profitebantur, & in quo Dei misericordia largiùs se effundebat præparans homines ad remissionem peccatorum, vt apud nos tempus Quadragesimæ. Propterea dictum est: *Affligetisque animas vestras in eo*, ieiunabant enim eo die vsque ad vesperam, vt ait Iosephus lib. 3. Antiq. c. 10. & hæc erat afflictio. Iudæi addunt, atque ita obseruare dicūtur, eodem die à potu etiam fuisse abstinēdum, ab vxoribus, à balneis, calceos præterea abijciendos. Intelligendum est autem à vespera diei noni, & ideò ait: Et affligetis animas vestras die nono mensis. A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra, vt supra iam exposuimus cap. 1. numero. 18.
4 † De sacrificijs offerendis scriptum est Numer. 29: Offeretisque holocaustum Domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem vnū. &c. Quid sit autem esse celeberrimum, & vocari sanctum plenius exposuimus cap. 5. nu. 3. & sequentibus, diximusque peculiare esse Sabbato, & diei Expiationis, vt nihil operis in eis fiat, ne ad cibos quidem parandos, reliquis enim diebus festis parari posse quę ad victum pertinerent, atque in hoc loco, & Numero. 29. cum dicitur: Omne opus

Expiatio.

S. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4 ad 10.

opus seruile non facietis, redundare Seruile. Expiatio autem hæc fiebat per pontificem, nec tantum populus expiabatur, sed etiam templum, & sacerdotes. Leuit. 16: Expiabit autem sacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt, vt sacerdotio fungatur pro patre suo: induetur que stola linea, & vestibus sanctis, & expiabit sanctuariū, & tabernaculum testimonij, atque altare, sacerdotes quoque, & vniuersum populum. &c. Atque ita hoc tantum die pontifex introibat in Sanctum sanctorum, vt est in eodem capite.

DE SIGNIFICATIONE diei Expiationis.

CAP. XII.

1 ORigenes Homilia. 23. in Numeros: Est adhuc & alia festiuitas, cum affligunt animas suas, & humiliant se Deo festa celebrantes. O mira festiuitas, dies festus vocatur afflictio animæ. Vide ergo, si vis diem festum agere, si vis vt lætetur Deus super te, affige animam tuam, & humilia eā. Non ei permittas explere desideria sua, nec concedas ei lasciuijs euagari, sed, in quantum fieri potest, affige, & humilia eam. Denique Paschæ festiuitas, & Azymorum panem afflictionis habere dicitur, nec potest quis agere diē festum, nisi afflictionis panem manducauerit, & manducauerit Pascha cum amaritudine. Hoc ergò deposcit & Propitiationis dies. Cum enim afflicta fuerit anima, & humiliata in cōspectu Domini, tunc ei repropitiatur Deus, & tūc ad eam venit ille, quē proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine
Rom.3. suo, Christus Iesus Dominus, & redēptor eius. &c. † Verùm si meminerimus, quod cap. 10. dictum est, septimo mense significari tempus legis Euangelicæ, & conuersionis gentium, ac sollēnitatem tubarum figuram esse lætitiæ, quæ futura erat in eadem conuersione: rectè, nisi fallor, dicemus sollennitatem Expiationis, quæ illi proxima fuit, significasse pœnitentiam, & contemptionē voluptatum, ac sui ipsorum, quæ initio fuit in ijs, qui conuersi sunt, & nunc debet esse in omnibus, qui perfectè ad Deum conuertuntur. Prædicato enim Euangelio continuò ieiunia, vigiliæ, atque omnes animæ afflictiones provo luptatibus habeti cœperunt. Huius prædicationis initium fuit: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorū: & in ea primùm auditū est: Si quis vult post me venire, abneget se metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. † Decimo die celebratur sollennitas Expiationum, quia
3 qui decem præcepta implere cupit, vt semper impleat, & perfecti euadat, semper carnis affligendæ, & spiritui subijciendæ rationem habere debet, ac dare operam, vt eam quam purissimam conseruet, & perpetuum cum peccatis bellum gerat, atq; ita semper creatori suo holocaustum suauissimi offerat odoris. Et quidem in omnibus festis diebus illud statim audimus: Omne opus seruile non facietis in eo, quia & qui incipiunt, & qui proficiunt, & qui perfecti sunt, dum in carne peccati viuunt, & inter Diaboli laqueos versantur, nunquam securi esse debent, nec ita de libertate lætari, vt ad seruitutem se reduci non posse existiment. Sed in die Expiationis etiam ab opere parandorum ciborum abstinendum est, vt melius ac purius Deo vacetur: quia qui so in septimo mense, id est, in tempore gratiæ, esse meminerunt, ac festiō perfectionem assequi student, corporis etiam solicitudinem abijciunt paucis, vilibus que contenti, ac Deum sibi ex animo seruientibus non defuturum confi-
2 dentes, iuxta quod à Seruatore dictum est: Nolite ergo soliciti esse dicentes: *Matth. 6.* Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Matth. 3. & 4.

Matth. 16. Galat. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE SOLLENNITATE Tabernaculorũ, siue Scenopegiæ.

CAP. XIII.

1 *Quinto decimo die mensis huius septimi erunt feriæ Tabernaculorum septem diebus Domino. Dies primus vocabitur celeberrimus, atque sanctissimus. Omne opus seruile non facietis in eo, & septem diebus offertis holocausta Domino. Leuit.23:* Hæc erat magna sollennitas Iudæis, & tertia, in qua omnes masculini sexus venire iubebantur in Ierusalẽ, vt videmus Deut.16. Hebraicè dicitur, חג הסכות, id est, festum Tabernaculorum. Græcè ἑορτὴ σκηνῶν, quod idem est. Dicitur, & σκηνοπηγία à figendis scilicet tabernaculis: Corruptè ergo in multis libris scribitur Scenophegia pro Scenopegia. Quodque Abulensis in eadem verba alit: Vocatur autem istud festum alio nomine Scenophegia, id est, comestio in publico, à cenon, quod est commune, & phagia, quod est comedere: miserabili illius sæculi barbariæ tribuamus. Simile est quod ait Radulphus libro.17. in Leui.cap.3. Phago comestionem sonare, & inde dici Scenophegiam. Cur ita dicatur, & in cuius beneficij memoriã celebretur ipse legislator paulò post aperuit. *Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis, vt discãt posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel cum educerem eos de terra Ægypti. &c.* † Septem ergò diebus celebratur, quia multis diebus factum est, quod in ea memoratur, vt supra diximus cap.5.nume.9. Primus dies sanctus dicitur, in quo ab omni opere seruili feriandum erat: nec tamen septimo idem honor habetur, vt in diebus Azymorum, quoniam dies proximus, qui erat Cœtus, atq; Collectæ, sanctus futurus erat, & prouideri oportebat ne quo ad eius fieri posset, diem, in quo ab opere seruili quiescebatur, alter similis dies subsequeretur, quod vniuerso populo, ac pauperibus præsertim, graue, atque incommodum futurum videbatur. Atq; in Azymis quidem septimus dies idem erat Azymorum, & Cœtus, atque Collectæ, quod in diebus Tabernaculorum fieri non potuit, quoniam tantæ sollẽnitati septem dies dari oportebat, vt sollennitati Azymorum, & dies Cœtus nõ potuit in Tabernaculis agi, vt cap.15. dicemus, sed extra illa.

Verſ.34.

Scenopegia

Materiã, & locus tabernaculorum.

3 †De materia tabernaculorum, & de loco, in quo fiebant, hęc scribit Abulensis quæstione.24. in ca.23. Leuitici, tabernacula facta fuisse extra domos, vel in aliquo loco non operto, & ex ramis arborum facta dicit, quoniam quadraginta annos in deserto Hebræi non habitauerunt in domibus, sed in vmbraculis sub arboribus. Rem tamen ex Nehemiæ cap.8. discimus: Egressus est, inquit, populus, & attulerunt, fecerunt que sibi tabernacula, vnusquisq; in domate suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus Dei, & in platea portæ Aquarum, & in platea portæ Ephraim. Itaque in domatibus, id est, in tectis domorum, & in reliquis locis spatiosis sub dio positis intra vrbem construebant tabernacula. Sed tunc quia pauci erant, & hostes propinqui, meritò se intra vrbem continebant. Sed postea multa etiã tabernacula extra vrbem posita fuisse probabile est. Cum enim ex omnibus locis terræ promissionis in Ierusalem cõuenirent, & singulæ familiæ singula tabernacula construerent, vt ait Iosephus.3. Antiq.cap.10. nequaquam tot in vrbe construi poterant. Estque vero simile ita fuisse disposita tabernacula, vt quasi vrbs quædam fieret, & singulæ familiæ seorsum manerent, ita enim faciebant cum per desertum quiescebãt, cuius rei memoriam tunc colebant. Materiam autem tabernaculis construendis non eam fuisse opinor tantũ, quam Abulensis vult, neque enim semper in deserto ex ramis arborum ea facere poterant, cum necesse esset interdum diuertere ad loca, quæ arboribus carerent, & tantæ multitudini nullæ silvæ sufficerent. Denique si singulis annis in Ierusalem ex arboribus fierent, breui montes, & siluæ desolarentur.

4 †Talia igitur erant tabernacula, qualia erant in vsu apud veteres, & qualia populus habuit iter faciens per desertum, e lignis videlicet, & linteis, pellibusque con-

fecta, vt æstum, & pluuiam arcerent. Ligna, vel fustes, primum figebantur, deinde lintea tendebantur, quæ domicilium constituerent, & pellibus extrinsecus tegebantur. Ita tabernaculum factum est Exod.26. quod ad communium tabernaculorum similitudinem compositum videtur. Indicant hoc etiam multi Scripturæ loci, in quibus legimus moueri tabernacula, aut tendi, aut figi, vnde etiam Scenopegiæ nomen deductum esse diximus. Vt Genes.12: Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum. Et cap.13: Reuersusque est per iter, quo venerat à Meridie in Bethel, vsque ad locum, vbi prius fixerat tabernaculum. Et postea: Mouens igitur tabernaculum suum. &c. Et cap.31: Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum: cumque ille consecutus fuisset eũ cum fratribus suis, in eodem monte
5 Galaad fixit tentorium. †Hinc Cant.1. Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalẽ, sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis, quæ scilicet cum tabernaculum extrinsecus tegerent, Sole, & pluuijs denigrabantur. Et Hab.3: Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian, à parte totum intelligens pelles vocauit tentoria. Immò & Iosephus loco modò indicato de festo Tabernaculorum ages ait: ἐκήνας πήγνυσθαι κελεύουσι κατὰ φυλὰς ἰδίας ἕκαστον, id est, Tabernacula figere iubet vnumquemque secundum familiam, id est, magna, vel parua pro numero domesticorum. Quod de tabernaculis dixi ostendit Isaias cap.54. his verbis: Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Et cap.33: Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternũ, & omnes funiculi eius non rumpentur. &c. In lignis enim, quæ vicem columnarum habebant, erant annuli, quibus innectebantur funes, qui clauis magnis humi confixi ligna firmabant, & contra ventorũ vim tabernacula munichant. Huiusmodi tabernaculorum artifex erat Paulus, sicut legimus Act.18: Erant autem sce-

nofactoriæ artis. Nec verò ex frõdibus quoque arborum facta fuisse tabernacula multa negauerim, præsertim quę paruũ erat, qui pretiosioribus illis tabernaculis carerent. De holocaustis, & victimis, quæ singulis diebus cædebãtur, lege cap.29. Numerorum.

6 †Hoc præterea lex iubet. *Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spathulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro.* Quod Iosephus libro.3. Antiquit. cap.10. ita interpretatur: Et simul pro gratiarum actione sacrificare, manibus interim gestantes ramos myrti, salicis, & palmæ, ex quibus mala Persica dependeant. &c. Sed Græca non satis cõmodè versa sunt, quæ sic habent: φοινικας ἐν ταῖς χερσὶ βαστάσαντας μυρσίνους, ἢ ἰτέας καὶ κλάδους φοινικῶν· πεποιῆσθαι τὴν σκηνὴν ἐκ τῶν παρόντων ὡραίων. Quæ ita reddenda sunt: Ferentes manibus ramum myrti, & salicis cum ramo palmæ laboraro: adest & malum, quod Perseæ est, id est, ferunt etiam ramos arboris Perseæ. Est autẽ Persea arbor, quam malum Persicum, siue citrum quidam vocant, (certè ita Iosephus accepit) mala enim citria vocantur mala Medica, siue mala Persica, vt autor est Dioscorides libro.1.cap.131. Et quamuis arbor μηλέα frequentiùs dicitur, fructus autem μῆλον tamen, & arbor ipsa
7 μῆλον vocatur. †Quatuor ergo arborum ramos ferre manibus iubebantur iuxta Iosephum, myrti, salicis, palmæ, citri. Idem sensit Moses Ægyptius libro.3. Ductoris dubiorum, cap.44. Ex quibus perspicimus arborem pulcherrimam intelligi citrum, cui Hebræi suffragantur. Sed & Chaldæi interpres hic vertit: Fructum arboris citri. Quod ergo Hieronymus scripsit in illud Zachar.14: Et oẽs qui reliqui fuerint. &c. arborem pulcherrimam in Leuitico à Iudæis cedrum intelligi, ne quæquam cedrum eam intelligit excellam arborem, & præstantem, quæ plerumque hoc nomine significari solet, sed eam, quam Latini citrum vocant, quod ex Dioscoride intelligitur lib.1.ca.131. vbi de malis loquens: Ea autẽ, inquit, quæ Medica dicuntur, aut Persica, aut Cedromela, Latinè autem citria, omnibus

Arbor pulcherrima.

nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nota. &c. Cedromela dicuntur quasi mala cedri. † Arbor densarum frondium myrtus intelligitur, vt etiam interpres Chaldæi vertit. lxx. transtulerunt, Arboris densæ: & Zachar. 1. vbi habemus: Et ipse stabat inter myrteta, verterunt, Inter duos montes vmbrosos, id est, habentes vmbrosas arbores, ac densarum frondium. Sicut ergo in tabernaculis habitare iubebantur, vt in firmis, & quietis sedibus collocati recordarentur se multis annis habitasse in tabernaculis, quod ipsi intellexerunt: scribit enim Moses AEgyptius in eodem loco: Similiter in exeundo de domibus, & morando in vmbraculis, sicut faciunt eremitæ, vt recordemur quod ita fuimus in diebus antiquis, & mutauit nos de desertis illis, vt habitaremus in domibus picturatis, & in palatijs delectabilibus, & in crassitie terrarum. &c: ita ferre iubentur manibus ramos arborum, quas nonnunquam, vt recordarentur se de sterili solitudine in terram feracem, & riuis (id enim indicant salices de torrente) ac optimis arboribus abundantem transiatos fuisse. † Propterea arbores pulchræ, & optimæ assumuntur, vt palma, & citrus, & myrtus, & iuxta riuos nascentes, vt salices. In his etiam citrus, & myrtus odoris boni sunt, salices verò, & palmæ pulchræ, & humidæ, diuque virorem seruantes; non enim primo tantum die, sed sex etiam reliquis sumebantur, quod Moses indicauit Leuit. 23. cum dixit: *Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spathulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro, celebrabitisque sollennitatem eius septem diebus per annum.* Et quidem iam dixerat septem diebus peragi debere ferias Tabernaculorum: sed cum ramos arborum primo die sumi præciperet, ne quis putaret eo tantum die sumendos esse, meritò addidit: *Celebrabitisque sollennitatẽ eius septem diebus.* Ita intellexit Moses AEgyptius, vt continuò videbimus, & idem à Iosepho traditur testatur. Petrus Comestor in Historia Numerorum, cap. 47. Falsum ergò est, quod affirmauit Abulensis quæstio. 28. in c. 23. Leuitici, primo tantum die ramos sumi. † Quod dixi de ramis arborum, & de eorum causis Moses AEgyptius eodem lib. 3. Ductoris dubiorum, capit. 44. docet his verbis. Quod autem mihi videtur in illis quatuor generibus rerum, est, quia lærari sunt cum exirent de deserto, in quo nihil seminabatur, nec inueniebatur ibi ficus, vitis, nec mala granata, nec aqua ad bibendum: & intrauerũt in terram delectabilem, in qua erant riui, & arbores multæ. Vt igitur haberentur ista in memoria, præcepit accipi de bonis fructibus. Et illa sunt quatuor genera, de quibus præcessit sermo, in quibus mihi conueniunt, quia inueniuntur in multis locis in terra promissionis in tempore illo, & qui libet potest illas habere. Secũdum est, quia sunt pulchra, & humida, & quædã ipsorum sunt boni odoris, scilicet pomum citrium, & myrtus. Tertium est, sicut in palma, & salice, quia tenet eorum humiditas in bono statu totis septem diebus, quod non inuenitur in alijs generibus huiusmodi rerum. &c. Eum secutus est S. Thomas. 1. 2. quæstione. 102. art. 4. ad decimum. Cum autem legimus fructus arborum, fructus cum ramis, in quibus sunt, intelligam⁹, vt ex verbis Scripturæ, & Iosephi, & Mosis AEgyptij perspicitur. † Quare malè, vt diximus, vertit nouus Iosephi interpres: Gestantes manibus ramos myrti, salicis, & palmæ, ex quibus mala Persica dependeant, cum mala hæc Persica non ex alienis, sed ex suis ramis pendere deberent. Quod verò ait: *Et lætabimini coram Domino Deo vestro*, ita exponit Abulensis: Saltabitis habentes istos ramos in manibus coram Domino Deo vestro. Dicunt enim aliqui quod quando Iudæi habebant istos ramos in manu, habebant cum eis colligatos fructus, & sic saltebant eleuantes, & deprimentes illos fructus ad omnem differentiam positionis, quod significabatur esse ad laudem Dei, qui erat Dominus omnium positionum mundi. &c. Et postea: Dicebatur hoc fieri coram Domino, quia ista lætitia, & saltatio fiebat in Sanctuario, vbi dicebatur esse Deus. &c. Ex hoc cernitur non semper eos mansisse in tabernaculis illis septem diebus, sed ita vt quis domi suæ habitare dicitur,

8 *Arbor densarũ frõdiũ*

9

10

11

in qua comedit, & dormit, & manet cum opus est, aut etiam exit.

DE SIGNIFICATIONE Tabernaculorum, siue Scenopegiæ.

CAP. XIIII.

1 RIgenes Homilia. 23. in Numeros: Iam verò vltimus dies festus Dei quis sit, quo Deus lætatur in homine, videamus. Scenopegia, inquit. Lætatur ergò super te, cum te viderit in hoc mundo in tabernaculis habitantem, cum te viderit non habere fixum, & fundatum animum, ac propositum super terras, nec desiderantẽ quę terrena sunt, nec vmbram vitæ huius quasi possessionem propriam, & perpetuam deputantem, sed velut in transitu positum, & ad veram illam patriam paradisi festinantem, ac dicentem: *Psal. 29.* Incola ego sum, & peregrinus, sicut omnes patres mei. In tabernaculis enim habitauerunt & patres: & Abraham in casu lis, id est, in tabernaculis, habitauit cum *Hebr. 11.* Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Cum ergò incola fueris, & peregrinus in terris, & non est mens tua fixa, & radicata in desiderijs terrenorum, sed paratus es vt citò transeas, & paratus es extendere te semper ad anteriora vsquequo peruenias in terram fluentem lac, & mel, & hereditatem capias futurorum: si te, inquam, positum in his videat Deus, lætatur in te, & diem festum agit super te. &c. † Di- 2 ximus cap. 12. secundam septimi mensis sollennitatem, id est, diem Expiationis, significasse pœnitentiam, & contemptionem voluptatum, ac sui ipsorum, quæ initio fuit in ijs, qui conuersi sunt, & nũc esse debet in omnibus qui perfectè cõuertuntur. Scenopegia igitur, quæ illam subsequitur, indicat eos, qui pœnitentia se exercent, & voluptates, seque ipsos contemnunt per desertum vitæ huius festinare debere in veram terram promissionis, & in tentorijs habitare, hoc est, tãtum ex rebus huius mundi sumere, quantum ad iter faciendum necessarium sit. Quare de gentibus ad Euangelium conuertendis in hunc modum vaticinatus est Zacharias: Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus, quæ venerunt contra Ierusalem, ascendet ab anno in annum vt adorent regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem Tabernaculorum. Et postea: Sed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes quæ non ascenderint ad celebrandam 3 festiuitatem Tabernaculorum. † Decimo quinto die celebratur Scenopegia, quo iam Luna decrescere incipit, quia nisi res sæculi fluxas, & caducas esse verè intelligamus, amabimus eas, & in eis manere cupiemus, nec desiderio festinabimus ad cœlestes. Cui igitur Luna decrescit, id est, qui bona sæculi, quæ mutantur, & transeunt, atque in Luna indicantur, talia esse cognoscit qualia sunt, ille Scenopegiam continuò celebrat, & festinat ad æterna. Septem diebus agitur, quia totam vitam nostram Deo dicare, & semper futura quærere debemus. Hychius: Quando congregauerimus omnes fructus terrę ab operibus videlicet terrenis cessantes, festa celebremus septem dies, id est, totam nostram demus vitam in Diuina festiuitate celebranda. &c. *Dies primus vocabitur celeberrimus, atque sanctissimus*, quia nihil iucundius, aut lętius nobis contingere potest eo die, quo iam plenè ad cœlestia aspiramus, nihil hoc desiderio sanctius. *Omne opus seruile non facietis in eo*, quia tunc maximè ab omni seruitute recedimus, cũ nihil est in terra quod nos capiat, aut festinare prohi- 4 beat ad superna. † Illis septem diebus offeruntur holocausta Domino, quia dum ita viuimus, totos Deo nos tradimus, & eius desiderio magis magisque in dies inardescimus. Fructus arboris pulcherrimæ, id est, citri, quæ colore aurum referunt, tunc verè sumimus, quia nõ quærimus quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi, & fructibus caritatis, quæ omnium virtutũ pulcherrima est, abundamus toti Dei gloriæ, & fratrum vtilitati traditi. Spathulæ palmarum victoriam indicant, sicut de sanctis victoribus scriptum est: Et palmæ in manibus *Apoc. 7.* eorum. Tunc enim glorioſè vincimus & de hostibus triumphamus, cum nihil illi habent in terra vnde nos teneãt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in humum deijciant, quia conuersatio nostra in cœlis est. Ramos salicis sumi diximus, quia diu virorem retinet, nec illis septem diebus arescit, & firmitatem animi non marcescentem, sed semper in felici illo virtutum statu perseuerantem significat. † Quæ de torrente sumitur, quia nisi crebro in lege Domini meditemur, & meditationi pias, & assiduas preces adiungamus, marcescet in nobis, & deficiet ille animi vigor. Ita de viro bono cecinit Propheta: Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Et erit tamquam lignum, quod plãtatum est secus decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius nõ defluet, & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur. Ramus ligni densarum frondium, quod pulchrum est, & humidum, atque ideo sumitur in Scenopegia, vt capite proximo diximus, denotat virtutum nobis ostendit semper in suo virore permanentium. Vt enim ex animo in cœlestem patriam festinemus, & terrena contemnamus, non satis est cupere, & quiescere, atque otiari, sed omnes virtutes crebro adhibendæ, & ita exercendæ sunt vt nulla earũ in nobis arescat, sed pulchritudinem suam teneant. Huiusmodi ramis celebranda est Scenopegia totis septem diebus, id est, toto vitæ tempore, quos qui leuauerit, verè coram Domino lætabitur, & hilarem in eodem vitam ager.

Psalm. 1

DE DIE FESTO COETVS, atque Collectæ.

CAP. XV.

1 HIC dies vigesimus secundus erat septimi mensis, octauus autem post septem dies Tabernaculorum. Hebraicè עצרת dicitur, id est, Cœtus, siue Congregatio, vt Ierem. 9: Quia omnes adulteri sunt, cœtus præuaricatorum. De quo legimus Leuit. 23: *Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino, est enim Cœtus, atque Collectæ. Omne opus seruile non facietis in eo.* Pro: Est enim Cœtus, atque Collectæ. lxx. verterunt: ἔξοδον, id est, Exodium est, de quo postea plura dicemus. Duplex fuit dies Cœtus apud Iudæos, alter idem, qui septimus erat Azymorum, alter is, de quo nunc agere cœpimus, quem ita nobis explicat S. Thomas. 1. 2. quæstione. 101. artic. 4. ad decimum. Octauo, inquit, die celebrabatur aliud festum, scilicet, Cœtus, atq; Collectæ, in quo colligebantur à populo ea, quæ erant necessaria ad expensas cultus Diuini: & significabatur adunatio populi, & pax præstita in terra promissionis. &c. Petrus Comestor in Historia libri Numerorum, cap. 47. affirmat octauum diem festum fuisse, quia conueniebant ad faciendam collectã, fortè invsus pauperum, vel in aliosvsus communes. † Lyranus in ca. 23. Leu. pecunias tunc colligi solitas esse dicit in sumptus sacrificiorum, vel tabernaculi vel templi. Idem sensit Abulensis, q. 26. & 27. in idem caput, & sumptus Sanctuarij, vel tabernaculi, aut templi indicat, reficere ea, quæ corruerant, vel noua facere, facere vasa aurea, & argẽtea, & vestes, emere animalia, quæ necessaria erant ad quotidiana sacrificia. Verùm Paulus Burgensis in Additione eiusdem cap. 23. hanc sententiam vehementer impugnat, atque hoc maximè argumento, quòd septimus dies Azymorum dicebatur etiam dies Cœtus, atque Collectę, quo nemo affirmat colligi solere pecunias itum etiam quia manifestum est apud Doctores Hebræorum huiusmodi collectionem pecuniarum ad sumptus templi per totam terram promissionis factam fuisse duodecimi mensis die primo. Vnde, inquit, festum Cœtus dicitur ex hoc quod erat dies celebris, in quo populus debebat adunari, seu colligi ad vacandum Diuinis, & per consequens cessare ab operibus seruilibus. &c. † Ego ex verbis Sancti Thomæ, quæ ante retuli, & ex his Pauli Burgensis mihi conijcere posse videor quid sit dies Cœtus; is scilicet, quo relictis tabernaculis simul omnes in tabernaculum, siue in templum conueniebant gratias Deo sollennibus sacrificijs relaturi quòd post longam illã quadraginta annorum peregrinationẽ tandem in terram promissam omnes tribus saluæ venissent, & optata quiete,

Verſ. 36.

2

3

Duplex dies Collectæ.

terra, incolumitate fruì cœpissent. Atque ideo post septem dies Tabernaculorum conueniebant, quibus annos peregrinationis testabantur, & Cœtus, siue Collecta dicebatur quòd omnes simul congregarẽtur. Simili fere de causa dies extremus Azymorum eodem nomine colebatur, quod cum trepidi, & festinantes ex AEgypto exijssent, quod manducandis panibus Azymis referebant, tandem omnes incolumes in vnum, atque eumdem exercitum conuenissent, & mare transijssent. Atque hoc & rerum ipsarum ordo, Diuinorumque beneficiorum cognitio, & commemoratio, tum etiam nomen ipsum Cœtus postulant: præsertim cũ pecunias septimo die Azymorum collectas fuisse non sit probabile, cum liceret (vt ait Lyranus in cap. 16. Deut.) omnibus secundo die in patriam proficisci, & si petendæ erant pecuniæ, antequam discederent, erant petẽdæ. † Si autem septimo die Azymorum non petebantur, cur die octauo consequente Scenopegiam peti dicamus, cum idem vterque dies nomen habeat, atq; eadem ratione habere videatur? Qui pecunias colligi voluerunt, nomine Collectę moti sunt, quo Paulus in eadem re vtitur. 1. Corinth. 16. De collectis autem, quæ fiunt in Sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite. Verum ita habeant, in Hebræo tatum legi עֲצֶרֶת הִוא, id est, Cœtus ipsa, quod est: Est enim dies Cœtus, sed Hieronymus perspicuitatis causa addidit, Atque Collectæ. Nec Collectam necesse est esse pecuniæ, nam & Orationes Collectæ vocantur, Cœtus autem hominum est. Quare rectè Chaldæus vertit: Collecti eritis. Preterea Deut. 16. vbi nos habemus, Collecta est Domini Dei tui, cum in Hebræo sit לַיהוָה, rectè vertere possumus, quemadmodũ: & lxx. verterunt: Domino Deo tuo, ta metsi idem in vtraque trãslatione sensus est, Cœtus est in honorem Domini Dei tui: idem enim vocabulum, quod prius vertorat duobus Cœtus, atq; Collectæ, nunc vno vertit, id est, Collecta, quod cœtum hominum sine dubio significat. Et quoniam vt gratias Deo referrẽt congregabantur, dixit: Collecta est Domini Dei tui, siue Domino Deo

4

5 tuo. † Sed & illud. 2. Paralip. 7: Fecitq; die octauo Collectam eo quòd dedicasset altare septem diebus, & sollennitatem celebrasset diebus septem: vtrũ ita interpretabimur, pecunias colligi ab omnibus iussit ad sumptus templi, an iussit omnes congregari vt gratias Deo agerent? Nùm rex locupletissimus, qui auro, perinde atque alij argẽto, abundabat, pecunias tunc exigi iuberet? Nec in templo tantum, sed etiã in domibus vehementius eo die lætabantur, sicut Moses AEgyptius lib. 3. Directoris dubiorum, cap. 44. testatur his verbis: Exitus verò de festo Tabernaculorum ad octauum diem, similiter festum est ad complendum in ipsa die genera letitiæ, quæ non poterant consummari in vnibraculis, sed in domibus magnis, & in habitationibus securis. &c. Huc etiam pertinere arbitror translationẽ lxx. qui nomẽ עצרת, pro quo nos aut Cœtum, aut Collectã, aut vtrumque habemus, semper vertunt ἔξοδον, quæ vox Latinis inusitata non est, & exitum, finemque significat, ac propriè canticum, quod histriones è scena exeuntes canebant, vt & ex alijs, & ex Tito Liuio, lib. 7 ab vrbe condita intelligitur. † Quare celebrem illam gratiarum actionem, qua Cœtus filiorum Israel duas magnas sollennitates Azymorum, & Tabernaculorum claudebant, & è loco sancto exeuntes in vrbes suas reuertebantur, non immeritò ἔξοδον appellarunt. Liuij verba, si quis requirat, hæc sunt: Iunctus histrionibus fabellarum actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare cœpit, quæ inde Exodia appellata, confertaque fabulis, potissimum Atellanis, sunt. &c. Videre hoc licet apud lxx. Leu. 23. Num. 29. Deut. 16. 2. Paral. 7. & Nehemiæ. 8. Theodoretus quæst. 32. in Leu. ita interpretatur: Exodium autem festorum indicat finem.

Exodium.

6

DE SIGNIFICATIONE diei Cœtus, siue Collectæ.

CAP. XVI.

1 SI recte interpretati sumus diẽ Cœtus esse, quo omnes filij Israel in templum conueniebant gratias Deo relaturi

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis, & sacrificijs quòd eos in terram promissam lætos, atque incolumes deduxisset: non erit profectò dubium eo die gaudium indicari cœtus beatorũ, & immortalem illam gratiarum actionem, de qua dictum est Psalm. 83: Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te: quod eos scilicet tot periculis liberatos in optatam patriam perduxerit. Nam si septimus mensis tempus gratiæ significat, vt diximus, & prima eius sollennitas lætitiæ, quæ futura erat in conuersione gentium, typus fuit: secunda pœnitentiæ, contemptionisq; voluptatum, tertia festinationis in cœlestem patriã: quartam, quæ Cœtus dicitur, & dies festos legis claudit, ac perficit, & vitam in tabernaculis actam consequitur, rectissimè beatissimam illã, extremamq;
2 sollennitatem interpretabimur. † Numerus etiam perpulchrè conuenit: septem enim diebus vniuersum tempus vitæ præsentis voluitur, & octauus dies beatitudinis est, & lætitiæ, & immortalitatis, quo & Dominus resurrexit, & omnes veri filij Israel resurgent semper cum Christo regnaturi. Isychius in cap. 23. Leuit: Sed & septem diebus holocausta offerri præcepit ostendens oportere per omne tempus perfectam conuersationem sequi. Quando ergò sic præsentem vitam percurrimus, tũc celeberrimum, atque sanctissimũ octauum diem, seculum videlicet futurum, habemus vocante nos in præparata sanctis bona eo, qui nos & in hãc conuersationem vocauit. Tunc ergò offerimus holocausta Domino, quæ hic præparauerimus, est enim Cœtus, atq; Collectæ: vel sicut lxx: Egressus est, quia hinc exitus, illic habitatio est, sicut ait Paulus: Cupio dissolui, & esse cũ *Philipp. 1.* Christo. Omne opus seruile non facietis, quia sicut Angeli Dei tempore illo erimus. &c. In eumdem sensum hũc diem Collectæ interpretatur Radul-
3 phus lib. 17. in Leu. cap. 3. † Quod dicitur: *Et offeretis holocaustum Domino*, melius in illa cõgregatione beatorum fit, in qua interim cum totis viribus, & tota animi contentione Deus intelligitur, & amatur. Tunc fit plenè quod pre- *Deut. 6.* ceptum est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: & illud: Benedic anima mea Domino, & *Psalm. 102* omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius, & quæ sequuntur. Illud obscurius, cur dictum sit: *Omne opus seruile non facietis in eo*, cum potius dicẽdum videretur quod de Sabbato dicitur: Omne opus non facietis in eo, hoc enim maximæ sollennitati datur, vt Sabbato illud, mediocribus etiam commune est, vt nullum opus seruile in eis fiat. Vtrumque sanè ad beatitudinẽ pertinet, vt nihil quod laboris sit, in ea inueniatur, quod Sabbato conuenit, & vt nullum opus seruile fiat in ea, id est, vt longissimè sint beati ab omni peccato, quod est opus seruile, at non ab omni opere. Licebat die octauo cibos parare, atque ita beata vita laborem nõ habet, sed opus tamen habet, quo (sicut lxx. verterunt Deut. 16.) necessaria animæ, id est, vitæ, parentur, intelligunt enim Deum, & amant, sine quo beata vita nulla est, & intelligẽdo, atq; amando cibum beatissimæ immortalitatis sibi parant, qui Deus est, nec aliter eo fruerentur.

DE DIE DATI IGNIS.

CAP. XVII.

1 VNC festum diem alter proximè consequebatur, qui Inuenti ignis dictus est. De quo, quoniam neque in sacris libris, excepto secundo Machabæorum, neque in Iosepho, neque in Philone, neque in ijs qui de festis diebus egerunt, quidquam inuenio, ea tantum referam quæ 2. Mach. 1. scripta sunt, ex quibus causam sollennitatis intelligemus. Ea sunt huiusmodi. *Facturi igitur quintæ & viceſi* *Vers. 18.* *mæ die mensis Chaſleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, vt & vos quoque agatis diem Scenopegiæ, & diem Ignis, qui datus est quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia. Nam cum in Persidem ducerentur, patres nostri, sacerdotes qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle vbi erat puteus altus, & ſiccus, & in eo contutati sunt eum, ita vt omnibus ignotus esset locus. Cum autem præteriſſent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur*

teretur Nehemias à rege Perſidis: nepotes sacerdotum illorum qui abſconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Et iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia quæ imposita erant, iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita. † Vt igitur hoc factum est, & tempus affuit quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes dum consummaretur sacrificium, Ionathia mehoante, & ceteris omnibus respondentibus. Et postea: *Cum autem consumptum fuisset sacrificium, ex reſidua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi. Quod vt factum est, ex eis flãma accensa est: sed & ex lumine quod refulsit ab altari, consumpta est.* Ignis de quo loquitur, sacer ignis est cœlitus olim datus, quo vno in altari vti licebat ad sacrificia, de quo Leu. 6: Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna manè per singulos dies. Ignis est ille perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Quem quia Nadab, & Abiu filij Aharon non adhibuerunt, sed ignem alienum, egressus ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino Leu. 10: Hic ignis semper in tabernaculo, & in templo seruatus est vsque ad tempus captiuitatis, quo & templum incensum est, & Iudæi Babylonem abduẽti sunt. † Sed tũc in puteo à sacerdo- 3
tibus absconditus, & soluta captiuitate ab eorum nepotibus Nehemia iubente quæsitus non est inuentus, sed aqua crassa pro eo reperta est, quæ in eumdem ignem est in sacrificio conuerſa. Quare falsum est quod recentiores Hebræi, eorumq; studiosi dictitant, in templo secundo cœlestem ignem semper defuisse. Quo die ignis datus sit, Scriptura non docuit, sed aut in Sceno pegia, aut (quod multò verius puto) cõtinuo ferè post illam datum esse conjicimus ex eo quod ait: Vt & vos quoque agatis diem Scenopegiæ, & die ignis qui datus est, quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia. Hæc autẽ sacrificia sine dubio illa sunt, quæ Nehemiæ. 12. ca. commemorãtur his verbis: *Steterantque duo chorea laudantiũ in domo Dei, & ego, & dimidia pars ma-*
gistratuum mecũ. Et sacerdotes. &c. Et clarè decinerunt cantores, & Iezrahia præpositus: & immolauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt, Deus enim lætificauerat eos lætitia magna. Sed & vxores eorum, & liberi gauisi sunt, & audita est lætitia Ie-
4 *rusalem procul. &c.* † Tempus ex præcedentibus intelligitur, capite enim octauo dictum erat: Fecit ergò vniuersa Ecclesia eorũ qui redierãt de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: nõ enim fecerat à diebus Iosue filij Nun taliter filij Israel vsq; ad diem illum, & fuit lætitia magna nimis. Legit autẽ Hesdras in libro legis Dei per dies singulos à die primo vsq; ad die nouissimum, & fecerunt sollennitatem septem diebus, & in die octauo collectã iuxta ritum. Deinde caput nonum ita incipit. In die autem vicesimo quarto mensis huius conuenerunt filij Israel in ieiunio, & in saccis, & humus super eos. Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena. &c. Cũque alter dies numeratus non fuerit, nõ videtur dubium per idẽ tempus, id est, paulò post Scenopegiam oblata esse illa sacrificia.

Significatio dati ignis.

5 QVid autem ignis inuentus post tẽpus captiuitatis, nisi caritatẽ post peccatũ per sacerdotes Ecclesiæ, & per sacramentũ pœnitentiæ recuperatam significat? Quis putaret vnquã ex aqua crassa super hostias infusa ignẽ esse oriturum? Sed iussit infundi Nehemias, & opera sacerdotũ infusa est, cœlestique virtute subitò ex ea ignis eluxit. Mirabile est verbis sacerdotis peccata remitti, quæ, si vt hominis sunt considerentur, quãvim habere possunt vt animi sordes abstergant, & offensiones in Deũ amoueant, magis quam aqua crassa vt ex da fiat ignis? At iubet Nehemias, id est, Christus, victimã singulari iudex, peccatorẽ se ipsum per cõtritionẽ, & confessiõ Deo mactare, & eius dẽ Christi iussu verba, atq; sententiã super eũ proferat sacerdos, efficitq; vt ignis amoris caritatis cœlitus detur, & domicilium Dei, id est, cor cõtriti, & humiliati, nouo lumine nouo calore, nouo quasi die expleatur. De hoc igne ait Dus: Ignẽ veni mittere *Luc. 12.* in terrã, & quid volo nisi vt accendatur?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Volò vt accendatur, sed sacrificium cò-
6 paretur, victimæ iugulentur. † Multis displicet vita peccatis implicata, & lassantur in via iniquitatis, ignē amissum inuenire cupiunt, sedeāt, ac torpēt, agi volunt vt mortui, iuuare Deum monentem nolunt, non parant victimas, non quærunt dolorem peccatorum, nihil ex se Deo offerunt, non inuenient. Iubet Nehemias hostias immolari, immolent, & aquam infundant sacerdotes, subitò ignis cœlestis emicabit. Qui inuenerint exultent, dies festos inueti Ignis agant, semper illum nutriant, nūquam extingui sinant, omnes suas victimas hoc igne sacro adoleant, vt omnia Dei amore faciant, illi soli placere studeant. Hunc dum seruauerint, & auxerint, non metuent ignem illum, de quo
Deut.32. scriptum est: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.

DE ENCAENIIS, ET eorum significatione.

CAP. XVII.

Errore factum est vt numerus XVII. bis poneretur; & nunc animaduersū, cum corrigi non potuit.

DIE vigesimo quinto mensis noni fiebāt Encænia, de quibus Iohan. 10. legimus: *Facta sunt Encænia in Ierosolymis, & hiems erat.* Meritòque dicit: Hiems erat, quoniā fere semper primus mensis partem habet Martij, & Aprilis, secundus Aprilis, & Maij atque ita in sequentibus: itaque nonus partem habebat Nouembris, & Decēbris. Sūt autē Encēnia dies dedicationis tēpli, vt nomē ipsum indicat, ἐγκαίνισον enim Græci dicūt quod nos renouare, dedicare, aut initiari. Ita. 3. Regū. 8. vbi habemus: Dedicauerūt tēplū Dñi rex, & filij Israel, in Græco est, ἐνεκαίνισαν: & 2. Para. 7. Eo q̄ dedicasset altare. Ixx: Eo quòd ἐγκαινισμὸν, id est, dedicationē, altaris fecit. Quibus vocibus sæpe vtitur Scriptura. 1. Mach. 4. Ter autē templū dedicatū est, primū cū à Salomone cōstructū est 3. Reg. 8. Secundò, cū reædificatū est post captiuitatē Babyloni cā Hesdræ. 6. Tertiò, quādo ex parte dirutū, & pollutū à gētibus, mundatū, ac dedicatū est tēpore Iudę Machabęi. De
2 quo. 1. Mach. 4: † *Et ante Matutinū surrexerunt quinta, & vicesima die mensis noni (hic est mensis Casleu) centesimi quadragesimi octaui anni, & obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum, quod fecerunt. Secūdum tempus, & secundum diem, in qua cōtaminauerūt illud gentes, in ipsa renouatum est in cantieis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia. &c.* In huius beneficij memoriā fiebant singulis annis Encænia, non in memoriā primæ, aut secundæ dedicationis. Quod ex eo fit manifestissimū, quòd non legimus in Scriptura festos dies institutos esse in illarum recordationē, sicut de tertia dedicatione in eodē loco legimus: Et statuit Iudas, & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in tēporibus suis ab anno in annum per dies octo à quinta & vicesima die mensis Casleu, cum lętitia, & gaudio. Idem scriptū est 2. Macha. 10. † De eadem re hæc etiā memoriæ mandauit Iosephus lib. 12. Antiqu. cap. 11: Tanta verò lætitia ob reductos ritus patrios, & priscam religionem occupauit gētis animos, maximè quòd ea felicitas ex insperato obtigerat, vt lex lata sit ad posteros, quæ iuberet quotannis hoc festum reparati cum ceremonijs templi per octo dies celebrari; & ex eo tempore mos hic apud nostros obtinuit, vocamusq; hanc festiuitatem Luminū, opinor ideò quòd ex insperato nobis illuxerit tanta felicitas. &c. Octo igitur diebus fiebant Encænia, quia octo dies Iudæi in lætissima illa templi dedicatione consumpserunt. Cur autem illi octò dies cōsumpserint, hæc causa fuit, quòd nihil apud Iudæos hilarius erat diebus Tabernaculorum cum octauo die Cœtus, quibus & iter suum per desertum, & felicem in terram promissionis ingressum commemorabant: atq; ideò diem, quo pulsis hostibus, & recuperato templo quasi restitutos se eidem terræ putabant, eadem hilaritate celebrare voluerunt recordantes se paulò ante in montibus
4 habitasse in tabernaculis. † Hoc discimus ex verbis 2. Macha. 10: Qua die autem, inquit, templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri vicesima quinta mensis, qui fuit Casleu: & cum lætitia diebus octo egerunt in modum Tabernaculorum recordantes quod ante modicum temporis diem sollennem Tabernaculorum in montibus, & in speluncis more bestiarum egerant. Propter quod thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui prosperauit mundare locum suum. &c. Probabile est autem (nihil enim certi ex Scriptura, aut ex Iosepho habeo) in his octo diebus primum, & vltimum sanctos fuisse, quibus ab omni opere seruili abstineretur, eo scilicet modò, quo in diebus Tabernaculorum, quos hac noua sollennitate imitari cupiebant.

Vers. 2.

Encæniorum significatio.

5 QVid ea significaret obscurum nō est, si recordemur nos templa Spiritus sancti esse, sicut ait Paulus:
1. Cor. 3. Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Hoc templum polluitur ab alienigenis cum à contrarijs potestatibus in consensum peccati mortalis adducimur, easque nos possidere, ac nobis dominari sinimus. Sed per Iudam Machabæum fortissimum ducem populi Dei mundatur, & reficitur, & dedicatur, cum per Christi gratiam renouamur, vt iam in nobis Deus honoretur, & sacrificium ei offeratur cordis contriti, & humiliati. Hic dies summa lætitia celebratur,
Luc. 15. quia Dominus ait: Gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Et iterum:
Ibidem. Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date anulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius (hæc est refectio templi) & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. † In modum Tabernaculorum celebratur, quia hæc
6 renouatio, atque hæc noua Spiritus sancti habitatio quasi typus est futurę
1. Cor. 15 felicitatis, in qua Deus erit omnia in omnibus, & nos omninò possidebit. Cumque Denarius, vt sæpe diximus, perfectissimus numerus sit, Nouenarius ex hoc imperfectus appareret, quòd aliquid ei deest ad Denarium: sed plenior, ac melior fit quò magis ad eum accedit. Benè ergò spiritualis templi per pœnitentiam reparatio vigesimo quinto die mensis noni colitur, quia illa suam plenitudinem, ac suum decorem minimè obtinet, nisi per septem dies trahatur, quibus, vt capite proximo diximus, totum vitę spatium intelligitur, & octauo perficiatur, qui iam in decimum mensem perfectum incidit, & extremam gratiæ perfectionem, quam in cœlesti patria habebimus, indicat.

DE DIE FESTO OB CAEdem Nicanoris, & eius significatione.

CAP. XVIII.

2 MENSE duodecimo, qui Hebraicè dicitur, אֲדָר, duplex erat sollennitas, altera ob cædem Nicanoris, altera, quæ dicebatur Sortium. Priorem illam, quæ ob beneficium cædis Nicanoris instituta est, qui vnus fuit ex principibus Demetrij regis, melius ex sacra historia cognoscemus, cuius hæc verba sunt libro. 1. Machab. cap. 7: Et post hæc verba ascendit Nicanor in montem Sion, & exierunt de sacerdotibus populi salutare eum in pace, & demonstrare ei holocautomata, quæ offerebantur pro rege. Et irridens spreuit eos, & polluit, & locutus est superbè, & iurauit cum ira dicens: Nisi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas, continuò cum regressus fuero in pace, succendam domum istam. Deinde cū narrasset pugnasse cum eo Iudam, & victum, atq; occisum fuisse Nicanorē tertio decimo die mensis Adar, qui est mēsis duodecimus, subijcit: Et acceperunt spolia eorum in prædam, & caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram eius, quam extenderat superbè, & attulerūt,
2 & suspenderunt contra Ierusalem. † Et lætatus est populus valdè, & egerunt diem illam in lætitia magna. Et constituit agi omnibus annis diem istam tertia decima die mensis Adar. Libro verò secūdo, ca. vltimo, vbi res eadē narratur, etiam nomen festi ostendi videtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Itaque omnes, inquit, communi consilio decreuerunt nullo modo diem istũ absque celebritate præterire, habere autem celebritatem tertia decima die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca Pridie Mardochæi diei. Sed locus deprauatus est in codicibus Latinis, ita enim legendum est: Habere autem celebritatem tertia decima die mensis (Adar dicitur voce Syriaca) pridie Mardochæi diei. Hoc verùm esse constat ex Græcis codicibus emendatissimis, atque inter eos ex Pontificio, & ex varietate Latinorum: deinde ex sensu ipso, nullam enim vocem Syriacam posuit autor huius libri, nisi Adar, & propterea parenthesi vsus dixit, Adar dicitur voce Syriaca, quod imitatus Iosephus similiter addidit, Mensis Adar, vt nostri nominant. Non ergò nomen festi indicauit, cum dixit: Pridie Mardochæi diei, sed tempus. Meminit & Iosephus eiusdem diei libro. 12. Antiq. cap. 17. his verbis: Ea victoria contigit decima tertia die mensis Adar, vt nostri nominãt, qui Macedonibus Dystrus dicitur: eaque die festiuitatem nostri per singulos annos renouant obrem prosperè gestæ memoriam. &c.

Significatio huius diei.

3 HAEC sollennitas typus est lætitiæ sanctorum in hac vita, sed maximè in futura, cum videbunt omnes, à quibus grauissimè vexabantur, pœnas suorum scelerum dedisse, iustos respirare, regnum peccati euerti, iustitiam Dei triumphare. Hoc enim est, quod petunt Apoca. 6: Vsquequo Domine sanctus, & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitant in terra? De hac exultatione iustorum scripsit Dauid Psal. 51: Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suũ, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum, & prævaluit in vanitate sua. Et Psalm. 57: Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Recteque hæc sollennitas agitur mense duodecimo, qui vltimus est, quoniam nunc ex parte exultant sancti, & ex parte enervatur regnum peccati, in fine autem sæculi prorsus delebitur, & veniet regnum Dei, nihilque erit non subiectum Christo, sicut ait Apostolus: 1. Cor. 15
4 † Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Et iterum: In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. Dies huius victoriæ decimus tertius est, quem consequitur continuò plenilunium, quò Luna accipit quidquid habere potest pulchritudinis. Luna plena est Ecclesia summam suam pulchritudinem, quam in cœlesti patria habitura est, adepta. Prius igitur impij sanctorum persecutores opprimentur à veniente iudice sanctis videntibus, & exultantibus, deinde Ecclesia iustorum in cœlum translata omnem suum decorem obtinebit.

DE DIEBVS SORTIVM, siue de die Mardochæi.

CAP. XIX.

1 HIC dies Hebraicè dicitur, הפורים, id est, Sortium, qui præcedenti festo coniunctus est. Causam nominis, & institutionis, & tempus ex libro Esther cognoscimus. Haman de stirpe Agag regis Amalech, intimus Assueri regis Persarum iratus Mardochæo patruo Esther, quod sibi genua nõ flecteret, non ipsum solũ, sed vniuersam etiam gentem Iudæorum perdere constituit. Mense ergò primo (vt legimus Esther. 3.) cuius vocabulum est Nisan, anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur Phur, coram Haman, quo die, & quo mense gẽs Iudæorum deberet interfici, & exiuit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. Id ipse, sicut voluerat, à rege obtinuit, & veredarij cum literis regijs missi sunt ad ões prouincias, quæ Assuero parebant, vt ões Iudæi vbiq; occiderẽtur decimotertio die mensis Adar. Deinde paulò post suspenso Haman in patibulo, & Mardochæo in intimam regis familiaritatem admisso nouas ab Assuero literas impetrauit Esther regina, vt eodẽ die, qui cædi Iudæorum fuerat designatus, Iudæi in omnibus prouincijs omnes inimicos suos cum coniugibus, ac liberis, & vniuersis domibus interficerent, atque delerent, vt est in octauo capite eiusdem libri. † Atque ita factum
2 est, vt legimus capite sequenti, ex quo discimus cur dies decimus quartus, & decimus quintus mensis duodecimi festi appellati fuerint, cum decimus tertius interficiendis hostibus Iudæorum esset designatus. Dies autem (inquit) tertius decimus mẽsis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quarto decimo die cædere desierunt, quem constituerunt esse sollennẽ, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio, atq; conuiuijs. At ij qui in vrbe Susan eẽdem exercuerant, tertiodecimo, & quarto decimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt, quintodecimo autem die percutere desierunt. Et idcircò eumdem diem constituerunt sollennẽ epularum, atq; lętitię. Ij verò Iudæi, qui in oppidis non muratis, ac villis morabantur, quartum decimum diem mensis Adar conuiuiorum, & gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi mutuò partes epularum, & ciborum. † Scripsit itaque Mardochæus
3 omnia hæc, & literis comprehensa misit ad Iudæos, qui in omnibus regis prouincijs morabantur, tam in vicino positis, quàm procul, vt quartam decimam, & quintam decimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertẽte semper anno sollenni celebrarent honore. Et mox: Atque ex illo tempore dies isti appellati sunt Phurim, idest, Sortiũ, eo quòd Phur, id est, Sors, in vrnam missa est, scilicet ab Hamã, vt dies certus cædendis Iudæis præstitueretur. Et posteà: Isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit oblivio, & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt. Nec est vlla ciuitas, in qua dies Phurim, idest, Sortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, quæ his ceremonijs obligata est. &c.

Ex eodem capite intelligimus ante dies Sortiũ Iudæos ieiunare, & clamare solitos esse, quoniam Esther, & Mardochæus, & ceteri Iudæi ieiunauerant, & ad Dominum clamauerant, vt illud à se periculum deprecarẽtur. Ita enim ait: Et illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores,
4 & Sortium dies. † Fiebat autem hoc ieiunium Esther (ita enim vocabant) die decimo tertio, sed postea incidente in eum diem sollennitate occisi Nicanoris, de qua diximus cap. 18. aut abrogatum est ieiunium, aut in præcedentem diem translatum. Ex his, quæ ex sacra historia retulimus, constat dies Sortium duos esse, decimum quartum, & decimum quintum, atque ita legenda esse verba illa cap. 9. vt à nobis posita sunt: Dies autem tertius decimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quarto decimo die cædere desierunt, quem constituerunt esse sollennem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis. &c. Ita inueni in manu scripto codice antiquo, & ita est in emendatis exemplaribus. Si enim legatur, vt in quibusdam; Et decima quarta die cædere desierunt, quem constituerunt esse sollennem, putabimus tertium decimum diem fuisse sollennem, si enim loqueretur de die decima quarta dicturus erat. Quam constituerunt esse sollennem,
5 vt in ea omni tempore. &c. † Et tamen constat decimum quartum fuisse sollennem, quia in eo cædere desierunt. Quod. lxx. apertissimè verterunt in hunc modum: Et requieuerunt (scilicet à cædendo) decimoquarto die mensis eiusdem, & egerunt eumdem diem quietis cum gaudio, & lætitia. In Hebræo etiam nihil potest esse manifestius: Et quieuerunt decimo quarto die, & fecerunt ipsum diem conuiuij, atque lætitiæ. Hoc etiam animaduertendum, Iosephum libro. 11. Antiquitatũ capite. 6. videri quodam modo dies festos numerare decimum tertium, & decimum quartum, quod si sensit, longè aberrauit, cum sacra historia planè decimum quartum, & decimum quintum designet. Quodque infert: Quam obrem ea festa per eos dies obseruant, Phruræa vocantes, quasi conseruatoria: primum Phruræa, corruptè legitur pro Phuræa, deinde illud, Quasi conseruatoria, quod vim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebraici vocabuli videtur indicare, interpres è suo addidit, non est enim in Græco, & malè addidit, cum Phurim sortes significent, non conseruatoria, & פור, vnde nomen deductum videri potest, non conseruare significet, sed
6 confringere, & conterere. † Quamuis Phur pro sorte vox est gentis, de qua ibi Scriptura loquitur, id est, Persica, atque ideò eam continuò altera Hebraica interpretatur, id est, Goral. nam vbi nos legimus cap. 3: Missa est sors in vrnā, quæ Hebraicè dicitur Phur, in Hebræo est, הִפִּיר פּוּר הוּא הַגּוֹרָל, id est, Misit Phur, ipse est, Goral, quod est sors. Phurim igitur dies vocati sunt, id est, non Sortis, sed Sortium, non quod Iudæi sortem miserint, sed in recordationem sortium, quas miserat Haman ad eos perdendos. Etenim quamuis Scriptura dicat: Missa est sors in vrnam, duas sortes missas esse intelligimus, alteram de mense, de die alteram: quod haud obscurè ipsa indicat cum ait: Missa est sors coram Haman de die in diem, & de mense in mensem, ita enim est in Hebræo. Ac ne dubitemus. lxx. verterunt: Et misit sortes diē ex die, & mensem ex mense. Dicebantur etiam Dies Mardochæi, quoniam, vt iam vidimus, Mardochęus ad omnes Iudæos scripsit vt hi dies festi agerentur. Ita. 2. Macha. vltimo scriptum est sollennitatem occisi Nicanoris institutam esse decimo tertio die mēsis Adar, pridie Mardochæi diei.

DE SIGNIFICATIONE dierum Sortium.

CAP. XX.

1 DIES sortium omninò eādem lætitiam sanctorum significant, quam capite præcedenti explicauimus, cum videlicet de malignis spiritibus, & de tyrānis, deque reliquis persecutoribus suis triumphum agent, qui sortes miserant quo tempore Sanctos perderent nihil potestatis ad id sibi deesse existimantes, & certum sibi eorum interitum promittentes. Sed per virtum vnum, & per vnam mulierem liberati sunt, id est, per Christum, & Mariam, & inimicos suos gladijs punierit, sicut scriptum est Psalm. 149: Et gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium cōscriptum: gloria hæc est omnibus Sanctis eius. Hoc in fine sæculi, id est, in die iudicij, continget, ideo duodecimo mense celebratur.
2 † Die decima quarta agitur, id est, in plenilunio, quoniam cum sancti cum Christo iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, iam Ecclesia Sanctorum plenitudinem decoris sui habebit. Sed sollennitati quintus decimus dies additur, quo Iudæi cædere hostes desierunt, & summā cum voluptate eorum cadauera spectauerunt, à quibus se occidendos fore putabant. Itaque hoc secundo die gaudium illud significatum est, quod sancti capient videntes semper impiorum persecutorum damnationem, sicut in Isaia scriptum *Isai. vlti.* est: Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vsque ad satietatē visionis omni carni.

DE SOLLENNIBVS IEiunijs Hebræorum.

CAP. XXI.

1 HEbræorum ieiunia, etsi dies festi non sunt, tamen quia sollennia sunt, ad eos quodam modo pertinent, & ne quid, quod argumenti pars esse videatur, prætermittatur, breuiter perstringenda sunt.

In primi mensis, quem Nisan vocari diximus, Neomenia, siue Calendis, ieiunium est ob mortem filiorum Aharō *Leu. 10.* Nadab, & Abiu.

Die decimo ieiunium ob mortem *Num. 20.* Mariæ sororis Moysis, & puteum obturatum.

Die vigesimo sexto ieiuniū ob mor- *Iosue. vlti.* tem Iosue.

Secundi mensis die decimo ieiuniū, quòd *1. Reg. 4*

quòd eo obierit Heli sacerdos capta arca fœderis.

2. Reg. 25. Die vigesimo nono ieiunium ob mortem Samuelis, & planctum domus Israel in eius morte.

2 † Tertij mensis die vigesimo tertio *3. Reg. 12* ieiunium, quòd decem tribus tunc defierint primitias portare in Ierusalem regnante Ieroboham filio Nabath.

Die. xxv. ieiuniū ob cædem Simeonis filij Gamalielis, & Ismahelis filij Elisæi, & Haninan sacerdotis, qui celebres Iudæorum magistri fuerunt.

Die. xxvij. ieiunium ob combustū simul cum libro legis R. Haninam Tardionis filium.

Exo. 32. Quarti mensis die. xvij. ieiunium ob tabulas legis fractas, & quia eo die iuge sacrificium defijt, & Epistemon legem combusit idolo in templo collocato.

Num. 20. Quinti mensis Neomenia ieiunium, quod eo Aharon sacerdos magnus è vita excesserit.

4. Reg. vltimo. Die. ix. ieiunium ob incensam eo die Ierusalem, & templum, primò à Chaldæis, secundò à Romanis, & quòd eo capta sit à Romanis Bethera, & vrbs excisa, & quòd Dominus dixerit Mosi homines illos non ingressuros esse in terram promissionis.

3 † Die. xviij. ieiunium, quòd eo die extructa sit lucerna Occidetalis in diebus Achaz.

Sexti mensis die. vij. ieiunium, quoniam tunc exploratores terræ detrahētes plaga extincti sunt. Num. 14.

Ierē. 41 Septimi mensis die. iij. ieiunium Godoliæ, quoniam tunc occisus est Godolias filius Ahicam filij Saphan, & Iudæi, qui cum eo erant in Maspha.

Die. v. ieiunium, quòd eo die mortui sint. xx. homines de Israel, & R. Akiba filius Ioseph vinctus.

Die. vij. ieiunium ob decretum in Iudæos gladium, & famem.

4. Reg. vltimo. Octani mensis die. vj. ieiunium ob exercitum Sedeciam regem, & eius filios interfectos à Nabuchodonosor.

Ierē. 36. Noni mensis die. vij. ieiunium ob cōbustum à rege Ioakim volumen, quod scripserat Baruch dictante Ieremia.

Decimi mensis die. viij. ieiunium, quod illo die lex in Græcum versa sit tempore Ptolemæi regis, & tenebræ occuparint mundum triduo.

Die. ix. ieiuniū, cuius Doctores Hebræorum causam non indicarunt.

4 † Die. x. ieiunium, quòd eo Nabucho- *Iere. 39.* donosor cœpit obsidere, & oppugnare Ierusalem.

Mensis vndecimi die. iij. ieiunium, quoniam tūc mortui sunt nulli, qui fuerant diebus Iosue.

Die. xxiij. ieiunium, quòd eo * congregati sunt omnes Israelitæ aduersus ** Iud. 20.* tribum Beniamin, & * propter concubinam Leuitæ in Gabaa, & † simulacrum Michæ. ** Iud. 19. † Iud. 17.*

Duodecimi mēsis die. vij. ieiunium *Deut. vlt.* ob mortem Moysis.

Die. ix. ieiunium ob domum Sammai, & domum Hillel principum Scribarum inter se sectas, & diuisas.

His diebus addiderunt magistri Iudæorum singulis anni hebdomadis ieiunium secundi, & quinti diei, id est, secundæ, & quintæ feriæ, tribus de causis propter excidium templi, propter combustam legem, & propter blasphemiam Rabsacæ.

5 † Quæ de ieiunijs scripsi, ita posita sunt in fastis Hebræorum, quos Genebrardus ex Hebræo vertit in Latinum, præter locos Scripturæ in margine signatos, in quibus non tam tempora, quam res gestæ leguntur, cetera ex suis Historijs, & traditionibus addiderunt. Ex quibus lector facilè intelliget eorum institutionem ex Scriptura non colligi, præter quam paucorum, de quibus Zacharias capite. 8: Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, & in lætitiam, & in sollennitates præclaras. Quæ Hieronymus veteres Hebræos secutus ita interpretatus est. Ieiunium quarti mensis fit quoniam tunc Moses descendens de monte Sina tabulas legis confregit Exodi. 32. Ieiunium quinti, quoniam tunc iusi sunt Hebræi errare in solitudine quadraginta annos, vt in terram promissionis non ingrederentur. Numerorum. 14. & quia eodem mense vrbs incensa est à Chaldæis. Ieiunium septimi propter cædem Godoliæ. Ieremiæ. 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ieiunium decimi, quia Ezeciel, & qui erant in captiuitate eo mense audierut templum fuisse subuersum. Ezec. 33. Scio non deesse qui Hieronymo repugnent, sed quoniam à me defensus est in cap. 8. Zacha. num. 29. & sequentibus, non erunt hic eadem repetenda.

DE SEPTIMO QVOQVE anno, qui dicitur Sabbatum terræ, siue annus Remissionis.

CAP. XXII.

1 DE septimo quoque, & de quinquagesimo anno agã, quia anni festi quodammodo videri possunt. De septimo scriptum est Leu. 25: *Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, Sabbatizet terra Sabbatum Domini. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineã tuam, colligesque fructus eius: septimo autẽ anno Sabbatum erit terræ requietionis Domini, agrum non seres, & vineam non putabis. Quæ sponte gignet humus, non metes, & vuas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam, annus enim requietionis terræ est. Sed erunt vobis in cibum, tibi, & seruo tuo, ancillæ, & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinantur apud te, iumentis tuis, & pecoribus omnia, quæ nascuntur, præbebũt cibum, &c.* Non igitur tunc metebantur segetes, sed leuiter carpebantur, & fructus agri, & vineæ, & oliueti communes erant omnibus: quod in pauperum subsidium institutum est. Exo. 23: *Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies vt comedant pauperes populi tui, & quidquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri. Ita facies in vinea, & in olueto tuo.* Ac ne timidi essent, aut pigri ad misericordiam, Leuit. 25. ait: Quod si dixeritis: Quid comedemus anno septimo si non seuerimus, neque collegerimus fruges nostras? dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum. † Secunda remissio erat seruitutis, serui enim Hebræi eodem anno manumittebantur. Exodi. 21: *Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis.* Nam si alienigena erat seruus, numquam manu mittebatur. Leuit. 25:

Vers. 2.

2

Seruus, & ancilla sint vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos, & hereditario iure transmitteris ad posteros, ac possidebitis in æternum. Tertia remissio erat debitorum, omnia enim debita septimo anno remittebantur, Deut. 15: *Septimo anno facies remissionem, quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus Remissionis est Domini. A peregrino, & aduena exiges, ciuem, & propinquum repetendi non habebis potestatem.* † Nec putare debemus, quoniã dictum est: *Sex annis seruies tibi, in septimo egredietur liber gratis*, numerandos esse septem annos ab emptione serui, aut à debito contracto, sed vnum, atq; eumdem esse omnibus annum Remissionis, sicut vnus, & idẽ dies erat omnibus Sabbatum. Ab anno igitur, quo ingressi sunt in terram promissionis incipiebatur computatio, & septimus quisq; annus erat annus Remissionis, vt planè ex illis verbis Leuit. 25, intelligitur: Quando ingressi fueritis terrã, quam ego dabo vobis, Sabbatizet terra Sabbatum Domini. Sex annis seres agrum tuum, &c. Septimo autem anno Sabbatum erit terræ requietionis Domini. Et Moses ipso anno, quo ingressuri erant, ait Deut. 31: Post septem annos anno Remissionis. &c. Quamobrem quò propior erat annus septimus, eò minoris seruus vendebatur, & auari cautiores erant ad mutuandum, quos Dominus admonet Deut. 15: Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis; & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo nolens ei quod postulat mutuum commodare, ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum. Quod ad sacra attinet, nihil hic annus habebat peculiare, nisi quod liber Deuteronomij in eo legi iubebatur. Deutero. 31: Post septẽ annos anno Remissionis in sollennitate Tabernaculorum, conuenientibus cunctis ex Israel, vt appareant in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit Dominus, leges verba legis huius coram omni Israel,

Israel, audientibus eis, & in vnum omni populo congregato. &c.

DE SIGNIFICATIONE septimi anni.

CAP. XXIII.

1 SEptimus annus, qui libertatis, & remissionis est, & Sabbatum terræ dicitur, sine dubio beatam illam requiem significat, qua in cœlo cũ Christo perfruemur, in qua vera libertas erit, & remissio, & quies iucundissima. Terra seritur cum mens nostra verba Dei audit, & corde percipit (semen enim est verbum Dei) ex quibus opera sancta colligit, quibus alitur, & confirmatur. Vinea putatur cum superflua ex nostris cordibus resecamus; vt colligamus fructus, quibus mens nostra lætificetur, & in Deo lætetur, consolatione nesque ab eo mirificas percipiat. Oliuas colimus, & fructum earum colligimus cũ misericordiæ, & caritatis actionibus, fratribusque omni ratione iuuãdis nos peculiari cura tradimus, ac dicamus. In his sex annis laborandum est, septimo quiescimus. Isychius in ca. 25. Leu: Sex annis serere nostrum agrum, & plantare vineam, & colligere fructus, qui ex ea nascuntur, possumus, id est, vsq; dum in vita hac, & in creatura hac visibili sumus, quam sex dierum numerus rectè significat, quia in sex diebus cõstituta sunt quæ videntur omnia.

Luc. 8.

2 † Septimo autem anno Sabbatũ, & requies erit terræ. Quando enim intelligibile nostrum venerit Sabbatum, id est, præsentis sæculi requies, de qua ait Paulus: Ergo relinquitur Sabbatismus populo Dei, quem designat dies septima, quia septima die requieuit Deus ab omnibus operibus suis, videlicet visibilibus, tunc operationis non est tempus. &c. Quod autem ait: *Sed erunt vobis in cibum, tibi, & seruo tuo, &c.* ita idem interpretatur: Quæcunque enim nunc operati fuerimus, horum ibi fructum percipiemus, & illud psalmi nobis aptabitur: Beati omnes qui timent Dominum! Labores fructuum tuorum manducabis: beatus es, & benè tibi erit. &c. Fructibus terræ illius anni septimi pascuntur serui, & ancillæ, & aduenæ,

Heb. 4.

Psal. 127.

quia Sancti Deo fruentes vtiles maxime sunt ijs, qui eos in terra pié inuocãt, & ad eorum patrocinium confugiunt, & alijs etiam non inuocantibus, ipsis quoque iumentis, sine bestijs agri, id est, hominib⁹ peccatoribus, & ineruditis, ac simplicibus, & ipsis qui efferatis moribus sunt, quorum multos Deus seruat, & ad se conuertit precibus, & meritis Sanctorum. † Eodem anno seruus Hebræus gratis liber egreditur. Seruus Hebræus quis est nisi corpus iusti, quod fideliter animæ seruit, & transire etiam cupit in gloriam filiorum Dei (nam Hebræus à trãseundo dicitur,) & eiusdem nationis, & gentis est? Hic à laboribus quiescit, & in resurrectione accipit gloriam, & honorem: & quidẽ gratis quodam modo: non quòd sine meritis accipiat, sed quòd eius labores magnitudine, & durationi nihil sunt, si cũ æternis gaudijs conferantur, quæ & maxima sunt, & æterna. Hoc enim est, quod scripsit Apostolus: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Debita tunc remittuntur, quia requie illa frui nõ potest, cui prius omnia debita dimissa non fuerint, & qui ipse alijs non remiserit. Liber Deuteronomij eodem anno legitur in festo Tabernaculorum, quia qui in hac vita cœlestia semper cupierunt, & in tabernaculis vixerunt, cuius rei recordãtur, & legis Dei, in qua nocte, & die meditabantur, incredibilem ex ea memoria percipiunt voluptatem.

Preces Sanctorum.

Rom. 8.

DE QVINQVAGESIMO quoque anno, qui Iubilæus dicitur.

CAP. XXIIII.

1 LEuit. 25: *Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorũ, id est, septies septem, quæ simul faciunt quadragintà nouem, & clanges buccina mense septimo decima die mensis Propitiationis tempore, in vniuersa terra vestra, sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim Iubilæus.* Quinquagesimus quinq; annus,

Vers. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui numerari cœpit ab anno, quo ingressi sunt in terram promissionis, quẽ admodum de anno septimo diximus capite. 22. Celeberrimus erat apud Hebræos ijs de causis, quas paulò post explicabimus. Et sicut septimo anno elapso incipiebat altera hebdomada annorum numerari, ita finito quinquagesimo incipiebant alij quinquaginta computari. Itaque totum tempus apud Hebræos per septenarios, & quinquagenarios dividebatur, ita tamen vt semper

2 vterque numerus integer esset. † Primus ergò annus quinquagesimus post ingressum in terram promissionis successit vltimo septimæ hebdomadæ annorum, & vnus annus remissionis alterum subsecutus est. Annis deinde primus secundi quinquagenarij, id est, qui numerari incipiebat, vt fieret secundus Iubilæus, fuit secundus octauæ hebdomadæ annorum, atque ita deinceps in reliquis, vt erudite docet Abulensis quæstione. 7. in. 25. caput Leuitici. Anno quadragesimo nono nouo mense septimo clangebant buccinis, de quibus dictũ est Iosue. 6: Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarũ vsus est in Iubilæo. &c: Vt notum esset omnibus, ac cum lætitia denuntiaretur annum sequentem esse Iubilæum. Ideò dictum est: *Sanctificabisque annum quinquagesimum*, id est, præparabis populum celebritati anni quinquagesimi, hoc enim est Sanctificare, præparare, vt Isa. 13: Ego mandaui sanctificatis meis; id est, Medis, & Persis, quos præparaui vt deleant imperium Chaldæorum.

Sãctificare.

3 † Propterea etiam ait: *Et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ*, id est, Denuntiabis. Septimo mense fiebat, quia mensis ille sanctior reliquis habebatur, septimus enim erat, & multis, magnisque solennitatibus abundabat. Inter illas autem dies Expiationum sanctissimus erat, vt suo loco dixímus. Deinde etiam significationi conueniebat, nam eo die Deus propitius reddebatur, & peccata ignoscebat, & æquum erat vt eodem ipso admonerentur liberè sibi mutuò debita remittere.

Quid interesset inter annũ septimũ, & quinquagesimũ

In eo autem quod ait: *Et vocabit remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ*, hoc animaduertendum est, annum septimum, vt iam vidimus, dici annũ Remissionis, quod etiam quinquagesimo conuenit, verùm multò aliter, quia annus est perfectæ remissionis. Etenim fieri interdum poterat, vt seruus septimo anno libertate non donaretur, qui tamen quinquagesimo sine dubio liber exibat. Exò. 21: † Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Sin autem

4 dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios, & filias, mulier, & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit seruus: Diligo dominum meum, & vxorem, ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus dijs, & applicabitur ad ostiũ, & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in sæculum. Hoc est, vsq; ad annum Iubilæi, est enim in Hebræo יובל, adnotatque Hieronymus in epist. ad Galat. cap. 1. in illud: Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam, hoc nomen cum sine litera, ו, scribitur, significare annum quinquagesimum, cum verò illam habet, significare æternitatem, quod sæpe in Scriptura videmus. Loquitur autem de vxore alienigena, nam Hebræa septimo etiam anno libera egrediebatur: & tamen quinquagesimo anno tam ipse, quam vxor, & filij liberi erant. Similiter septimo anno non redibat res immobilis vendita ad venditorem, nisi eã pretio redimeret: quinquagesimo autẽ sine pretio etiam possessiones redibãt,

5 ad veteres dominos. † Leuitici. 25: *Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam, ipsa Iubilæus est, & quinquagesimus annus.* Hoc fiebat ne alij bona aliorum possiderent, & locupletissimi fierent alijs in paupertate degentibus. Deinde ne sortes in terra promissionis cuique tribui assignatæ permiscerentur, & ad alias tribus transirent: ita enim permiscerentur & familiæ, quæ per sortes cognoscebantur, & qui habebat agrum in sorte tribus Iudæ, eius esse tribus censebatur, atque ita in reliquis. Propterea redeunte possessione ad veterem dominum homo censebatur reuerti ad suam familiam: qui enim ex tribu Iudæ putabatur, quoniam possessionem in illius sorte habebat, cum esset ex alia tribu, reddita possessione viro ex tribu Iudæ

dæ ipse redibat ad suam tribum, id est, iam non censebatur esse de tribu Iuda, sed de sua vera tribu: quod optimè explicauit Abulensis quæstione. 13. in hoc idem caput) & ideo dictum est: *Et vnusquisque rediet ad familiã pristinã.* † Hinc

6 fiebat, vt quò propior esset annus quinquagesimus, eò minoris res immobiles venderentur. Leuit. 25: Quantò plures anni remanserint post Iubilæum, tantò crescet & pretium: & quantò minus temporis numeraueris, tantò minoris & emptio constabit, tempus enim frugum vendet tibi, id est, non vendidit substantiam rei, sed tempus fructuum colligendorum. Si quis tamen domũ venderet intrà vrbis muros collocatã, nec intra anni spatium redimeret, nec in Iubilæo redimi poterat, vt est in eodem capite. Quod ideo præceptũ est, quòd per possessiones, quæ erant intra vrbes, non fiebat distinctio tribus, & familiarum, cum in qualibet tribu Israel darentur Leuitis vrbes adhabitandum Numeror. 35. nec tamen eis dabantur agri illarum, atque idcircò domus, quę erant in villis, cum agris suis transibãt. Præterea hoc fiebat, vt homines in vrbibus manerent, nec domos suas venderent scientes nullo tempore eas fore recuperandas. Quod latiùs explicat Abulensis quæstione. 20. in hoc caput 25. Leuitici. At domus Leuitarum vbicũmque essent, etiam si non redimerẽtur, in Iubilæo ad dominos redibant. Hoc etiam in eodem præcipitur: *Non seretis, neque metetis sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis ob sanctificationem Iubilæi, sed statim ablata*

7 *comedetis.* † Quidam legunt Oblata, sed legendum est, Ablata, id est, non seruabitis, aut vinum ex vuis facietis, sed quę colligitis continuò comedetis. In Hebræo est apertius: De agro comedetis fructum eius, id est, terræ. lxx: De agris comedetis fructus eius. Atque hæc sunt, quæ de quinquagesimo anno ab Scriptura accepimus, nec plura ferè Iosephus scripsit. Referam tamen eius verba de anno septimo, & de quinquagesimo ex libro. 3. Antiquit. cap. 10. quæ nonnihil ad ea, quæ dicta sunt, explicanda iuuabunt. Septimo quoque anno (inquit) remissionem agris dedit, intactosque aratro, & plantatione esse iussit, quemadmodum iam ante populo septima quoque die remissionem laboribus dederat. Quæ verò per hunc annum sponte sua terra protulerit, publica esse, & promiscui vsus iussit, & neque indigenam, neque aduenam ab eis fructibus colligendis arceri: idemque obseruari post septimam annorum septimanam, qui numerus quinquaginta conficit, vocaturque Hebræis quinquagesimus quisque annus Iobelus: in quo & debitoribus fœnus remittitur, & serui manu mittuntur, qui contribules cum essent, legem aliquam violauerint, & supplicij vice in seruitutẽ vindicati fuerint.

8 † Agri quoque ad pristinos dominos ex hac lege redeunt hunc in modum. Instante Iobelo, quæ vox libertatem significat, conueniunt venditor agri, & emptor, computatisque fructibus, ac expensis in agrum factis, si fructus maiores fuisse comperiantur, recipit agrum venditor. Quod si expensæ maiores fuerint, hoc quod deest recipiens emptor possessionem alteri cedit, sin vtraque paria fuerint, possessio ad veteres dominos reuertitur. Idem ius est & in domos, quæ in vicis non munitis venduntur: diuersum verò de illis, quæ intra oppidorum mœnia venduntur. Licet enim ante annum elapsum reddita pecunia domum recipere: quod si integer annus interim abierit, emptori possessionis ius confirmatur. &c. In his Iosephi verbis vbi interpres vertit: Fenus remittitur: ἄφεσις, quod est in Græco, mutuum, & omne debitum significat, etiam si fenus non sit. † Cete

9 rum in interpretatione nominis laborant recentiores scriptores, ac nihil certi statuunt. Nec certius, aut probabili quod putauit Andreas Masius in cap. 6. Iosue; à Iubal primo Musicorum instrumentorum inuentore deductum esse nomen, nobis satis sit Iosephi doctissimi hominis, & suæ linguæ peritissimi autoritas, qui hoc vocabulo libertatem significari docet, vt iam vidimus: cui & Hieronymus haud obscurè assentiri videtur libro. 2. in Isaiam ferè initio. Assentiuntur & lxx. qui pro Iubilæo sæpe vertunt, ἄφεσιν, id est, remissionẽ. Quare quod Sanctes Pagninus, & Munsterus in suis Lexicis, Augustinus Eugubi-

Iubilæus.

nus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus in Adnotationibus in caput vltimũ Numerorum, Hieronymus Oleastrius in Comentarijs in cap. 25. Leuit. & multi alij senserunt יובל significare Cornu arietinum, & inde Iubilæum dici, quod cornibus arietum eo anno clangerent, commentum est Hebræorum tam à veritate abhorrens quàm quod maximè. Quis enim credat, aut quorsum id fieret, vt in maxima Iubilæi celebritate cornibus arietinis clangerent?

Buccinæ Iubilæi.

10 † Denique Iosue. 6. tubæ, quarum vsus est in Iubilæo, proferri iubentur vt corruant muri Iericunthis, quis ergò eas ex arietum cornibus factas putet? Scio sanè Iosephum libro. 5. Antiq. cap. 1. tubas, de quibus nunc loquimur, cornua appellare, sed cornua appellare potuit, quòd ad similitudinem cornuum essent factæ: nisi forte putamus Turnum cornibus arietum signum belli dedisse, cum nobilissimus poetarum ait:

8. Æneï. *Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce*
Extulit, & rauco strepuerũt cornua cãtu.

Et illud apertius:

7. Æneï. *Æreaque assensu conspirãt cornua rauco.*

Cornua enim dicebantur tubæ, etiã si ex alia materia factæ essent, vt autor est M. Varro libro. 4. de lingua Latina, quoniam primùm corneæ fuerũt. Nec tamen nego tubas Iubilei corneas fuisse, hoc enim verisimilius, immò hoc solum verum: quoniam cum Leuit. 25. ait: Clanges buccina, in Hebræo est, שופר, quod Hieronymus in cap. 5. Hoseæ, in illud: Clangite buccinam in Gabaa, buccinam interpretatur, & cornu recuruo effici dicit, & .lxx. verterunt tubam corneam, cum dicitur in Psal. 97: In tubis ductilibus, & voce tubæ cornex. † Verùm ex cornu arietis factas esse nego, quod neque significationi, vt in festo tubarum, nec vsui conueniebat. Buccina enim pastoralis est (ait Hieronymus in eodem loco) nec pastores cornu arietino ad buccinas vtũtur, sed bubulo. Cornua (inquit Varro libro. 4. de lingua Latina) quod ea, quæ nunc sunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu. Quare Iosue. 6. vbi habemus: Sacerdotes tollent septem buccinas, in Hebræo est vocabulum, quod diximus, in Græco autem σαλπιγγας, id est, buccinãs corneas maiorum animalium. Malè ergo Abulensis tubas Iubilæi argenteas illas fuisse censet, quibus in sollennitatibus populus conuocabatur, vt est in decimo capite Numerorum (quod scriptum reliquit in cap. 25. Leuit. quæstione. 7.) Illæ enim duæ fuerunt, vt ex eodem loco constat, & ex Iosepho. li. 3. Antiqui. cap. 11. in Iosue autem septem buccinæ Iubilæi scribuntur, & aliud nomen habent in Hebræo, nec vnquam eis vtebantur, nisi in Iubilæo, ideò siquidem dicitur: Quarum vsus est in Iubilæo. Quod ad nominis Orthographiã attinet, rectiùs Iobilæus scriberetur, vt apud Hieronymum lego in cap. 1. epistolæ ad Galatas. Iobelum mallem, vt Iosephus, cum sit in Hebræo Iobel, aut certè Iobelæum. Sed quoniam consuetudo obtinuit, vt Iubilæus dicatur, sciẽtiam nobis reseruemus, vsum populo relinquamus.

DE SIGNIFICATIONE anni quinquagesimi.

CAP. XXV.

1 ISychius hæc eadem verba Leuitici interpretans in septem hebdomadibus annorum totum huius sæculi tempus intelligi vult, quia in hebdomades dierum totum sæculum humanum diuiditur, & hic numerus in semetipsum multiplicatus finem volubilitatis temporum indicat, vt in anno quadragesimo nono, septiès enim septem quadraginta nouem fiunt. Annus ergò quinquagesimus diem resurrectionis omnium significat, post finẽ enim resurrectio sequitur. Clangorem buccinæ illum esse vult, de quo Paulus, 1. Thess. 4: Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Sed quoniam hoc simul cum resurrectione fiet, non tam ad quadragesimum nonum, quam ad quinquagesimum pertinet, nosq; illud ad quadragesimum nonum pertinere ostendimus capite præcedenti: de signis potius interpretabimur, quę proxima erunt iudicio, & finem

1. *Timo.* 2.

Apoc. 14

2. *Cor.* 3

1. *Cor.* 15

Ephes. 2

2. *Cor.* 5.

6

nem sæculi, instantemq; resurrectionẽ prænuntiabũt. Etenim Iohãnes Apo. 8. & .9. de eadem re loquẽs septem tubas
2 commemorat. † Mense septimo clangunt buccina, quia illa est septimã, atq; extrema ætas mũdi, vt ait Hychius: Die Propitiationis, quia ad pœnitẽtiam, & ad expiationem peccatorũ omnes tũc Deus adhortabitur per illa signa, vt propitius sit omnibus, omnes enim vult saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis peruenire. Tunc remissio, & quies, & sabbatum perfectum erit omnibus, qui laborauerunt pro Christo, amodò enim iam dicit Spiritus vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. Nam Iubilæus est, quæ vox libertatem significat, libertatem, inquã, gloriæ filiorum Dei. Tunc homo reuertitur ad possessionem suam, nam qui hominem se esse meminit dum vixit, & non posse cogitare aliquid à se quasi ex se, sed sufficientiam suam ex Deo esse cognoscens semper ad eum confugit, & quasi Domino, & creatori suo obsecutus est, reuerteretur ad possessionem paradisi, quã amiserat, & beatitudinẽ, ad quam in primorum parentum iustitia ius habebat, recuperabit. †
3 Eadẽ ratione redibit ad familiam suam; cum enim relictis terris corpore etiam in cœlo habitauerit, apparebit iam eius familiam, & tribum non esse illam, quæ ab Adam ortum, & labem traxit, in qua sunt illi, qui filij hominum tantum appellantur, sed familiam sanctorũ, qui per gratiam Christi regenerati, & filij Dei effecti, heredes etiam sunt æternorum bonorum. Qualis enim terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Primus homo Adã de terra terrenus, cuius filij terreni in terra habent familiam, & possessionem. Secundus homo Christus Iesus de cœlo cœlestis, cuius filij sunt ciues sanctorum, & domestici Dei superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide
4 Christo Iesu. † Omnis tunc seruitus finietur & corporis, & animi, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & corpore, & animo regnabunt. Nullum erit debitum, omnia iam erunt per Dei gratiam remissa. Non seretur terra, quoniam non noua merita erunt, sed veterum fructus suauissimè comedentur. Sed ceteris expositis superest quod de domo intra muros vendita dictum est, quæ potest eodem anno redimi, postea autem neque in Iubilæo redit ad pristinum dominum. Domus, quæ extra muros sunt, redeunt ad dominos in Iubilæo. At domus Leuitarum quocumque tempore redimi possunt vbicumque sint. Hæc ita explicat Origenes Homilia. 15. in Leuiticum. Dicam eius verbis, sed breuius. Quæ est ergò ista domus, & quale ædificium est Paulus exponit apertiùs, cùm dicit: Do-
5 mum habemus non manu factam, æternam in cœlis. † Hæc est domus, quam extruere, vel habitare nemo potest, nisi in simplicitate mentis, & puritate cordis. Sed quoniam accidere solet vt etiam qui benè ędificauerit, & domum sibi cœlestem benè agendo, & benè viuendo, ac rectè credendo construxerit, incurrat alicuius peccati debitum, & hanc crudelissimo feneratori venundare cogatur, pietas, & clementia legislatoris succurrit, vt intrà certum tempus redimi possit. *Si tamen inuenerit* (inquit) *manus tua pretium, quod restituas.* Quale pretium? Pœnitentiæ sine dubio lacrymis congregatum, & manibus, id est, labore boni operis, inuentum. Annus autem iste intelligi potest, quem venit vocare Dominus annum acceptum, quo dimittat confractos in remissionem, & salutem delicta sua confitentibus præbeat. Alludit ad illud Isai. 61: Ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino. &c. intelligit autem de tempore huius vitæ, quo peccator solui, & indulgentiam à Christo impetrare po-
6 test.) † Quod autem dicit domum in ciuitate murata, rectè (vt ego arbitror) domus quæ in cœlo esse dicitur, in ciuitate murata esse intelligitur: murus est enim huiusmodi domibus ipsum cœli firmamentum. Hæc ex Origene, in ceteris noquaquam eius expositio probanda, aut sequendà est. Sed neque in hoc ipso, quod retulimus, quamuis tota in Glossa posita sit, quod factum nollem. Nam cum eadem sit ratio de

domibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

domibus Leuitarum in vrbe, ac de domibus aliorum, & domus Leuitarum omni tempore redimi possint, ac non redemptæ in Iubilæo ad dominos redeant, non potest domus intelligi, quæ in cœlo parata est. † Melius ergo cũ Radulpho lib. 19. in Leuit. cap. 9. dicemus domum in vrbe murata esse custodiam earum virtutum, sine quibus in cœlum ascendi nõ potest, vt fidei, spei, caritatis. &c. quas qui amiserit, redimere intra annum poterit per pœnitentiã, idest, cũ viuit: vt enim annus circuitus solis est, ita circulus vitæ humanæ anno indicatur. Si autem in hac vita redemptæ non fuerunt, in resurrectione non redibunt ad veterem dominum. Hæc domus intra muros esse dicitur, quoniã qui in illa non sit, etiamsi omnibus sibi bonis abundare videatur, neque tutus esse, neque ex immanissimorum hostiũ manibus eripi poterit.

Ille domum vendit in villa ædificatã, & extra muros positam, qui altiorẽ vitæ rationem, quæ tamen necessaria ad vitam æternam non erat, in qua manebat, relinquit. Hãc enim repetere, & redimere potest, licet cũ aliqua iactura. Vt si quis in ieiunio, & lacrymis Deo seruiens ad laxiorẽ vitam diuertat, priorem illam redimere potest, quamuis in diuertendo iacturam fecerit, & tũc ea, quæ delectabant, abijcere debeat. Verũ etsi ad eam non redierit, modò caritatem nõ amiserit, in Iubilæo redibit ad possessionem suam, id est, in cœlesti beatitudine recipiet quidquid in illa vi
7 tæ austeritate aliquando laborauit. † Et quoniam idem in lege iudicium est de domibus Leuitarum, quæ sunt in vrbibus muratis, ac de aliorũ domibus, quæ sunt in villis: ex his quoq; quod de illis dicitur exponetur. In Leuitis (vt in eiusdem libri ca. 4. scribit Radulphus) quorum dã perfectio designatur, qui terrenæ hereditatis sortem respuentes portionem suam Deum computant, & pro summis diuitijs gratiam illius thesaurizant. Domus igitur Leuitarum est vita perfectissima, & propè Diuina, eorũ, qui semper Deo assistũt, & ministrãt, & in eo omnia sua habent, nihil aliud amant, nihil aliud cogitant. Hæc vitæ ratio dum firma non est, sed incursibus hostium patet, domus est in villa, quæ non magno negotio expugnari, & capi potest: cum verò iam consuetudine firmata est, & magna Dei gratia, angelorumque præsidio, quasi muro, septa est multò magis quam aliæ soleant, in vrbe murata est. Quæ cum humana infirmitate vẽ ditur, & deseritur (sine mortali tamen culpa, quoniam liberam eam intelligi volumus) omni tempore redimi potest. Si autẽ nõ redimatur, nec ad eã redeat huiusmodi Leuita, recipiet in Iubilæo quidquid, dum in illa fuit, laborauit.

8 † Hęc habui, quæ de festis dieb⁹ dicerẽ, ex quibus luce clarius perspicimus verissimè dixisse Apostolũ: Nemo ergò vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomenię, aut Sabbatorũ, quæ sunt vmbra futurorũ, corpus autẽ Christi. Vmbrã ab aliquo corpore effici necesse est, & de corpore magis quam de vmbra curandum est. Quidquid de festis diebus dictũ est in lege, vmbra fuit: & corpus, quod hãc vmbram, tametsi longè distans, efficiebat, Christus est. Veras ergò, præclarasque sollannitates, quas per eum habemus, & multò posteà perfectiùs habebimus, illi dies festi prænuntiabant. Quare eleganter Apostolus non dies festos, sed partes dierũ festorum appellauit, integros enim nos habemus, qui reuelata fa 2. Cor. 3.
cie gloriã Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini Spiritu. Tibi igitur gloria, & laus sempiterna Iesu Christe Verbum Dei patris, qui transtulisti nos de tenebris in admirabile lumen tuum, te omnes cupiant, te vnum mirẽtur, te totis viribus amẽt, & collaudent in sæcula sæculorum. In gloriam tuam hoc opus de templo, & de ijs quæ ad templum pertinent, elaborau:

Quare habe tibi quidquid hoc libelli est,
Qualecumque, quod O perenne Verbum
Gloriæ tibi sit per omne sæclum.

FINIS.

Coloss. 2.

SALMANTICÆ,
Excudebat Petrus Lassus.
Anno. 1591.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errata in libr. De Templo.

*Pagina.6.col.1.lin.22.anẽ. leg.autem. col.2.lin.5.*Cariathsarim. le.Cariathiarim. pa.9.co.2. lin.13.ordiuntur,tur. le.orditur. p.21.co.1.lin.39.hæc. le.hæ. p.30.co.1.lin.35. ee. le.ée. p.31. co.2.lin.13.remanert. le.remanent. lin.39.iuxa. le.iuxta. p.32.co.1.lin.8.habitiat. le.habitat. p.34. co.1.li.2.*creabit. le.creauit. p.35.col.1.li.44.ini. le.in. *p.37.co.1.lin.9. defecentis. le.defeceritis. co.2.li.16.calore. le.colore. p.40.co.2.li.33.rum altitudinis. rum altitudmis. p.43.co.2.li.41. milla. le.millia. p.44.co.1.li.8.12.Ægyto. le.Ægypto. co.2.li.29.exercitum. le.exercituum. p. 49.co.1.li.35.cubibitorum. le.cubitorum. p.62.co.2.li.37.ſuſuper. le.ſuper. p.63.co.1.li.33.cõiũctus. le.coniunctius. Open.aut. le.ait. p.69.col.1.li.23. אֲשֶׁר וְדָבִיר. le. אֲשֶׁר וְדָבִיר pa.75.co.2.li. 38.20.le.2. p.[illegible]co.1.li.22.auarent. le.lauarent. p.91.co.1.li.47.nibil. le.nibil. p.108.co.2. li.19.contigius. le.contiguis. p.109.co.1.li.20.auturo. le.auro. p.118.co.1.li.48. περίτωμα. le. περιτμια. co.2.li.26.ſupeperioribus. le.ſuperioribus. p.133.co.2.li.23.59.le.39. p.134.co.1.li.3. vſu.l.vſum. p.137.co.2.li.35.fruſtra. le.fruſta. p.139.col.1.li.47.vtilitatis. le.vilitatis. p.140. co.1.li.10.tabernali. le.tabernaculi. li.31.explicauimus. le.explicabimus. p.141.co.1.li.29.proſolum. le.ſolum pro. li.39.appellatur. l.appellantur. p.147.co.2.li.47.qvsitur. le.rabitur. p.152.co.2.li. 29.aurem. l.autem. p.156.co.1.li.47.illude Dlictũ. le.illud Delictum. p.158.co.2.li.39.quomodo. le.quomodo id. p.163.co.1.lin.18.offerebabatur. le.offerebatur. p.170.co.2.li.30.à veſperam. le.à veſpera. p.177.co.1.li.8. ἐπῶσαν. le. ἐπίσαν. p.182.co.1.li.31. 26.le.69. p.191.co.2.li.40.mcipũi. le.incipiunt. * p.194.co.1.li.42.noſtrũm. le.noſtrorũ. p.203.co.2.li.22. πρόσω. le. πρόσθ. p.216.co.2.li.36.proprior. le.propior.*

Con eſtas erratas eſta correcto cõforme a ſu original eſte libro (De Templo & de ijs, quæ ad Templum pertinent.) En fe de lo qual lo firme en Salamanca oy. 14. dias de Iunio. 1591.

El Corrector. &c. *Manuel Correa de Monte Negro.*

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ IN HOC Opere explicatorum, in quo numeri in margine positi versiculos ipsorum capitum in Bi blijs signatos indicant.

Genesis.

Cap.1.

4 Diuisit lucem à tenebris, appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctẽ. pa.180. num.19.
5 Factum est vespere, & mane dies vnus. p.5. num.10.
8 Factum est vespere & mane dies vnus, & deinceps dies secundus, &c. pa.177. n.12. &.13
10 Congregationes aquarum appellauit Maria. pag.83.num.4.

Cap.2.

3 Benedixit diei septimo, & sanctificauit illũ. pa.166.num.2.
22 Et ędificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. pag.12.nu.8.

Cap.3.

15 Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius, ipse conteret caput tuum. pag.57.num.9.

Cap.14.

6 Vsque ad campestria Pharan. pag.15.nu.8.

Cap.23.

6 Princeps Dei es apud nos. pa.153. num.13.

Cap.27.

16 Pelliculasque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit. pagin. 188. num.3.

Cap.32.

10 In baculo meo transiui Iordanem, &c. pa. 58.num.11.

Exodi.

Cap.8.

19 Digitus Dei est hic. pag.75.numm.5

Cap.12.

3 Decima die mensis huius tollet vnus quisque agnum, &c, vsque ad vers.6. inclusiue. pag.186.num.36.
8 Et edent carnes nocte illa, &c. pagin. 185. num.36.
9 Non comedetis ex eo crudum quid, &c. pa.186.num.43.
10 Nec remanebit quicquam. pagin. 186. nume.44.
11 Sic autem comedetis illum, &c. pagin. 187. num.45.
18 Quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma. pag.177.num.11.
29 Factũ est autem in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, &c. pag.178.num.15.&c.
43 Hęc est religio Phase, &c. vsq; ad vers.46. pag.185.num.39.

Cap.13.

4 Hodie egredimini mense nouarum frugũ. pag.192.num.7.

Cap.19.

1 Mense tertio egressionis Israel de terra Ægypti, &c. pag.195.num.2.

Cap.20.

2 Si emeris seruum Hebreum, &c. vsque ad vers.6. pag.218.num.4.
26 Non ascendes per gradus ad altare meum, &c. pag.108.initio.

Cap.23.

11 Anno autem septimo dimittes eam. pa.216 num.1.

Cap.25.

16 Ponesque in arca testificationem, quam dabo tibi. pag.55.num.5.
29 Parabis & acetabula, &c. pag.73. num.8. & pag.95.num.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

31 Facies & candelabrum ductile de auro mũ dissimo.pa.76.c.12.

Cap.26.

Caput.26.&.27.exponuntur.pa.52.c.34.

Cap.27.

3 Faciesque in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres.pa.95.num.1.

20 Ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum,quod oppansum est testimonio.pa.57.num.8.

Caput.27.&.38.4 versu primo exponuntur. pag.92.c.20.

Cap.28.

Hæc autem erunt vestimenta,quæ facient:Rationale,& Superhumerale.pa.106.num.2. pa.111.num.1.

6 Facient autem Superhumerale.&c. vsque vers.14.pa.114.c.10.

15 Versus autem.15.vsque ad.21.pa.118.c.11.explicantur.

30 Pones autem in Rationali iudicij Doctrinam,& Veritatem,&c. pa.122.cap.12.

31 Facies & tunicam Superhumeralis totam hyacinthinam.&c.p.111.num.1.

39 Et balteum facies opere plumarij. pag.118. num.1.

42 Facies & seminalia lenea,&c.p.107.num. 1.&108.num.3.

Cap.30.

1 Facies quoque altare ad adolendum thymiama,&c.pag.67.c.8.

6 Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij.&c. p.57.nu.8.&, pag.68.num.8.

7 Et adolebit in censum super eo Aaron,&c. pag.102.num.2.

10 Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum,&c.pag.67.num.6,

12 Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum,&c.pa.29.num.4.

19 Et missa aqua lauabunt in ea Aaron,& filij eius,&c.pa.83,num.2.

Cap.31.

13 Videte vt sabbatum meum custodiatis, quia signum,&c.pag.166.num.3.&.4.

Cap.38.

8 Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum,&c.pa.82.nu.2.

Cap.39.

25 Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron, & filijs eius.pag.110. nu.2.

Cap.40.

4 Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare aureum, inquo adoletur incensum coram arca testimonij.pa.68.num.8.

20 Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam Septentrionalem extra velum,&c.pa.68.num.8.

Leuitici.

Cap.1.

3 Si holocaustum fuerit eius oblatio, &c. vsque ad.10.vers.explicatur. pa.135.num.1.

10 Explicatur versus.10.vsque ad.13.p.135.n.5

Cap.2.

4 Panes scilicet absque fermento conspersos oleo,& lagana azyma oleo lita. pag.140. num.5.

11 Omnis oblatio,quæ offertur Domino,absque fermento fiet,&c.vsque ad, num,12.inclusiue.pag.197.num.10.& pa.140.num.5.

14 Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, &c. pagi.192. num.7.

Cap.3.

1 Quod si hostia pacificorum, &c. pag.140. num.1.

Cap.4.

2 Anima quæ peccauerit,&c.vsque ad.nu.13 pag.149.c.6.

13 Quod si omnis turba Israel ignorauerit, &c.vsque ad ver.26.pa.152.num.13.

Cap.6.

1 Locutus que est Dominus dicens,&c.vsque ad versum.8.pa.155.num.15.

9 Hæc est lex holocausti.cremabitur,&c.vsque ad ver.11.pag.136.num.9.

12 Ignis autem in altari semper ardebit, &c. pag.209.num.2.

25 Loquere Aaron,& filijs eius, &c. vsque ad finem cap.pag.155.num.23.

26 Sanctum Sanctorum.pag.11.num.2.

Cap.7.

1 Hæc quoque est lex hostiæ, vsque ad versum.5.pag.156.num.26.& pag.11.num.2.

11 Hæc est lex hostiæ pacificorum,&c. vsque ad num.22.pag.140.nu.4.& pag.146.nu.10

30 Tenebit manibus adipem, &c. vsque ad ver.33.pag.143.num.14.

Cap.8.

7 Et desuper Humerale imposuit,&c. p.114. num.8.

Cap.16.

12 Assumptoq; thuribulo,&c.p.68.n.9.&.13

18 Altare,quod erat corã Domino.p.69.n.10.

20 Post

20 Postquam emundauerit sanctuarium,&c. pa.135.num.4.

Cap.11.

17 Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam &c.p.135.num.2.

Cap.22.

21 Immaculatum offeret,&c.p.135.num.3.

Cap.23.

2 Hæ sunt feriæ Domini,&c. pa.165.c.1.

3 Omne opus non facietis in eo. pagin. 190. numer. 3.

5 Mense primo, quartadecima die, &c.pag. 185.num.33.& p.184.num.35.

6 Quintadecima die mensis huius. pa. 195. num.4.

7 Septem diebus,&c.p.190.num.2.

21 Qui leuabit fasciculum coram Domino, &c.pa.190.num.2.

25 Numerabitis ergo ab altero die sabbati.pa. 166.num.4.& pa.194.num 1

36 Et sic offeretis sacrificium nouum Domino,&c.p.196.nu.9.

28 Offeretisque cum panibus septem agnos, &c.vsque ad ver.20.pa.197.num.10.

21 Et vocabitis hunc diem celeberrimum. pa. 196.num.8.

24 Mense septimo,&c.pa.198.num.2.

27 Decimo die septimi.&c. p.200.num.1.

32 Sabbatum requietionis.pa 167.num.5.

A vepera vsque ad vesperam &c.p.167. num.5. & p.170.num.15.17.18.& pag.177. num.10.

34 A quinto decimo die mensis huius septimi.p 202.c.13.

35 Dies primus vocabitur celeberrimus.ibid.

36 Dies quoque octauus &c.p.206.c.15.

40 Sumetis que vobis, &c. p.203. num.6.p. 204.num.9,

41.42.43 Mense septimo festa celebrabitis, &c.pa.202.num.1 &.2.

Cap.24.

7 Vt sit panis in monimentum oblationis, &c.pa.73.num.5.

Cap.25.

2 Quando ingressi fueritis terram, &c. vsque ad ver.7.pag.216.num.1.

8 Numerabis quoque tibi&c.vsque ad,10.p. 217.c.24.

10 Reuertetur homo ad possessionem suam, &c.p.218.num.5.

11 et.12.Non seretis,atque meteris &c.p.219. num.6.&.7.

16 Quantò plures anni &c. pa.218. num.5.

Numerorum.

Cap.1.

15 Inobilissimi principes,&c.p.153.n.14.

49 Tribum Leui noli numerare &c.p.98. num.1.

Cap.3.

6 Applica tribum Leui & fac stare,&c.p.99. num.3.

12 Ego tuli Leuitas à filijs Israel &c. pa.58. num.1.

Cap.4.

7 Mensam quoque Propositionis, &c.pa.73. num.8.

Cap.7.

11 Singuli duces per singulos dies offerant munera,&c.p.153.num.13.&.14

Cap.8.

6 Tolle Leuitas ex medio filiorum Israel,&c. pa.99.num.5.

24 Hęc est lex Leuitarum:A viginti quinque annis,&c.p.99.num.2.

Cap.9.

10 Homo qui fuerit immundus super anima, &c.p.32.num.6.

Cap.10.

10 Si quando habebitis epulum, &c. pag.199 num.2.

Cap.17.

4 Ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio.p.57.num.8.

Cap.18.

7 Tu autem & filij tui,&c.pa.101.num.5.

26 Præcipe Leuitis,atque denuntia,& quę sequntur.pa,100.num.1.& pa.101.num.5.

Cap.19.

9 Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, pa.100.num.6.

Cap.28.

3 Hæc sacrificia,quæ offerre debetis, &c.vsque ad vers.8.p.161.cap.8.

Cap.29.

1 Omne opus non facietis in eo.pa.190.nu.3

Cap.33.

3 Profecti igitur de Rameste mense primo, &c.pa.190.num.1.

Deuteronomij.

Cap.14.

26 AT comedes coram Domino Deo tuo, &c.pag.101.num.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.15.
1 Septimo anno facies remissionem,&c. pa. 216.num.2.
9 Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio,&c.pa.216.nu.3.
Cap.16.
2 Immolabisque Phase Domino Deo tuo. &c.p.185.nu.38.
6 Immolabis Phase vespere ad solis occasum, &c.p.180.nu.20.&.p.186.num.43.
9 Non facies opus.pa.190.num.4.
Cap.31.
10 Post septem annos, anno remissionis in sollennitate tabernaculorum.pa.216.nu.3.
Cap.33.
8 Leui quoque ait.Perfectio tua, &c.pa.124. num.8.
18 Lætare Zabulon in exitu tuo. p.122.n.16.

Iosue.

Cap.6.
4 SEptimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas.pa.218.num.2.

Iudicum.

Cap 3.
21 QVicuitq; terra quadraginta annis. pa. 5.num.11.

1.Reg.

Cap.2.
5 Donec sterilis peperit plurimos.p.192.n.9.
Cap.28.
6 Consuluitq; Dominum , & non respondit ei,&c.pa.124.nu.6.&.10.
2.Regum. Cap.8.
8 Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adarezer,&c.p.82.num.1.
3.Reg. Cap.3.
3 Ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quod,&c.pa.7.nu.10.
4 Abijt itaque Samuel in Gabaon,vt immolaret ibi.pa.7.num.7.
Cap.6.
22 Sed & totum altare Oraculi texit auro. p. 68.num.6.
Cap.7.
12 Et atriũ maius rotundũ,&c.p.46.n.3.&.4.
21 Et statuit duas columnas in porticu templi.pa.78.ca.14.
23 Et restícula triginta cubitorum cingebat illum.pa.83.nu.5.
24 Duo ordines sculpturarum histriatarum. pa.83.num.5.Et sculptura super labium circuibat illud &c.pa.84.nu.6.
25 Et stabat super duodecim boues,&c. pag. 84.num.7.
26 Grossitudo autem luteris trium vnciarum erat.pa.84.num.7.
28 Et sculpturæ inter iuncturas,&c. vsque ad vers.29.p.87.nu.4.
39 Mare autem posuit ad dexteram partem templi,&c.pa.87.nu.1.
40 Fecit ergo Hiram lebetes & scutras & amulas,&c.pa.95.num.1.
4. Reg. Cap.12.
4 Omnem pecuniam Sanctorum,quæ illata fuerat,&c.pag.29.nu.3.
9 Et tulit Ioiada Pontifex gazophylacium vnum,&c.p.30.num.13.
Cap.18.
4 Ipse dissipauit excelsa,&c. pa.7.nu.10.
Cap.21.
5 Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atrijs,&c.pag.25.nu.5.
Cap.23.
11 In introitu templi Domini iuxta exhedrã Nathan-melech.pag.29.num.6.

1.Paralip.

Cap.9.
2 QVi autem habitauerunt primi in possessionibus.pa.104.num.1.
26 Et erant super exhedras,& thesauros. pag. 29.num.6.
33 Qui in exhedris morabantur. pagin. 30. num.10.
Cap.17.
5 Neq; enim mansi in domo ex eo tempore, quo eduxi,&c.p.8.nu.1.
Cap.23.
28 Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini,&c.p.30.nu.11.
Cap. 28
6 Salomon filius tuus ædificabit domum meam,& altaria mea.p.67.nu.5.
11 Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus,&c.pag. 22.num. 11. & pag.28.num.19. &.22.pa.29.num. 8. & pa. 30. nu. 21.
12 Et exhedrarum per circuitum in thesauris&c.pa.29.num.3.

2.Pa-

2.Paralip.

Cap.3.
4 Porrò altitudo centum viginti cubitorũ erat.pag.9.cap.5.num.3.
Cap.4.
3 Et decem cubitis quædam extrinsecus celaturæ,&c.pag.84.num.7.
5 Capiebatq; tria millia metretas.p.83.nu.3.
6 Fecit quoq; conchas decem.&c.p.87.nu.1.
22 Thymiateria , & thuribula , &c. pag. 95. num.1.
Cap.24.
8 Præcepit erga Rex & fecerunt Arcam,posueruntq; eam,&c.p.30.nu.14.

Esdræ.1.

Cap.6.
5 ANno primo Cyri Regis,&c. vsque ad vers.5.pa.45.nu.1.& sequentibus.
Esdræ.2. Cap.7.
65 Donec staret sacerdos doctus,& eruditus. pag.124.num.8.&.pag.125.num.14.
Cap.8.
25 Et frondes ligni pulcherrimi.pa. 14. num. 4.
Cap.9.
11 In die autem vigesimo quarto mensis huius.pag.195.num.4.
Cap.10.
38 Erit autem sacerdos filius Aaron , &c. & Leuitæ offerent ei.pag.101.num.4.&.5.
Cap.12.
39 Steteruntque duo chori laudantium in domo Dei,&c.vsque ad versum.42.pag.209. num.3.
Cap.13.
5 Fecit ergo sibi gazophylacium grãde, &c. pag.30.nu.12.
Esdræ.3. Cap. 9.
1 Abijt in pastophoriũ Ionathæ filij Nasabi pag.30.num.9.

Esther.

Cap. 3.
7 MEnse primo,cuius vocabulum est Nisan.pag.212.cap.19.
12 Mense primo Nisan.ibidem.
Cap.9.
17 Dies autem tertius decimus mensis Adar, &c. pag. 213. num. 2.

Iob.

Cap.19.
23 QVem maximè diligebam , auersatus est me.pag.195.num.4.
Cap.39.
23 Nunquid suscitabis eum quasi locustas? pag.193.num.5.

Psalmorum.

Psal.8.
4 VIdebo cœlos tuos, opera digitorum tuorum.pag.77.num.5.
Psal.17
11 Et ascendit super Cherubim,& volauit.p. 65.num.6.
30 Quoniam in te eripiar à tentatione. pag. 23.num.20.
Psal.21.
2 Longè à salute mea verba delictorũ meorum.pag.137.num.4.
Psal.25.
2 Vrerenes meos, & cor meum. pag. 189. num.8.
Psal.36.
30 Os iusti meditabitur sapientiam.pag.126. num.15.
Psal.39.
7 Holocaustum, & pro peccato non postulasti.pag.133.num.1.
Psal.50.
5 Et peccatum meum contra me est semper. pag.68.num.8.
19 Sacrificium Deo spiritus contribulatus. pag.84.num.2.
Psal.54.
7 Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ? pag.138.num.10.
Psal.62.
6 Sicut adipe, & pinguedinẽ repleatur anima mea.pag.145.num.5.
Psal.74.
9 Et inclinauit ex hoc in hoc,&c.p.57.nu.9.
Psal. 77.
10 Non custodierũt testamentũ Dei.p.55.n.5.
60 Et repulit tabernaculum Silo.p.5.num.5.
Psal.80.
4 Buccinate in Neomenia tuba , in insigni die sollennitatis vestræ.p.199.nu.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Pſal.*82.
6 Simul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt.pag.55.num.5.
Pſal. 89.
4 Quoniam mille anni ante oculos tuos, tãquam dies,&c.pa.86.num.11.
*Pſal.*90.
7 Cadent à latere tuo mille, &c. pag. 86. num.11.
*Pſal.*97.
6 In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. pag.220.num.10.
*Pſal.*98.
6 Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. pa. 99.num.4.
*Pſal.*100.
7 Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam.p.12.num.8.
*Pſal.*118.
2 Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius. pag. 55.num.5.
*Pſal.*131.
9 Sacerdotes Dei induantur iuſtitia.pa. 114. num.10.
*Pſal.*136.
1 Super flumina Babylonis,&c.p.22.nu.14.
*Pſal.*141.
4 In via hac qua ambulabam, &c. pag. 195. num.4.
*Pſal.*149.
6 Et gladij ancipites in manibus eorum. pa. 214.cap.20.

Prouerbiorum.

*Cap.*21.
9 MElius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere,&c.pag.18.nu.3.
15 Gaudium iuſto eſt facere iudicium. pag. 126.num.15.

Eccleſiaſtæ.

*Cap.*12.
11 VErba ſapientium ſicut ſtimuli,& quaſi claui, &c.p.39.num.4.

Canticorum.

*Cap.*1.
5 NIgra ſum,ſed formoſa,&c. ſicut tabernacula Cedar,ſicut pelles,&c.pag. 203.num.5.
*Cap.*4.
4 Mille clypei pendent ex ea. pagin. 86. num.11.
7 Tota pulchra es amica mea,& macula non eſt in te.pag.135.num.2.

Sapientiæ.

*Cap.*1.
7 Spiritus Domini replenit orbẽ terrarum, & hoc quod continet,&c.p.57.num.9.
*Cap.*10.
12 Et ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia.pag.57.num.9.
*Cap.*18.
24 In veſte enim poderis, quam habebat,totus erat orbis terrarum.pag.112.n.5.

Eccleſiaſtici.

*Cap.*49.
5 PRæter Dauid,& Ezechiam, & Ioſiam, omnes peccatum commiſerunt.pag. 7.num.10.

Iſaiæ.

*Cap.*1.
15 MAnus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.p.145 num.6.
*Cap.*4.
5 Et creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion,&c.pag.34.nu.15.
*Cap.*13.
3. Ego mandaui ſanctificatis meis, &c. pag. 218.num.2.
*Cap.*22.
15 Vade,ingredere ad eum,qui habitat in tabernaculo.pag.30.num.9.
*Cap.*33.
18 Vbi eſt literatus, vbi legis verba ponderans.p.105.num.3.
20 Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit,&c.p.203.num.5.
*Cap.*54.
2 Dilata locum tentorij tui, &c. pag. 203. num.5.
*Cap.*61.
1 Ad annuntiandum manſuetis miſit me, &c. annum placabilem Domino, pag. 221.num.5.
*Cap.*66.
23 Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato.pag.171.num.16.
24 Ix egredientur,& videbunt cadauera virorum,&c.p.214.num.2.

Ieremiæ.

*Cap.*7.
12 ITe ad locum meum in Silo, &c. pag. 5. num.5.
*Cap.*35.
2 Et introduces eos in domum Domini in vnam exhedram pag.29.num.6.
*Cap.*36.
10 In gazophylacio Gamariæ,&c.p.29.n.7
*Cap.*52.
23 Et fuerunt malogranata nonaginta ſex, &c.pag.80.num.7.

Ezechielis.

Cap. 40.
38 PEt ſingula gazophylacia,&c.p.30.n.12
43 Et labia eorum palmi vnius.p.26.n.8.
*Cap.*41.
3 Menſus eſt in fronte portæ duos cubitos. pag.15.nu.8.
6 Latera autem, latus ad latus,bis triginta tria &c.p.22.num.11.&.16.
7 Et platea erat in rotundum aſcendens ſurſum,&c.p.25.nu.9.
8 Et vidi in domo altitudinem per circuitũ fundata latera.&c.p.22.num.11.
23 Et duo oſtia erant in templo, &c. pag.16. num.4.
*Cap.*43.
13 Et deſinirio eius vſque ad labium eius,&c. pag.26.num.8.
*Cap.*44.
7 Inducitis filios alienos, &c. vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domum meam pag.28.num.21.

Danielis.

*Cap.*12.
11 ET à tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium.pag.173.num.1.

Hamos.

*Cap.*5.
25 ET vota pinguium veſtrorum non reſpiciam.pag.140.num.3.

Habacuc.

*Cap.*1.
11 TVnc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, &c.pag.57.num.9.
*Cap.*3.
2 Domine, opus tuum in medio annorum. p.12.num.8.
7 Vidi tentoria AEthiopiæ,&c.p.205.n.5.

Zachariæ.

*Cap.*1.
8 ET ipſe ſtabat inter myrteta.pag. 204. num.8.
*Cap.*14.
16 Et omnes qui reliqui fuerint, &c. & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum, &c. p.205.num.2.

1. Machabæorum.

*Cap.*2.
32 ET conſtituerũt aduerſus eos præſſum, &c.pag.167.num.6.
Cap 4.
38 Et viderũt ſanctificationem deſertam,&c. & paſtophoria diruta.pag.29.num.8.
52 Et ante matutinum ſurrexerunt, &c. pag. 210.num.2.
*Cap.*7.
33 Et poſthæc verba aſcendit Nicanor, &c. pag.211.cap.28.
2. *Machabæorum. Cap.* 1.
18 Facturi igitur quinta & vigeſima die, &c. vſque ad verſ. 32.pag.208.cap.17.
36 Itaq; omnes communi conſilio decreuerunt,&c.p.211.nu.2.

Matthæi.

*Cap.*4.
5 SVper pinnaculum templi.pag.17.num. 2.&.p.20.num.2.
*Cap.*5.
15 Vos eſtis lux mundi.pag.41.n.8.&.9.
15 Non poteſt ciuitas abſcondi, &c. pag. 33. num.12.
17 Sic luceat lux veſtra.pag.37.num.1.
*Cap.*6.
31 Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes, Quid mãducabimus.p.201.nu.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.8.
16 Vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes,&c.p.187.nu.2.
Cap.10.
27 Quod in aure auditis prædicate super tecta.pag.18.nu.3.
Cap.12.
1 Abijt Iesus per sata sabbato.pag.169.nu.13.14.
3 Non legistis quid fecerit Dauid, &c. pag.72.num.4.
Cap.13.
23 Qui vero in terram bonam, &c. & facit aliud quidem centesimum,&c.p.34.nu.4.
Cap.19.
28 Sedebitis &vos super sedes duodecim,&c. pag.34.num.3.
Cap.20.
18 Ecce ascendimus Ierosolymam.p.9.nu.4.
Cap.21.
12 Eiecit ementes, & vendentes de templo. pag.51.num.9.
Cap.25.
34 Venite benedicti patris mei,'&c.pag.37. num.1.
Cap.26.
17 Prima autem die Azymorum.p.186.n.40
Cap.27.
51 Velum templi scissum est, &c. pag.12. num.9.pag.35.num.7.
Cap 28.
1 Vespere autem sabbati,&c.pa.166. nu.4.

Marci.

Cap.1.
32 VEspere autem facto cum occidisset sol,&c.pag.187.num.2.
Cap.13.
1 Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ.p.48.nu.4.
Cap.14.
12 Et primo die Azymorum,&c.pag.184.n.34.& pag.186.num.40.
Cap.16.
2 Et valde mane vna sabbatorum, &c. pag.167.num.5,

Lucæ.

Cap.1.
5 FVit in diebus Herodis,&c.p.104.n.8.
8 Cum sacerdotio fungeretur Zacharias, &c.pag.30.num.10.
9 Sorte exijt vt incensum poneret. pag.69. num.9,&.10.&.15.
11 Altare incensi.pag 67.num.1.
61 Quia nemo est in cognatione tua,qui,&c. pag.23.num.19.
Cap.2.
23 Quia omne masculinum adaperiens vuluam,&c.pag.23.nu.19.
Cap.4.
39 Et stans super illam imperauit febri.pag.22.num.14.
40 Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos,&c.p.187.num.2.
Cap.6.
1 Factum est autem in sabbato secundoprimo.pag.169.num.13.
Cap.7.
38 Lacrymis cœpit rigare pedes eius. pa.187 num.45.
Cap.11.
20 Si in digito Dei eijcio dæmonia. pag.75. num.5.
Cap.13.
32 Ecce sanitates perficio hodie, & cras, &c. pag.147.num.13.
33 Non capit prophetam perire extra Ierusalem.pag.58.num.13.& pag.137.num.4.
Cap.16.
9 Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.pag.37.num.1.
19 Induebatur purpura,& bysso,pag.15.n.2.
Cap.18.
10 Duo homines ascendebant in templum. pag.9.cap.4.num.4.
38 Ieiuno bis in sabbato.pag.166.nu.4.
Cap.22.
7 Venit autem dies Azymorum,in qua necesse erat,&c.pag.175.nu.3.&186.num.4.
Cap.23.
54 Dies erat Parasceues, & sabbatum illucescebat.p.170.n.17.&.p.177.nu.10.
56 Et sabbato quidem siluerunt. pag. 170. nu.17.
Cap.24.
1 Vna autem,sabbati,&c.pag.166.nu.4.

Iohannis.

Cap.1.
19 MIserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes, & Leuitas. pag.98.nume.2.

28 Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem.pag.58.num.13.
29 Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.pag.163.num.1.
Cap.2.
15 Omnes eiecit de templo,&c.p.51.nu.9.
20 Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc.pag.pag.45.num.6.
Cap.7.
2 Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia.p.201.cap.13.&.14.
37 In nouissimo autem die magno festiuitatis,&c.191.num.4.
Cap. 8.
20 Locutus est Iesus in gazophylacio docens in templo.pag.29.num.7.&.p.52.num.3.
Cap.10.
22 Facta sunt autem Encænia. p.210. num. 1.
23 Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. pag.27.num.15.&.p.58.n. 13.
Cap.13.
1 Ante diem festum Paschæ.pag.182. num. 30.& sequentibus.
4 Surgit à cœna.pag.187.num.45.
Cap.18.
28 Et ipsi non introierunt, &c. vt manducarent pascha.pag.185.num.36.
Cap.19.
14 Erat autem Parasceue Paschæ, &c. pag. 182.num.29.
31 Erat enim magnus dies ille sabbati. pag. 170.num.15.
34 Vnus militum lancea latus eius aperuit. pag.42.num.5.&.6.
36 Os non comminuetis ex eo. p.187. num. 1.&.188.num.4.
Cap.20.
1 Vna autem sabbati.pag.167.num.5.
19 Vna sabbatorum.pag.5.num.10.

Actorum.

Cap.1.
12 SAbbati habens iter.pag.167.num.8.
Cap.2.
1 Cum complerentur dies Pentecostes.pag. 194.num.1.
Cap.3.
2 Ad portam templi, quæ dicitur Speciosa. pag.51.num.8.
11 Ad porticum,quæ appellatur Salomonis. pag.27.num.15.
Cap.5.
12 In porticu Salomonis.pag.27.nu.15.
Cap.12.
4 Volens post Pascha producere eum populo.pag.175.num.3.
Cap.13.
27 Quæ per omne sabbatum leguntur. pag. 167.num.6.
Cap.15.
21 Vbi per omne sabbatum legitur.pag.167. num.6.
Cap.16.
13 Die autem sabbatorum.pag.167.num.6.
Cap.18.
3 Erant autem Scenofactoriæ artis.pag.203. num.5.
Cap.21.
27 Dum autem septem dies consummarentur,&c.pag.50.num.2.

Ad Romanos.

Cap.3.
25 QVem proposuit Deus propitiationem,&c.pag.63.num.2.

1. Corinthiorum.

Cap.1.
20 VBi sapiens,vbi scriba.pag.105. num.3
Cap. 5.
7 Pascha nostrum immolatus est Christus, &c.pag.193.num.2.pag.187.num.1.
Cap. 16.
2 Per vnam sabbati. pag.166. num.4.

Ad Ephesios.

Cap.6.
15 Calceati pedes in præparationem Euangelij.pag.189.num.9.

Ad Colossenses.

Cap.2.
16 NEmo ergo vos iudicet in cibo,&c.pag. 222.num.8.

Primæ ad Thessaloni.

Cap.4.
16 QVoniam ipse Dñs in iussu, & in voce archangeli,& in tuba Dei.p.220.n.1.

Ad Hebræos.

Cap.4.

3 INgrediemur enim in requiem, &c. pag. 169. num. 13.

9 Relinquitur sabbatismus populo Dei. pag. 171. num. 16. & pag. 217. num. 2.

Cap.9.

4 Aureum habens thuribulum. p. 68. num. 6. & num. 15. Et arcam, &c. in qua vrna aurea, &c. pag. 76. cap. 2.

6 In priori quidem tabernaculo, &c. pag. 13. num. 2. & pag. 35. num. 5.

Cap.13.

11 Quorum enim animalium infertur sanguis, &c. pag. 152. num. 12. & 153. num. 14.

1. Petri.

Cap.2.

9 VOs autem, &c. regale sacerdotium, &c. pag. 84. num. 2.

2. Petri. Cap.1.

5 Ministrate in fide vestra virtutem. pag. 58. num. 11.

Apocalyp.

Cap.1.

4 GRatia vobis, & pax ab eo qui est, &c. & à septem spiritibus, &c. & Iesu Christo, &c. pag. 65. num. 2.

Cap.8.

2 Et datæ sunt illis septem tubæ, &c. pag. 220. num. 1.

Cap.11.

4 Duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. pag. 57. num. 9.

Cap.10.

8 Et ascenderunt super latitudinem terræ. pag. 45. num. 3.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM, IN QVO QVÆ ad Scripturæ inteligentiam magis pertinent, hoc nota † signantur. p. paginam. N. numerum indicat.

A.

ABsoluentis sacerdotis verba vnde vim habeant ad recuperandam caritatem in pœnitentia. pag. 209. num. 5.

Achates quæ gemma, & quid significet. pag. 121. num. 16.

Ex Ægypto quo die, atque hora egressi Hebræi. pag. 190. nu. 1.

Agnus in Pascha immolatus fuit expressa Christi figura. pag. 187. num. 1. manducatus autem fuit figura Eucharistiæ. p. 188. nu. 3.

Agnus quo in loco immolaretur ab Hebræis, pag. 184. num. 36. quo ritu. ibidem. cum nõ comedebant stantes. pag. 187. num. 45.

Aharon, & filijs eius datum est sacerdotium. pag. 99. nu. 4. ille summus, filij autem eius minores sacerdotes erant, & quatuor hi fuerunt, ex quibus Eleazar patri successit, & ad posteros eius venit pontificatus vsq; ad transmigrationem Babylonis. pag. 99. n. 4.

Ala velocitatem, & promptitudinem significat operationis, de qua sermo est. pag. 66. n. 4. & in creatura intellectuali ala vna intellectum, altera voluntatem significat. pa. 66. num. 5.

† Allegoriæ causa solius non pauca ponuntur in Historia. pag. 14 num. 6.

Altare holocausti describitur. pag. 92. cap. 20.

Altare Thymiamatis tam in tabernaculo, quã in templo Salomonis idem erat, sed à Salomone magnificentius ornatum. pag. 67. n. 4. In eo aromata incendebantur. nu. 1. Describitur. nu. 1. & 2. Erat extra Oraculum seu Sanctum Sanctorum. pag. 68. nu. 6. & 7. Hoc idem erat quod dicitur thuribulum aureum. pag. 69. nu. 13. quid mystice significet. pag. 67. num. 9. Erat in medio domus exterioris. pag. 74. num. 1.

† Amethystus quæ gemma, & quid significet. pag. 122. nu. 17.

† Anaglypha quæ dicantur. pag. 15. num. 10.

Angeli pro hominum salute vigilant, & qua intentione. pa. 66. nu. 3. & 5. Quidquid habent Deo referunt acceptũ & ipsi seruire gestiunt. n. 4. 5. & 6. Quæ ad eorũ naturam & ministeria spectant, multò magis perspicua sunt in noua lege. pag. 66. num. 4. Angelicis spiritibus plenum est cælum. pag. 66. num. 6.

† Animam sæpe Scriptura pro homine ponit pag. 149. num. 3.

† Anniculus dicitur qui annum non excedit, licet totum minimè expleuerit. p. 136. num. 6.

† Anni, & menses Hebræorum exponuntur. pag. 171. num. 2.

Annorum cpmputatio à creatione mundi vsque ad diluuium, & à diluuio vsque ad exitum ex AEgypto, & vsque ad templi primi ædificationem, à fundatione templi primi ad fundationem secundi, ab hoc, & à captiuitate Babylonica, & denique à mundi creatione vsque ad natalem Domini. pag. 44. num. 2. & 3.

Annus apud Hebræos duplex, Sacer, & Vulgaris. p. 175. num. 4.

Annus quinquagesimus, qui Iubilæus dicitur, quid esset. pag. 217. ca. 24. eius significatio. cap. 25.

Annus remissionis quid sit. pa. 216. cap. 22.

Annus septimus festus quodammodo. pag. 216. ca. 22. Eius significatio. ca. 23. Quid interfit ipsum, & quinquagesimum. pag. 218. num. 3.

Ex Apostolorũ doctrina, & imitatione multùm pendet nostra perseuerantia in bene operando. pag. 81. num. 4. & 5.

Apostoli duodecim figurantur per duodecim boues, super quos mare in templo positum est. pag. 86. num. 9. & 10.

Apostoli, & Prophetæ dicuntur lapides templi mystici id est. Ecclesiæ. pa. 40. n. 1. & 2.

Apostolorum mores cœlestes. pag. 120. nu. 11. Eorum verba aurea, & caritatis plena, pedes veloces ad Euangelizandum ibi, &. pa. 122. num. 17.

Aqua significat humanam scientiam. pa. 188. num. 5.

† Arbor pulcherrima citrum significat. pag. 203. num. 6.

† Arbor densarum frondium est myrtus. pag. 204. num. 8.

Arca fœderis ex Silo quò translata fuerit. pa. 6. num. 3.

Arca significari solet nomine legis, Testamẽti, aut Testimonij. pag. 57. num. 18.

Arcæ Testamenti integra descriptio. pag. 55. num. 1. & sequentibus.

Quorsum facta fuerit. pag. 55. num. 4. & 5.

Quid esset in ea. pag. 56. cap. 2.

An essent in ea virga Aharon, & vrna manna. p. 56. num. 1. & sequentibus.

Arca in templo Salomonis posita quamdiu in eo manserit, & an in eo fuerit cum vrbs capta est à Romanis. p. 59. nu. 15. & seq.

Arcæ à veteribus fabricabantur sine operculis. pag. 62. num. 1 & 2.

Area templi describitur. p. 26. num. 12.

Aser significatus per ligurium gemmam. pa. 121. num. 15.

Assaro quæ mensura. pag. 72. num. 4. pa. 192. num. 7. p. 196. num. 9.

Atrium quid sit. pag. 25, num. 2.

Atria duo tantùm fuerunt in templo Salomonis. p. 25. num. 4. & 5.

Atrium sacerdotum quale fuerit. p. 26. nu. 10.

Atrium exterius quale. pag. 26. num. 11.

Atria habebant in se exhedras. pag. 28. nu. 1.

Atria an totum templum cingerent. p. 27. n. 13.

Atrium immũdorum nullum erat. p. 28. n. 10.

Aues, seu volucres, mystice significant sanctos confessores. pag. 138. num. 9.

Aureolæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aureolæ nomen acceperunt Theologi ex sacra Scriptura.pag.60.num.5.
Azymi panes quando comedebantur & quã ob causam.pag.185.num.40.
Azymorum dies fuere octo.pag.185.nu.40.
Azymorum sollennitas qualis esset, & cur, ac quomodo fieret.p.190.n.1. & sequentib.

B.

BAculus Christi crucem mysticè significat. pag.189.num.10.
Baptismi sacramentum iuxta Bedam,& alios significatur mariæneo, quod erat in templo.pag.81.num.1.
Basilica quale genus ædificij sit.p. 48. num.3.
Beati significati in in arca,& multa de illis.p. 60.num.5,& sequentibus.
Beati homines multi erunt Angelis æquales & superiores & mutuò omnes se diligẽt.p. 66.num.2. &. 3. Curant nostram salutem num.3. Quidquid perfectionis habent Deo acceptum referunt.num. 4. Eis se Deus vidẽdum præbet,& ea visione mirabiliter erudit.num.6.
Beati in hac vita fuerunt, & nũc sunt magis facilè mobiles ad nutum Spiritus sancti.pag. 61.num.8.&.12.
Beatorum post resurrectionem pulchra,splendida, & immobilia corpora. Coronabũtur vt reges corona gloriæ,& quidam præterea aureolis.pa.60.nu.5.Habuerunt,& semper habent legem in medio cordis.nu. 6. Passi sunt Deo metiente labores ab ipso, & ab hominibus,parati perferre plures.nu. 6. & 7. Mensuram caritatis fratribus reddiderũt.Deo integram reddere non possunt. pag.61.num.7.
Beatorũ sollennitas mysticè significatur perfestum Cœtus,seu Collectæ. pa. 107. cap. 16. Tunc plenè Deum agnoscemus,&amabimus.ibid.
Ad beatitndinem cœlestem anhelandum. pa. 189.num.10.
Beatitudo cœlestis est immortalis,& in amissibilis.pa.40.n.4. Consistit in visione Dei ibi. Segregata ab omnibus malis & cumulata in omnibus bonis.pag.41.num.6.
Beatitudo cœlestis significata fuit per septimũ annum remissionis. p.217.c.23.mysticè significata etiam fuit per sabbatum.pag. 171.num.16.Ea frui non poterunt,quibus prius debita dimissa non fuerint.p.217.n.3.
Beatitudo accidentalis ex plurimis rebus oritur. pag. 81. num. 5.
Beatitudo vitæ futuræ est merces huius sanctè transactæ.pag.35.nu.6.&.8.pag.36.nu. 1.& pa.37.num. 3. &. 4. Ad eam non erat aditus,nisi expleta passione Christi,& ipso omnium primo introeunte.pa.35.n.6.Perseuerat inuariata.pag.36.num.13.
Beatitudinis consideratio mouet ad perseuerandum in bonis operibus.p. 81. n. 3.In ea est à mœnitas iucundissima.pa.82.num.7. Tanta erit, quanta fuerit perseuerantia in bonis operibus.pag.82.num.8.
Beneficia diuina noua nouis beneficijs in fratres rependenda sunt.pag.76.nu.9.
Beniamin significatus per beryllum gemmã. pa.122.num.18.
Beryllus quæ gemma.p.122.nu.18.
Bona opera. Vide Virtutis opera.
Bona temporalia, nisi considerentur esse caduca, non sinent ad spiritualia aspirare. pa. 20.cap.3.
Boues significant Apostolos.pag. 86.num.9. & 10.& reliquos Euangelij ministros.ibid.
Buccinæ Iubilei non erant ex arietum,sed ex boum cornibus factæ.pa.219.nu.9.&.10.
Bul mensis.pa.31.nu.1.&.2.
Byssus quid sit.pa.16.in principio, & pa. 106. nu.3.p.107.num.2.

C.

CAlceamentis mysticè significantur sanctorum exempla.pa.189.nu.9.
Calendæ qui festus dies esset apud Hebræos. pa.171.cap.2.
Candelabrum describitur.pa.76.ca.12.
Carbunculus quid sit, & quid significet.pa. 120.nu.11.
Caritas restituta per pœnitentiam significatur per festum ignis dati. p.209. n.5.Bonis operibus conseruatur,& augetur.p.210.n.6.
Caritas debet esse fortis,& constans, & in omnes expandi,etiã ininimicos.p.38.n.8. 9.
Caritas Dei non est sine caritate proximi.p. 38.num.8.
Caritas Dei, & proximi significantur ostiũ interiori,& exteriori,quia à caritate proximi in caritatem Dei venitur.pa.38.num.9.
Sine caritate Dei, & proximi non patet ingressus in cœlum.p.36.nu.1.p.37.n.4.
Caritas est ornamentum & pulchritudo bonorum operum.p.39.num.3.
Caritas imperat omnia nostra opera. pa.139. num.14.

Caritata

Caritate solidantur omnes virtutes, atq; muniuntur.pa.182.nu.2.
Caritatis mensuram integram possumus,reddere hominibus,sed non Deo. pa.61.nu.7.
Carnales delectationes remibus significantur. pa.188.num.8.
Castitatis votum sollenne commendatur.pa. 41.num.5.
Cathedram,seu cathedras docentium fuisse in templo probabile est.p.30.nu.5.
† Casus,& genera sæpe relinquit Interpres, vt erant in Hebræo, aut in Græco, etiam si Latinis verbis non conueniant. p. 57. n. 9.
Cedri proprietates.p.40.nu.5.
† Centenario numerus magnus significatur. p.81.nu.7.
Contra ceremonias peccans dicitur peccare contra Deum,& sacra.pag.153.n.15.
† Cherub vnde significet multitudinẽ scientiæ.p.65.7.
Cherubim tabernaculi, & templi quales essent.& quomodo collocati.p.64 ca.6.
Christus est mysticè Propitiatorium. pag.63. ca.5. Coronatur Sanctorum corona, quia ab ipso sunt sanctorum victoriæ.p.65.n.1.
Christus quo die crucifixus. pa. 181. num. 25. 26.&c.
Christi caritas ardentissima. pag. 137.nu.5. ligna,quibus eius ignis excitatur sunt miseriæ nostræ. n.6.
Christus mysticè significatus per vitulũ oblatum in holocaustum.p.137.nu.2.&c.
Christus fundamentum Ecclesiæ,& lapis angularis.pag.40.num.1.
Christi passionis participes sunt omnes terræ nationes.pa.117.num.5.
† Cidaris describitur.pa.100.nu.8.
† Citrus arbor dicitur pulcherrima. 203.n.6.
Claui aurei significant verba Scripturæ.p.39. nu.4.p.41.num.6.
† Coccus bis tinctus quid sit.pa. 15. nu. 2.pa. 106.num.3.
Cochlea templi qualis esset,& in quem vsum facta.pa.23.nu.1.& sequentibus.
Cœnaculum templi quid.pa.24.n.4.
Cœtus festũ describitur.p.206.ca.15.Duplex fuit apud Iudæos.p.206.nu.1.
Cogitatio praua nisi reprimatur, prauũ opus subsequitur.pa.145.nu.6.
Collectarum festus dies describitur.pa. 206. cap.15.
Columba significat iustos, & quare. pa.138. num.10.
Columnæ duæ quæ erant in porticu, describuntur.pa.79.ca.14.Quid mysticè significent.p.81.num.1.
† Comparatiua voce sæpe nulla fit comparatio.pa.191.num.5.
Confessionis sigillum significatum, seu figuratum.pag.161.num.7.&.8.
Confessionis ministros instituit Deus peccatores, vt facilius indulgeant peccantibus. pa.160.num.10.
Confessio debet esse integra.p. 86. n.11. Eius pudor, & molestia abunde compensantur suauitate virtutum,& spe veniæ.p.86.n.11.
Confessio, vide Pœnitentia.
Confessionis sigillum non violandum. pag. 161.num.7.&.8.
Confessionis sacramentalis typus dabatur in lege veteri.pa.154.num.17.&c.& p.159. num.37 p.160 nu.2.3. &.4.
Confessoris holocaustum,& dignitas, & mores.pa.138.num.9.& sequentibus.
Consideratio. Vide Oratio.
† Contra pro Coram.pa.68.num.8.
Coniugatorum ordo qualis, & quid differat ab ordine continentium, & virginum. pa. 41.num.1.
† Coram Domino esse,seu peni,quid dicatur vbi de tabernaculo sermo est.pa.57.nu.5.
Cornua altaris qualia. p.67.nu.2.
Corus quæ mensura.p.72.n.4.
Cotyla qua mensura.p.72.n.4.
† Cras significat tempus futurum.p.147. 13.
† Craticula altaris quid esset.p.67.nu.3.
Crux Christi figurata.p.167.n.1.Ea tanquam baculo nitendum in cœlesti via, & inimici fugandi, pag.189.nu.10.
Crux Christi fuit altare sacrificij.p.137.nu.5.
† Cubitus quæ mensura.pa.55.num.2.

D.

DAn significatur per carbunculum.pagin. 120.n.11.
Decimæ variæ in lege.pa.100.ca.2.
† Delinquere quo pacto accipiatur in scriptura.pag.159.nu.37.
Denarius legem veterem significat. pag.188. num.2.
Denario significatur scientia creatoris,& creaturarum.pa.36.num.11.
Denarius numerus perfectionem significat. pa.66.num.5.
Denarius numerus quid mysticè significet.p. 34.num.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Αὐτεξούσιον quid sit.pa.101.nu.2.
Scientia de Deo eminentior ceteris omnibus.pa.130. nu.5. & ea est vltima hominis perfectio.ibidem.
Deo optima quæque offerenda. pa.107. nu.5. & præcedenti.
Dei misericordia copiosior multò in noua, quam in veteri lege.p.89.nu.1.
† Dextrum dicitur quod ad Meridiem est.pagin.24.num.4.
Dextera.seu Meridionalis pars, cur sumatur in bonam partem. p.41.nu.4.
Dierum initia varia apud varias gentes. pag. 177.num.12.
Dies septimus sanctus apud Hebræos. pagin. 198.num.1.
Dies festus dati ignis describitur.pa.108.c.17.
† Dies hæc quid sit.pa.195.nu.4.
† Digitus quomodo accipiatur in sacra scriptura. p.75.num.5.
Discretio necessaria valde ad omnia virtutum opera.pag.96.nu.2.
Domus exterioris fores,vestibulum,seu porticus,eorum magnitudo, & figura. pag.16. cap.10.
Domus qualis esset intrinsecus, & qualis eius ornatus.pag.17. cap.11. Qualis extrinsecus. ibidem.cap.12. Quæ eius fundamenta. ibidem.num.1.summitas,& latera,siue parietes.num.2. Ex qua materia.pag.18.num.3. Quo in loco dolati, & præparati lapides, & ligna.nu.4.5.8.&.9.quam artificiosa tota structura. num.6.
Duodenario numero vniuersitas significatur.pag.95.nu.8.
† Dux dicitur à nostro interprete quicunque dignitate inter alios eminet. pag.162. num.13.

E.

ELecti dolantur laboribus in hac vita,at in cœlesti beatitudine disponuntur cessanti omni labore. p.41.n.6.
Encænia quis festus dies sit.p.210.nu.1.&c.
Essæi,seu Esseni,qui.p.105.nu.4.
Ephod describitur.pa.114.nu.1. Duplex fuit, alter solius pontificis,altero & laici vtebantur.pag.116.nu.6.
Eius Allegorica significatio. p.116.nu.7.
Ephraim significatur per chrysolitum gemmam.p.122.nu.17.
Episcopus vide Sacerdos.
Euangelia quatuor quid in hominibus efficiant. pagin. 92. numero. 14.
Euangelia quatuor numero quaternario mysticè figurantur.p.188.nu.2.
Euangelica doctrina terra est à Deo data nobis. p.194.nu.5.&.6.
Euangelicam prædicationem suscipientes abstinere debent ab illicitis voluptatibus. pa. 199.num.1.
Enangelij ministri significantur per boues.p. 86.num.10. Eorum merces maior in cœlis, quam hic sciri possit. ibidem.
Eucharistia figurata in agni manducatione. pag.188. nu.3. Sumpturi eam circumcidant prius cor suum per pœnitẽtiam.p.188.n.4.
Eucharistiam præcedere debet pœnitentia. pa.85.num.5.& præcedentibus.
Eucharistiam oblaturis, & recepturis quanta debeat inesse puritas, colligitur ex.pa.134. num.14.
Eucharistiæ institutio fuit ex nimia Christi caritate,qua dilexit nos.p.188.nu.5.&.8.
Eucharistiæ, & sacrificij missæ beneficium semper beati ante oculos habent.p.62.n.13.
Eucharistiæ assumptio non tam esse debet ob spiritualem consolationem, quam ob vires ad iter spirituale conficiendum. pagin.189. num.10.
Eucharistiæ figura. pag.163.nu.3.
† Excelsa non auferre, In excelsis immolare quid sit,& quare Deo inuisum. p.7 n.8.
Exemplum iustorum est quasi fermentum reliquos ad virtutes adducens. p.189. nu.4.
Exemplis sanctorum nos munimus. pag.189. numer.9.
Exemplum prælatis necessarium, vt persuadeant.pag.78.num.5.
† Exhedra describitur. pag.28.nu.1.
† Exodium quid significet.p.207. nu.5.& 6.
Expiationis dies describitur. p.200.c.11.

F.

FActa dici solent non modò commissiones,sed etiam omissiones.p.149.nu.3.
Femoralia sacerdotum qualia. pag.107.cap.6.
Fenestræ templi quales,& quantæ, & vbi essent pag.19.ca.15.
Festum dati ignis exponitur.p.108.c.17.
Festum Pentecostes, & cur Spiritus sanctus quinquagesimo die in Apostolos descenderit.pag.40.in principio.
Festi dies Hebræorum quo tempore inciperent,ac desinerent.pag.170.num.15.& quo nostri.num.16.
Festis diebus sacra Scriptura præcipit nonnunquam esse abstinendum ab omni opere,nonnunquam ab omni opere seruili.pa. 190 num 3.
Fiducia nostra in Deo.pag.130.nu.4.

G.

GAd,& eius tribus significantur per iaspidem. pag.121.nu.12.
† Gazophylacium quid. p.29.n.5.7.&.8.vel potiùs toto cap.17.
Gemmæ duodecim in Rationali significant Patriarcharum, & posteriorum virtutes. pag.119.nu.8.
Gentium in conuersione quanta esset futura lætitia, significatum fuit in Tuburum sollennitate.p.199.num.2.
† Genera ita interdũ relinquit Interpres, vt erant in Hebræo,aut in Græco, etiam si Latino nomini non conueniant. p.57.nu.9.
Gloria Dei ante omnia quærenda. p.194.n.6.
Gloria Dei in omnibus quærenda. pagin.75. num.7.&.8.
Gloria inanis, aut alia similis labes admixta bono operi non destruit omnino eius meritum.p.147.nu.12.
Gloriam solius Dei quærere sacrificium est perfectissimum.pag.134.c.2. sed præcipuè. numer.4.
Giblos,aut Gibil, vrbs est.pa.18.n.5.
Gisus quid.pag.26.nu.8.
Gratum se verè præstat qui non animo tantum & verbis,sed re ipsa quam potest gratiam refert.pa.146.nu.10.
Gratias agere debemus Deo in singulis, quæ ei immolamus.pag.147.nu.13.

H.

† HAbere multipliciter accipitur. pagin. 70.num.15.
Hebdomadarum sollennitas describitur.pag. 194.nu.1.&.7.
Hebræi quo die, & tempore exierint ex Ægypto,& agnum immolarint. p.178.n.14.
† Hic pro Idem apud Hebræos.p.195.n.4.
† Hin qualis mensura.p.162.nu.2.
† Hircus caprarum dicitur is qui nouus, & tener est.p.153.nu.14.
† Hodie significat tempus præsens. pagin. 147.nu.15.
Hœdus quid significet. p.138.nu.6.
Holocausti altare describitur. p.91.c.20. vide Altare holocausti.
Holocaustum. Vide Sacrificium.latè describitur.pag.134.c.2.
Holocaustum pecorum.pag.135 nu.5.
Holocaustum ouium.p.136.nu.7.
Hostia pro delicto describitur. pa.156.nu.26. Eius significatio.p.159.nu.1.
Hostiæ pacificæ ritus describitur. p.140.nu.1. Et cur Pacifica, seu Pacificorum appelletur.num.2.
Hostia gratiarum actionis.p.140.num.3. Eius Moralis significatio.p.144.nu.11
Hotonel quando fuerit iudex creatus. Vide Populi Israel.p.3.nu.4.
Humilitas sit firma, & semper virens.pag.39. nu.2. Et lateat.p.40.in principio.
Humilis consideratione suæ vilitatis reprimit cogitationes superbas erumpentes.p.g. 139. nu.13.
Humiliatur etiam qui pro Christo martyrium patitur,considerans se sibi relictum non agnum mansuetum esse,sed hœdum,id est, filium iræ.pa.138.nu.6. & se habere peccata, quæ illa sanguinis effusione deleantur. numer.7.
† Hyacinthus quid sit.pa.15.nu.1.

I.

IAspis qualis gemma,& quid significet.pagin.121.nu.12.
Iemnia sollennia Hebræorum breuiter connumerantur.p.214.c.21.
In ieiunijs qui modus seruari debeat. pag.138. numer.11.
Ignis,qui ardebat in templo,miraculo à Deo datus est,& quando,& quousque seruatus. pag.136.nu.6 & 7.
Ignis dati festum exponitur. p.108.c.17.
Ignis ille, qui in tabernaculo etiam secundo, & in templo semper seruatus est, quinam erat.p.209.nu.1.
† Immaculatum quid dicatur in Scriptura p. 135.n.2.&.3.& a versic.14. ad finem vsque pag.136.nu.7.
Imitatores sanctorum, & iustorum figurati receptaculis ignium. p.96.n.4.
Immundi donec mundarentur prohibebantur ingredi templum. pag.28. num. 20. Et ideo nullum erat atrium immundorum. ibidem.
† In præpositio adiuncta Accusatiuo accipi solet pro Vt sic,seu Vt esset.p.12.nu.8.
† In,sepe in scriptura ponitur pro Cũ,iuxta Hebræorum consuetudinem. p.98.nu.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipientes, proficientes, & perfecti significantur per tres templi contignationes. pag. 34. nu. 4. &c. latè.
Ab infidelium ritibus dissentiendum est fidelibus. pag. 173. nu. 7.
Inimicorum dilectio. pag. 38. nu. 8. &c. 9.
† In medio domus pro Intra domum, In medio annorum, id est Intra annos. p. 12. n. 8.
Intentio recta caritatis tenenda in omnibus. p. 139. nu. 14. & pag. 146. nu. 9. & p. 147. nu. 11. &. 12.
Ioseph significatus per onychinum gemmam pag. 122. nu. 18.
Isaac quo die sacrificio fuerit ereptus non constat. pag. 198. nu. 1.
Isachar significatus per achatem gemmam. p. 121. num. 16.
Iubilæi annus quid esset apud Hebræos. pag. 217. c. 24. Eius significatio. p. 220. c. 15.
Iubilæus. eius nominis interpretatio libertatem significat. p. 219. nu. 9.
Iubilæi buccinæ è qua materia essent. pa. 220. num. 9.
Rectius Iobileus scriberetur. num. 11.
Iudas Patriarcha significatur per smaragdum pag. 120. nu. 10.
Iudæi quid obseruent hodie, & quid non obseruent antiquarum legum, seu ceremoniarum. pag. 192. nu. 8.
Iudices populi Israel non continuò succedebant. pag. 3. nu. 5.
† Iudicium dici solet in Scriptura id quod quisque facere debet. p. 126. nu. 15.
Iudicij dies sæpe in scripturis octonario numero typicè exprimitur. p. 33. nu. 9.
Iudicij dies etiam sanctis formidabilis. pagin. 33. num. 9.
Iuge sacrificium describitur. pag. 162. cap. 8. Eius significatio. p. 163. cap. 9.
Iusti, ac perfecti viri quò magis sunt uniti Deo, minùs à carnalibus, & imperfectis discernuntur. p. 173. nu. 9.
Iustorum opera. p. 138. nu. 9. 10. &c.
Iustos nonnunquam primat Deus voluptatibus spiritualibus, vt recordentur antiqui sui status miseri. p. 204. nu. 8. &c.

L.

Labrum, quod in templo erat vas quoddam magnum, describitur. p. 82. c. 16.
Lactuca agrestis quænam & qualis, & quam ob causam adhiberetur in elu agni. pagin. 186. num. 41.
Lapides pretiosi. vide Gemma.
Lapis significat electos. p. 40. nu. 1. 2. &. 5. pag. 41. num. 6.
Leuitarum nullæ vestes propriæ fuerunt. pagin. 106. nu. 1.
Leuitarum initiatio, describitur. p. 99. n. 5.
Eis simul, & alijs sacerdotibus reddebantur decimæ. p. 100. c. 2. Harum decimas ipsi dabant sacerdotibus. nu. 2.
Eorum ministeria quæ. p. 102. nu. 3. &. 4. &. 5.
Eorum diuisio. p. 103. nu. 6. &. 8.
Leui tribus dicata fuit Deo, vt ex ea sacerdotes assumerentur. pag. 98. nu. 1. Non tamen omnes Leuitæ erant sacerdotes. nu. 2. Sortem non accepit in terra promissionis, sicut aliæ tribus. p. 100. nu. 1. Earum decimis alebatur. ibidem. Initiabantur ab anno vigesimoquinto, & cur. pa. 99. nu. 2.
Quid differat inter Leuitas, & sacerdotes. n. 3.
Lex antiqua an quinquagesimo die data sit. pag. 195. nu. 2. &c.
† Libare quid sit. p. 163. in principio.
† Ligurius quæ gemma. p. 121. nu. 11. Et quid significet. ibidem. nu. 15.
Ligna in sacrificijs significant mysticè exempla sanctorum. p. 138. n. 8. & p. 146. n. 8.
Lignum olei quid sit. p. 14. nu. 4. &. 5.
Linea stricta describitur. p. 108. c. 7.
Quid mysticè significet. p. 109. nu. 6.
Luna prima quæ sit. p. 172. nu. 4. &c.
Luna decrescit illi, cui res mundi fluxæ videntur, quales verè sunt. p. 205. nu. 3.
Luteres describuntur. pa. 87. c. 18. Significant sacramentum pœnitentiæ. p. 89. c. 19.
Lyncurium quid sit. p. 121. nu. 12.

M.

† Macula in Scripeura quid significet. pa. 135. num. 2.
Mala Punica in veste sacerdotis quid significent. pag. 114. nu. 10.
Manasses significatus per onychinum gemmam. pag. 122. num. 18.
Matrimonium. vidè Coniugium.
Martyres quomodo se in martyrio humiliare debeant. p. 138. n. 6. &. 7.
Quomodo se in martyrio gerere debeant. pa. 138. nu. 8.
Mardochæi festus dies. pag. 212. c. 19.
Martyrium est secundum holocaustum post Christi passionem. p. 137. n. 6. Non est Deo gratum extra ecclesiam Christi. pa. 138. nu. 7. Prædicandum est. nu. 7.

Mare

Mare æreum quid erat in templo, & quid significaret, pa. 84. cap. 17.
Matutinum & vespertinum sacrificium quid. pa. 162. num. 1.
Meditatio Sancta si cesset, marcescit virtus. pa. 206. num. 5.
Meditatio fluxibilitatis bonorũ temporalium facit nos amare bona spiritualia. p. 205. nu. 3.
Meditatio. Vide Oratio.
Mensa propositionis, & panum describitur. pag. 71. cap 10. Eius vsus pag. 72. nu. 3. In ea quot, & quanti panes. num. 5. à sacerdotibus confecti. num. 6. & super panes duę phialę aureæ. pa. 73. num. 5.
† Cur dicta mensa, & panes propositionis. num. 6. &. 7. Hæc mensa non modo in tabernaculo, sed etiam in templo erat posita. pa. 74. in principio, & ad Septemtrionalem domus partem. pag. 74. num. 1
Mensis, qui est mensura cursus lunæ, triplex ponitur ab Astrologis. pag. 172. nu. 5.
Menses duo apud Hebręos dicebantur primi. pa. 175. num. 4.
Mensis septimus in honore erat apud Hebræos. pag. 198. num. 1. quatuor sollennitates habebat. ibidem.
Menses, & anni Hebræorum. pag. 171. num. 1.
† Metreta quid. pag. 83. num. 3.
Millenario numero immensus quidam numerus significatur. pa. 86. num. 11.
Ministri Euangelij sibi primum sapiant, & vtiles sint. pag. 148. num. 17. Quærant non sua, sed quæ Iesu Christi. ibi. &. 18. Nihil non tolerent pro animarum salute & vtilitate, nu: 18. Non pro mercede rẽporali, sed pro ęterna, & initium illius æternæ salutis putent in Christi obsequijs laborare. num. 18. & nunquam disistant ab incepto operere. ibidem.
Ministri nouæ legis ortum habuerunt ex ministris veteris legis. pag. 104. num. 2. & quo ordine. ibidem.
A misericordia non est abstinendum, etiam si parum sit id, quo fratribus subuenire possumus. p. 96. nu. 1. Non omnibus æquè largiendum, sed pro indigentia. ibidem.
Misericordiæ opera exercenda, vt grati simus Deo, & quidem animo misericordi. pagin. 146. num. 11. &. 12.
Mitra, seu Cidaris describitur. p. 110. cap. 8.
† Modius quæ mensura. pag. 72. nu. 4.
Moria mons. pag. 8. cap. 4. nu. 2.
Mortificatio sit longanimis, & omnium sensuum, & constans. Ad eam multùm iuuat auditus, & cõsideratio verborum cœlestiũ. pag. 94. nu. 1. 2. &. 3. Secernit quæ adhærere solent, immunda ipsis bonis operibus. n. 4. Vita incumbentium adhuc mortificationi minus iucunda quam vacantium contemplationi. nu. 4. iucunda tamen. p. 96. n. 3.
Mortificandum est quidquid in nobis carnale est. pag. 159. num. 15.
Mortificatio quinque sensuum valde necessaria. pag. 37. num. 2.
Mortificationem exigit Euangelium ab omnibus, qui recipiunt illud. pa. 196. nu. 2. Est Deo gratissima, & ei qui mortificat se lætissima. pag. 201. nu. 1. &. 2. Necessaria, si velimus implere decem præcepta. p. 201. nu. 2. In quibus exercenda. num. 3.
Mortificationis modus seruandus. pagin. 139. num. 14. Exercenda in aduersis, & prosperis vsque ad mortem. ibidem.
Moses fuit Sacerdos, & consecrauit Aaron, & filios eius. pag. 99. num. 4.
Mundus Allegoricè significatus in pontificis veste. pag. 112. num. 5. & sequentibus.
† Myrtus dicitur arbor densarum frondium. pag. 204. num. 8.
Mystica explanatio, vt perfecta sit, componere, & coniungere debet quæ seorsum dicta sunt. pag. 59. num. 2. & sequentibus.

N.

NAthinæi, id est Donati, erãt Gabaonitæ; & quod eorum ministerium. pag. 104. num. 1. &. 2.
Nazaræi, id est Segregati, ex quacũque tribu esse poterant, eorum opera. pag. 104. nu. 2.
Neomenia siue Calendę, quis festus dies esset apud Hebræos, & cur celebraretur. pagin. 171. cap. 2.
Ob Nicanoris cædem erat dies festus, & quæ eius festi significatio. pag. 212. num. 1.
Nomen Leui nõ erat inter nomina duodecim scripta in Rationali, sed loco Ioseph positi fuerunt Ephraim, & Manasse. p. 119. num. 6.
Nomina Hebręa finita in ת. præcedente punto Pathah, Septuaginta, & Apostoli finiunt in Ε. cum accentu in prima, si dissyllaba sint. pag. 174. num. 2.
Nox ab Hebræis dicitur totum tenebrarum tempus. pag. 180. num. 19.

O.

OBedientia reddit nos tutos, & facilè mobiles à præpositis nostris, & manet in patria. pag. 61. num. 12.
Obediendum superiori, & eius iudicium sequendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quendum, etiam in exercitatione bonorum operum. pag. 148. nu. 16.
OEphi quæ mensura. pagin. 199. num. 9. pag. 162. num. 2. pag. 72. num. 4.
Offerre, seu immolare dicitur etiam is, qui tradit rem sacrificandam, seu immolandam. pag. 151. num. 10.
† Olei lignum quid sit. pag. 14. num. 4.
† Omnis, & totus pro miscuè solent accipi. pagin. 142. num. 9.
Omnium operum nostrorum vtilitas tota nostra est. pag. 189. num. 4.
Onyx quæ gemma. pag. 116. num. 6.
Onychinus quę gemma, & significat Ioseph, & Manasse. pag. 122. num. 18.
Opera bona perfectorum, & imperfectorum quantum differant. pa. 194. nu. 6. Deo sunt grata propter Christum. ibidem.
Opera bona. Vide Virtutis opera.
Opera ante quam fiant, debent semel, atque iterum ratione fixa librari. pa. 117. nu. 21. Et summo animi conatu, ac infatigabili exequenda. ibid. Virtutum varietas non intus tantùm in animo, sed exterius etiam debet apparere in opere. pag. 128. num. 2.
Operibus mouemur in patriam cœlestem. pagin. 189. num. 9.
Orationis exercitatio necessaria vitæ, tam actiuæ quam contemplatiuæ, & mistæ. pagin. 74. num. 2.
Oratione cessante cessare sæpius solent actus reliquarum virtutum, & sequi peccata. pagin. 161. num. 5.
In oratione cõsiderantes precepta, quę transgressi sumus, ad pœnitentiam mouemur. pa. 85. nu. 3. & 4. Ea consideratio debet esse profunda, & firma. p. 85. n. 9. partim bonitatis diuinæ, partim infirmitatis nostræ. ibid.
Orandum semper, idest operandum coram Deo, ita vt ipsi placere studeamus. pag. 75. num. 7. & 8.
Oraculũ in tabernaculo quid esset. p. 62. n. 3.
Oraculum templi. pag. 11. num. 1.

P.

PAlma insigne victorum. pagin. 37. num. 2. pag. 39. num. 3.
† Parasceue vnde dicta sit. pag. 167. nu. 7.
Panes propositionis. Vide Mensa propositionis.
Paschæ festus dies in quem finem institutus. pag. 174. c. 3. Quid significet nomen Paschæ nu. 2. Cur ipse agnus qui immolabatur, diceretur Pascha. pag. 175. nu. 3. Quis mensis Paschæ. pag. 175. nu. 4. Dies, & hora, nu. 5. Vespera, quæ erat finis diei decimi quarti immolabatur agnus. pag. 176. nu. 7.
Passio Christi figurata in agni immolatione. pag. 187. nu. 1. Per eam Ecclesia reparatur, ita vt vbi abundauit delictum, &c. nu. 2.
Passio Christi cũ magna mentis puritate cogitanda, & cũ magno animi dolore. p. 188. n. 5.
Passio Christi quo die. pag. 181. num. 25.
Passio Christi figurata in iugi sacrificio. pag. 163. num. 1. per eam salui facti sunt quotquot salui sunt. pag. 163. num. 2.
Passio Christi figurata in holocausto vituli. pag. 117. num. 2.
In Passione Christi venerari debemus diuinitatem. pag. 131. num. 5.
† Pastophoria quid. pag. 29. num. 8.
Paulus quam artem exercebat. p. 203. nu. 5.
Paulus Apostolus à Deo omnium virtutum perfectione expolitus. pag. 122. nu. 18.
Peccatum mortale verè hominem seruum efficit. pag. 171. num. 16.
Peccatum populi, principis, sacerdotis, & aliorum. Vide in proprijs locis.
† Peccatum appellatur ipsa hostia oblata pro peccato. pag. 153. num. 14.
Per peccatum mortale polluitur qui peccat, ad eum modum, quo templum olim fuit pollutum ab hostibus populi. p. 221. n. 5.
Peccata cremanda plenè igne, vel pœnitẽtiæ, vel Purgatorij. pag. 119. nu. 15.
Peccata nostra sunt quasi ligna, quibus excitatur & crescit ignis caritatis Christi. pag. 137. num. 5.
Peccatoris pœnitentis initia permista sunt bonis, malisque moribus. p. 193. nu. 6.
A peccato nemo tutus. pag. 160. nu. 1.
Pro peccato quod nam sacrificium esset. pag. 133. nu. 1. Erat id multiplex. pag. 149. nu. 1.
A peccatis toto vitæ tempore abstinendum, quantum fieri possit, sed maximè in fine vitæ. pag. 193. nu. 2. & 3.
Quæ ad peccatorem pœnitentem spectant. vide verbo Pœnitens.
Qui peccato suo aliquibus nocuit, satisfaciat illis. pag. 161. num. 6.
† Peccatum, & delictum in quo differant. pagin. 156. num. 26.
Pedibus significantur opera. pag. 199. nu. 9.
Pentecoste sollennitas describitur pa. 194. c. 7.
Pentecoste nostra à quo die numeratur. ibidem. num. 2.

Perse-

Perfecti decorantur omni virtutum varietate pag. 40. num. 3. Interiùs sunt perfectiores, quam apparent exteriùs. pag. 41. nu. 8.
Perfecti omni tempore gratas Deo preces, & suspiria in cœlum mittunt. pag. 96. nu. 5.
Perfectissimorum vita significata per domos Leuitarum. p. 212. nu. 7. Qui à vita perfecta in imperfectam recedit, potest omni tempore ad priorem redire. p. 222. nu. 6. & 7.
Perfectorum operationes. p. 205. nu. 3. & 4.
Perfectorum, & imperfectorum bona opera quantum differant. pag. 194. nu. 6.
Perfectorum consolationes, & alia bona maxima absconditа sunt inexpertis. p. 39. n. 11.
Perfectorum conuersatio late describitur. pagin. 70. cap. 9.
In perfectissimis viris ferè non apparent naturæ vitia. pag. 39. nu. 1. colligitur ex p. 41. nu. 7.
Minus perfectorum vita describitur latè. pag. 144. nu. 1. & p. 146. nu. 10. & p. 147. nu. 12.
Perfectorum opera. pag. 198. nu. 3. & 4.
Perfectis enitendum est ne ad peccati seruitutem redeant. pag. 201. nu. 3.
Cum sicut peregrini viuimus, lætatur in nobis Deus. pag. 205. nu. 2.
Perseuerantia in bene operãdo, siue in prosperis, siue in aduersis debet esse firma, & æqualis. p. 81. nu. 1. & 2. & p. 96. nu. 4. Ea oritur ex consolatione præmij cœlestis. p. 81. num. 3. consistere debet in fide, ac operibus. ibidẽ. & in consilijs, si quis velit fugere periculum violandi præcepta. nu. 4. & p. 86. n. 10. Non potest integra, & solida esse omnino in hac vita. pag. 81. nu. 4. Ei debetur corona post hanc vitam. nu. 5. Et redditur pro quinque sensuum voluptatibus animosè contemptis. num. 5. Quanta ea fuerit, tanta erit beatitudo. pag. 82. nu. 8.
Perseuerantia est plenitudo pœnitentię. pag. 211. num. 6.
Perseuerantia in bene operando. pa. 36. nu. 10.
Perseuerantia quærẽda, & de ea nõ præsumendum. pag. 193. num. 4.
Perseuerantia, seu firmitas in eo quod ratiõ dictat, hominis naturę valdè conueniens, colligitur ex pag. 126. nu. 16.
Perseuerantiæ defectus minùs perfectis magis timendus. pag. 146. num. 8.
Perseuerantia necessaria ad salutẽ. p. 105. nu. 9.
Perseuerandum est in virtute per totam vitã. pag. 205. num. 3 & p. 26. nu. 4.
† Pharisæi qui. pag. 105. num. 4.
† Phase quid significet. pag. 174. nu. 1. & 2.
† Phase appellabantur non modo agnus, sed etiam ceteræ victimæ illius sollennitatis. pag. 185. nu. 38.
† Plurimi quid. pag. 213. num. 3.
Plumæ mysticè significant vestes pretiosas. pag. 119. num. 13.
Pœnitentia talis sit, vt foras etiam prodeat per gemitus, lacrymas, macerationem carnis, & confessionem peccatorum. p. 85. nu. 6. & 9.
Pœnitentia, perfecta videlicet contritio, ex amore Dei oritur. pa. 85. nu. 7. Tribus partibus constat. pag. 86. num. 10.
Pœnitentia omnibus, & semper præsto est, si velint. pag. 85. nu. 7. Et colligitur etiam ex nu. 9. ex eo quod boues, super quos mare æneum positum erat, ad omnes mundi partes respiciebant.
Ad pœnitẽtiã mouemur cõsiderãtes precepta Dei, quæ transgressi sumus. p. 85. nu. 3. & 4.
Per pœnitentiã recuperatur caritas. p. 209. n. 5
Pœnitentia perseueret, idque exemplo Dei perseuerantis in ijs, quæ necessaria erant, vt hominem faceret, & reficeret, & ei necessaria ad vtrumque statum prouideret. Colligitur ex pag. 85. num. 8.
Pœnitẽtia tunc suam obtinet plenitudinẽ, ac decorẽ, cũ perseuerat vsq; in finẽ. p. 211. n. 6.
Pœnitentia significatur per sollennitatem Expiationis. p. 201. n. 1. Continuãda, si velimus adimplere Decalogi præcepta. p. 201. nu. 3.
Pœnitẽtia perfecta significatur numero quinquagenario. pag. 198. num. 3.
Pœnitentia est quasi pretium, quo quis recuperat sibi beatitudinem per peccatum amissam. pag. 221. num. 5. & 6.
Pœnitentia consumenda est ea vitæ pars, quæ peccatis fuerat inquinata. p. 147. n. 14.
Pœnitentia tanta potest esse, vt deleat etiam pœnas temporales. pag. 86. num. 13.
Pœnitentes continuo desiderio obseruant ingressum æterni tabernaculi. p. 85. nu. 4.
Pœnitentiæ minister qualis esse & quemodo officium suum exercere debeat. pa. 91. num. 6. & multis sequentibus.
Pœnitentiæ minister officij sui exercitione, si rectè illud exequatur, magnos virtutũ fructus percipiet. p. 61. n. 6. Ad hoc munus vocandi sunt ij tantum modo, qui virtute fortes sunt. p. 162. num. 8.
Pœnitentiæ perseuerantis vis, & vtilitas. pag. 39. num. 11.
Pœnitentiæ sacramentum significatur mari æneo, & labro. p. 84. nu. 1. & 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœnitens paratus esse debet ad omnia præcepta adimplenda.p.85.nu.7.8.&.9. Conseruat gratiam studio bonorum operum,& disciplina præceptorum cœlestiũ.p.85.nu.8.
Pœnitentiæ sacramentũ præmittendum ante sacra mysteria pag.85.num.5.
Per pœnitentiam delendum quod mortificatio non deleuit.pag.139.num.15.
Pœnitens perfectè holocaustum quoddam in corde suo Domino offert.p.161.nu.6.
Pœnitentes,seu conuersi iam ad Deum,& volentes proficere, summant de rebus huius mundi tantum, quãtum ad iter faciendum necesse est.pag.205.nu.1.&2.
Pœnitentiæ recta sit intentio.p.139.nu.12.
Pœnitens reijcit ventris ingluuiem. ibidem. Et vestes pretiosas. nu.13. Quod in hac vita per pœnitentiam non absumitur, absumet ignis purgatorij.pag.147.nu.13.
Pontifex. Vide Sacerdos.
Pontifices olim quo pacto Deum consuluerint pro regibus,& ducibus. p.123.n.5.&.9.
Summus Põtifex. Vide verbo Sacerdos. Cur triplicem in capite coronam gerat.pag.130. nu.6. &.7. Debet suis affectibus imperare. ibidem. Curet ne dignitas à vera mentis sobrietate,& humilitate ipsum deturbet.n.7. Quo tempore sacris vestibus vteretur.pag. 130.num.7.
Populus totus dignior quam princeps. pag. 153.nu.14. Ab eoque maximè peccata debent abesse longissimè.p.154.num.21. Eius peccatum est grauissimum,& illi vehementius irascitur Deus, & ideo indiget maiori pœnitentia.pag.161.nu.5.
Porticus templi.pag.11.num.1.
In præceptis affirmatiuis latent negatiua, & econtrario.p.149.num.3.
Predicatores ex Scriptura decerpant vtilia sibi,atque auditoribus. p.96.num.2.3.
Promoueant ad maiorem perfectionem in dies.p.96.nu.3. Prius in se concoquant quę auditoribus dicturi sunt.ibidem.num.5. Cetera vide in V.Euangelij ministri.
Prælati præeant exemplo, si persuadere volunt.pag.78.num.5.
Præsentia Dei. Vide V.Oratio.
Præsentatio Mariæ.p.51.num.5.
Primitias etiam temporis Deus sibi offerri vult.pag.173.nu 7.8.
Primitiæ dabãtur sacerdotibus, & quota pars daretur.pag.101.nu.1.6.
Princeps dicitur ab interprete quicunq; dignitate inter alios eminet.pa.152.nu.13.
Principes,id est nobiliores, debẽt esse sapientiores,& meliores.p.153.nu.15.
Quæ peccata longissimè debeant ab illis abesse.pag.154.num.21.
Si ex committant principes, puniendi sunt pœna plebeiorum.p.155.nu.22.
Profectus,& Perfectio. Vide Virtus.
Proficiendum semper. p.41.nu.8.&.9.
Propitiatorium fuit operculũ arcæ,& ei prorsus æquale,totum aureum, & aureis cardinibus coaptatum arcæ.p.62.nu.1.&.2.
Cur dictum sit Propitiatorium, id est locus placationis, & Oraculum. ibidem. num.3. Significat Christum.p.63.cap.3.
Propositionis mensa, & panes. Vide Mensa propositionis.
Purgatorij ignis absumit quæ in hac vita non corrigimus.p.147.num.13.
In purgatorio exurenda sunt plenè omnia, quæ cum igne digna essent,non sunt in hac vita exusta.p.139.num.15.
† Purpura quid sit. p.15.nu.2.& p.106.nu.3.
Pyxides quæ dicantur.pa.53.nu.3.

Q.

QVadragenario numero integrum nostræ vitæ curriculum significatur. p.90.n.5.
Quadragesimæ tempore misericordia Dei largiùs se effundit.pag.200.nu.3.
Quadrata figura firmitatẽ significat.p.40.n.2
Quaternario ola tẽpora significãtur.p.36.n.12
Quaternarius legẽ nouã significat.pa.188.n.2.
† Quia,& Quomã,& similes particulæ initio sentẽtię sępe soli ornatui deseruiũt.p.23.n.19
Quinquagenarius numerus perfectam pœnitentiam significat.p.198.nu.3.
Quinquagenarius quid significet. ibid.nu.40.

R.

† RAtionale quid sit.pag.118.cap.11. Quid significet.p.126.nu.15.& sequent.
Religiosi respondent Nazaræis.p.104.nu.2.
Renes delectationẽ carnis significãt.p.188.n.8
Renouatio vitę spiritualis significatur in festo Neomeniæ.p.173.nu.9.& præcedentibus.
Resurgentes qualia corpora recipient. pagin. 217.num.3.
Resurrectio generalis significata in Iubilæo. pag.220. cap.25.
† Reticulum vocat Scriptura telam adipis.pagin.152.num.12.
Ruben significatus in Sardio.pag.120.nu.9.

Sab-

S.

† SAbbata sabbatorum qui dies festus sint. pag.198.num.1.
† Sabbatum terræ quid sit.p.216.cap.22.
Sabbatum vnde dictum.pag.165.nu.1.
Cur Dominus eum diem coli iusserit. pa.166. nu.2.&.3.pa.173.num.7.
Abeo dieshebdomadę nomẽ habẽt.p.166.n.4
† Sabbatum dicitur tota hebdomada.ibid.
† Sabbatum dicitur quiuis festus dies.pagin. 167.nu.5.pag.181.nu.5.
Sabbati Sanctitas quanta esset.p.167.nu.7.
† Sabbati iter quantum.ibid.nu.8.
Sabbatum quomodo cognitum fuerit.pagin. 169.num.12.&.13.
† Sabbatũ secundoprimũ quid sit. p.169.n.13.
Qua hora Sabbatum inciperet, ac finiretur. pag.170.nu.15.
Sabbatum quid significet mysticè.p.171.n.19.
Sacerdos dũ ministrat, vacet ab omni opere,& cogitatione ministeriũ impedięte.p.110.n.10
Sacerdotis cor sola ratione duci debet,& sequi patrum exempla.p.116.n.17.& p.127.n.22. Debet incumbere saluti proximorum. pa. 126. nu.18. Sapientia eius vt possit respondere de fide &veritate,quę in omni eius sermone esse debent.p.117.nu.19.
Prius opera habere debet quam Sapientiam. ibidem.num.20.
Qualia debeant esse eius opera,& quales virtutes.p.127.nu.22.23.24.& sequent.
Sacerdos omnes sensus consecratos Deo debet habere.p.111.nu.5.&.6.
Sacerdos pro vniuerso mũdo roget.p.113.n.7.
Sacerdotes puri sua ministeria obeant. pa.85. num.5.& præcedentibus.
Sacerdotis puritas in ore,& in opere.pag.107. nu.4.pa.151.nu.7.8.9.p.152.nu.12.pag.154. num.21.pag.113.num.8.pag.117.nu.8.9.
Sacerdotis cogitatio, & castitas, & pugna cũ peccatis.p.107.nu.5.& præcedentibus.
Sacerdos instanter orare debet.p.109.nu.7.
Sacerdotes non omnes Christiani, sed soli initiati.pag.99.nu.4.
Sacerdotum castitas. pag.107.nu.2.&.3. pag. 109.nu.6.7.8.&.9. pag.111.num.5.
Sacerdos veterem hominẽ exuat, & per carnis macerationem teneatur.p.109.nu.8.
Sacerdotum veterum consecratio. p.100.n.6.
Illis Leuitæ dabant decimas suarum decimarum. pag.100.num.2.
Illis dabantur primitiæ. pag.101.nu.6.
Sacerdotum ministerium. p.102.cap.3.
Sacerdotes omnes erant ex tribu Leui. pagin 98.nu.1.&.2.
Sacerdos quid differat à Leuita.p.99.nu.3.
Sacerdotum origo. pag.99.nu.4.
Non poterant ministrare,nisi prius consecrarentur.ibidem.
Sacerdotis dignitas magna. pag.107. num.5. & præcedentibus.& p.160.nu.4.
Principibus & regibus præeminet. pag.129. num.4.pag.153.nu.14.
Sacerdotis peccatum grauius est, & quomodo lugendum.pag.160.nu.2.&.3.
Sacerdotum peccata silentio contegenda. pagin.160.nu.4.
Eius peccata multùm populo nocent. pagin. 151.num.7.8.9.
Sacerdotium filijs Aaron datum est.p.99.n.4.
Sacerdotis summi initiatio. pag.100. num.6. Eius ministerium.p.102.nu.2.3.
Quos redditus haberet. p.102.initio.
Habebat omnes vestes inferiorum sacerdotum.p.111.cap.9.
Sacerdotum vestes.p.106.cap.5.
Illis vtebantur solùm cum sacris operabantur.pag.130.num.7.
Sacerdotum diuisio in viginti quatuor familias.pag.103.nu.7.
Sacramenta Ecclesiæ figurata in phialis. pag. 96.num.4.
Sacrificia vbi offerentur antequam fieret templum.pag.7.num.7.
Sacrificium dicitur non solùm animalium, sed etiam panum.p.197.nu.10.
Sacrificiorum tria genera.p.133.cap.1.
† Sadducæi qui sint.p.105.nu.4.
† Sæculum pro anno Iubilæi.p.218.nu.4.
† Sanguis immundus erat. pag.144. num.3. Crudelitatem significat.pagin.145.num.7. pagin.146.num.9. Et peccatum significat. pag.160.num.2.3.
Sanguis aspersus expiabat peccata. pag.152. num.11.
† Sanctificare interdum idem quod præparare.pag.218.nu.2.
Sanctum Sanctorum quæ pars templi esset. pag.11.num.1.& sequent. Vide Templum.
Quis in illud introiret, & quo tempore. pag. 102.num.2.
In eo nihil erat, cum templum euersum est à Romanis.pag.59.num.16.
† Sanctum Sanctorum dicitur in Scriptura id quod est valde Sanctum, & Deo dicatum.pag.135.num.24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctorum beatorum preces quantum omnibus prosint, etiam non inuocantibus. pag. 217.num.1.
Sanctorum victorię ex Christo sunt.p.63.n.1.
Sapphirus significat Apostolos.p.110.n.11.
Sardius gemma quid sit,& quid significet. pagin.120.nu.9.
Scenopegia.p.202.cap.13. vide Tabernaculorum sollennitas.
Sensuũ mortificatio valde necessaria.p.37.n.2.
Scribæ qui essent.p.104.n.3.p.105.nu.5.6.
In ijs quæ non sunt ab Scriptura dicta, non sunt quærenda mysteria. pa.43.nu.7.
† Scriptura multa dicit,quæ non tam Historiæ,quam Allegoriæ deseruiunt.p.14.nu.6.
Scripturæ verbis continemur in studio virtutum.pag.39.num.4.
† Scriptura solet euentum quasi causam ponere.pag.151. num.8.
Sectæ Philosophorum tres apud Iudæos,Pharisæorum,Sadducæorum,Essenorum. pag. 105.nu.4.&.6.
Senario significatur bona operatio. p.85.nu.8.
Senarius mysticè quid. pag.34.nu.2.
Septenarius perfectionem significat. pag.152. nu.11. Et multitudinem.p.192.nu.9.
Septimus mensis, & septimus dies sacri Hebræis.pag.198.num.1.
Septimus mensis significat tempus gratiæ. p.199.nu.1.pag.201.nu.2.
† Settim quæ arbores sint.p.55.nu.1.
Sexagenarius numerus quid significet.pagin: 34.num.2.
Simeon patriarcha significatus per topazium pag.120.num.10.
Silentium in templo seruandum maximè.pagin.93 prope finem.
Smaragdus quid sit,& quid significet. pagin. 120.num.11.
Sollennitates Hebræorum cur quædã vnum diem habeant,aliæ plures.p.192.nu.9.
Sortium dies festus.p.212.cap.19.Et eius significatio. p.214.cap.20.
Specula olim ærea,aut stannea, aut argentea. pag.83.num.1.
Spes bonorum cœlestium nos confirmat in fide,& bonis operibus.pag.130.nu.5.
† Spina quid sit in.c.41.Isaiæ,& in Ioelis tertio.pag.55.nu.1.
Spithama quæ mensura.pag.55.nu.2.
Status contemplantium, agentium, & mistus in rebus templi significati.p.74.cap.11.
Status incipientium,proficientium, perfectorum. vide Mortificatio.
Status coniugatorum, continentium, ac virginum discrimen. p.41.n.1.p.43.cap.25.
Status coniugatorum, prælatorum, contemplationi vacantium.p.41.nu.2.
† Super pro Iuxta.p. 22.n.14.

T.

TAbernaculum Mosis aliquandiu pro templo fuit.pag.6.nu.1.
Cur positum fuit in Silo, & quandiu in ea vrbe manserit.p.6.nu.2.
Quò translatum fuerit cum arca. p.6.nu.3.
Tabernaculorum sollennitas, & eius significatio.pag.202.cap.13.
Tabernaculi descriptio.pag.52.cap.34.
Tabulata, quæ templũ extrinsecus cingebãt, qualia fuerint.p.20.n.1.&.2. & p.24.nu.4.
Æquabant altitudinem inferioris templi. pagin.24.num.10.
Quorsum factæ fuerunt,& quomodo. pagin. 24.num.13.
Templum Ierosolymitanum ter ædificatum est.pag.3.nu.1.p.210.num.1.
Locus mulierum in templo,& gentilium.pagin.28.num.20.
Templum secundum quando cœperit ædificari,& quando absolutũ est.p.44.n.3.&.4.
Quandiu steterit.pag.45.nu.7.
Qualis eius forma, & quid à primo differret. pag.45.nu.1.
Templum Herodis quando cœptum, & absolutum.pag.46.num.1. Eius forma.pa.47. num. 1. Intrinsecus quibus differret à primo templo.pag.47.nu.1.
Templum quid significet Allegoricè,Tropologicè,Anagogicè. pa.31.cap.19.
In templo silentium seruandum.pa.93.prope finem.& p.18.nu.4.& sequentibus.
Templum ingressuri puri sint. pag.85.num.5. & præcedentibus.
Templi ministri prope ipsum habitent,vt observari faciant quę ad eius sanctitatem pertinent.pag.6.num.2.pa.30.in principio,& num.9.& sequentibus.
Tempus ita poni solet ab Scriptura interdũ, vt nõ certam horam signficet, sed moram temporis langiorem.p.180.nu.26.
Tepidi timeant sibi de perseuerantia.pag.146. num.8.&.9.
Temarius creatorem significat.p.36.nu.12.
† Testamentum legem significat. p.55. nu.5.
† Testimonium idem quod lex.pag.55.nu.5.
† Thesaurus Sanctorum quid sit. pa.29. nu.3.

† Thummim & Vrim quid sint, & quomodo fuerint in Rationali.p.122.nu.1.
† Thuribulum aureum quid sit. p.69.nu.12.
† Tiara pontificis qualis, & eius significatio. pag.129.nu.1.& pag.130.initio.
Tiara trium coronarum cur vtatur Romanus pontifex.pag.130.num.6.&.7.
† Tiara, siue pileus sacerdotum qualis. pag. 110.cap.8.
Timore Dei nos munire debemus, cum aliquid incipimus. pag.113.nu.9.
Tintinnabula in veste Sacerdotis quid significent.pag.113.num.9.&.11.
Topazius quæ gemma sit, & quid significet. pag.110.nu.10.
Totus,& omnis pro eodem sępe accipiuntur. pag.142.num.9.
Tribuum duodecim nomina scripta in Rationali.pa.119.nu.6. Cum dicuntur duodecim excluditur tribus Leui.pag.119.nu.6.
Tubarum festum quale. pag.198.cap.9. Eius significatio.pag.199.cap.10.
Tunica hyacinthina qualis.p.111.cap.9. Quid significet. pag.112.num.5.
Turtur mysticè iustos significat. pa.138.n.10.

V.

VAsa tabernaculi, & templi quæ, & qualia.pag.95.cap.21.
Quid significent.cap.23.pag.95.
Velum templi quale.pag.15.nu.1.&.2.
Vespera quid sit.pag.170.num.15.
Vespera non dicitur initium diei sequentis, sed finis præcedentis.p.177.nu.9.&.10.
Vestes sacerdotales quales fuerint. pag.106. cap.5.
Quid significent earum colores. pagin. 106. num.3.&.4.
Vestes pretiosæ reijciendæ.pa.139.nu.13.
Virginitas, seu castitas, sacrificium Deo acceptum.pag.145.nu.6.
Virginum, & continentium ordo qualis, & quomodo differat ab ordine coniugatorum. pag.41.nu.1.
Virtutes exercendæ ne arescant. p.206.nu.5.
Virtutes connexæ. p.39.nu.2.p.91.nu.13.
Virtutum varietas apparere debet in opere. pag.128.nu.2.
Virtutes longo vsu fiunt quasi connatæ. pagin.94.num.3.
Ad virtutis exercitationem magistro,& duce opus est.pag.148.nu.16.
In virtutum opere laborantes Deus protegit, & eius protectione magis quam industria nostra thesaurus gratiæ conseruatur.pagin. 43.cap.25.num.2.
Virtutis exercitatio, & melioris vitæ inchoatio non differenda.p.147.nu.13.p.148.n.15.
Virtutes vsque ad mortem exercendæ.pagin. 139.num.14.
Virtutum opera quantum prosint facienti. p.147.nu.13.&.14.
Virtutis opus non totum vitiatur, si inter faciendum vana gloria misceatur.p.147.n.12.
† Vitalia vocantur cor, & præcordia. pagin. 152.num.11.
Vitulus optima victima in holocausto.p.137. nu.20.Christum significat. p.137.nu.3.
Vocabulis Chaldaicis sæpe vtebantur Iudæi post reditum de captiuitate Babylonica. pag.175.nu.3.
† Vocare pro Denuntiare. pa.218.nu.3.
Volucris.vide Auis.
Vulnera Christi senestris templi significata. pag.41.num.8.
Vulnus lateris est ostium in cœlum. pag. 42. num.5.&.6.
Vrim,& Thummim quid sint, & quomodo fuerint in Rationali.p.122.nu.1.

Z.

ZAbulon significatus in amethysto.pagin. 122.num.17.
Zio quis mensis sit.pag.5.nu.14.
Zodiacus signatus in Rationali pontificis.pagin.126.nu.15.&.16.
Zona quid sit inter vestes ministrorum legis. pagin.108.cap.7. Quid significet. pag.109. numer.8.
Zona pontificis qualis.pag.128.num.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX IN EVANGELIA TOTIVS ANNI, TAM DE tempore, quam de Sanctis.

In Dominica I. Aduentus.

Dies iudicij. Eo die vniuersa Ecclesia electorum in cœlum transfertur, & ideo templum mysticè dicitur eodem die absolui. vide p.31.nu.4.&.8.&.9.

Dies iudicij etiam sanctis formidabilis. pagin. 33.num.9.

Respicite & leuate capita vestra. Tunc celebrari incipiet dies festus ob cædem Nicanoris. vide multa.p.221. per totum caput.18. vide etiam pag.214. cap.20: & annus remissionis, & liberabitur seruus Hebræus. pagin. 217.cap.23.

In II. Dominica Aduentus.

Mittens duos ex discipulis suis. Mittit eos ad Christum, vt eum cognoscant, & per eum misericordiam impetrẽt, quia ipse est Propitiatorum. vide pag.63.cap.5.

Arundinem vento agitatam. Firmi esse debent qui Deo seruiunt. p.34.n.2.p.35.nu.8.

Hominem mollibus vestitum? vide pag.139.nu. 12.&.13. In illis significatur mollis vita, quę reijcienda est. vide pag.196.nu.2.& sequentibus.pag.201.nu.2.&.3. Iusti carnem macerare debent. p.107.nu.2.&.3. pag.109.nu. 8.pag.197.nu.3.

Euangelij cultores à voluptatibus abstinere debent.pag.199.nu.2. pag.201.cap.12.

Quando hæc maceratio cessabit. vide pa.217. num.3.p.221.num.3.

In III. Dominica Aduent.

Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas. vide pag.108.in toto cap.1. de differentia Sacerdotum, & Leuitarum, &c.

Non sum ego Christus, &c. Humilitas videri refugit.pag.40. prope initium.

Ego vox clamantis. Nihil dicit, nisi quòd Spiritum sanctum velle videt. Sancti enim facillimè in omnem partem vertuntur ab Spiritu sancto. vide p.61.nu.8. & sequent.

Erant ex Pharisæi. De Pharisæis, & reliquis sectis Iudæorũ. vide p.105.n.4.& sequent.

Hæc in Bethania facta sunt. pag.58.nu.13.

In IIII. Domin. Aduent.

Sub principibus Sacerdotum. De differentia Sacerdotum, & pontificum, siue principum sacerdotum. vide pag.102. cap.3.

Parate viam Domini. vide pag.37. nu.3. &.4. Pœnitentia paratur hæc via. pag.210. nu.6. pag.198.num.3.

Baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum. Ad hæc proderunt quæ scripta sunt. pag. 84.nu.1.&.2.

Et videbit omnis caro salutare Dei. Prædicitur Ecclesia ædificanda ex gentibus. pag.33.nu. 10. vsque ad finem capitis. Tunc multi fructus in ea prouenient. p.197.nu.2.

In Natiuitate Domini.

Et claritas Dei circumfulsit illos. Hac significabatur claritas, quæ futura erat in Ecclesia. vide pag.13.nu.14.

Gaudium magnum, quod erit omni populo. vide pagin.33.num.13.

Erat lux vera, quæ illuminat, &c. vide quæ dicuntur. pag.33. nu.14. Huic luci per fidem communicatæ subijcienda est ratio. pa.111. num.6. Dei enim veritate nititur fides. pag. 37.num.3.

Nunc omnem hominem illuminat, non paucos, vt olim in synagoga. vide pag.89.numer.1.&.2.

Et vidimus gloriam eius, &c. pag.63.nu.2.

In die S. Stephani.

Et Sapientes, & Scribas. vide pag.105.nu.3.

Venient hæc omnia super generationem istam. Terret eos, vt pœnitentiam agant, quam postea agere non poterunt. vide pagin.147. num.13.&.14.

Dominica infra octauam Natiuitatis.

Ieiunijs, & obsecrationibus seruiens. Orationi vacantes multis præstant virtutibus. vide pagin.71.num.5.pag.70.cap.9.

De eo quod seruiebat ieiunijs. vide pag.107. nu.2.&.3.pag.109.nu.8.pag.197.nu.3.

In die

EVANGELIA.

In die Circumcisionis.

Docet non satis esse virtutem habere in pectore, nisi etiam sit in opere, etiam si doleat. vide.pag.109.num.9.pa.128.num.24.pa.148. nu.15. Docet mortificationem omnium, vide pag.37.num.2.pa.145.num.5.pa.146. num.9.

In die Epiphaniæ.

Et congregans omnes principes Sacerdotum. Vide pag.102.cap.3.

Et scribas populi. vide pa.105. num.3.

De luce Ecclesię data & exultatione filiorum eius vide.pa.33.num.13.& 14.

Magi stella ducuntur, quia fides nostra Diuina veritate nititur. pag.37.num.3. & ideo ei subijcienda est ratio. pag.111.num.6.

Domin. infra octau. Epiphaniæ.

Ascendentibus illis Ierosolymam secundùm consuetudinem diei festi. Dies hic festus Paschæ est vt dixit idem Euangelista, vnusque ex ijsquibus lege iubebantur omnes in templũ venire. vide pa.174.cap.3.& pa.184.nu.36.

Consummatisque diebus. Finitis diebus Azymorum. De quo vide.pa.190.cap.5.

Et erat subditus illis. Si exempla sanctorum patrum ob oculos habenda sunt. pa.126. nu. 17. & sequentibus: quantò magis tantum Christi exemplum? De obedentia vide.pa. 61.num.12.pag.148.num.16. sed quomodo se gerere debeant superiores in subditos, vide ibidem.

In octaua Epiphaniæ.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollet peccata mundi. vide pa.163.num.1.&.2. In Ecclesia copiosiùs tolluntur peccata, quam olim in synagoga. pag.89.num.1.&.2.

Domin. 2. post Epiphaniam.

Dicit mater eius ministris: Quodcunque dixerit vobis facite. Si hoc referatur ad ministros sacramenti pœnitentiæ, vide pag.90.num.6. vsque ad finem capitis.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, &c. vide quę de luteribus scripta sunt. pag.89.cap.19.

Capientes singulæ metretas binas. Vide.pagi.83. num.3.

Dominica 3. post Epiph.

Et offer munus, quod præcepit Moyses. Ante omnia legem seruari iubet. vide.pa.60. num.6.

Multi ab Oriente, & Occidente venient. vide.pag. 33.num.10. vsque ad finem cap. & pag.197. num.2.

Et recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Quorum exempla, vt patrum, secuti sunt. vide pag.126.num.17.& sequentibus. pagi.146. initio. pag.84.num.3.& sequentibus.

Domin. 4. post Epiph.

Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. Etiam si in tempestates. & periculadicat Christus, sequi eum debent discipuli, quia semper in bonis operibus sine cessatione laborandum est. pa.34.num.1. vide. pa.36.num.10. & sequent. De patientia in bonis operibus. pa.81.cap.15.pa.110.num.9. pa.111.num.9.pag.146.num.8.&.9. pa.193. nu.2.&.3. Quomodo autem sequi debeant, vide.pa.37.num.3.&.4.

Dom. 6. post Epiph.

Donec fermentatum est totum. Ita iusti, quia habent hoc fermentum, fermentant reliquos. pa.198.num.4.

Dominica in Septuagesima.

Qui exijt primo mane conducere operarios. In hoc enim opere manẽdum est vsque ad finem vitæ. pag.34.num.2.

Conuentione autem facta cum operijs ex denario diurno. Non venitur in beatitudinem, nisi per laborem bonorum operum. pa.35.nu.8

Dominica in Sexagesima.

Et ortum fecit fructum centuplum. Vide. pag.34. num.4. De diuersis fructibus, qui diuersos gradus in Ecclesia significant, vide.pag.34. num.4. vsque ad finem capitis, sunt enim in Ecclesia perfectiores, & minus perfecti. vide.pa.144.cap.5.

Dominica in Quinquagesima.

Ecce ascendimus Ierosolymam. Vide pag.9.nu.4.

Tradetur enim gentibus, &c. vide infra Feria sexta in Parasceue.

Iesu fili Dauid, miserere mei. Eius caritas miserijs nostris excitatur, & accenditur. pagin. 137.num.6.

Feria 4. Cinerum.

De cineribus. vide pag.96.num.2. vide etiam pag.139.num.13.

Cum ieiunatis. vide pag.138.num.11. vide optimum locum. p.201.cap.12.

Vt appareant hominibus ieiunantes. Vide pagin. 147.num.12.

Tu autem cum ieiunas. Tunc lætare, quia illud opus verè tuum est. vide pag.147.n.13.

Et faciem tuam laua. Non prodest ieiunium, nisi mens abluatur. vide pag.85.nu.6.

Vt non videaris hominibus ieiunans. vide pagin. 147.nu.12.&.13.

Sed patri tuo vide pag.194.nu.6. pag.75.nu.7. &.8. pag.134.cap.2.nu.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De afflictione corporis in Quadrageſima vide pagin.200. num.3. & pagin.201. cap.12. Vide etiam illa verba: Hominem mollibus veſtitum, ſupra in.2. Dominica Aduentus.

Feria.6.poſt Cineres.

Ego autem dico vobis: Diligite &c. Vide pa.76. num.9.& 10.& pag.38.num.8.&.9.pag.34. num.2.pa.38.nu.7.verſ.ad finem capitis.pa. 39.num.4.pa.76.num.10.

Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.&c. Vide pa.147.num.12. pa. 144. num.3.&.4.de recta intentione, & pa.145. num.5.

Eſtote ergo vos perfecti. De perfectis vide multa ſupra in Indice rerum, V. Perfecti, & pa. 34.num.4. & ſequentibus.

Præceptis conſilia Euangelica addenda ſunt. pa.43.cap.25.vide de materia huius Euangelij pa.60.num.6.&.7.

Dominica.1.in Quadrageſima.

Ductus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertum. Iuſti facilè mouentur ab Spiritu ſancto quocunque ille velit.pa.61.num.8.& ſequentibus.

Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Vide.pa.90.num.5.& pa.138. num.11.pa.201.cap.12.

Scriptum eſt: Nõ in ſolo pane vivet homo. Verbis ſcripturæ confirmamur. vide pa.39.num.4

Et ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi. Vide pa. 17.num.2.&.pa.20.num.2

Feria.2.poſt.1.Dom.Quadrag.

Vide de iudicio ſupra in.1. Dominica Aduentus.

Venite benedicti, &c. pa.37.num.1. &.2.pag.38. num.7.&.8.pag.75.num.7.

De miſericordia exercenda vide pa. 96. num. 2.pa.74.toto cap.11.

Feria.3.poſt.1.Dom.Quad.

Et intrauit Ieſus in templum Dei, & eijciebat omnes vendentes, &c. vide pa.51.num.9.

Feria.4.poſt.Dom.Quad.

Scribæ & Phariſæi. Vide pa.105. num.3. & nu. 4.& ſequentibus.

Quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Pœnitentiã in hac vita agenda.pa.147.nu. num.13.&.14.

Quibus rebus ad eam prouocemur.pa.84.nu. 3.& ſequentibus. Quomodo agenda ſit.pa. 82.cap.17.toto.

Ad eam ſpe cœleſtium bonorum excitari debemus. pa.11.num.5.

Feria.6.poſt.1.Domi Quadra.

Sabbatum eſt, non licet tibi tollere, &c. vide pag. 171.num.19.pa.193.nu.2. &.3. vbi de opere ſeruili agitur.

Inuenit eum Ieſus in templo. Inatrio videlicet laicorum, de quo vide pa.50. cap.32.

Dominica.2.Quadrageſimæ.

Et duxit illos in montem excelſum. A ſcendẽdum nobis eſt, etiã ſi obſtet naturæ noſtræ grauitas, & vis ei inferenda eſt, vide. pa.37. num 2.pag.147.num.13.&.14.pa.94.cap.21.

Et transfiguratus eſt ante eos. Hoc contigit dum oraret, vt eſt apud Lucam cap.9. vide pag. 70.cap.9.pa.206.num.5.

Feria.4.poſt.2.Domin.Quadrag.

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Vide pag.9.nu.4.

Et filius hominis tradetur. Vide infra Feria.6.in Paraſceue.

Non ita erit inter vos. Vide pa. 39. num.2.&. pa.40.in principio.pa.139.num.13.

Feria.5.poſt.2.Dom.Quadr.

Et induebatur purpura. Vide pa.15.num.2

Et byſſo. Vide pa.16.initio.

Et nemo illi dabat. De miſericordia in pauperes vide pa.146.num.11.&.12.pa.96.num.1. pa. 37.num.1.&.2.pag.58.num.7. vſque ad finem capitis.

Feria.6.poſt.2.Dom.Quad.

Eiecerant eum extra vineam. Vide pag.137.nu.3.

Hic factus eſt in caput anguli. Vide pa.40.num.1

Qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Vide de hoc fructu pa.197.num.1.& pa.201.cap.12. pa.217.cap.23.

Sabbato poſt.2.Dom.Quad.

Pater peccaui in cœlum, & coram te. Talis debet eſſe pœnitentia, quæ foras prodeat. vide pa.85.num.6. Vide ibi multa de pœnitentia, & numeris ſequentibus.

Quomodo agenda ſit vide pa.160.num.2. & ſequentibus pa.198.num.3.&.4.

Proferte ſtolam primam. vide pag. 85. num. 7: &.pa.221.nu.5.&.6.p.209.nu.5.vide etiam pa.5.vide etiam.pag.221.nume.5.&.6.vide etiam p.173.num.9.

Epulari autem, & gaudere oportebat. Conuerſio peccatoris gaudium cœlitibus affert. vide pa.193.num.4.&.pa.211.num.5. &. 6.

Domin.3.in Quadrag.

Si in digito Dei eijcio dæmonia. Vide.pa.75.nu.5

Reuertar in domum meam, vnde exiui. Hoc ne fiat, non ſunt negligenda peccata remiſſa, ſed diu lugenda.pa.198.num.3.

Feria.4.poſt.3.Dom.Quad.

Ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſæi. De Scribis, & Phariſeis, & eorum doctrina, atque traditionibus vide pa.105.totam.

Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei. Lex Dei in corde habenda eſt.pag.60. num.6. omnes vtilitates relinquendę ſunt, ne tranſgrediamur legem Dei.pa.145.num.5.pag. 146.num.9.

Feria.5.poſt.3.Dom.Quad.

Cum ſol autem occidiſſet, omnes qui habebant infirmos, &c. Vide.pa.187.num.2.

Feria.6.poſt.3.Dom.Quadrag.

Ad orabum patrem in ſpiritu, & veritate. Hoc eſt fide, & moribus fidei dignis. Vide pag.37. num.3.&.4.ſubijcientes rationem fidei.p. 111.nu. 6. & legem Dei in corde habentes. pa.60.num.6.

Ille nobis annuntiabit omnia. In Eccleſia eſt maxima lux.pa.33.num.14.a Deo nobis tradita per doctores Eccleſiæ.pa.41.num.8.&. 9.multo maior quam ante aduentum Chriſti fuerat.pa.79.num 9.

Ego cibum habeo manducare, &c. Chriſti caritas declaratur, de qua vide pa.137.num.5.&.6.

Et congregat fructum in vitam æternam. Qualis hæc vita ſit vide infra in Die omnium Sanctorum.

Dominica.4.Quadrageſimæ.

Erat autem proximum Pacha dies feſtus Iudæorum. De Paſcha, & de eius ſignificatione vide latè pa.74.cap.3.&.4.

Quinque panes hordeacei. Ad hoc accommodari poteſt quod eſt in pa.194.num.6.

Feria.2.poſt.4.Dom.Quad.

Prope erat Paſcha Iudæorum. Vide.pa.74.cap.3.

Omnes eiecit de templo. Vide.pa.51.num.9

Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc. Vide.pa.41.num.6.

Feria.4.poſt.4.Dom.Quadrag.

Ambulate dum lucem habetis. Vide.pa.34.nu.2.

Alij dicebant: Quia hic eſt, alij autem, Nequaquam Vide.pa.174.initio.

Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Vide pa.171.num.19.& pa.193.num.2.&.3.

Feria.6.poſt.4.Dom.Quadr.

Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei. Cœli enim in conuerſione peccatoris lætantur videntes opus magnum gloriæ Dei. Vide.pag.193.num.4.pa.211.nu.5.&.6.

Ligatus manus, & pedes. Recuperata vita animę per gratiam peccata diu lugenda ſunt, vt omnino pœna remittatur, & iuſtiores efficiamur.pa.158.nu.3.pa.147.num.13. &.14.

Soluite eum. De miniſtris Sacramenti Pœnitentiæ vide multa.pa.90.num. 6. vſque ad finem capitis, de ipſa autem pœnitentia, & de eius partibus, & virtute.pag. 84.cap.17. pa.89.cap.19.

Dominica paſſionis.

Quis ex vobis arguet me de peccato? De eius puritate vide pa.65.num.2.

Si quis ſermonem meum ſeruauerit. Non ſi ſeruare cupierit, ſed ſi opere ſeruauerit, vide pa.109 num.9.pa.128.num.24

Intelligit autem. *Seruauerit*, vſque in finem vitæ. Vide.pa.36.num.10.& ſequentibus.pa. 81.cap.15.pa.110.num.9.pa.113.num.9. pa.146.num.8.&.9.pa.193.num.2.&.3.

Feria.2.poſt.Domi.paſſionis.

In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis. Vide.pa.191.num.4.

Feria.3.poſt Domin.paſſionis.

Dies feſtus Iudæorum Scenopegia. Vide de hoc feſto, & de eius ſignificatione multa pag.202.cap.13.&.14.

Feria.4.poſt Dom.poſſ.

Facta ſunt Encænia. Vide pa.210. toto capite. 17.de Encænijs.& eorum ſignificatione.

Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salamonis. Vide pa.27.num.15.pa.58. num.13.

Dominica in Palmis.

Vide pa.203.num.6.vſque ad finem cap.&.p. 205.num.4.vſque ad finem cap.

Feria.5 in cœna Domini.

Ante diem feſtum Paſchæ. Vide.pa. 182. nu.30. & ſequentibus.

Surgit à cœna. pa.187. num.45.

Debetis alter alterius lauare pedes. De humilitate, quã hic docet Dominus, vide pa.39.nu. 2.&.3.& pa.40.initio.pa.139.num.13.

Feria.6.in Paraſceue.

De paſsione Domini vide multa pa.136.nu.1. vſque ad.6.pa.187.cap.4.toto.pa.163. nu.1. & ſequentibus pa.65.num.2. & ſequentibus Quo die facta fuerit, pa.181.num. 25.& 26.vulnera ſunt feneſtræ rempli.p.41.nu.8.

Des paſsionis ſollenitas dicitur pa.192.num.1

Fructus paſsionis pa.194.num.7.

Et ipſi non introierunt vt non contaminarentur. &c. vide pa.185.nnm.36.

Erat autem Paraſceue Paſchæ. pa. 182. num.29.

Erat enim magnus dies ille ſabbati. pa.170. nu.15.

Vnus militum lancea latus eius aperuit. pa. 42.n. 5.&.6.

Os non comminuetis ex eo. pa.187.num.1.& pag. 188.num.4

Velum templi ſciſſum eſt. pag.12.num.9. pag.35. num.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domica resurrectionis Domini.

Pascha quo modo hic celebradum, vide pag. 192. cap. 6.

De nostra resurrectione. Vide pa. 217. num. 3. pa. 220. cap. 15.

De renouatione vitæ pa. 173. num. 9. & præcedentibus. Iam non est corruptioni vitiorum subiacendum pa. 189. num. 8. Terrena contemnenda, & in cœlum properandum. pa. 189. num. 9. & 10.

Vespere autem sabbati. pa. 166. num. 4.

Et valde mane vna sabbatorum. pa. 167. num. 5.

Dominica in Octava Paschæ.

Vna sabbatorum. Vide pa. 5. num. 10. pag. 167. num. 5. & 6. & 7.

Quia vidisti me, Thoma credidisti, &c. Cur, & quo modo credendum sit, vide pag. 37. num. 3. & 4. & pa. 111. num. 6.

Dom. 2. post Pascha.

Bonus pastor animam suam dat. De pastoris officio vide pa. 109. num. 7.

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, &c. Gentes significat venturas ad Euangelium, vide pa. 33. num. 10. vsque ad finem cap. pa. 197. num. 2.

Dom. 3. post Pascha.

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. In hac vita laborandum est, veniet dies beatitudinis, quę est annus remissionis, & quietis, Vide pa. 217. cap. 22. & 23. vide etiam p. 220. cap. 25.

Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Vide multa de beatitudine, & de eius firmitate infra In die omnium Sanctorum.

Domini 4. post Pascha.

Vado ad eum, qui misit me. Semper in patriam ad Deum festinare debemus, vt peregrini, & omnia contemnere. pa. 205. cap. 14.

Dom. 5. post Pascha.

Petite, & accipietis. De orationis necessitate. Vide pa. 74. num. 2. pa. 129. nu. 4. pa. 161. num. 5. pa. 74. num. 1. Quantis virtutibus floreat qui orationi vacant, vide pa. 70. toto cap. 9. vide etiam pa. 106. num. 5. Iustorum orationes Deo gratæ. pa. 96. nu. 5.

Feria 2. in Litanijs.

Petite, & dabitur vobis. Vide Dom. 5. post Pascha.

In die Ascensionis.

Et exprobrauit incredulitatem eorum. Vide verba sequentia.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit. &c. De fide & eius operibus vide pa. 36. num. 1. pa. 37. nu. 3. & 4. pa. 111. num. 6.

Assumptus est in cœlum. Non ergo est nobis in terra morādum, sed hospites esse debemus, & in cœlum tendere, vide pa. 205. cap. 14.

In die Pentecostes.

De hac sollennitate vide latè pa. 194. cap. 7. &. 8. vide etiam pag. 209. num. 5. &. 6. est enim dies dati ignis.

De donis Spiritus sancti, & quid in nobis efficiant, vide pa. 61. num. 8. & sequētibus latè.

Peraduentum Spiritus sancti maior luxest in Ecclesia, quam olim fuerat. pa. 79. num. 9.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Vide pa. 60. num. 6. vide etiam pag. 198. num. 3.

In die corporis Christi.

De mysterio Eucharistiæ vide multa pa. 188. num. 4. & multis sequentibus pa. 85. num. 5 & præcedentibus pa. 134. nu. 14. pa. 163. nu. 3. vide etiam de illo, vt sacrificium est, & sacramentum, pa. 163. toto capite. 9.

De puritate eorum, qui ad illud accedunt, pa. 85. num. 5.

Dom. 1. post Pentec.

Hic peccatores recipit. Meritò, quiā ipse est Propiatorium. Vide pa. 63. cap. 5 & eius caritas miserijs nostris excitatur pag. 137. num. 5. &. 6.

Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente. Vide pa. 211. num. 5. &. 6. pa. 193. nu. 4. Ipse etiam celebrare poterit festum ignis dati, pag. 209. num. 5. & sequentibus.

Pœnitentia est initium Euangelicæ prædicationis. pa. 201. num. 1. &. 2. Magna bona reseruata sunt agentibus pœnitentiam. pa. 39. num. 11.

Dom. 5. post Pentec.

Si ergo offers munus tuum ad altare. De hoc altari, & de eius significatione vide pag. 92. cap. 20. &. 21. vide de his p. 36. toto capite. 21.

Relinque ibi munus tuum ante altare. Pone in manu Christi vt offerat pro te, pa. 194. num. 7. hoc facies satisfacendo priùs fratri. Vide etiam pa. 34. nu. 2.

Dom. 6. post Pentec.

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me. Perseuerantes in virtutibus Deus amat, & pascit. Vide de hac perseuerantia pa. 36. num. 10. & sequentibus. pa. 36. num. 1 pa. 81. cap. 15.

Et si dimisero eos ieiunos, &c. Panę cœlesti egemus, vt non deficiamus in via. Vide pa. 118. num. 4. vsque ad finem cap.

Dom. 7. post Pentec.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Vide de fructibus iustorum pa. 197. num. 1. & toto illo capite, & pa. 201. cap. 12. pa. 217. cap. 23

Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit, &c. Vide pa. 36. cap. 21. num. 1. &. 2 pagi. 109. num. 9. pa. 148. num. 15.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, &c. Vide de hoc fructu pa. 197. num. 1. & pag. 201. cap. 12. pa. 217. cap. 25.

Dom. 8. post Pente.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Vide pa. 37. num. 1. &. 2. vsque ad finem capitis, & pa. 40. num. 4. pa. 74. toto cap. 11. pa. 96. num. 1. pa. 146. num. 11. & sequentibus.

Dom. 9. post. Pentec.

Videns ciuitatem flenit super illam. Multò equius est vt nos ipsos defleamus vera pœnitentia. Vide pa. 210. num. 6. pa. 84. nu. 3. & sequentibus pa. 147. num. 13. &. 14

Et ingressus in templum cœpit eijcere vendentes. Vide pa. 51. num. 9.

Dom. 10. post Pente.

Duo homines ascenderunt in templum. Vide pag. 9. cap. 4. num. 4.

Vt orarent. Vide pa. 206. num. 5. pa. 70. cap. 9.

Ieiuno bis in sabbato. pa. 166. num. 4.

De humilitate vide pa. 39. num. 2. & pa. 40. initio pa. 139. num. 13. pa. 138. num. 6. &. 7.

Publicanus autem à longè stans. Humilitas videri refugit. pa. 40. prope initium.

Dom. 12 post Pent.

In lege quid scriptum est. In lege Dei semper meditandum pa. 206. num. 5.

Diliges Dominum Deum tuum &c. pa. 208. n. 3. pa. 107. num. 5.

Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet, &c. Similiter & Leuita. Quid interfit inter Sacerdotem, & Leuitam vide pa. 98. cap. 1.

De caritate in omnes proximos exercenda vide pa. 38. num. 8. &. 9.

Infundens vinum, & oleum. Vide de sacramentis pa. 96. num. 5. pa. 89. num. 1. &. 2.

Dom. 13 post Pente.

Ite, ostendite vos sacerdotibus. Docet legem ante omnia esse custodiendam. Vide pa. 60. num. 6.

Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Quomodo grati esse debeamus erga Deum vide pa. 146. num. 11. & sequentibus.

Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Figura est Ecclesiæ ædificandę ex gentibus, in qua Deo gratiæ agentur, & munera offerentur. pa. 33. num. 10. pa. 197. num. 2.

Dom. 14. post Pentec.

Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimus? Vide pa. 201. num. 3. De fiducia quam habere debent Christiani. Vide pa. 130. nn. 4

Quærite ergo primum regnum Dei. Vide pa. 205. cap. 14.

Dominica 15. post Pent.

Et ibant cum illo discipuli eius. Non satis est voce se discipulos testari, sed opere etiā testari debent. Vide pa. 109. num. 9. pag. 128. num. 24. pa. 148. num. 15.

Dom. 16. post Pent.

Si licet sabbato curare? Opera quæ sabbato licebant, vide pa. 162. num. 7. &. 8.

Qui se humiliat, exaltabitur. Ideo omnes magni fuerunt humiles. Vide pag. 39. num. 2. & sequentibus pa. 139. nu. 13. pag. 138. nu. 6. &. 7.

Dom. 17. post Pente.

In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Vide pa. 38. num. 8. &. 9. pa. 36. num. 1. pa. 37. num. 4.

Dom. 18. post Pente.

Videns autem Iesus fidem illorum. De hac fide vide pa. 130. nu. 4.

Habet potestatem in terra dimittendi peccata. Vide pa. 63. cap. 5.

Dom. 19. post Pentec.

Congregauerunt omnes, quos inuenerunt. Tunc plurimi Deo oblati sunt. Vide pa. 197. num. 2. & pa. 199. nu. 1. &. 2. vide etiam pa. 33. nu. 10.

Dom. 21. post Pentec.

Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis, &c. Vide pa. 38. num. 8. &. 9. pag. 36. num. 1. pa. 37. num. 4.

De misericordia in proximos exercenda vide pa. 74. cap. 11.

Dom. 22. post Pente.

Cuius est imago hæc, &c. Qui deletam Dei imaginem habet, nō est homo dicēdus. p. 159. n. 1.

Dom. 23. post Pente.

Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur. Vide pa. 144. num. 3. &. 4.

Cōfide filia, fides tua te salvā fecit. Vide p. 130. n. 4

Dom. 24. post Pente.

Vide in. 1. Dom. Aduentus de iudicio, & pag. 37. num. 1. & pa. 75. num. 5. &. 6. &. 7.

De communi Sanctorum, vnde multa ad singulos Sanctos desumi poterunt.

De communi Apostolorum.

Apostoli lapides templi. 1. Ecclesiæ. pa. 86. nu. &. 10.

&10. In duodecim bobus maris æneis significantur pa.86.num.9. Eorum mores cœlestes fuerũt pa.120. num.11. Eorum pedes veloces ad Euangelizandum.ibidem, & p. 122.num. 17. Iuxta Apostolorum doctrinã perseuerantia,& fortitudo tenenda est,p.81 n.4.&.5.Significantur sapphiro.p.110.n.11. Apostoli ædificatores Ecclesiæ,pag 35.nu. 10.Prima fundamenta Ecclesiæ, & lapides quadrati,pa.40.num.1.&.2.

De communi Euangelistarum.

*Et misit illos binos.*pa.66.num.2.

De communi martyrum.

De holocausto quod offerunt Deo martyres,vide multa pa.137. num. 6. vsque ad.9. Eorum coronæ ex Christo sunt.pa.63. n.1.

Abneget se metipsum. Vide pa.37.num.2.pa.41. num.7.& pa.94.toto cap.21.

De communi confessorum pontificum,

Prælati præiredebent exemplo pa.78.num.5 vide de eisdem pa.42.num.2.&.5. pag.77. cap.13.toto De sanctitate sacerdotum vide pa.107.num.4.&.5.pa.109.vsque ad finem cap.7.pa.111 nu.5. &.6. sed propriè de Sanctitate pontificum vide pa.113.num. 8.vsque ad finem capitis.pa.117. num. 8. vsque ad finem cap.pa.126.num.17. vsque ad finẽ cap.pa.130.num.4.& sequentibus. De peccatis pontificum vide multa pa.139.cap.7. toto.Quantam vitæ puritatem Moses putauerit esse debere in pontifice,p.154.n.21.

Sint lumbi vestri præcincti. Si ad castitatem hoc referatur vide.pa.145.num.6.

De communi doctorum.

Vide multa pa.77.cap.13.toto,& pa. 96. nu.2. &.3.& 4.&.5.Figurantur in bobus,& maxima est eorum merces.pagin.86. num.10. Abstinere debent à voluptatibus.pag. 199. num. 2. Ipsi debent fermentare omnes homines.pa.189.nu.4.Ipsi sunt fenestræ templi.pa.41 num. 8.&. 9. Ipse sunt candelabrum.pa.74. num.1. &.2. Pectusculum sibi seruare debent. pa. 148.nu.16.&.17.&.18

Vos estis lux mundi. Vide pa.41.num.8.&.9.

Non potest ciuitas abscondi. Vide pa 33. num.11.

Sic luceat lux vestra coram hominibus. Vide pag. 37.nu.1.&.2.Ne lateat bona voluntas.pag. 148 num.15.

*Et glorificent patrem vestrum.*pa.75.num.7.&.8

*Magnus vocabitur in regno cœlorum.*pa.86.num. 10.Ad cœlum non transitur nisi per laboreta bonorum operũ, & per pœnitentiam. pa.35.num.8.

Non veni soluere legem &c. Vide pa.33. num.9

De communi Virginum.

Vide pa.41.num.1.& sequentibus,& pag.145. num.6.

Et quinque fatuæ. Vide pa.109.num.8.&.9.

Vigilate itaque quia nescitis diem, &c. Vide pa.147.num.13.& 14.

In die S.Thomæ Apostoli

Vide supra Dominica in Octava Paschæ.

In conuersione.S.Pauli.

Circumfulsit eum lux. Tunc conuertimur, cum res huius sæculi cognoscimus vt sunt. Vide pag.205.num.3.

Et omnis qui reliquerit domum. &c. Hæc omnia Deo adolenda sunt igne caritatis. Vide.pa. 145.num.6.&.7.&.8.

In die Purificationis

Omne masculinum ad aperiens vuluam. pagin.23. num.19

In die S.Barnabæ,& de communi Apostol.

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Vide multa de caritate Dei, & proximi pa.38. num.8.&.9.pa.36.num.1.pa.37.nu.4.pa.39 num.3.pa.139.num.14.pa.182.num.2.

In vigilia S.Iohannis Baptistæ.

*Fuit in diebus Herodis.*pa.104.num.8.

*Cum sacerdotio fungeretur Zacharias.*pa.30.nu.10.

*Sorte exijt vt incensum poneret.*pa.69.nu.9.&.10. &.13.

*Altaris incensi.*pa.67.num.1

In die S. Iohannis Bapt.

*Quia nemo est in cognatione tua,&c.*pa.23.nu.19.

In die SS.App.Petri & Pauli.

Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Vide.pag.31.cap.19.toto, inquo agitur de ædificatione Ecclesiæ,& de eius dignitate. Vide etiam pa.41.cap.24.

In die S.Mariæ Magdalenæ.

Fides tua te saluam fecit. Vide pa.130.num.4.

Septem dæmonia ex ea electa sunt fontes peccatorum omnium. Vide pa.160.nu.3.

In die Transfigurationis.

Vide supra in Dominica.1.Quadragesimæ.

In die Assumptionis S.Mariæ virginis.

Maria optimam partem elegit. Vide pa.42.nu.2. &.3.& pa.70.cap.9 latè.

In die S.Michaelis.

De angelis vide multa pa.65.toto cap.7.Imitari debemus eorum vitam, quia eorum socij futuri sumus pa.37.num.2.&.4.

In die S.Francisci.

*Iugum enim meum suaue est.*pa.117.num.8.

In die SS.Apost.Simonis,& Iudæ.

Hæc

Hæc mando vobis,vt diligatis inuicem. Vide Supra in die S.Barnabæ.

In die omnium Sanctorum.

Sanctorum victoriæ ex Christo sunt. pag. 63. num. 1. vide etiam eiusdem paginæ numerum quartum. Beatorum preces quantum omnibus prosint, etiam non inuocantibus. pa.217. num.2. De illis vide multa pag.41. num.9.pa.82.num.6.& sequentibus.pa.60. nu.5.& sequentibus.pa.63.num.4.De beatorum sollennitate vide pa.207.cap.16.pag. 193.num.4.&.5.pa.40.num.4.pa.41. num. 6.pa.171.num.19.pa.217.cap.23. pa. 171. nu. 16.pa.35.num.6.&.8.pa.36.num.1. pag.37. num.3.&.4.Significatur in templo.pag.32. num.2.&.3.pag.40.num.4.pag.41.num.6. in die dati ignis.pag.212.nu.3. in diebus fortium pa.214. cap.20. in septimo anno.pag. 217.cap.23. & in Iubilæo.pagin.220.cap.25. Cõtinet vniuersitatem bonorum omnium. pa.34.num.3. Semper sui similis est,nec varietatem recipit.pa.36.num.13. Non potest bene in hac vita cognosci. pa.37.nu.3. Non potest haberi nisi per patientiam, & perseuerantiam in bonis operibus. pa.36.num.10.& sequentibus.

*Beati qui lugent.*pa.138.num.10.&.11.pa. 41.nu. 5.&.6.

Beati misericordes. Vide pag.74.toto. cap. 11 &, pa.96 nu.1.pa.146.num.11.& sequentibus.

Beati qui persecutionem patiuntur,&c. pa.34. nu. 1.pa.71.num.3.&.4.

Merces vestra copiosa est in cœlis. pag.34. num.3. pag.86.num.10.

De virtutibus, quæ in hoc Euangelio traduntur,vide.pa.39.cap.22.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca